NONII MARCELLI

PERIPATETICI TUBURSICENSIS

DE COMPENDIOSA DOCTRINA

AD FILIUM

[illegible]
[illegible]
[illegible]

LUD. QUICHERAT

PARISIIS
APUD HACHETTE ET SOCIOS BIBLIOPOLAS
[illegible], 79
1872

NONIUS MARCELLUS

PARISIIS. — EXCUDEBAT PILLET FILIUS MAJOR.

NONII MARCELLI

PERIPATETICI TUBURSICENSIS

DE COMPENDIOSA DOCTRINA

AD FILIUM

COLLATIS QUINQUE PERVETUSTIS CODICIBUS NONDUM ADHIBITIS
CUM CETERORUM LIBRORUM EDITIONUMQUE LECTIONIBUS
ET DOCTORUM SUISQUE NOTIS EDIDIT

Lud. QUICHERAT

PARISIIS
APUD HACHETTE ET SOCIOS, BIBLIOPOLAS
IN VIA DICTA BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79

1872

PRÆFATIO.

Nonius Marcellus, Latinus grammaticus seu potius litterator, prorsus peculiare opus reliquit, non ad posteriorum grammaticorum rationem compositum, qui singulas orationis partes recensent, definiunt, persequuntur, easdem Artis formulas reponentes, et ex bonis auctoribus subinde citatis jucunditatem fructumque legenti afferunt. Ille autem non tam præceptis quam exemplis filium suum docere voluit; et constituta capitum inusitata serie, innumerabiles antiquorum scriptorum locos exscripsit, præcipuas grammaticæ quæstiones percurrens. Agit enim de proprietate verborum, de priscis obsoletisque verbis aut prisca aliorum significatione, de nominibus quæ genus mutaverunt, de varia sermonum significatione, de differentia inter ea quæ synonyma videntur, de mutata declinatione et conjugatione, de adverbiis pristino more desinentibus, etc. Qui dum singulas tractat operis partes, tantam antiquorum fragmentorum segetem congerit (nam vulgo non Reipublicæ tempora excedit), ut non solum plura quam quivis alius grammaticus exhibeat, sed plura quam universi : unde ejus claritas auctoritasque apud gentes nostras quum litteraturæ latinæ reliquias colligerent, posterisque traderent.

De Nonio Marcello ipso fere nihil habeo dicere. Quem Romanum diu crediderunt, ex patriæ nomine in malis codicibus perperam indicato, *Tiburticensis* vel *Tiburiensis :* in quo urbs Tibur non legitime agnosci potuit. Africanum autem fuisse, proprie Numidam, non est quod dubitemus, ex optimorum librorum scriptura, ut fuse ac diserte in Præfatione ostendit Gerlachius, ad quem remitto. Urbs Numidiæ fuit *Tubursicum* vel *Tubursicu*, proprie *Tubursicum Numidarum*, aliter *Tubursicum Bure* vel *Buræ*, ut ab altera ejusdem nominis distingueretur. Exemplis quæ protulit Gerlachius, unum addam, quod reperi in Conciliorum tom. IV, p. 188, ubi scribitur *Tubursicen* (sic) *Buræ*. Etiam præsto est testimonium recens doctissimi viri Leonis Renier, cui *Tubursicum Numidarum*, hoc enim operis unum caput est, plurimas inscriptiones suppeditavit (*Inscriptions romaines de l'Algérie*, p. 352-363; anno 1855). Nonius igitur illi Africanorum scriptorum familiæ accedit qui secundo et tertio et quarto sæculo floruerunt, Apuleium dico, Terentianum Maurum, Tertullianum, Cyprianum, Arnobium, Lactantium, Augustinum. Quid, quod Nonii nomen frequentissime in Numidia occurrit, ut Cirtæ, Lambæse? Huc facit præcipue quod una civitatis Tubursici inscriptio id nomen sufficit (L. Nonius Fon-

tacianus, *Inscr. Alger.* n. 3024). Nostrum tamen in Italiam venisse, ibique forte commoratum, vel etiam habitasse, conjicere licet ex ipsius verbis, p. 2, « Noster Maro, » et alio loco, p. 527, « Virgilius noster. » Eum tertio sæculo vixisse existimo, circiter eodem tempore quo Terentianus Maurus : hoc certe notandum quod Septimius Serenus ab utroque non semel laudatur, poeta fere æqualis, quamvis recentiora exempla ab Nonii instituto abhorreant. Noster enim illorum temporum litteratoribus accensendus est, qui, neglectis fere illustrissimis scriptoribus, præter Ciceronem et Virgilium, ad vetustos refugiebant ; qua de re Frontonis epistolæ et A. Gellii Noctes Atticæ satis luminis præbent.

Nonii ætas etiam aliunde indicatur. Aliquid est quod nemo attigit, quod autem mihi minus quam aliis prætermittere licet. Mirum videri potest grammaticum in operis titulo se *peripateticum* profiteri : quod cuidam irridendi Nonii occasionem dedit. Ridiculum esse fateor si quis omnibus ignotus hanc laudem sibi palam arroget; sed inde, ut credo, auctori forsitan superbia merito objiciatur, non vero ignobilitas. Imo non ea res tunc inusitata fuit. Apuleius, ejusdem fere regionis atque ætatis, se Platonis discipulum pariter in operis titulo ferebat : « L. Apuleli Madaurensis *platonici* philosophi. » Illa enim tempora non philosophiæ incuriosa fuere : quam coluit Septimius Severus, philosophosque fovit. Tunc peripateticam sectam videmus cum stoica digladiatam esse, et Alexandrum Aphrodisiensem, Aristotelis discipulum, magnam famam assecutum. Qui librum de Fato reliquit, ubi liberam hominis voluntatem contra Fati necessitatem defendit. Omnes latuit in hunc campum Nonium descendisse, et Alexandri suamque sententiam in opere suo, quod tractat de Compendiosa doctrina, exposuisse. Locus est p. 526, ubi, de Fortuna et Fato agens, philosophicum placitum memorat : « Sui cuique mores fortunam fingunt, » et Homeri Virgiliique auctoritate fretus, ait « posse Fatum morum mutabilitate converti. »

In hanc disceptationem Nonium ideo deductum credo quod præiverat Aulus Gellius, quem semper ob oculos habet, sæpe designat, etiam exscribit, nusquam vero nominat, etsi « Agellius Historiarum lib. I » ab omnibus exhibetur in v. *Bubo*, p. 194. Historiam vero *Cneius Gellius*, non *Aulus*, reliquit, ut notat cum aliis Mercerus. Non tamen *Cneius* ibi est reponendus, sed *Asellio*, quod plures viderunt. Quum igitur Aulus Gellius tribus locis (VII, 1 et 2; XIII, 1) stoicorum de Fati necessitate opinionem, et mediam Chrysippi sententiam, enarraverit, Nonio placuit aperte a stoica institutione dissidere.

Nonne autem philosophicum aliquem librum composuisse potest Nonius, ut Apuleius, unde peripatetici nomen sibi nullo refragante vindicaverit? Hoc eo veri similius mihi videtur, quod testatur Noster se Epistolarum librum scripsisse, ex quo unum desumit exemplum, et qui ad nos non pervenit. Legimus enim in v. *Meridiem*, p. 451 : « Nos in Epistolis, » etc.

De Nonii opere mihi essent quæ dicerem permulta; sed temporis et spatii angustiis exclusus, res cogor breviter attingere. Hoc enim volumen, ad legentium utilitatem quantum potui accommodatum, indicatis scilicet scriptorum locis, distinctis a prosa oratione versibus, quod in nulla editione videre est, contractis codicum variis lectionibus doctorumque conjecturis, in tantum exerevit, ut non nisi pauca præfari mihi liceat, et plura, quæ illustrare voluissem, in obscuro relinquere necesse sit. Præcipua solummodo percurram, quum alia lectores forte ignoraturi sint, alia, de quibus dubitabitur, argumentis facile confirmassem.

Numeratur Nonius Marcellus inter grammaticos quorum auctoritatem arcessit Priscianus, tanquam Probi, Charisii, Donati, Servii aliorumque. Tribus locis eum laudat. « *Sifilum* quoque, pro *sibilum*, teste Nonio Marcello de Doctorum indagine, dicebant. » (Prisc. Putsch. p. 560, Merc. p. 531.) — « *Incus* etiam *incudis*, quod ponit Nonius Marcellus de Doctorum indagine : ferri massa malleis cuditur, unde etiam (*et* ap. Non.) incus est appellata. » (Prisc. p. 719, Merc. p. 523.) — « Nonius tamen Marcellus, de Mutatis conjugationibus, sic ponit : *Sapivi*, pro sapui. Nævius (Novius) in Virgine prægnante : Quando ego plus sapivi, qui fullonem compressi quinquatribus. » (Prisc. p. 879, Merc. p. 508.) Quidam grammatici, quorum major existimatio est, non frequentius a Prisciano citantur, ut Diomedes quater, bis autem A. Gellius.

Ingens manuscriptorum numerus, quibus Nonius Marcellus ad nos pervenit, satis demonstrat quantus ejus fuerit favor ubi Europa e barbariæ tenebris emersit. Ille enim, jam Caroli magni tempore nobilitatus, tunc iterum eo nomine commendabatur quod compendiosam doctrinam repræsentaret, eodem modo ac Martianus Capella liberales artes summatim persecutus, et Isidorus Hispalensis totam scientiam breviario complexus. Neque tantummodo Nonii integrum opus referebatur, sed multa ex ejus particulis composita erant glossaria, quæ in omnibus bibliothecis jacent. Adde quod quinto decimo sæculo ingens Nicolai Perotti Cornucopia magnam partem ex assutis ejusdem pannis constat.

Quamvis omnes grammatici a librariis male habiti sint, nullus tamen plura vulnera quam Nonius accepit; huic enim favor ipse nocuit, et eo pejus mulcatus est quo sæpius exscriptus. Qua fortuna usus est Verrius Flaccus, laudatissimus grammaticus, a Festo refictus, nec agnoscendus; qua etiam Festus a Paulo diacono coarctatus, et veterum fragmentis, hoc est, ornamentis suis nudatus, eadem uti debuit Nonius, etsi minus adversa. Nempe imperitos homines prolabente et prolapso imperio Romano, postea octavi et noni sæculi semidoctos juxta infestos habuit. Ad communes corruptelæ causas hæ accedebant. Apud Nonium occurrebant multa vocabula ab usu remota et perobscura, multa nomina propria, græcæ voces latinis crebro intermixtæ, frequentes versus aut versuum fragmenta, in quibus prosæ orationis solennis ordo jure mutatus, rursum a librario invertebatur, imperfectæ et decurtatæ sententiæ, ad quas

intelligendas non verborum aut rerum series adjuvabat. Ne igitur illius grammatici manuscriptorum immanem depravationem miremur. Quæ talis est ut Lexica infecerit, nec etiamnum repurgata sint.

Quatuor abhinc sæculis, quum sepultas litteras felix ab Oriente motus excitavit, Nonium adjutorem certatim adhibuerunt eruditi, eodemque studio quo clarissimos auctores vulgaverunt. Dolebant quod mala exemplaria in promptu haberent (pejora scilicet quam alia quæ ignorarent), et similia videmus sexto decimo sæculo desideria.

Audi quomodo Joannes Baptista Pius (anno 1500) corruptas antiquitatis reliquias deploraverit : « Excipies igitur... Varronem, Marcellum et Pompeium, labore et palæstra nostra in pristinam faciem restitutos, abstersa omni vitiligine et fœditate, qua ante nos rubidi, et laceri, et strumosi, ut Danaidum urna et crus Philoctetis, circumferebantur; ramenta, et projectitia secamenta, horum potius autorum umbras, ne dicam cadavera. »

Et paulo post Michael Bentinus : « Miseret me profecto conditionis humanæ, quum cogito quantis in tenebris quantaque ignorantia versemur, quibus non satis erat omnium pæne bonorum autorum facere jacturam, ni et hoc mali ad malum accessisset, quod ne fragmenta quidem eorum haberemus integra. Nam ut P. Varronem, P. Nigidium, Verrium Flaccum, et cæteros antiquarum rerum et vocabulorum interpretes omittam, quota portio F. Pompeii, N. Marcelli, Ælii Donati commentariorum ad nos integra pervenit? Certe quicquid adhuc superest, hoc ita depravatum exstat, ut citra boni cujusdam genii numen castigari posse desperem. » Hæc scilicet queritur recurrente sexies eodem Pacuvii fragmento, et ubique novis mendis deformato, inter quæ castigat *scapres*, pro *scabres* (quod alioqui corrigi potest ex Festo, v. *Vastus*).

Eamdem rem multi alii testantur. Hadrianus Junius : « Sumpseram mihi in manus repastinandum Nonii Marcelli vinetum... Honestissima studiorum altrix æmulatio animo faces subdidit, ut auctorem corruptissimum a mendis, hoc est, Augiæ stabulum repurgare sim aggressus. » Janus Gulielmus : « Thesaurus mendorum Nonius est : quantumvis inde multa tollas, plura semper supererunt. »

Inde honesta, ait Junius, æmulatio inter eruditos, ut tot errores ostendant et corrigere nitantur. Nihil in eorum commentariis frequentius quam hujus laboris venditatio. « Nescio quo pacto, scribit Turnebus, alii adficiantur quum in grammaticorum libris reperiunt aliquid ex antiquorum scriptis, quæ ætatem quidem ferre poterant, et immortale merebantur ævum; verum temporum barbaria, vel hominum incuria, ad nostrum sæculum non pervenerunt. Me quidem frustilla eorum vehementer delectant, et sui gustu ad amissorum desiderium excitant. » Nec invenustus hic Lipsii locus : « Nonium quum intueor, scriptorum veterum naufragium videre videor : e quo tabulas aliquot hoc capite conabor colligere. »

Quum igitur docti pretiosas priscorum temporum ruinas venerarentur

ac diligerent, iis restituendis insudavere. Nec injiciebatur scrupulus ne manifesto depravata corrigere sibi non liceret : jus suum in hoc persequebantur, et inde laudem quærebant. Industria exstimulabatur si limæ labor nondum rubiginem detersisset : « Dolendum est, scribebat Palmerius, Nonium adhuc adeo esse mendosum, quum viri docti tam certatim in eo emendando dent operam. » Omnes in commune conferebant; probabiles emendationes circumferebantur, et in exemplari suo quisque exscribere amabat. Ex assidua doctorum cura effectum est ut innumerabiles codicum maculæ elutæ sint, et præclaros scriptores in voluminibus luculentissime excusis sine multa offensione legere possimus.

Principio Nonii Marcelli libros et editiones percensere operæ pretium est. Primæ partes facile deferendæ codici Harleiano, sæculi IX, quo Britannicum Museum merito superbit. Nonii editoribus ignotus fuit, præter Gerlachium et Rothium, qui eum quidem interdum arcessunt, minime vero quoties varias lectiones recondit. Multum enim temporis requirit recensendi voluminis magnitudo : unde vulgo eos tantummodo locos excutere solent qui controversi sunt aut magnam habent difficultatem. Mihi vero, quum integrum librum pernoscere cuperem, nec Bibliothecam ipsam adire liceret, contigit ut propensa voluntate perhumani et eruditi viri, Gustavi Masson, uterer, qui ex nostra gente oriundus, Anglorum vetus hospes est, et operam popularibus suis in omni occasione præsto habet. Is, a me rogatus, excellentissimum librum non partim et obiter consuluit, sed a capite ad calcem tam religiosa sedulitate examinavit, et varias lectiones universas exscripsit, ut codex ipse mihi in manu esse videretur. Unde illi maximas gratias ago habeoque; nec minus de iis bene meritus erit quicumque Nonii contextum attentius expendere aut denuo recensitum vulgare sibi proponent, seu de aliquo auctore, cujus multa fragmenta Nonius retulit, integro reponendo aut passim emendando cogitabunt.

Codex Harleianus non ita a ceteris differt ut nova lemmata seu exempla subministret, vel quasdam notas præpostere collocatas in locum suum restituat, vel addita serioribus temporibus fæce careat. Sed in singulis vocabulis varietates magni pretii non raro exhibet, et aliquando mendorum originem haud dubie ostendit. Hoc animadvertendum, quod in bonis etiam codicibus non orthographiæ ratio sibi constat, et modo vetustam usurpant, modo vulgatam; unde fit ut singulorum locorum notitia necessaria sit, neque aliquam scriptionem libri quem non consulueris conjicere ex ejus ætate liceat. Errant igitur qui putant nunquam scriptum in Harleiano *afferre*, *attentus*, *illiteratus*, *equus*, etc., eo quod noni sæculi sit, et aliquot libri uno sæculo recentiores exhibeant *adtentus*, *inliteratus*, *ecus*, etc.

Codex Monspessulanus, sæculi X, optimæ notæ, nullum alium affinitate attingit. Is fœde et misere truncatus ac mutilus, caput tertium nonumque omittit, in aliisque permulta lemmata et innumerabilia exempla, ut vix

tertiam totius operis partem contineat. Hoc habet notatu dignum, quod, quum auctores laudat, operum titulos quasi de industria supprimit. Adde quod perturbatum capitum ordinem exhibet, quarto incipiens; unde hæc initio constat eorum series : quartum, primum, secundum, quintum.

Is tamen melioribus annumerandus, cum quibus consentit, si nihil peculiare suppeditat. Diu ignotus, nunc interdum a criticis memoratur; sed si quis eum vidit, non totum pervolutavit nec propius inspexit. Fatetur Gerlachius se tenuem fructum inde cepisse, quum ait se *paucis* usum lectionibus, secum a Lindemanno communicatis, ex ea nimirum supellectile a viro docto comparata ad Nonii editionem, quam mors intercepit. Plerumque fit ut docti quidam, dum unius scriptoris a Nonio magnam partem servati fragmenta colligunt, alicui negotium dent ut certos locos conferat, qui cetera negligit. Sic eximium codicem cursim plures adierunt, et aliquot variæ lectiones, obiter decerptæ, vulgatæ sunt et publici juris factæ. Ego vero, quum talem librum plane cognoscere, pertractare, et quicquid proposito meo expediret, haurire vellem, Montem Pessulanum me contuli, ubi hebdomadem commoratus, integrum cum Gerlachii editione examinavi. Qui labor mihi magnam utilitatem attulit; et quamvis contendere non ausim nullas varias lectiones, et fortasse probas, a me prætermissas, pauca tamen me fefellisse confido.

Proxime accedit codex Colbertinus Bibliothecæ Parisiensis n. 7667, sæculi X, quem semper consiliarium, non raro ducem habui. Is mendorum frequentia et bonarum lectionum ubertate insignis, ex probo exemplari ab imperito librario oscitanter descriptus est. Sæpissime peccat ubi alii non peccant, et rursum sæpius ingenuam scripturam cum præstantioribus libris, interdum solus servat. Menda quidem, oculis ubique proposita, lectorem offendunt qui aurum ex stercore eruere non curat, quum egregiæ lectiones in mercedem sedulæ investigationi reserventur : unde factum est ut egregius codex, quem omnes in promptu habent, contemptim sit relictus, et hactenus fere latuerit. Hunc quidem studiosus juvenis Reuvens Collectaneorum suorum gratia consuluit (1815), non ita tamen ut de integro judicium ferre posset, et quanti pretii sit, allatis argumentis pronuntiare : tantummodo inter *optimos* memorat et « in referendis exemplis integerrimum. » Nostris temporibus ex hoc libro adnotationes frequenter arcessiverunt Germani, sed ipsum prorsus ignorant; ut paucos ante annos doctus quidam criticus, acceptis ab amico aliquot variis lectionibus, scripserit : « Unde apparet non multi eos (Parisinos codices) esse preti sed ex Leidensi vel ejus simillimo sed neglegenter derivatos. » Quod de nullo vetustiore libro dici posse arbitror, sed pro certissimo habendum est ad Leidensem non pertinere. Porro de antiquis Nonii, quos habet Bibliotheca nostra, codicibus aliter senserant Reuvens, Lindemannus, Osannus, Oehlerus. In Parisiensi manuscripto cum magno desiderio videre est finem secundi capitis et totum tertium deesse (a p. 141 ad 232 ed. Merc.). Item tertium caput in multis libris non comparet.

Universas lectiones huic codici proprias exscripsi : quod quidem inconsiderate judicantibus abundare videbitur, sed supervacaneum non existimabit quicumque novit quis sit librorum ad constituendum auctorum contextum usus. Magni enim refert eorum consuetudinem callere, ut quod sit conjecturarum pondus perpendatur. Haud raro fit ut solennis alicujus codicis error locis depravatis et obscuris lucem afferat. Simul hunc meam operam tragicorum vel comicorum, seu Ennii, seu Lucilii, seu Varronis futuris editoribus profuturam scio et gaudeo.

Duo etiam manuscripti, antiquitate juxta commendandi, in thesauro ejusdem Bibliothecæ asservantur. Quorum pretium ingens sedulum virum Reuvensium non latuit. Prior, n. 7665, sæculi X, qui fuit Petri Danielis, eleganter scriptus, multa decerpenda subjicit; sed valde decurtatus, quum cupita tertium et quartum prætereat, exemplis cito abstineat (quæ tamen postea interdum recurrunt), et multa lemmata negligat, prædictis codicibus non est in æquo ponendus. Nihilominus totum recensere, ejusque fructus in medium dare non piguit.

Alter Colbertinus est, n. 7666, pariter sæculi X, et belle scriptus, sed in quo etiam frequentem lemmatum, frequentissimam exemplorum jacturam desideres. Quamvis cum præcedente tum mensura, tum rerum omissarum ratione congruat, tamen aliquot dissimilibus locis lacunas habet, et peculiares lectiones tam frequenter subministrat, ut eos non ex eodem apographo defluere appareat. Et hic liber festinantius legentem fallere potest, quoniam, neglectis vulgo exemplis, ea sub finem repetit. Cujus etiam integra recensione data, doctorum labori in posterum pepercero.

Codicem abbatiæ Sancti Victoris, Lutetiæ quondam exstantis, quo reperto vehementer Mercerus gaudebat, et ad alteram editionem suam usus est, describere non curavit : id enim negligebant illis temporibus philologi. Hunc *optimum* et *vetustissimum* dicit : vetustum satis esset dicere, nunc enim vetustiores novimus. Quem primo loco jure ponit, in comparatione ceterorum quos tunc docti in manibus habebant. Erravit autem vir non minus judicio quam doctrina commendatus quum adjecit : « Ex quo (S. Victoris manuscripto) descripta esse quotquot hodie in Europa hujus libri exemplaria habentur, certissima indicia sunt. » Hunc illi errorem nemo objiciet, quem nullo modo effugere potuerit. Sed Victorinum codicibus supra citatis recentiorem esse, multo « certioribus indiciis » comperi, scilicet ex lectionibus passim a Mercero relatis, et multo pluribus quas ipse in notis dedi. Satis erit unum verbum memorare, ut tollatur dubitatio. In Victorino erat lemma *Consecrabor*, quod exhibet Mercerus, p. 479; Plautinum autem *conscreabor* arripuisset, si in apographo suo reperisset. Equidem veram hanc lectionem ex meis libris exscripsi, item Gerlachius Rothiusque ex suis. Unde Victorinus non ita vetustus erat, et ad duodecimum sæculum referri potest. Quem interiisse juxta cum plerisque arbitror. Unum certe ex superstitibus non esse, infra ostendam.

Wolfenbuttelanus seu Guelferbytanus (quondam Gudianus), sæculi XI,

a Gerlachio et Rothio accurate excussus est, qui eum præstantissimum ex suis habent. Ideo totam fere virorum doctorum recensionem repræsentavi, ex qua magna sane utilitas. Hunc librum eumdem esse atque Victorinum nonnulli contendunt, et confidentius scribit Gerlachius : « Ex pluribus admodum probabile videtur hunc codicem esse eumdem cum Victorino Merceri. » In quo falsus est vir doctus, et qui assenserunt. Quanquam enim duo libri, quantum ex Merceri editione judicare possumus, non raro conspirant, tam multas inter utrumque varietates deprehendi ut ideo distinguendos eos certissimum habeam. Miror equidem Gerlachium in ea opinione fuisse, postquam Osannus (Analecta critica, præf.) capitum Nonii Indicem ediderat, quem in aversa tituli pagina Wolfenbuttelanus exhibet. In quo legitur : peripatetici *Tuburgicensis*. Victorinus autem pravam lectionem dabat *Tiburcicensis*, ut ipsa Merceri manu scriptum video in Junii exemplari quod habeo; paulo vitiosius est *Tiburticensis* quod Mercero placuit. Præterea in eo Indice inscriptus est deperditi unius capitis titulus, quem Mercerus ignoravit. Sed de hoc fusius infra dicam. Denique *peripatetici* ex suis libris dat Gerlachius; *peripathetici* autem habebat Victorinus, ut exscripto manu sua verbo testatur Mercerus.

Codex Leidensis (quondam Vossianus), pariter sæculi XI, unus ex commendatissimis, cujus etiam varias lectiones dederunt Gerlachius Rothiusque, sæpius cum Guelferbytano consentit; sed plurima emendate scripta, quæ non sunt in altero, subministrat. Et hunc assidue descripsi, unde jam multa optima Vossius in medium protulerat.

Codex Genevensis, etiam sæculi XI, caput quartum solummodo exhibet. « Quem accuratius contulisse magno nobis usui fuit, » ait Gerlachius. Etiam Bernenses duo libri, sæculi quoque XI, eidem aliquot varias lectiones suggesserunt.

Bambergensis codex, Gerlachio ignotus, nunc sæpe in Germania citatur. « In Bambergensi quidem Nonii codice, ait Ribbeckius (Tragic. præf. p. v), dolendum est prorsus desiderari libros tertium et quartum, in primo autem et secundo et quinto omnia fere scriptorum exempla omissa esse. » Cujus ætatem ignoro, sed circa sæculum XI exscriptus videtur.

Vix memorari dignum est fragmentum ex miscellaneo codice Bibliothecæ Parisiensis, n. 7596, anni 1207, quod quadraginta circiter lemmatibus constat undequaque et sine ordine collectis, nullo addito exemplo.

Fere cessavit post undecimum sæculum exscribendi Nonii Marcelli labor. Etenim nova nox Europæ incubuit, et mentes unice miseris philosophiæ ambagibus implicitæ obtorpuerunt, nedum per studia litterarum inceptam progressionem persequerentur. Paucis, qui tunc ad grammaticam animum intendebant, definitiones placebant, non exempla, et satis erant Donatus ac Priscianus. In opere eruditissimo quo Carolus Thurot grammaticos medii ævi recenset, exponit, exscribit (*Notices et extraits des Manuscrits... publiés par l'Académie des Inscriptions*, 1869), nulla Nonii

Marcelli mentio, qui sane parum adjumenti iis afferebat, et proprie non erat grammaticus. Hunc tamen antiquiores illorum temporum auctores non omnino ignoravere : eos enim non semel vidi quædam a Nonio mutuatos, sed suppresso nomine, quæ nec Donatus, nec Priscianus suggerebant.

Quinto decimo demum sæculo, quum litteræ græcæ latinæque ad lucem revocatæ sunt, et earum face ratio humana e longo somno excitata est, Nonium frequentissime exscripserunt, quasi utilissimum priscæ latinitatis custodem atque interpretem. In Italia præsertim hæc industria viguit. Ejus temporis libri, chartacei plerique, parum fructus criticis afferunt : etenim quam mendosi sint, ex primis editionibus arguitur. In Bibliotheca Parisiensi novem illius ætatis codices numeramus. Quos quamvis malos comperissem, non tamen negligere volui, priusquam unum cujusque caput cognoverim, si forte quidam recentior, a vetusto et egregio apographo sensim depravato defluens, aliqua probæ originis vestigia retineret. Duos ex iis perlegi et adhibui (n. 7577 et 7579), ut Parisiensis illius, qui fundus hujus editionis est, lacunam explerem. Raro ex aliis aliquam lectionem hausi. Prætcrea multi sunt ejusdem temporis manuscripti, quos philologi memorant, et passim in notis nostris laudatos invenies : Elnonensis, Basileensis, Casauboni, Cujacii, Arnaldi, Dorvillianus, Nic. Fabri (de quo frustra dubitatum est, quum multi præter Mercerum docti eo se usos esse testentur), P. Pithœi, Tornesii, Sangermani, Palatinus, Turicensis. Etiam Navarræum nominat Mercerus; quem credo ex Navarræo collegio in magnam nostram Bibliothecam translatum.

Inter tot codices, vetusti tantum (editoribus, ut diximus, fere ignoti) magni pretii sunt, et ex eorum accessione prima huic editioni commendatio. Etsi magnus fructus ex his colligitur, minor tamen quam velis ac speres. Ea quæ passim deficiunt non supplentur; quæ transposita sunt non in sedem reponuntur; verba turpiter deformata non ad linguæ latinæ leges revocantur; enormia etiam menda comparent quæ ex primis editionibus exterminata fuerunt. Verum quamplurima vocabula, vulgo perverse scripta, in illis sana exhibentur; inde quædam absunt inepta glossemata; paucissima etiam nova exempla inveniuntur. (Cf. locum ex Varronis Sesquiulixe, p. 401, in v. *Subigere.*)

Mirabar equidem, et diffidebam, quum Nonii undeviginti libros videbam, et unum deesse semper existimavi. Sciebam Verrium Flaccum, unde pendent omnes grammatici, viginti libros scripsisse, ejusque breviatorem Festum eumdem numerum, teste Paulo diacono, servasse. Ante Festum, idem numerus, auctoritatis causa, Aulo Gellio placuit, et multo post Isidoro Hispalensi. Ergo lætatus sum quum in Parisiensi codice capitis amissi titulum reperi. Is codex profecto omnibus expositus, et sæpe contrectatus; sed quia in Indice singuli tituli non unum versum obtinent, prout quisque longior aut brevior est, sextum decimum caput, *De genere Calciamentorum*, oculos fefellerat. Mirum sane quod unus

A. Gellii liber, octavus scilicet, pariter deperditus est. Supra memoravi eumdem vel similem Indicem etiam in codice Wolfenbuttelano reperiri : unde collegi hunc codicem non Victorinum alio nomine esse; cui enim persuadeatur Mercerum, si eum librum pertractavisset, rem tanti momenti silentio prætermissurum fuisse?

Editiones ex pravis manuscriptis fere defluunt; quas nec spernere nec nimio studio persequi convenit. Editionem principem Pomponius Lætus dedit, quæ prælis Georgii Laur de Herbipoli Romæ excusa est anno circiter 1470. Hunc eruditus nescio quis recognovit, cum aliis libris emendavit, atque emisit novam, a. 1471, prætermissis editoris et loci nominibus. Ea sæpe pro editione principe laudatur. Alia secuta est quam impressit Venetiis Nicolaus Jenson, Gallicus, a. 1476. Quæ ope meliorum librorum confecta, cum optimis sæpe concurrit, et hanc eo diligentius inspexi quo rarior, et nihil inde decerpsit Gerlachius. Non differt editio altera quæ ibidem prodiit a. 1478. Pervulgatior Parmensis a. 1480. Aliam anni 1481, quam laudant ut rarissimam, equidem nec vidi, nec a quolibet adhibitam fuisse reperi. Nova Venetiis per Octavianum Scotum publicata est a. 1483. Nonio Marcello bonam operam navavit Joannes Baptista Pius, Bononiensis, cujus editio evulgata est Mediolani, a. 1500. Altera data est Parisiis a. 1511. Aldina, anni 1513, aliis præstat quod tertium caput, sæpius omissum, et textum emendatiorem suggerit. Editio Basileensis, Hieronymi Frobenii prælis excusa (1526), callido ac perutili Michaelis Bentini labore nobilis est : qui quum correctoris munere tantum fungeretur, eruditum se gessit, et permultos locos, a Nonio repetitos, alios ex aliis ita emendavit ut ejus notis novam grammatici editionem locupletare voluerit Aldus (1527). Altera Basileensis prolata est anno 1532.

At vero Hadrianus Junius, medicus, primus de Nonio optime meritus est. Is enim acuto ingenio præditus et magna eruditione ornatus, novis codicibus collatis, multo emendatiorem editionem, non sine doctis argutisque conjecturis, summa industria concinnavit atque emisit (Antuerpiæ, 1565); quæ honorifice excepta, et cito omnium philologorum manibus trita, singulorum animadversionibus quasi area facta est. Non prætermittendum quod Auctorum et locorum citatorum elenchum primus adjunxit, non mediocre lectoribus adjumentum. Josiæ Merceri editio prior comparuit anno 1583, Parisiis apud Ægidium Beys. « In ipso Nonii textu nihil plane immutatum, » ait typographus; sed duæ appendices utilissimæ sequuntur, ubi doctorum virorum expositiones et castigationes, cum librorum aliquot variis lectionibus, subjectæ sunt. Animadvertendum est nondum Victorinum codicem Mercero notum, quod ex ipsius silentio liquet. Talem supellectilem ad manum habuit Dionysius Gothofredus, qui Junii textum etiam repræsentavit, omissis variis lectionibus et conjecturis quæ in margine erant, magni scilicet pretii additamentum, et neglecto Merceri labore. Confusæ, quæ in fine additæ sunt, notæ nullum fere

fructum præbent. Plures fuerunt Gothofredi editiones : prima prodiit anno 1585, sed pervulgatissima a. 1602, S. Gervasii. Equidem diu hanc unice excussi, ruminavi, quum posteriorem Merceri ignorarem; nec me istius laboris pœnitet. Nempe mihi inter salebras gradienti majore conatu explicanda vis fuit quam si æquo solo festinare licuisset, et multæ conjecturæ, quæ nonnunquam cum doctorum conjecturis conspirant, feliciter succurrerunt.

Verum, altera Nonii editione data (Parisiis vel Sedani, 1614), antecessores suos jure obscuravit Josias Mercerus, et vulgo nunc solus citatur. Qui præstantibus ætatis suæ criticis vel notus, vel etiam amicus, famam adeptus est quæ in scriptis æqualium frequentissima mentione prædicatur. Statim ut Victorinum manuscriptum, circa annum 1584, detexit, de altera elaboranda editione cogitavit, quæ post paucos annos fere absoluta erat; sed ardentibus civilibus bellis, ab incepto avocatus est. « Scidas meas, inquit, aliis curis implicitus, partim domesticis, partim publicis, diu pressi... et damnaveram æternis tenebris, ni amici obstitissent : quorum consilium secutus potius quam meum, chartas illas situ pæne obsitas in hoc rusticano otio recognovi. »

Quicumque Merceri editionem accuratius perspexerit, hunc acerrimi judicii virum agnoscet, in legendis et expendendis codicibus consummatum, et egregias conjecturas fere sine periculo proponentem, timidius semper quam audacius; unde multa quæ verecunde obtulit, pro veris plerumque arrepta sunt. Cui nullum unquam Nonii editorem æquiparandum arbitror.

Gerlachium nollem pauca inconsiderate, imo malevole scripsisse, quæ de Merceri non solum meritis sed et probitate detrahunt. Qui quum rescisset, monente Dübnero, manuscriptas Passeratii notas, ubi frequenter de Nonio ageretur, in Parisiensi Bibliotheca conservari, sic statuit : « Sed ejus laudes eo videntur imminui quod doctissimus Dübner in Bibliotheca regia Parisina collectanea Passeratii invenit, ex quibus illum plurima hausisse judicat. Qua re fortasse factum est ut nomen Josiæ Merceri huic editioni non sit præpositum. » Verum is manuscriptus Conjecturas habet, quas Passeratius in publicum emiserat anno 1612 (quod opus Gerlachio ignotum videtur), paucas autem ineditas. Unde autem Gerlachius comperit eas ipsas Passeratium cum Mercero communicavisse, quas hic sibi arrogaverit tacitus? Etiam notandum quod in priore editione Mercerus sæpe Passeratii conjecturas honorifice refert, eumque in posteriore non semel laudibus ornat, ut quum scribit (Not. p. 146) : « Corrigebat elegantissimi ingenii et acuminis Passeratius. » Nemo nescit Mercerum priori editioni suæ nomen non inscripsisse; quid mirum si in altera, prælis absente se subjecta, nominari noluerit? Equidem viro nimium sibi diffidenti singularem modestiam vitio verti moleste fero. Ex auctoris profecto absentia factum est ut nova editio vulgo Parisiis, raro Sedani impressa in titulo diceretur, et Hadrianus Périer typographus acriter ob per-

multa editionis menda castigatus sit in epistola eo tempore scripta, quam vidi.

Merceri editio, ab eruditis totius Europæ conquisita, haud facilis inventu est, eamque diu in Gallia desideravi. Hanc denuo, ne studiosis deesset, in Germania typis mandavit anonymus quidam (Lipsiæ, 1826). Quod utique laudandum, quanquam non ea cura quam voluisses confectum. Non enim Nonii Marcelli operi titulus præponendus fuit : *De proprietate sermonis*, quum sit is primi capitis titulus : quod pravis codicibus editionibusque relinquendum. Sed in hoc gravius peccavit editor, quod, quum plurimos typothetarum errores in Merceri editione, ab ipso typographo quondam indicatos, recte delevisset, novos interdum intulit; quo factum est ut Gerlachius, qui certe ingenuam Merceri editionem indagare debuisset, hujus exemplum vitiosum secutus, nonnulla menda illi falso objecerit : de quo non semel monui.

Nonium Marcellum in suum Corpus grammaticorum Latinorum inserere sibi proposuerat Lindemannus. Præfationem quidem, quam in secundo volumine præmisit (1832), legenti non multis subsidiis instructus ad hunc laborem videbitur; sed quum Dübnerus, Lutetiæ incola factus, ex nostra Bibliotheca varias lectiones tum ex bonis codicibus, tum ex doctorum conjecturis quas Junii exemplaria exhiberent, misisset, ille profecto erat ad novam editionem suam paratior; sed mors et ejus spem et eruditorum exspectationem frustrata est. Quid factum sit Dübneri chartis nescio, et video in Germania etiam ignorari. Equidem Dübnero ita amico usus sum ut persuasum habeam, quæ fuit ejus doctrina et industria, eum Nonii editoribus utilissimam penum colligere potuisse; sed præterea multum operæ in ea utenda requirebatur.

Absit ut Gerlachii Rothiique editionem, quæ data est Basileæ, a. 1842, honorifico testimonio defraudem. Qui duorum vetustorum et magni pretii codicum integram recensionem referre curaverunt; sed quum vitiosos libros religiose exscripserint, diuturnum illum et utilissimum doctorum laborem pro nihilo habuere, ita ut depravatum librariorum culpa auctorem constituendi per conjecturas tum alienas, tum suas, onus lectoribus imponatur. Is sane labor magnam doctrinam laudandamque sedulitatem arguit, apposite philologorum conjecturas complectitur, non sine felicibus Rothii tentamentis : qui est ad veram editionem apparatus, sed proprie non editio. Inde vereor ne hæc novissima recensio plures a Nonio avocaverit quam ei conciliaverit : plerique enim, quum grammaticum, ab ætatis nostræ criticis in summam contemptionem adductum, ex editione quam Germanica eruditio accuraverat, rudem et hebetem agnoscerent, in severo censorum judicio acquieverunt.

Quam ardua sit recensendi Nonii Marcelli provincia, nemini evidentius quam mihi constat, qui tamdiu cum deformatissimo contextu luctatus sim, sæpissime victus. Nihilominus non satis mirari possum cur tam longa fuerit doctorum in hac re cessatio, et nulla Nonii editio jam annis ducentis

et sexaginta prodierit. Nempe viam post se venturis ipse monstraverat Mercerus; sed non effectum est quod speraverat, et quod auguraverat his verbis : « Notas doctorum, quas sine ullo delectu aliæ editiones exhibebant, in præsenti omisimus; erit deinceps qui eas cum judicio repræsentet, simul omnes veterum et recentiorum codicum lectiones. » Qui labor minui potuisset ac debuisset, si fere neglectis recentioribus libris, vetustiorum solummodo, qui pauci noti erant, variæ lectiones exscriptæ fuissent. Id muneris exsequenti, et Merceri textum cum aliquot emendationibus repetenti, insertis, ut par est, egregiis et vulgo probatis, quas ille diffidentius in schedas Notarum relegaverat, conjecturis, non sane digna primario critico fama parata esset, tamen sua laus judicio simul et diligentiæ, præsertim cum respectu ad utilitatem minime dubiam, non defuisset. Equidem si nihil aliud mihi proposuissem, diu est quum hoc labore essem defunctus.

Verum dubitari potest an Nonius dignus sit cui recognoscendo et castigando diuturnus labor impendatur. Dignissimus profecto est me judice, et in ea sententia quemvis futurum arbitror qui, grammatici particulas carptim præstringere non contentus, in eo pernoscendo multam operam consumpserit.

Sexto decimo sæculo, ut dixi, quum libros manuscriptos docti versarent, ubi tot maculas, seu chartis recens impressas, seu primorum editorum cura jam deletas, reperiebant, continuam scripturæ depravationem dolebant, neque auctorem ipsum accusabant, aut raro id factum est. Sed postera ætate, codicum vitia Nonio plerumque vitio vertuntur. Ægre pati me fateor Mercerum, tam acris judicii et tantæ verecundiæ virum, sæpe amarum Nonii censorem se ferre, et falsam de eo opinionem auctoritate sua fulcire, eo iniquius quod errores codicum frequentissime innuat, et ipse nonnunquam, postquam auctorem reum fecerit, librarii culpam esse posse fateatur; alias classici scriptoris vulgatam lectionem Nonio objiciat, quum is contra ex Nonio emendandus sit. Exinde tot maledicta ad ejus exemplum Nonio ingesta, *ineptiæ*, *ineptit*, *absurda*, *stupor*, *supinitas*. Quod ætate nostra ita invaluit ut ille fere nunquam sine contumelia nominetur. Verum non ita fastidiosus Priscianus (melior, credo, judex quam nostri homines), qui, ut memoravi, tribus locis Nonium honeste laudavit, in gravibus grammaticis repositum, tanquam Verrium Flaccum aut Probum citaret. Quod ante oculos habere debuit quivis criticus, et Mercero obversatum quasi molestiam exhibebat. Iis quidem ignoscendum qui de loco uno disserunt, et totum opus ignorantes, æquum judicium ferre nequeunt : quorum numerus maximus est. Sed omnes qui Nonii manuscriptos tractant, præsertim postquam plures vetusti innotuerunt, non potest fieri ut verum non videant. Tanta enim in libris mendorum congeries, quæ major in optimis etiam quam in editionibus, ut tribui nequeant homini non dicam erudito, sed humanioribus litteris vel minimum imbuto. Ut res clarius eluceat, pauca referam quæ in omnibus editionibus leguntur.

Satis multi errores, qui notati sunt aut notari possunt, cum bonis codicibus corriguntur, inde sane absoluto Nonio, ut puta *adhamarerunt* (pro adamaverunt), p. 69; Fingere est *jungere* (lingere), p. 308; *hinnibunde* (hinnibundæ equæ), p. 122; malivolentia *lactans* malo alieno, p. 16, ubi optimi libri habent *laetans*, ut est in loco Ciceronis, etc. Sed, ut aliquos locos indicem ubi ab universis tum libris, tum editionibus peccatur, quænam monstra verborum sunt *sparagi* (pro asparagi), p. 550; *debilo* (debil), p. 95; *charti* (chartæ), p. 196; *prosferari* (prosperari), p. 158; *grocire* (crocire), p. 455; *tormines* (tormina), p. 32; *pleritatem* (plebitatem), p. 149; *culest* (cualest, quale est), p. 198, et sexcenta alia? Quid sibi volunt *derorabo* (pro devotabo, scil. animam), p. 98; *rento ragant* (vacant), p. 467; *insolum*, *insolitum* (quum sit, in solum venire), p. 124; *carnales* (casnares), p. 86? Num inter antiqua et obsoleta verba merito collocatur *pueritia*, p. 156, quum conveniat *puritia*? Num *conjungere*, p. 36, quum requiratur vetustum *conjugare*? Num *prægreditur* (p. 64), præsertim quum *prægradat* in exemplo sit? *Prægradat* addidit doctissimus Junius, et addere debuit Mercerus, nec solummodo comprobare. Quis nobis persuadeat quemvis latine loquentem confudisse *appellare* et *appellere*, *concinere* et *concinnare*, *merere* et *mærere*, *flagrare* et *fragrare*, *linquuntur* et *liquuntur*, *riscus* (*eris*) et *riscum*, *frons* (*dis* et *tis*), aut talia? Hæc sine dubio inter se comparabantur, ut explicaretur differentia, quod sæpe apud grammaticos videre est. *Sublinere*, omisso *os*, non significare potest « illusit »; in quo errant etiam Glossæ Placidi, quum singulas dictiones in lemmatibus postularent imperiti.

Quæ autem portenta occurrunt si codices, bonos tantum curo, repetimus, ab initio in editionibus emendatos! In quibus legimus *redurare* (pro returare), p. 167; *sunat* (simat), p. 169; *emulgere* (emungere), p. 103; *optimitates* (opimitates), p. 146; *adanxint* (adaxint), p. 75; *collegitis* ceteris causis, p. 185, citato Cicerone, qui *collectis* scripsit; *Piemcolam* (Piem, colam), p. 151, male repetita in ipso Plauti versu lemmatis expositione *colam* (*piencolam* vel *piemcolam*); *Ferabite*, p. 113, quod a Junio et Gothofredo retinetur, et pæne ab ipso Mercero, qui scribit *Fera bite*, quum legendum *Fera rite* Canterus monuisset.

Nunc, quod ad latinam constructionem pertinet, quis puer grammaticæ elementa discens in errores incidisset qui Nonio ex falso codicum testimonio objiciuntur? Quibus si credimus, ille tam turpiter rudis erat ut casus confunderet, et in his verbis : « Multis annis inventum est, » dativum videret (p. 525). Idem nominativum esse contendit *nosmet* (p. 501) in hac sententia : « Nostri nosmet pœnitet, » et rursus in verbis : « Loca potitus (p. 502). » Etiam lemma *Evirare*, virilitatem amittere, quis non videat mutandum in *Evirari*?

Non magis auctor in crimen vocari potest quod transposita lemmata verum ordinem perturbent, et res alio pertinentes invehant : ut in primum librum quarti longius fragmentum irrepserat (scil. *Toga*, *Tollere*, etc.,

p. 406 sqq.), quod Mercerus in locum suum restituit. Nec id semel evenit, etsi semel notatum est, ut in re gravissima. Nam in fine libri septimi, qui De contrariis verborum generibus agit, post *Emungerentur* (p. 481), sequitur : *Potior illam rem*, quod referendum ad librum nonum, De numeris et casibus (p. 495). Secundo capite lemma *Æquimentum* legitur, pro *Equimentum :* in quo perscriptor bis peccavit; vocabulum enim ad falsam originem retulit, et in litteram alphabeti minime convenientem introduxit. *Bulga* et *Vulga* separatim exhibentur (p. 78 et 187), quum hæc vox vana sit, et unum lemma esse debeat *Bulga*. Ecquis contendat lemma *Calamistrum* (p. 546) non deerrare, quum inter Vasa et pocula recenseatur?

Neque Nonium negligentiæ arguam si quando verborum ordo turbatus reperiatur. Librarii enim, dramatica metra ignorantes, legitimum ordinem parum curabant. Exemplo sit Plauti versus ex Aulularia (II, 4, 38), qui citatur p. 509 : « Homo ad prætorem venit deplorabundus. » Sic omnes, præter Mercerum, qui « deplorabundus venit » dedit cum Plauto, nec monuit. Simile mendum in v. *Datatim*, p. 96, ubi vocem *datatim* in versu Plauti præpostere et contra metrum collocatam omnes exhibent. Vide etiam Virgilii versum initio lemmatis *Accipere*, p. 239, ubi scriptum fuerat *quæ tibi monumenta*, pro *tibi quæ*.

Et quam sæpe aliquis verborum defectus sensum omnino corrupit, et incusando Nonio ansam dedit! Fac deesse exemplum post nomen alicujus auctoris, et nomen sequentis auctoris pariter excidisse, quæ remanet expositio inde falsa, nonnunquam absurda exstabit. Quod in quarto libro non raro accidit. In eodem legimus lemma *Captare* cum uno sensu, contra grammatici institutum, quum plures varii sensus facile succurrissent. Ibi eo evidentior lacuna quod expositio *capere* cum exemplo non quadrat. Item p. 257 : « *Calx* est finis. Virg. lib. V : Calcemque terit jam calce Diores. » Nihil addidit librarius. Adsit igitur censor qui Nonium non intellexisse vocabulum *calcem* contendat!

Etiam vocabulorum additamenta, quæ auctorum scripta prolabente latinitate cœperunt inquinare, Nonio jurgii causam intulerunt. Feliciter aliquando evenit ut ista a bonis codicibus absint; sed passim perstant etiamnum sordes. Legimus in v. *Pauperies*, p. 494 : « Senex sum : utinam moriar mortem oppetam. » Ita codices et ed. Aldina. In quo *moriar* manifestum glossema est, quod deleverunt Junius et Mercerus, rectissime quidem, quum idem versus repetatur in v. *Erenat*, p. 507, nusquam addito glossemate *moriar*.

Frequentes sunt apud Nonium, qualem habemus, syncopæ, quas invexit seu pessum euntis linguæ consuetudo, seu compendiariæ scripturæ ignoratio. Quis credat Ciceronem scripsisse *vinclis* (Non. v. *Fatigare*, p. 310), *sæclis* (Non. v. *Garrire*, p. 117), *subligaclum* (Non. p. 29), et Varronem de Re rustica, « quod est intimum *soldum* » (Non. v. *Glumam*, p. 118)? Legitur autem *vinculis* in optimo ms. meo P : quod non magni refert.

Talia editores, excepto Mercero, tacite emendant. Etiam in v. *Modestum*, p. 55, exhibetur ex Varrone : « qui diutissime *vixent*. » Hoc aliquis mordicus tenet. Sed *vixissent* dant duo pervetusti codices P et L. Equidem multas ejus generis syncopas delevi, plures fortasse debuissem.

Neminem in pertractandis manuscriptis versatum latet, ingenuam aliquam et vere latinam dictionem sæpe mutatam esse ab iis qui antique scripta ad suorum temporum consuetudinem accommodare æquum et utile censerent. Quas mutationes, vel potius fraudes, candide confiteri non dubitat Paulus diaconus, quum Festum, Verrii Flacci qualemcumque servatorem, breviat atque deturpat : « Ex qua ego prolixitate superflua quæque et minus necessaria prætergrediens, et quædam abstrusa penitus *stilo proprio* enucleans... » Si Nonius, dum auctores citat, aliquando memoria labitur, non sane reprehendendus est si forte recentioris linguæ dictionem in antiqui scriptoris opus intrusam videmus. Cæcilii versus est apud Ciceronem (Senect. c. 8) : « Tum etiam in senecta hoc deputo miserrimum. » Apud Nonium (v. *Senium*, p. 1) legitur *in senectute*, obsoletam vocem *senecta* non ferente imperito et audaci perscriptore. Etiam Noster, in v. *Attendere*, p. 238, locum Ciceronis citat (Off. III, 8) : « Et si quum animum attenderis, turpitudinem videas *adunatam*. » Ferreæ ætatis vocabulum indicavit Passeratius, quum vulgo talia philologi non attrectent. Cicero scripsit *adjunctam*.

Et alio loco (p. 207) communis dicendi usus poeticam vocem expulit, violata simul quantitate : « Soleatus, intempesta noctu, sub divo, Aperto capite, silices quum findat gelus. » Quod luculentis trimetris scripsit Afranius, sed a librario dehonestatus, qui *sub divo* dat pro *sub Jove* (et nihil proficit Mercerus qui scribit *sub dio*). Afranium imitatus Horatius (Od. I, 1, 25) videtur : « Manet sub Jove frigido. »

Lucilii versus est, p. 287, qui item contra metrum peccat : « Juratam se uni, cui sit data *adæquæ* dicata. » Ita libri; Aldus et Junius *adæque*. Errorem agnovit Carrio (Ant. Lect. I, 4), et optime correxit : data *deque* dicata, scil. dedicata. Quem libentius laudarem, nisi auctorem expresse accusaret, non librarium, ut videlicet doctior ipse exsisteret quam Nonius. Emendationem Mercerus tacite recepit. Ceterum si in notam verbi simplicis nunc inducitur verbum compositum, is solus mirabitur qui Nonium non legerit.

Hæc sunt quæ Nonium contra librariorum inscitiam incuriamque defendant. Præterea una res multorum doctorum criminationes refellit, quod fere nihil de suo protulit Nonius, celeberrimorum grammaticorum opera excerpens. Horum operum, quamvis perierint, plures tituli ad nos pervenere, unde patet ex quibus fontibus hauserit. Rerum inventarum dispositio si quid laudis habet, ad eum referenda est, sed fundus et ipsæ enarrationes sunt antecessorum propriæ. Quod malevoli sine magno labore agnoscere potuerunt.

Quum igitur Nonii me advocatum fero, non me nimio studio vel nimia

indulgentia duci confido, ut solent editores, sed eum a criminibus vindico quæ nemo non iniqua agnoscat, si rem attentius dijudicaverit. Tam fœdus enim est Nonii codicum habitus, quod omnes hactenus latuerat, et primi ostenderunt Gerlachbius Rothiusque, ut auctor culpa facile eximatur, et eo certior absolutio sit quo majora exprobrentur flagitia.

Laudatur sine controversia Nonius quod permulta deperditorum scriptorum fragmenta conservaverit; sed inde laus illi multo major debetur quam tribuitur. Quot Ennii et Nævii, quot tragicorum et comicorum particulas ille nobis subministrat! Quot reliquias illustrium historicorum, Cœlii Antipatri, Claudii Quadrigarii, Sisennæ, Sallustii Historiarum, scilicet orationis illius monumenta maxime sinceræ, sanæ, luculentæ, qua lingua latina usa sit! De Lucilio autem quid superesset, si defuisset Nonius? Cujus quum remaneant septingenti loci, quingentos præbet Noster. Et Varronis saturæ Menippeæ, ne de aliis ejusdem operibus loquar, quantum doctrinæ, salis, jucunditatis habent! Ex quibus vix pauca ab aliis grammaticis suggeruntur. Exstant fragmenta epistolarum Ciceronis ad Cæsarem juniorem triginta, quæ non nihil ad belli Mutinensis historiam prosunt : ea omnia Nonio debentur. Vere igitur scribebat in priore editione Mercerus : « Habes Nonium, vel potius antiquitatis totius penum, etc. »

Adde quod sæpius antiqua vocabula, priscam declinationis et conjugationis consuetudinem, operum titulos, alicujus sententiæ auctorem ignoraremus, nisi præsto esset Nonius. *Facul* vetustum verbum est, quod Paulus ex Festo sine exemplo memorat, et alii grammatici prætermittunt. Nonius autem id non modo promit, sed Lucilii, Pacuvii, Afranii, Attii, Varronis exemplis confirmat. Unde fit ut dictionem, de qua dubitari poterat, optimis auctoribus sub Republica pervulgatam fuisse constet. Vocabula « noxitudo, lætitudo, nitiditas, luculentitas, puritia, longiscere, lætiscere, » et permulta alia, idem nota fecit. « Flexanima oratio » bonus quidam poeta dixit, teste Cicerone (De Orat. II, 44), qui *Pacuvius* est, laudante Nonio. Quid, quod multos classicorum locos emendatius protulit Noster, ita ut ii demum intelligantur? Nec ejus contextum adire desinant editores, quum multa probabilia etiamnum ibi lateant : vel quum Cicero, de atomis loquens, ait (in Acad. I, II, c. 38) : « Qui asperis et hamatis uncinatisque *corporibus* concreta hæc esse dicat. » Nonius autem (p. 189) exhibet *corpusculis;* quod verum videtur, utpote hæc frequentissima græcæ vocis translatio. Sallustii omnes codices et tantum non omnes editiones dant in Jugurthino (c. 85) : « Non sunt composita verba mea : *parum* id facio. » Non autem fœdo solœcismo inquinatum erat Nonii exemplar, qui habet (p. 260) : « *parvi* id facio. » Ita ex Nonio ediderunt Colerus et Havercampus, sed plerisque postea placuit vetus error.

Sexti decimi sæculi philologos dixi præcipuum studium Nonio dedisse. Quam multi tunc et deinceps exponendo et emendando Nostro operam navaverint, ex eorum catalogo videre est. Sed illi honoris causa nominandi

qui præcipue de eo bene meriti sint: Baptista Pius, unus ex primis editoribus (1500); Aldus (1513); Bentinus (1526), diligens et acutus impressarum plagularum corrector; Hadrianus Junius, cujus editio (1565) magnam meritamque famam statim collegit; Turnebus, unum ex luminibus magni illius sæculi; Justus Lipsius, qui tribus opusculis quamplurimos Nonii locos feliciter attigit; Josephus Scaligerus, ab æqualibus criticorum princeps habitus, qui tantum in classicorum scriptorum emendationem contulit, et tot vulnera, visa aliis insanabilia, sæpe curavit; Ger. J. Vossius, qui cum uno vetusto codice, subveniente etiam acri judicio et metrices cognitione, multos tragicorum locos egregie sanavit; denique ætate nostra Bothius, cui tot maculas exponenti, multas elucere contigit; et jure ignoscendum si toties, ut necesse erat, conjectanti non omnia prospere successerint. Primum locum facile obtinet Mercerus, qui propter magnam diligentiam, singulare ingenii acumen, exquisitam commentarii doctrinam, solus celebratur et conquiritur Nonii editor. Qui utinam innumerabiles operis errores temporis injuriæ et librariorum inscitiæ vel negligentiæ tribuisset, nec lectores, quos auctori, utcunque servato, debuisset conciliare, ab eo crebra insectatione avertisset!

Ex illa codicum, editionum, commentariorumque supellectile ingens fructus percipitur; et quamvis tantas ruinas reparari posse non sperandum sit (majores etiam exhibet Varronis tractatus De lingua latina), multa tamen reficere licet. Certas enim regulas doctorum exemplum et propria experientia nobis suggerit, per quas sæpius bene procedit. Non abs re est eas singillatim persequi.

1. Multis locis probi codices, recens cogniti seu evulgati, veram lectionem luce clarius suggerunt, et priscum errorem exterminant. Id porro doctis honori sit quod sæpe menda illa innuerunt et correxerunt.

2. Nonius exempla quædam non semel profert, et alterum ex altero corrigitur.

3. Citato vitiose alicujus scriptoris loco, scriptor ipse, quum consulitur, verum suppeditat.

4. Laudatum ab alio grammatico idem exemplum Nonianæ lectionis corruptelæ mederi potest.

5. Quum de varia significatione vocabulorum agit Nonius, si una tantum profertur, aliquid manifesto deficit. Res interdum hoc confirmatur quod idem lemma apud alium grammaticum, iisdem fere verbis, occurrit. Etiam lacuna est, aut transpositio, quum exemplum titulo non respondet.

6. Solennes et quasi sanctas leges habet grammatica, quas perfringere nullo modo licet, concessis sane antiquorum, quæ notæ sunt, exceptionibus.

7. Depravatus versus metrices regulis arguitur, nec raro facilis emendatio succurrit.

8. Denique quasdam conjecturas seu evidentia, seu probabilitas com-

mendat. Quæ eo feliciores quo plus doctrinæ et acuminis conjicienti est, quo melius manuscriptorum morem et solitos errandi modos percallet. Sæpe optimas correctiones in notis suis timidius deposuit Mercerus, quas docti inde ut certissimas eruunt, et pro insertis ab eo in contextum habent. Præterea nemo referre negabit, si duo critici in eamdem suspicionem conspiraverint.

Nunc pauca expressius dicam de laboris mei ratione et subsidiis quæ mihi præsto fuerunt. Probos manuscriptos duo Gerlachius Rothiusque publici juris fecerant; his quinque vetustiores et nondum adhibitos addidi. Quicquid ad explicandum corrigendumque Nonium mihi prodesse posset, conquisivi et lucro apposui : in hoc mihi magnam utilitatem attulit Gerlachii Rothiique editio, quamvis multa ex iisdem fontibus ipse hausissem; et aliqua indidem haurienda supererant. Semper mihi in manibus fuere doctorum sexti decimi sæculi scripta, quos « longe sequor, et vestigia semper adoro. » Aliquot eruditorum, nec sane ignobilium, a Gerlachio omissas opiniones retuli, ut sunt Brissonius, Brodæus, Meursius, Laurenbergius, Schottus, Sigonius, Lambecius, Nicolaus Heinsius, Bentleius, etc. Adjungendi fuerunt philologi quos, utpote ætate posteriores, ille novisse non potuit.

Quod factum erat, nonnunquam pro infecto habui : multa enim iterum trutina pensari utile est. Exempli gratia, quum Bentini operam magni æstimem, eum de integro evolvi et inspexi, ut omissa reponerem, et ad ejus laudem merito referrem quicquid invenit. Eodem modo, quid cuique debeat Nonius, quantum potui, semper indicavi. Superius sæculum parum ad Nonii emendationem contulit; sed præsens ætas in vulgandis quibusdam, quos Nonius servavit, scriptoribus, vel ipsius retractandis locis, industrie se exercuit : quæ tentamenta pro mea facultate cognoscere et referre conatus sum.

Ne quis tamen miretur et mihi vitio vertat si quas conjecturas, quæ mihi nullius ponderis visæ fuerint, silentio prætermiserim, quantumvis illustres haberent auctores. Non ultro de erroribus loquor, quum nemo errore immunis sit. Conjecturarum mearum interdum mentionem facio, etiamsi eædem in aliorum jam evulgatis libris compareant, quoniam opus meum annos plus triginta retractans, in hoc ipsum prior incideram. In quo non tam inventi laudem requiro quam auctoritatem suspicioni quæ pluribus incidit.

Quartus liber divisa in plures particulas ejusdem vocabuli lemmata non raro ostendit. Hoc non culpa auctoris factum esse, inde patet quod sive persimilia bis recurrunt, sive unus sensus proponitur, quum agatur de varia sermonum significatione. Disjectorum autem membra lemmatum in unum coegerunt editores, excepto Mercero : quos equidem plerumque secutus sum, cum magno legentis commodo.

Nemo suspicatur quam frequenter verba, vel etiam exempla, in Nonii codicibus et fere in editis omissa sint. Equidem permulta addidi, sed

uncis inclusa, quæ lectorem adjuvent et investigationibus liberent. Indicavi modo locum ipsum in opere citato, modo auctoris nomen deficiens, quum id aliunde sufficiebatur; supplevi verba in laudatis locis omissa, et aliquando plura, quæ in fine relati exempli, ut sæpe fit, exciderant : unde auctoris sententiam intelligere pronum est. Notavi etiam quando a Nonio citata cum scriptorum ipsorum editionibus differrent; nec non alios grammaticos, qui eadem servaverunt, arcessivi et cum Nostro comparavi.

Gallia, quæ eximiam Nonii editionem protulit, uberem etiam doctorum proventum habuit, qui iu eum tractandum et corrigendum curam contulerunt : cujus laboris multa restant vestigia. Singulari fortuna mihi contigit ut Junianæ editionis exemplar quondam compararem, in quo scriptum est supra titulum : « Dedi amicissimo adolescenti Josiæ Mercero, primo kal. jan. 1584. » Quod hujus notis refertum est. Scilicet in margine scripsit doctorum, præcipue Turnebi, conjecturas, et notas suas, quas alteri editioni subjunxit. Utinam ubique, quomodo fecit primis paginis, Victorini codicis varias lectiones memoravisset, quod aliquantum codicis ipsius jacturam solaretur ! Plura alia Junianæ editionis exemplaria aut habeo aut vidi, quæ eruditorum notas exhibent : inde, si quid novum et dignum relatu foret, excerpsi.

Passeratii librum manuscriptum, de quo mentio fuit, perlegi, et ut ejus Conjecturarum excuso libro usus eram, ita inedita, quæ mihi probabilia viderentur, lucro apposui. Præterea Franciscus Guyetus, philologus minime contemnendus, perpetuum commentarium in Nonii opus reliquit, qui in Bibliothecæ Parisiensis thesauro asservatur; et quamvis Junii, Merceri aliorumque opiniones sæpe afferat, sæpe etiam emendationes expromit de suo, nonnunquam me judice admittendas. Guyeto præcipuum metrices studium, et plerumque citatos versus recte ad legitimum metrum redigit. Ex ejus integro codice attentius perlecto multa decerpsi, quorum nec me piget, nec lectorem pigebit.

Ne quis forte credat aliquid in hac nostra provincia non operosum fuisse, factum est ut, quum ad metam pervenissemus, in duo Indices offenderemus, quos et depravatos et male plenos editiones instituerant. Prior enim, qui vocabula recenset, plurimis mendis refertus erat, quæ, etsi codicibus freta, post utilissimum et indefessum doctorum laborem tolli debuerunt. Quid enim attinet explosos jamdiu lemmatum errores sine fine reponere, ut puta « aberruncare (averruncare), cissium (cisium), colinam (culinam), deflaccare (defloccare), mediastrinos (mediastinos), corici (coryti), dividæ (dividiæ), æquimentum (equimentum), debilo (debil), carnales (casnares), consecrabor (conscreabor), conjungere (conjugare), prægredi (prægradare), ignavit (ignavavit), perpetuitassit (perpetuassit), infelicitent (infelicent), ancora (anquina), pueritia (puritia), tristitias (tristitas), » et sexcenta alia? Quos errores, et quotquot occurrebant, recentissimi editores Gerlachius Rothiusque, ex operis sui instituto, retinere religioni habuerunt, ita ut lector curiosus sæpissime in fraudem

rapiatur, si fastidio non avocatur. Nemo potest quatuor sæculorum opus viribus suis exsequi, et in aliorum inventis acquiescendum, quum librorum mendacia argumentis quæ recensui manifesta sunt. Ne tamen suppositius ille, quem norunt, Nonius jam nullus sit, vulgatam scripturam simul memoravi, legenti auxiliatus. Et, ut mihi nihil antiquius est perspicuitate, indicata lemmata sæpissime illustravi, quum legentes in errorem traherent inevitabilem. Quid enim sibi vult in Indice vocabulum *frons*, non adjuncto genitivo? Quid *inermi*, *poematis*, omissa casus mentione? Quid *finis*, cujus duplex genus non innuitur? Quis vocem *viro* suspicetur a *virus* deducendam? Quis *largi*, *ullo*, verba esse divinet, nomina autem *offendo*, *palpo*, *porrigo*, *habentia?* Præterea satis multa lemmata addidi, quæ addenda ex sententiarum tenore et laudatis exemplis plures docti viderant. Et rem gratam eruditis me fecisse puto quum nova lemmata ex libro nono, ubi latebant, decerpserim, quæ sane ad antiquæ linguæ notionem faciunt, ut sunt *indigere* et *fastidire* cum genitivo, *carere* et *incumbere* cum accusativo, etc. Denique alias voces priscas, et Nonii proposito convenientes, in lumine collocavi, ut sunt *assiduus*, *resonit*, *numero* adverbialiter, *mille* cum genitivo, quatuor locis usurpatum, etc.

In posteriore Indice majores etiam occurrebant difficultates. Non loquor de expressa indicatione, quum Nonius, ut nunc legitur, nec opus nec locum designabat; sed hæc animadvertenda : modo falsum erat scriptoris nomen, ut ejiciendus fuit Agellius, qui non *historias* composuit; modo incertum erat nomen auctoris vel operis, nec tutum id affirmare; modo operis cujusdam titulus, aliunde cognitus, emendari debuit, modo auctori suo restitui : verisimile est non errasse in nomine grammaticum, sed unum exemplum cum altero ac vero nomine excidisse. Alias deperdita quædam sententiam imperfectam reliquerunt, nonnunquam scriptum prosa oratione exemplum poetæ verba sequitur : quæ sane distinguenda, nec tantum lacuna indicanda, sed inducendus auctor anonymus.

Restat ut aliquid purgem, quod scio fore ut multi mihi crimini vertant. In quo si quid peccavi, non peccavi imprudens. Nova hoc sæculo apud finitimos nostros pervulgata est orthographiæ ratio, quæ nec utilis nec omnino vera videtur. In hac re monumenta et grammaticos magni facio, sed vetustissimis codicibus parce habenda fides, qui barbariem temporum quibus exscripti sunt repræsentant. Non igitur ideo geminatis litteris et variis distinctionibus bellum indicam, aut superfluas quasdam consonantes et frequentes syncopas accipiam, quod ita exhibere boni libri soleant. Tunc enim regulas prave detortas video, ut puta tertia declinatione nominativus et accusativus plurali numero semper in *is* exibant. Si antiquis Nonii manuscriptis credimus, quos editiones sæpius expresserunt, scribendum « *lucis* (pro luces), *segetis*, *hominis*, *pictoris*, *consulis*, *salicis*, *virtutis*, *religionis*, *Ægatis* (insulas), et permulta alia, quæ nescio an ullus librorum superstitiosus defensor tueri audeat. Hæc omnia solennem litterarum *e* et *i* confusionem præbent, quam videas et in v. *Scaphæ*, p. 535, « cum

paucis *fidis*, » sed in codicibus *fides*. Verum, etiamsi accusativus in libris juxta grammaticam probe distinctus legeretur, non eos secutus essem, claritati serviens. Tanta enim Nonium intelligendi difficultas, qui frusta auctorum refert, ut tenebras conduplicare noluissem, accepta accusativi pluralis terminatione minus usitata. Ceterum non possum non animadvertere, eosdem qui scribunt *urbis* apud Virgilium, scribere *urbes* apud Ciceronem. Etiam iis, qui me scripsisse *urbes* respectu ad regulam ægre ferent, pergratum fecero, quum intellecturi sint quæ aliter scripta non intellexissent.

Et quanta obscuritas ex hujus generis mutationibus oboriri potest! Non infitias eo genitivum *ii* plerumque et legitime per unum *i* scriptum esse. Quum vero instituta ratione vocalem *i* geminari nolunt, habemus *bienni* (biennii), *ali* (alii), et pariter *hostis* (hostiis), *regis* (regiis), *inanis* (inaniis), etc., quæ omnia ex Nonii codicibus exscribo. Quod si consonas etiam simpliciter scribi placet, exsistunt *alium* (nonnunquam pro *allium*), *calidum* (callidum), *operiens* (opperiens), *agere* (aggere), *mutum* (*mutuum*), etc., quæ nullo modo defendam, nedum in Nonii contextum inserenda putem.

Nemo nescit quamdam viguisse a renatis in Europa litteris unam communemque orthographiæ rationem, quæ nec obsoletum reipublicæ Romanæ usum nec cadentis latinitatis corruptelas referret. Non sane tot claris viris aut inscitia, aut codicum ignorantia objici potest. Qui consensus commercio doctorum valde commodus erat, quum se quasi ex una gente agnoscerent, simulque efficiebat ut lectores minus eruditi in tricas non conjicerentur. Equidem novæ rei auctores vel fautores, qui omnes gravissimos magni sæculi magistros deserunt, et taciti vituperant, nec probo, nec imitor.

Quicumque reputaverit Noniani operis longitudinem, corruptissimi textus impedimenta, assidua philologorum molimenta ut difficilem viam expedirent, profecto non mirabitur me tantum temporis, imo vitæ partem, in unum inceptum insumpsisse. Editionem, quam adhuc juvenis inchoavi, nunc provecta ætate in publicum profero. Equidem perpetuum commentarium, in quo de sensu et de metrica egissem, subjungere in animo habueram; verum senectutis memor, et Lindemanni fato admonitus, textum saltem edere decrevi, opinionem meam interdum in notas inserens, non quod satis esset, sed quod præcipuum. Nonio Marcello tamen non supremum vale dico. Quam multa sunt quæ mihi perspicua, ob diuturnum cum eo commercium, apparent, sed eos intricent ac morentur quos linguæ latinæ antiquitates et arcana fugiunt! Si quid mihi vitæ superest, ex tot congestis animadversionibus meis utiliores eligere et in vulgus emittere cogito.

INDEX PHILOLOGORUM

QUI IN NOTIS LAUDANTUR.

Acidalius. In Plautum Divinationes et interpretationes. (Gruteri Lampas, t. VI.)

Almeloveen. Veterum poetarum fragmenta. Amstelædami, 1586.

Augustinus (Antonius). Fragmenta Historicorum collecta, emendata a Fulvio Ursino. Antuerpiæ, 1595. Emendationes et opiniones. Lugduni, 1560.

Auratus (Daurat), professor, XVI sæculo. Conjecturæ manuscriptæ in margine Junianæ editionis.

Badius (Conradus). Conjecturæ manuscriptæ in Junii editione.

Barthius. Adversariorum libri LX. Francof. 1624.

Becker (J.). De divisione Saturarum C. Lucilii (in Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft, 1842), et alia opuscula.

Benæus. Citatur in notis mss. editionis Junianæ.

Bentleius. Editiones Horatii et Terentii. Amstel. 1723, 1727. Opera philologica. Lipsiæ, 1781.

Bergen (van). Criticæ observationes. Trajecti ad Rhenum, 1785.

Bergk. De aliquot fragmentis Tragicorum latinorum (Rheinisches Museum, t. III, p. 71), 1835, et alia opuscula.

Beroaldus. Annotationum Sylloge. (Gruteri Lamp. t. I.)

Bondamus. Variæ lectiones. Zutphaniæ, 1759.

Bongarsius. Ad Justinum. Parisiis, 1581. — Et a pluribus doctis laudatus.

Bothe. Poetarum scenicorum fragmenta. Lipsiæ, 1834. — Emendationes Nonianæ, Bothe 2 (in Rheinisches Museum, t. V, p. 250), 1837.

Brissonius. Opera varia. Parisiis, 1607.

Brodæus. Miscellaneorum libri sex. Basileæ, 1555. (Et in Gruteri Lamp. t. II.)

Buechelerus. Observationes in Varronis Saturas Menippeas, ap. Riese.

Canterus (Gulielmus). Novæ lectiones. (Gruteri Lampas, t. III.) — (Theodorus). Variæ lectiones. Antuerp. 1574.

Carrio (Ludovicus). Antiquæ lectiones. Antuerp. 1576. Emendationes et observationes. (In Grut. Lamp. t. III, ut et præced. opus.)

Casaubonus. Apud Dousam, ed. Lucilii. Ad Persii Sat. Commentar. Parisiis, 1605.

Casellius. Variarum libri duo. Lutetiæ, 1582. (Et in Grut. Lamp. t. III.)

Canchus vel Caucus vel Chaucus. Citatus a Junio, et notæ scriptæ in ejusdem editione.

Chappuis. Fragments des ouvrages de Varron, intitulés *Logistorici, Hebdomades*, etc. Paris, 1868.

Chifflet (Claudius). Notæ ad marginem ed. Junii, ex bibliotheca Bisontina.

Ciacconius, Toletanus. Notæ in Sallustium. Lugduni Batav. 1594.

Columna. Ad Ennii fragmenta. Neapoli, 1590.

Corpet. Satires de C. Lucilius, fragments revus, augmentés, traduits et annotés pour la première fois en français. Paris, 1845.

Cujacius. Observationum libri XI. Lugduni, 1555-1570.

Davisius. Ciceronis Academica recensuit, cum variorum suisque notis. Cantabrigiæ, 1725.

Delbene (Albigensis episcopus). Aliquot notæ manuscriptæ in Junii editione.

Delrius. Syntagma tragœdiæ Latinæ. Antuerp. 1593.

Dissaldeus (gall. Dissaudeau), Castelrotianus. Animadversiones in M. Accii Plauti Comœdias. Salmurii, 1641.
Dousa vel Dusa (Franciscus). C. Lucilii satirarum reliquiæ. Lugduni Batav. 1697. (Editio sæpius repetita.)
Dübnerus. Notæ apud Munkium, teste Gerlach. Conjecturæ in aliquot philologicis diariis editæ.
Düntzer. Livii Andronici fragmenta. Berol. 1835. De versu saturnio (una cum Laurentio Lersch). Bonnæ, 1838. Nonnullæ veterum poetarum Latinorum tragœdiæ e fragmentis explicatæ (in Zeitschrift für die Alterthums., 1838). Et plures disputationes insertæ in Zeitschrift, etc., et in Rheinisches Museum. Ea præsertim Nonium legentibus utilis, cui titulus: Ueber Dittographien in Texte des Nonius (1848).

Faber (Nicolaus). Conjecturæ tum apud Mercerum 1, tum ab aliis doctis laudatæ.
Fleckeisen. Disputationes passim insertæ in Rheinisches Museum, et ea cui titulus : Zu Nonius in Jahrbücher für Philologie, 1857.
Floridus Sabinus. Lectiones subcisivæ. (Gruteri Lampas, t. I.)
Francke (Frankius), apud Neukirch, p. 178.
Francken. Conjectanea critica ad C. Lucilii librorum decadem primam. Amstelodami, 1869.
Freinshemius. Ad Florum. Argentorati, 1655.
Fruterius. Verisimilia, et Epistolæ philologicæ. (Gruteri Lamp. t. II et V.)

Gebhardus. Crepundiorum libri III. Ejusdem Antiquarum lectionum libri II (in Schmiuckii Syntagm. critic.).
Gerlach et Roth. Nonius Marcellus de Compendiosa doctrina. Basileæ, 1842. — Gerlach. Sallustii quæ exstant. Basil. 1843. Lucilii Saturarum reliquiæ. Turici, 1846.
Gifanius. Ad Lucretium. Antuerplæ, 1565. In linguam latinam observationes. Altenburgi, 1762.
Giselinus. Citatus in ed. Junii.
Gothofredus. Auctores linguæ latinæ. Sine loci nomine, 1585 (et postea aliæ editiones).
Grauert. Histor. und philol. Analekten. Münster, 1833. De Lucilio egit in Programm. Münst. 1848.
Grautoff. Quem citavi ex Ribbeckio, Comic. passim.
Gronovius (Joh. Freder.). Observationum libri IV. Lips. 1755.
Grotemeyer. De Attii tragœdiis. Münster, 1852.
Grotius. Emendationes in Tragicos latinos. (Biblioth. critica nova, t. IV. Lugd. Batav. 1828.)
Gruterus. Vid. Lampas.
Gulielmus (Janus). Verisimilia. Antuerp. 1582. In Plautum quæstiones. (Gruter. Lampas, t. III.)
Guyetus (Franciscus). Perpetuus Nonii Marcelli commentarius, codex Bibliothecæ Parisiensis.

Havercampus. Notæ in Lucretium, Leydæ, 1725; in Sallustium, 1742.
Heinsius (Nicolaus). Adversariorum libri IV. Harlingæ, 1742.
Heraldus. Ad Arnobium animadversiones et castigationes. Lugduni Batav. 1651.
Hermann (Godofredus). Elementa doctrinæ metricæ. Lips. 1816. Opuscula, tomi VII. Lips. 1827-1839.
Hertz. Auli Gellii editio (repetita). Lips. 1861.
Hesselius. Ennii fragmenta. Amstelaedami, 1706.

Johannes Saresberiensis. Policraticus. Lugduni Batav. 1639.
Jordan. M. Catonis, præter librum de Re rustica, quæ exstant. Lipsiæ, 1860.
Junianus Maius. De priscorum proprietate verborum. Tarvis. 1477.
Junius (Hadrianus). Animadversorum libri VI. Basil. 1556. Nonius Marcellus De proprietate sermonum (imo, De compendiosa doctrina). Antuerp. 1565.

Keil. Grammatici latini. Lipsiæ, 1857-1871.
Klussmann. Nævii Vita, carminum reliquiæ, poesis ratio. Ienæ, 1843.
Krause. Vitæ et fragmenta veterum historicorum. Berolini, 1833.

Lachmann. In Lucretii libros commentarius. Berol. 1851.
Laguna (Martyni). Ad Ciceronis Epistolas. Lips. 1804.

Lambecius. Lucubrationes criticæ in Auli Gellii Noctes Atticas. Parisiis, 1647.

Lambinus. Notæ in Lucretium, Parisiis (1563), in Ciceronem (1566), etc.

Lampas, sive Fax artium liberalium, etc., a Jano Grutero. Francofurti, VI vol. 1602-1607, in-8°. (Recentior editio in IV tomos, fol., redacta. Florent. 1737.)

Lange. Vindiciæ tragœdiæ Romanæ. Lips. 1832.

Laurenbergius. Antiquarius. Lugduni, 1622.

Leopardus. Emendationes et miscellanea. (Gruteri Lamp. t. III.)

Lersch. De Fabula togata, palliata et prætexta. (Rheinisches Museum, t. VI, p. 509.) — Et vid. Düntzer.

Lindemannus. Corpus grammaticorum latinorum veterum. Lipsiæ, 1831-1840.

Lipsius (Justus). Epistolicæ quæstiones. Antuerp. 1577. Electa, Variæ lectiones, Antiquæ lectiones. Ant. 1580. Saturnales sermones. Paris. 1585. De Cruce, etc. (Lipsii opera omnia quæ ad criticam proprie spectant. Antuerp. 1585.)

Madvig. Opuscula academica. Hauniæ, 1834. (Inest dissertatio : de L. Attii didascaliis.)

Maius (Angelo Maï). Ad Cic. de Republica. Romæ, 1828.

Martinus (Bernardus). Variæ lectiones. Trajecti ad Rhenum, 1755.

Meineke. Menandri et Philemonis reliquiæ. Berol. 1823. Fragmenta poetarum comicorum Græcorum. Berol. 1839. De Varronis saturis. Marburg, 1845.

Mercerus (Josias). Nonius Marcellus, Parisiis, 1583. Altera editio, Parisiis vel Sedani, 1614.

Merula. Ennii annalium fragmenta. Lugduni Batav. 1595. Opera varia postbuma. Lugd. Bat. 1684.

Meursius. Exercitationum criticarum partes II. Lugduni Batav. 1599.

Meyer (Henricus). Oratorum Romanorum fragmenta. Turici, 1832.

Muellerus (Lucianus). De re metrica poetarum latinorum præter Plautum et Terentium libri septem. Lips. 1861.

Müller (Odofridus). Ad Varronem de lingua latina. Lips. 1833. Ad Festum. Lips. 1839.

Munk. De L. Pomponio Bononiensi. Glogau, 1826. De fabulis Atellanis. Lips. 1840.

Muretus. Variæ lectiones. Lugd. Bat. 1586. (Et in Grut. Lamp. t. II.) Mureti opera omnia edidit Ruhnkenius, 4 vol. Lugd. Batav. 1789.

Naekius. Commentarius de Pacuvii Duloreste. Bonnæ, 1822. (Et in Rheinisches Museum, t. I, et alibi.)

Nauckius. Erklærung von Vergil. Kœnisberg, 1862. Et variæ dissertationes in diario *Philologus*.

Neukirch. De Fabula togata Romanorum. Lips. 1833.

Nicolaus Loensis. Miscellaneorum epiphyllidum libri X. (Gruteri Lampas, t. V.)

Œhler. Varronis Saturarum Menippearum reliquiæ. Quedlinburgi et Lipsiæ, 1844.

Orellus (Orelli). Ad Ciceronis fragmenta. Turici, 1828. Ciceronis editio, 1826-1837.

Osann. Analecta critica. Berol. 1816.

Palmerius. Spicilegium. Francof. 1580. (Et in Grut. Lamp. t. IV.)

Pareus (Philippus). Electa Plautina. Neapoli Nemetum, 1617.

Parrhasius. Sylloge. (Grut. Lamp. t. I.)

Passeratius. Conjecturarum liber. Parisiis, 1612. Notæ tum apud Mercerum 1, tum in pluribus Junii exemplaribus memoratæ. — Codex ab eo manuscriptus, et in Bibliotheca Parisiensi asservatus, de multis Nonii locis agit.

Perottus (Nicolao Perotti). Cornucopia. Venet. Ald. 1499. (Repetita Venet. Ald. 1513, ac deinceps.)

Pighius. Doctus theologus et litterator Batavus, sexto decimo sæculo.

Pithœus (Petrus). Adversaria subseciva. Parisiis, 1565. (Et in Grut. Lamp. t. II.)

Pius (Baptista). Annotationes. (Gruter. Lamp. t. I.)

Planck. Ennii Medea. Gœttingæ, 1807.

Pontanus. Analectorum libri III. Rostochii, 1600. Ad fragmenta historicorum, ed. Havercamp.

Popma (Ausonius). Ad Varronem. Franeckeræ, 1589 vel 1590. (Repetita in ed. Bipont. 1788.) Ad fragm. historicorum, ed. Havercamp.

Prellerus. Ann. litter. Ienens. 1847, citante Riese.

Puteanus (Erycius, van de Putte, aliter Henry Dupuy). Doctus Batavus, sub fine sæculi sexti decimi. (Cf. Thes. Antiq. Grævii.)

Ranchinus, Monspessulanus. Variæ lectiones. Vid. Schminckius.

Reuvens. Collectanea litteraria. Lugd. Batav. 1815.

Ribbeck. Tragicorum latinorum reliquiæ. Lips. 1852. Comicorum latinorum præter Plautum et Terentium reliquiæ. Lips. 1855.

Riccoboni. Fragmenta historicorum veterum latinorum. Basileæ, 1569.

Riese. Varronis Saturarum Menippearum reliquiæ. Lipsiæ, 1865.

Ritschl (Ritschelius). Plauti editio (nondum absoluta), Parerga, Glossarium Plautinum, et varia opuscula, 1848-1870.

Robortellius. Miscellanea in libros Ciceronis rhetoricos, Catullum, etc. (Grut. Lampas, t. I.)

Rœper. Varronis Eumenidum reliquiæ. Dantzig, 1859-61-62.

Roth. Vid. Gerlach.

Ruhnkenius. Ad Xenoph. Memorabilia ed. Ernesti, Lips. 1772. Ad Rutilium Lupum edit. Frotscher. Lips. 1841.

Rutgersius. Variarum lectionum libri VI. Lugd. Bat. 1618.

Salmasius. Exercitationes Plinianæ ad Solinum. Parisiis, 1629.

Santenius. Terentiani Mauri editio. Trajecti ad Rhenum, 1825.

Scaliger (Josephus). Conjectanea in Varronem. Parisiis, 1565 (et inde multæ editiones). Catalecta Virgilii, Lugd. 1573. Ad Festum, Paris., 1576. Ad Catullum, Antuerp. 1582. Ausonianæ lectiones, Heidelbergæ, 1588. Ad Dionys. Catonem, Lugd. Batav. 1626. — Falso nomine : Yvonis Villiomari in locos controversos Roberti Titii Animadversorum liber. Lutet. 1586.

Schegkius. Observationum et emendationum præmessa. (Gruteri Lamp. t. IV.)

Schmidt (Ferdinandus). C. Lucilii satirarum quæ de libro nono supersunt. Berolini, 1840. (Hic designatur quum prænomen non additum.)

Schmidt (Paulus). De Nonii Marcelli auctoribus grammaticis. Lipsiæ, 1868.

Schminckius. Syntagma criticum variorum auctorum (in quo Ranchinus, Zinzerlingius, Gebhardus). Marburgi, 1717.

Schneider (Jo. Gottlob.). Scriptores Rei rusticæ. Lips. 1794-1797.

Schœll. Beitræge zur Geschichte der Griech. Poesie. Berol. 1839.

Schœnbeck. Quæstionum Lucilianarum particula. Halæ, 1841.

Schoppe. Vid. Scioppius.

Schottmuellerus. De primo Nonii Marcelli capite. (In volumine cui titulus : Symbola philologica Bonnensium. Lips. 1864-1867.)

Schottus. Observationum humanarum lib. V. Hanoviæ, 1615.

Scioppius (Schoppe). Verisimilia. Symbola critica. Suspectæ lectiones. Amstelod. 1662. — Idem etiam falso nomine : Pasc. Grosippi Paradoxa litteraria. Amstel. 1659.

Scriverius. Collectanea veterum tragicorum, cum notis Ger. Joh. Vossii. Lugd. Bat. 1620. Opera philologica et poetica. Arnhemiæ, 1752.

Sigonius. Emendationes. (Grut. Lamp. t. II.)

Spangenberg (sed nomine celato). Ennii Aunalium fragmenta; Nævii de Bello Punico fragmenta. Lipsiæ, 1825.

Spengel. Ad Cæcilii fragmenta. Monac. 1829.

Statius (Achilles), Lusitanus. Commentarios scripsit in Ciceronem, Catullum, Horatium, etc.

Stephanus (Robertus et Henricus). Fragmenta poetarum veterum Latinorum. Parisiis, 1564.

Stewechius. In Arnobium Adversus gentes. Lugd. Bat. 1651. Ad Vegetium, 1592.

Stieglitz. De Pacuvii Duloreste. Lips. 1826.

Struvius. Antiquitatum Romanarum syntagma. Ienæ, 1707.

Tornesius (Detournes), Lugdunensis. Tornesii Nonianus codex et conjecturæ mss. citantur in marg. editionis Junianæ.

Turnebus. Adversariorum libri XXX. Parisiis, 1565. (Et inde multæ editiones.)

Ursinus, vid. Augustinus. Ad Varronem de Re rustica, apud Schneider.

Vahlen. Ennianæ poesis reliquiæ, Lips. 1854. In Varronis Saturarum Menippearum reliquias conjectanea, 1858. Analecta Noniana, 1859.
Varges. Specimen quæstionum Lucilianarum. Bonn, 1835. (Rheinisches Museum, t. III, p. 15.)
Victorius (Petrus). Variarum lectionum libri XXV. Florent. 1553, et Lugduni, 1554.
Vossius (Gerard. Johannes). Opera omnia, VI tomi. Amstel. 1685-1701. (Castigationes et notæ in Tragicorum latinorum fragmenta, t. IV. Præivit editio minor, cum Scriverii Collectaneis. Lugd. Bat. 1620.) — Vossius (Dionysius), ejus filius, eloquentiæ professor.

Wasius (Christ.). Senarius. Oxoniæ, 1687.
Wasse. Ad fragmenta historicorum, in ed. Haverc.
Weichert. Poetarum latinorum Hostii, Lævii, etc., reliquiæ. Lips. 1830.
Welcker. De Pacuvii Duloreste. (Rheinisches Museum, t. IV, p. 598.)
Wesseling. Probabilia. Ultrajecti, 1731.

Zinzerlingius. Criticorum juvenilium promulsis. Vid. Schminckius.

SIGLORUM EXPLICATIO.

A	Aldina editio, Venetiis, 1513.
Bamb.	Bambergensis codex.
Basil.	Basileensis codex (in quo caput quartum).
Bern.	Bernensis codex.
C	Colbertinus codex.
cj.	conjicit *vel* conjiciunt.
codd.	codices.
D	Petri Danielis codex.
ed.	editio *vel* editionem, etc.
ed. pr.	editio princeps.
edd.	editiones.
Gen.	Genevensis codex (in quo caput quartum).
Gothof.	Gothofredi editio, Parisiis, 1585 (et sæpius repetita).
H	Harleianus codex.
J	Hadriani Junii editio, Antuerpiæ, 1565.
L	Leidensis codex.
M	Merceri editio, Parisiis vel Sedani, 1614.
M1	Merceri editio prior, Parisiis, 1583.
Mp	Monspessulanus codex.
O	Parisiensis codex n. 7577.
P	Parisiensis codex n. 7667, qui præcipuus, sæculi X.
prob.	probat *vel* probante.
Q	Parisiensis codex n. 7579.
V	Victorinus codex (nunc deperditus).
W	Wolfenbuttelanus *sive* Guelferbytanus codex.

NONII MARCELLI

PERIPATETICI TUBURSICENSIS

DE COMPENDIOSA DOCTRINA

AD FILIUM.

[LIBER I.]

DE PROPRIETATE SERMONUM.

SENIUM est tædium et odium : dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et tædio. Cæcilius in Ephesione :

Tum [equidem] in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire ea ætate ipsum esse odiosum alteri.

Nam *ætatem malam* senectutem veteres dixerunt. Plautus Menæchmis [V, 2, 4] :

Consitus sum
Senectute; onustum gero corpus; vires
Reliquere. Ut ætas mala est merx mala ergo!

Attius Amphitryone :

Au mala ætate mavis male mulcari exemplis omnibus?

Turpilius Philopatro :

Miserum puto,
Si etiam istuc ad malam ætatem accessit mali.

Noni Marcelli H. *Nonii* Codd. plerique, Edd. *peripathetici* HPCMp. *peripatetici* JM. *tuburgicensis* HPL. *tuburticensis* W manu pr., Gerlach. *tuburcicensis* W man. sec. VMp. *tiburticensis* AJ marg. M. *tiburcicensis* C. *tiburcinensis* ms. 7577. *tiburciensis* mss. 7576 et 7578. *tiburiensis* J. *De compendiosa doctrina per litteras ad filium* Codd. et Edd. (Solennem formulam *per litteras* temere intrudunt librarii, ut fit hoc loco, et ineunte lib. V.) *per litteras* omitt. A. *De proprietate sermonum* huic titulo adnectunt AM; in fronte operis, cetera omittens, exhibet J; primo libro separatim præponunt HPCMp Gerl.

1 *tedium* (item in sqq.) HPMp. — 2 *sint* omues. *sunt* H man. prima. *efesione* Codd. plerique. *effessione* C. *Ephesiane* M. *Ephestiane* vett. edd. *Ephæstione* J. *Ephesio* cj. J, prob. Speug. Both. Ribb. *Æthrione* cj. J, prob. M. — 3 *tum in senectute* omnes. *tum etiam in* J. *tum equidem in senecta* Cic. Senect. 8, recep. Both. Ribb. — 4 *ætate eum ipsum* omnes. *eum* deleut Both. Ribb. *ætate esse se odia* Cic. — 9 *mala est mers* Codd. *merx* Edd., ut Plaut. *mala terga* cj. Turn. Lips., prob. Gronov. — 10 *accius* vulgo, et sic ubique in libris et fere in editis. — 12 *filopatro* Codd.

Pacuvius Peribœa :

Parum est quod te ætas male habet, ni etiam hic ad malam
Ætatem adjungas cruciatum reticentia.

Afranius Vopisco :

Si possent homines delenimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, et corpus tenerum, et morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
— Mala ætas nulla delenimenta invenit.

Bonam ætatem quoque dicimus adolescentiam vel juventutem. M. Tullius de Senectute [c. 14] : « Quod si [istis] ipsis voluptatibus bona ætas fruitur lubentius, primum parvulis fruitur rebus. » Nam prudentissime noster Maro diei partem primam, quasi ejus ætatem puberem, *meliorem* dixit, nono libro [v. 156] :

Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei est.

Senium ipsum positum sic. Titinius Veliterna :

Quot pestes, senia et jurgia
Sese meis ædibus emigrarunt!

Novius Gallinaria :

Operæ, atque actor, cantor, cursor, senium sonticum.

Attius Epinausimache :

Mors amici subigit : quod mi est senium multo acerrimum.

Pomponius Præcone posteriore :

Calve, apportas nuntium
Nobis disparem, divisum : huic seni senium et metum.

Lucilius Satyrarum lib. XV :

In numero quorum nunc primu' Trebelliu' multos
titos lucios narcesibai, febris, senium, vomitum, pus.

Turpilius Demiurgo :

Quia enim odio ac senio mi hæ sunt nuptiæ.

1 *reticenti* omnes. *reticentia* L man. pr., et cj. Gul.; habent M Both. Ribb. — 3 *Si possent* omnes. *Ni possent* cj. Sciop. (Veris. 2, 20), nempe ut loquentis sententia sibi constet. Hanc manifesti mali medelam non probo; sed vid. ad vs. 5. *deleninentis* Codd. et M. — 5 *mori generatio* H. *morigeneratio* Bamb. — 7 Antequam personas distinguerem, quod nemo facit, conjeceram *multa*, pro *nulla*, eaque opinio, quam publico judicio subjeci, contrariis studiis excepta erat. Nunc idem nec mutata scriptura assequi videor; nempe juvencula quædam vetulæ verba irridet. — 8 *adulescentiam* HW. *adolescentiam* JM. — 9 *istis* omissum requirit Meurs. — 10 *luben ius primum parvulis* omittit P. — 13 *diei est* HPCDM. *est* omitt. W. — 14 *positum. sic Titinnius* HC, et vulgo Edd. *positum sic. Titin.* M Gerl. — 15 *quod pestissema* H. *quod pestis senia* PW. *quod pesti senio* A. *quot pestes, senia* Bentin. J. *quot pesti.* M. — 16 *sesemet diebus* omnes. *sese meis ædibus* cj. Lips., prob. M Barth. *semet ædibus* Bothe. *sese æd.* Herm. *jurgia ex meis æd.* Passer. *jurgia assae semet æd.* Ribb. — 18 *apereque actor* H. *opere que* Codd. plerique, A. *opere, quæ* JM. *operæque* Ribb. *operæ, coactor* Lips. — 20 *quod mihi* vulgo. *quæ mihi* M. — 23 *divisum* omnes. Ultro *diversum* legerem. *huic sempsenium* H. — 24 *Lucillius* M. *satyrum* H. *satyrarum* vulgo. *saturarum* L, Gerl. — 25 *primus Trebellius* omnes. *multos* vulgo. *multo* J. *muto* cj. Gul. — 26 *titos lucios. narcesibai f.* VH. *lucios narcesibai* CWM. *lucios narcesi bai* P. *marcessibat* ms. 7577. *marcessebat* vett. edd. *multo obmur-*

P. 3. M.

Pacuvius Peribœa :

Melus [et] egestas, mœror, senium, exsiliumque et senectus.

Velitatio dicitur levis contentio : dicta ex congressione *velitum*. Plautus Asinaria [II, 2, 41] :

Verbis velitationem fieri compendi volo.

Idem Menæchmis [V, 2, 28] :

Nescio quid vos velitati estis inter vos duo.

Turpilius Lindia :

Comperce verbis velitari; ad rem redi.

Afranius Privigno :

Interea verba jactare, et labris
Inter se velitari, velificarier.

Cæcilius Pausimacho......

[Phrygiones]....... leat. Hoc Virgilius probat in lib. VIIII [v. 614] :

Vobis picta croco et fulgenti murice vestis.

Item in eodem nono [v. 613] :

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges!

Titinius Barbato :

Phrygio fui
Primo, beneque id opus scivi; reliqui acus
Aciasque hero atque heræ nostræ.

Plautus Menæchmis [III, 2, 4] :

Pallam ad phrygionem ferl, confecto prandio.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου : « Phrygio, qui pulvinar poterat pingere, soliar depingebat. »

cescebat J. *mullo Luciu' marcebat* cj. Becker. *vomitum plus* Codd. *vomitum, pus* M, prob. Ritschl. *vomitus, pus* AJ. — 28 *mihi hæ sunt* vulgo. *hæ sunt* omitt. WM.

1 *Pacubius* PW. *Pacuvius* HM Gerl. — 2 *metus et gestas* C. *meror* H. *mæror* JM. *exilium et* (delcto *que*) Ribb. *senectus et situs perpetua* Edd. ante A. — 5 *compendio volo* C. — 9 *comparce* H. *comperce* vulgo. *labris velitare* vulgo. *velitari* J. — 13 *paussimacho* (sequente lacuna) *et est toga* H. *pausimacho mum intereat tamen Toga dictu est* P. *mum in Terent. tumen toga d.* C. *pausimacho* (hic desunt quatuor lineæ quæ in authentico non erant scriptæ) Gerl. ex VLW. Multa, quæ sequuntur vocem *Pausimacho*, pertinent ad quartum librum et lemma *Tamen*. Hic enim magna in contextu perturbatio, ingestis, bibliopegi errore, quinque vocabulis : *Toga*, *Tollere*, etc. Quod vidit acutissimus Mercerus, et aliena vocabula loco suo reposuit, p. 406. In P unius lineæ et semis vacat intervallum. — 14 *nascitur leat. Hoc Virg.* P. *leat* omnes Codd. *Phrygia vestis picta est; ejus artifices phrygiones appellantur. Hoc Virg.* A. *Phrygiones hoc Virg.* M. *Phrygiones sunt artifices vestium acu picturum, a Phrygibus dicti, quod ea gens ejusmodi vestibus uti soleat* cj. Roth. in line præcedentis lemmatis exhibet *ms.* 7576 (XV sæculi) : « Hæc vocabula sequentia ab hoc signo crucis ad aliam crucem debent interponi » Et posterius (lib. quarto p. 409) : « Desunt quædam vocabula incipientia a T, quæ sunt juxta principium, ubi est hoc signum crucis. » — 18 *frygiæ... fryges* Codd. — 20 *frygio* (hic et deinceps) Codd. — 22 *ero* Codd. *atque re nostræ* HP. *atque eræ nostræ* M. Gerl. *heræ* Edd. ante M. — 25 *cosmotorine* P. — *soliar devigebat* HPVW. *soli arde vigebat* C. *soliar de vig.* AJ. *sol aridum vig.* ms. 7577. *soliar depigebat* ms. Nic. Fabri, recep. M. *soliar urgebat* ed. 1476. *defingebat* Turn. *depingebat* Guyet. Gronov. Vahl. Riese, quod

HOSTIMENTUM est æquamentum : unde et *hostes* dicti sunt, qui ex æqua causa pugnam ineunt. Plautus in Asinaria [I, 3, 20] :

Par pari datum hostimentum est : opera pro pecunia.

Unde et *hostire* dicitur. Idem in eadem [II, 2, 110] :

Quin promitto, inquam, hostire contra, ut memineris.

Id est, æqua reddere.

TOLUTIM dicitur quasi volutim vel volubiliter. Plautus Asinaria [III, 3, 116] :

Demam hercle jam [tibi] de hordeo, tolutim ni badizas.

Novius Gallinaria :

O pestifera panticum, fera, trux tolutiloquentia!

Id est, volubilis locutio. Idem Macco Exsule :

Edixi iturum hominem in Tuscos tolutim.

Item Lucilius Satyrarum lib. VIII :

Si omne iter evadit stadiumque acclive tolutim.

Idem :

Velle tolutim hic semper [et] incepturu' videtur.

Varro Trihodite trifolio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως : « Sed ut equus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equiso doceat tolutim. » Pomponius Decuma fullonis :

Et ubi insilivi in coleatum equuleum,
Ibi tolutim tortor.

Varro Agathone :

Hæc postquam dixit, cedit citu' Celsu' tolutim.

CAPULUM dicitur quicquid aliam rem intra se capit. Nam sarcophagum, id est sepulchrum, *capulum* veteres dici volunt, quod corpora capiat. Plautus Asinaria [V, 2, 42], dicens de sene :

Perii, misera! ut osculatur carnifex, capuli decus!

Idem Milite [III, 2, 33] :

Quid ais tu? Tam tibi ego videor oppido Acheruntius?
Tam capularis?

ipse suspicatus eram. *levigabat* cj. Scal. — 28 *in Asinaria* HP. *in* omitt. vulgo. — 29 *hostimentum datum est*, omnes, peccante metro. *datum hostim.* Plaut. — 31 *ut memineris* HVPCDLWJ marg. *ut merueris* AJM, et sic Edd. Plaut. Minus bene.

1 *quasi lutim* VW. *quasi tolutim* A. *volutim* vulgo. — 5 *ponticum* CDMp. *pontica* HPLW. *Pontica* JM Gerl. *sontica* cj. Gul., prob. M. — 6 *exule est dixi* PCLW. *edixi* H, Edd. — 8 *Idem Lucil.* Codd. *Item* Edd. — 9 *omnem inter* PW. *omne iter* vulgo. *active* Mp. — 11 *velle tolutim* Codd. *belle* cj. M. *incepturus* omnes. *incessurus* cj. J, prob. M. — 12 *triodite* HL. *trihodite* PCWM. *trifolio* HPCLW, Edd. ante M. *tripolio* Œhler e conj. *tripylio* M e conj., recep. Riese. περι αρετησεως Codd. vulgo. ἀρετῆς κυήσεως cj. J. περὶ ἀρετῆς A. ἀρετῆς κτήσεως M., prob. Œhl. Riese. — 12 *equus* HP. *ecus* L. *advehendum* H. — 14 *edoceat* H. *Pompon.*, etc. Quod iterum p. 105 et 182. — 15 *insilui* vulgo. *insilivi* A. *cocleatum* HPLJM. *clocleatum* W. *coleatum* (suprascr. *c*) L. *coleatum* cj. Turneb. Guyet; M Ribb. — 16 *ubi tolutim* Codd. *ibi* M, ut p. 105; habet Ribb. — 18 *celsus* vulgo. *Celsus* J. — 22 *peri* Codd. *perii* Edd. — 24 *quid ais totam tibi*

Id est, capulo proximus. Novius Pappo præterito :

Dum istos invitabis suffragatores, pater,
Prius in capulo, quam in curuli sella, suspendes nates.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Quem quum vidissent Hortensiu' Postumiusque,
Ceteri item, in capulo non esse, aliumque cubare.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου : « Propter cunam capulum positum nutrix tradit pollinctori. »

Temulenta est ebriosa : dicta a *temeto*, quod est vinum, quod attentet. Plautus Aulularia [II, 6, 6] :

Quia temeti nihil allatum intellego.

Idem Truculento [IV, 3, 59] :

Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio improbu' st.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Ita magnam habet vim disciplina verecundiæ : carent temeto omnes mulieres. » Varro Est modus matulæ, περὶ μέθης : « Quis in omni vita helluo πιὼν δέπας olfacit temetum? » Idem Modio : « Trimodiam amphoramque eandem temeti, ac farris modium. »

Cinædi dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi, ἀπὸ τοῦ κινεῖν [τὸ] σῶμα. Plautus Aulularia [III, 2, 8] :

Ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinædus.

Idem Milite [III, 1, 74] :

Tum ad saltandum non cinædus malacus æque est [atque ego].

Idem in Sticho [V, 5, 19] :

Lepidam et suavem cantionem aliquam occipito cinædicam.

Id est, quæ ad saltandum movere possit.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Stulte saltatum te intervenisse cinædis.

Codd. *ais tu? tum* M. *ais tu? itane* J, at Edd. Plaut. *hac eruntius* H. *acherontius* V. *hacheruntius* PW. *Acheruntius* M. *Acheruntícus* Edd. Plaut., quod et notat M. — 26 *idem capulo* C. — 27 *dumisto invit.* H. *invitavis* Codd. *invitabis* J marg. M. *invitaveris* J. — 28 *suspendis natis* Codd. *suspendit nates* J. *suspendes nates* M. — 29 *saturarum* WM. *satyrarum* PJ. — 30 *quem illi cum* vulgo. *quem cum* J, prob. Dousa.
1 *capulo hunc non esse* omnes. — 2 *cosmotorene* HP. *cosmatoryae* W. *Cosmotyrine* LM. *propter cunas* cj. Gul. *pellictori* HPCW. *pollictori* M. *pollinctori* AJ. — 4 *Tem. dicta est ebr. dictu* vulgo. *Tem. id est ebr.* DMp. — 5 *attemptet* HPCDW. *attentet* L. *ottentet* M. *attentet mentem* J, improb. M. — 8 *improbus* omnes. *est* Edd. Plaut. — 9 *habet vinm* Codd., vett. edd. *vim* JM. — 10 *et modus* Codd., ed. 1476. *est m.* JM, cj. Turn. *matuta* Codd. *matulæ* JM. — 11 *helio* πιοδεπς HP. *helio* πιοδεπωλ C. πιοδεπες WM. *helio* πιοπο AJ. *helluo* πιὼν δέπας cj. J. *heluo probe olfacit.* cj. Muret. *olfacitemetum* L. — 12 *modio* omissum in PW, cancellatum in H. *tremodiam* omnes. *que eandem* vulgo. *eadem* P. *amph. quarrendam* ultro legerem. *a carris* HA. *acarris* P. *ac arris* W. *ac farris* JM. — 14 *veteresaltatores* P. — 15 κεινειν σωμα PW. κινεῖν Edd. τὸ σῶμα J. — 16 *submollior* Codd. *sum mollior* Edd., ut Plaut. *quam multus* PC. — 17 *in militem* HPC. — 20 *occupito* HP. — 23 *inter venisse cinædos* vulgo. *intervenisse*

Varro, Ὄνος λύρας : « Merentis, ut quietus ac demissior probandus, Ἀχιλλέως ἡρωϊκὸς, Ἰωνικὸς κιναίδου. »

Exercitum dicitur fatigatum : dictum ab exercitio. Sallustius in Jugurthino bello [c. 71] : « Nabdalsa exercito corpore. » Plautus Bacchidibus :

Quæ sodalem atque me exercitos habet.

Lucretius lib. II [v. 119] :

Conciliis et discidiis exercita crebris.

Afranius Suspecta :

Ita ut huic hero adolescenti,
Cui suspicium tradidit, qui me est animi exercitus.

Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 182] :

Nate, Iliacis exercite fatis.

Tenus est laqueus : dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus [IV, 6, 22] :

Nunc ab transenna turdus lumbricum petit.
Pendebit hodie pulchre : ita intendi tenus t

Illicere est proprie illaqueare. Nævius Lycurgo :

Alii subli[mi] Mænalios
Saltus illicite, u[t i]bi bipedes
Volucres lino linquant lumina.

Pellices a Græco vocabulo significationem sapientes inflexam putant, quasi πάλλαξ, hoc est ut παλλακίς. Quod si hoc non est, vana compositio nominis videri potest.

Calvitur dictum est frustratur : tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. Plautus in Casina [II, 2, 3] :

Nam ubi domi sola sum,
Sopor manus calvitur.

vett. edd. *cinædis* CDMp. — 24 *honos lyras* PW. *merentis ut quietus* vulgo *mærentis* ed. 1476, Œhl. Riese. *merita ut* J. *acdemissor* H. *ac demissor probrandus* W. *probandus* P. — 25 αχιλλεως προς χοσιονι και κιναιδου P. ηροικοσι ονικος (ωνικος man. pr.) κιναιδου H. ηροικος ιωνικος κιναιδου W. ἰωνικός J. ἡρωϊκὸς, ἰωνικός M. ἡροικῶς, ἰωνικῶς cj. Turn. Ἰωνικὸς κιναίδου Riese. ἡρωικοῦ Ἰωνικὸς *cinædus* Œhler.

5 *Lucretius secundum* Codd. *lib. secunda* vel II Edd. — 6 *concilis* Codd. *conciliis* Edd. *crebis* P. — 8 *ero* omnes. *adulescenti* Codd. — 9 *suspicium tradidit* Codd. et M. *suspirium* AJ. *suspicionem traditi, et qui* cj. Neuk. *suspectum* vel *suspectam* cj. Bothe. *suspectam tradidit* (sequente dimidii versus lacuna) Ribb. *ipsus spiritum cui tr.* cj. Palmer. *qui sum* (pro *suum*) *spiritum* Barth. *qui med est* Palm. *est exercitus* active Meurs. *mei est* Gronov. — 13 *baccidibus* P. — 14 *turdur* P. *lubricum* Codd. *lumbricum* Edd. — 15 *pulchræ* H. — 16 *Inlicere* Mp. *Nurius lyc.* H. — 17 *alis* vulgo. *alii* cj. Scal., habet Ribb. *sublimen alios* Codd. *sublimem* (suprascr. *u*) L. *sublune* AJM, et cj. Scal. Lips. *alis sublimes saltus illic* cj. Bothe, prob. Düntz. *alios in s.* Ribb. *Mænalios* cj. M ; in quod ipse incideram. — 18 *illicitæ* P. *ubi bipedes* omnes. *ubi quasi bip.* Ribb. — 20 *peliceos* Codd. *peliceosa gr.* H. *pellicis* vel *pellices* Edd. — 21 *quasi pallax* (*palles* D) *hoc est ut pallacis* Codd. *ut pellacis* H. πάλλαξ... παλλακίς M. *hoc est* παλλακή J. — 22 *haminis* Codd. *naminis* cj. J, habet M. — 23 *calvis inimicis* CD. — 26 *soror ma-*

P. 6-7 M.

Pacuvius Medo :

Sentio, pater, te vocis calvi similitudine.

. . . .

Sed quid conspicio? num me lactans calvitur
Ætas?

Attius Eurysace :

Sed memet calvor. Vos istum, [ut] jussi, ocius
Abstrahite.

Lucilius Satyrarum lib. XVII :

Si non it, capito, inquit, eum; et si calvitur, ergo
Fur dominum !

Pacuvius Duloreste :

[Ni] me calvitur suspicio, hoc est illud quod fore
Occulte Œax prædixit.

Sallustius Historiarum lib. III : « Contra ille calvi ratus. »

Frigere est, et friguttire et fritinnire, subsilire cum sono, vel erigi et exsilire : quod quæcumque friguntur vel frigent, nimio calore vel frigore, cum sono susum subsiliunt. Plautus Casina [II, 3, 49] :

Nam quid friguttis? Quid istuc tam cupide cupis?

Varro Virgula divina :

Et pullos peperit fritinnientes.

Idem Ὄνος λύρας : « Sæpe totius theatri tibiis crebro flectendo commutari mentes, frigi animos eorum. »

Defloccare est atterere : tractum a vestibus sine flocco. Plautus Casina :

Periit flocco habebit jam illic homo lumbos meos.

Depexum dictum est laceratum. Terentius Heautontimorumeno [V, 1, 77] :

Ego næ, si vivo, adeo exornatum dabo,
Adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei.

nus Codd. *sopor* Edd. — 27 *Pacuv. Medea* cj. Stieglitz. — 28 *vocis calui* Codd. *calvi* Edd. *similitudine.* Hic lacunam innuit M. *similitudines et quid* C. — 30 *lactans* omnes. *lactens* Voss. *ævitas* cj. Scal. — 33 *vos istum jussi* Codd. et M. *jussit otius* Mp. *istum, ut jussi* AJ. — 34 *obstraite* H. *extrahite* DMp.
1 *satirarum* H. — 2 *etsicalvitur* H. *etsi calv.* Codd. plerique. *etsi non calv.* P. *ni calvitur* cj. Welcker. *ergo fur donunum* omnes. *endo ferto monum* cj. Carrio. — 4 *dolores te* H. *doloreste* Codd. plerique. *Duloreste* Edd. — 5 *Me calvitur* omnes. *Nisi me* Bothe. *Ni calv.* Herm. Welck. Ribb. — 6 *occultum* Mp. *o eax* H. *œax* Codd. et M. *Ajax* J, improb. Passer. *Loxias* cj. Passer. — 7 *contrulle* H. *contrullæ* Codd. plerique. *contra ille* Edd. — 8 *frigutire* PDW. *friguttire* HCL, Edd. *sussilire* omnes. (Sed *subsilio* p. 16 et 135.) — 9 *exilire* PWM. *excitare* (suprascr. *li*, ut sit *excilire*) H. *excitari* LAJ. *exitari* C. *exagitori* D. — 10 *susussilium* P. *susussilient* C. *susum* omitt. Mp. *sono sussiliant* (suprascr. *susum*) H. — 14 *fritunniensis* Codd. *fritiniensis* Gerl. *fritinienssis* ed. 1476. *fritinnientis* JM. — 15 *onos lyras* Codd. — 16 *commutore* vulgo. *commutari* cj. Scal. — 17 *Deflaccare* vulgo. *Deflo*[c]*care* J Acid. Guyet. *adterere* H *flucco* vulgo *flocco* cj. Gul. Carrio. (Et apud Nostrum *flocci f*[i]*t*, p. 131.) — 19 *perit flocco* Codd. *perii* JM. — 22 *egone* Codd. *ego si* DMp. *egone; si* M. *egone?* Gerl. *ne*

SARTORES dicti non solum a sarciendo, verum etiam a sarriendo. Plautus Captivis [III, 5, 3] :

Sator sartorque scelerum et messor maxume.

Et in subsequentibus aperuit [v. 4] :

Noo occ torem prius audebas dicere :
Nam semper occ ant prius quam sarriunt rustici.

Varro Vinalibus, περὶ ἀφροδισίων : « Hæc enim sic vide : utrum mercedem accipit is, qui meas venit segetes ut sarriat, an ego ab illo? Sic ego quum tuus sim sartor, si tu plus laboras quam ego do. »

NAUTEA est aqua de coriis, vel, quod est verius, aqua de sentina : dicta a nautis. Plautus Curculione [I, 2, 5] :

Nam omnium uoguentûm odos præ tuo nautea est

Idem Asinaria [V, 2, 44] :

Nauteam
Bibere malim, si necesse sit, quam illam oscularier.

TRICÆ sunt impedimenta et implicationes; et *intricare* impedire, morari : dictæ quasi τρίχες, quod pullos gallinaceos involvant et impediant capilli pedibus implicati. Plautus Curculione [V, 2, 15] :

Quod argentum? quas tu mihi tricas narras?

Idem Epidico [I, 2, 49] :

Aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua.

Id est, ex impedimentis liberabor. Lucilius Satyrarum lib. XI :

Nec mihi amatore hoc opu' nec tricooe vadato.

Turpilius Demiurgo :

Judicia, lites, turbas, tricas, contiooes maxumas.

Afranius Epistola :

Ita intricavit hujus hanc rem temeritas!

Varro Gerontodidascalo : « Putas eos non citius tricas tellenas, quam id, extricaturos? » Plautus. . . . .

(omisso *ego*) *si* J. — 24 *a sartiendo* PD. *a sarciendo* W. *verum etiom a serendo* Codd. *adserendo* C. *a sarriendo* Edd. — 29 *sariunt* CDMp. *sarriunt* (priore *r* inducto) H. *sarriunt* vulgo. Mendosus versus et ap. Plaut.

1 *periafrodisio nec enim* HP, edit. 1476. *afrodision : nec* A. *etenim* JM. — 2 *utrum a me mercedem* cj. Vahlen. *segetis* Codd. *segetes* Edd. — 3 *cunctus sim* PC. *cum tussim* HP. *cum tus sim* LVW. *cum tuus sim sartor* Acidal. M. *centussim* J. *situplus* H. — 5 *dicta anaucus* H. *a naucus* P. — 6 *pretuo* H. — 9 *osculari* CD. — 10 *et intricenare* Codd. *quasi tricæ* Codd. *tericæ* J. τρίχες M. — 11 *gallinacios* HPCD. — 15 *aliquam inde exs.* Codd. *aliqua, id est* JM. — 17 *nec mihi amore hoc opus* Codd. plerique, AM. *amatore hoc* C, J et Corpet. — 19 *litis* vulgo. *liteis* J. *turb. trichas* P. — 20 *æpistola* H. *epistula* W. *Epistola* M. — 21 *hujus hanc rem* Mp. — 22 *putas eo non* HPW. *eos* JM Gert. *tellenas* Codd., J. marg. M. *atellanas* LJ. *Plautus* (sequente lacuna) PVCW, M. *Plautus* omitt. HAJ. — 24 *caperrare* (item in sqq.) Codd. *caperare* Edd. *aspera retractum* H. *tractum* vulgo. *Plautus opidico* P.

Caperare est rugis frontem contrahere et asperare : tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico [V, 1, 3] :

Quid illuc est quod illi caperat frons severitudine?

Varro Eumenidibus : « Quin mihi caperatam tuam frontem, Strobile, omittis? »

Examussim dicitur examinate ad regulam vel coagmentum : est enim amussis regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt. Plautus Amphitryone [II, 2, 213] :

Si vera hæc loquitur, examussim est optima.

Idem Milite [III, 1, 38] :

Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.

Id est, examinata. Idem Menæchmis [Prol. 50] :

Ut hanc rem vobis examussim disputem.

Varro Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας : « Quare si dia gens est adamussim, per me licet assumas γενεθλιακόν. » Idem Quæstionum Plautinarum lib. II : « Amussis est æquamen, lævamentum, id est, apud fabros tabula quædam, qua utuntur ad saxa coagmentata. » Plautus.......

Mutus onomatopœa est incertæ vocis, quasi mugitus. Nam *mu* sonus est proprie qui intellectum non habet. Nævius Lycurgo :

Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes.

Attius Epinausimache :

[...sin]ite me ad mœstitiam mutam infantium.

Dispennere est expandere : tractum a pennis et volatu avium. Plautus Milite [V, 14] :

Ubi lubet : dispennite hominem diversum et distendite.

1 *euminidibus* P. *quid michi caperatam... ostendis* Mp. — 5 *rubrica inlunninunt* C. *amfitrione* P. *anfitrione* H. — 6 *si vera hæc loquitur* Codd. plerique. *hæc loquitur hæc* H. *si vera hæc loq.* JM. *si hæc vera* Edd. Plaut. *hæc amussim* CD. — 8 *emussitata* vulgo. *amussitata* Edd. Plaut. — 9 *in Menæchmis* vulgo. *in* omitt. HPC. — 11 πα ρος ποπιαιον πε ρινα (inducto ν) ιαποιας H. (item initio) περι παιμοδοιας P. πατρος το παιδιον W. τοῦ omitt. Codd. τοῦ πατρός JM, ut p. 77. *ac quare si* W. *ac* (scil. iteratas duas ultimas græci verbi litteras) omitt. HPL, Edd. *diu gens* omnes. *dia gens* cj. M. *diva gens* Riese. *diligens* cj. Badius. *id ingens* cj. J. *dium genus es* Palmer. *si Diogenes est* Œhler. — 12 *adsumas* vulgo. *adsumus* W. *tene* οιαχον (δ super *a* script.) H. *teneo* διαχον vulgo (spatio unius verbi relicto in P). διασκον (sed expuncto σ) C. διάχονον cj. Turn. *assumas, teneo. Idem* οἰάκων cj. J, μαχρον ms. J. μακράν cj. J. γενεθλιακόν Beutleius, recepit Œhler. — 14 *utantur* (*u* super *a* script.) HP. *coagmentatu* HCD, Edd. *concmentatu* PW Gerl. *coagmentanda* J marg. — 16 *onomatopoetia est incertæ voces* P. *onomato pœnaest* H. *nam mutus sonus* vulgo. *mutu* C. *mu sonus* cj. Gothof. — 18 *eo tum...* Codd. *eo cum* Edd. *quadrupedis* vulgo. — 20 *item ac* cj. Schœll. Ribb. *mutuam* Codd. *mutam* JM. *mestitiam* H. *infantium* omnes. *infantum* Schœll. Both. Ribb. *quadrupedum* deleri vult Voss., quasi ex præced. repetitum. Idem ipse senseram.

Focula dicta sunt nutrimenta : unde et *foculare* dicitur, ut fovere. Plautus Persa [I, 3, 24] :

> At edes! nam jam intus ventris fumant focula.

Bardum est, vi propria, ingenio tardum. Nam Græci βραδεῖς tardos dicebant. Homerus Iliados XXIII [v. 530] :

> Βάρδιστοι μὲν γάρ οἱ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι,
> Ἥκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι.

Plautus Persa [II, 1, 2] :

> Nimi' tandem me quidem pro barda et pro rustica reor
> Habitam esse abs te.

Illex et Exlex est qui sine lege vivit. Plautus Persa [III, 3, 4] :

> Impure, inhoneste, injure, illex, labes popli.

Lucilius Satyrarum lib. II :

> Non dico : vincat licet, et vagus exsulet, erret
> Exlex.

Varro Sciomachia, περὶ τύφου :

> Postremo quæro : parebis legibus, an non?
> Anne exlex solus vives?

Lucilius lib. XXX :

> Accipiunt leges; populus quibu' legibus exlex.

Cæcilius Harpazomene :

> Quid narras, barbare, cum indomitis [his] moribus,
> Illitterate? illex es.

Sisenna lib. IIII : « Armis, equis, commeatibus nos magis juverunt exleges : et minus honore dignos putabitis? » M. Tullius pro Cluentio [c. 34] : « Non quo illi aut exlegem Sullam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque abjectam putarent. »

Lurcones dicti sunt a lurcando : *lurcare* est cum aviditate cibum sumere. Lucilius Satyrarum lib. II :

2 *ad edes* Codd. *ad ædes* C. *at edes* JM, ut Plaut. — 3 *est vi propria et* omnes. *tradum* P. *greci burdos tardos* H. *Iliad.* XXIII vulgo. XXII Gerl. — 5 Græcum varie corruptum exhibent Codd. — 8 *nimis* omnes. *habitum* P. — 10 *illex* H, Edd. *inlex* L manu pr. DMp. *ilex* Gerl. *vivat* Codd. plerique. *vivit* DMp, Edd. — 11 *impure illex torialim et toralium designator est* (lemma *Torialim* quod modo sequetur)...*qui involvebant labes populi* Codd. ; sed alienum locum uncis includit W. Quæ ad suum locum rejiciunt JM. *injurie* J. *populi* vulgo. *popli* C, ut Edd. Plaut. — 15 *sciomacia* Codd. plerique. *sciomachia* C. Σκιαμαχίᾳ JM. τυφος Codd. τύφου Edd. — 16 *postrem* P. — 17 *viris* vulgo. *vives* J. — 18 *Lucius* P. — 19 *sarpazomene* Codd. *Harpazomene* Edd. — 20 *quid narras, barbare, cum* Both. Gerl. *quid narras, barbare indomitis cum moribus* Ribbeck. — 21 *illiterate* H. *inlitterate inlex* C. — 25 *exlegem ullam* vulgo. *Sullam* M, ut Cic. — 26 *putarunt* vulgo. *putarent* M, ut Cic. — 27 *lurchando... lurchare* Codd. *lurchare* (inducto *h*) H. *dicti sunt a lurchando estcum* P. *lurcando... lurcare* Edd.

P. 11 M.

Nam quid mœtino subjectoque huic opu' signo,
Ut lurcaretur lardum, et caroaria furtim
Conficeret?

Pomponius Syris :

Lapathium nullum utebatur; lardum lurcabat lubeos.

Plautus Persa [III, 3, 16] :

Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax.

Lucilius Satyrarum lib. V :

Vivite, lurcones, comedones; vivite, ventres.

Varro Eumenidibus : « Contra cum psalte Pisia et cum Flora lurcare ac strepis. »

Toral et Toralium [dici stragulum] designator est Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quod frondem lecticæ struebant, ex ea herba torta *torum* appellatum. Hoc quod injicitur, etiamnunc *toral* dicitur; lecticam quis involvebant, *segestria* appellabant. »

Concenturiare est colligere : dictum a centuriis quæ ad suffragia conveniebant. Plautus Pseudolo [I, 5, 59] :

Quum concenturio in corde sycophantias.

Terentius Phormione [I, 4, 52] :

Ego in insidiis [hic] ero
Succenturiatus, si quid deficies.

Finitores dicebantur quos nunc agrimensores dicimus : dicti quod fines dividerent. Plautus Pœnulo [Prol. 49] :

Ejus nunc regionis limites, confinia
Determinabo : ejus re ego finitor factu' sum.

Passum est proprie rugosum vel siccum. Plautus Sticho [II, 2, 45] :

In portum vento secundo, velo passo pervenit.

Id est, laxo et rugoso. Unde et uva *passa* dicta est quod sit rugis implicata. Plautus Pœnulo [I, 2, 99] :

1 *quid mœtino* (quod valet *mutino*) Codd., M. *Mœtino* J. *metino* ed. 1476. *Mutio* A. — 2 *ut lurcharetur* (inducto *h*) H. *lurcaretur* Mp. *et ulurcharetur* P. *vel lurcaret* ed. 1476. *fortim* vulgo. *faretrum* ed. 1476. *furtim* J, cj. Turn., prob. M. — 3 *parum conf.* vulgo. *patrum* cj. Turn. Scal., recep. Corpet. *partim* ms. J. *parum* superscr. H, omitt. CMp, deleri volunt JM, prob. Lindem. Düntzer. — 5 *nullum* omnes, prob. M. *nullum ute lardum* P. *nullus* (scil. minime) cj. Turn. Lips. *vescebatur* J, et cj. Bentin. Gul. — 7 *perennis herbæ* Codd. *perenniserve* Edd. — 9 *ventris* vulgo. *ventres* AJ. — 10 *cum psalte pisia* vulgo. *cum psaltria* J. *psalte Pisio* J marg. Œhl. — 11 *at strepis* HLW. *atstrepis* PM. *adstrepis* J. *ac str.* Riese. — 12 Hoc lemma confundunt Codd. cum v. *Illex*, quod supra. *Torialim et torialium designator est* Codd. vulgo, et M, cum lacunæ signo. *Toralim et* omitt. DMp. *Toral et toralium stragulum est. Varro* AJ. *Torol ab herba torta dictum esse designator* cj. M. — 13 *quod frontem* omnes. *lectica est ruebant* H. *lecticaest ruebant* P. — 14 *inicitur* Codd. *etiamnum* JM. *qui* omnes. *quis* Popma. — 17 *pseudulo* HW. — 18 *cui concenturio* HPW. *cui* omitt. JM. *cum* Edd. Plaut. *sico fontia est* H. *sycofantia est* P Gerl. *sycophantias* JM, ut Plaut. — 20 *ero* H. *hic ero* vulgo omissum. — 23 *finis* Codd. *fines* Edd. — 24 *regiones* vulgo. *regionis* J in Erratis, M.

Siquidem es tu mecum futurus pro uva passa pensili.

Lucilius Satyrarum lib. XVIIII:

Rugosi passique senes eadem omnia quærunt.

Exspes dicitur sine spe. Attius Eurysace :

Ille orbus, exspes liberûm.

Idem Medea :

Exsul inter hostes, exspes, expers, desertus, vagus.

Exsules dicuntur extra solum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 225] :

Longeque ignotis exsulat oris.

Et in consequentibus [v. 228] :

Et stabula aspectans regnis excessit avitis.

Vestispici appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestes inspiciant. Plautus Trinummo [II, 1, 21] :

Nox datur : ducitur familia tota,
Vestispici, unctor, auri custos.

Afranius Vopisco :

Novi non inscitulam ancillulam
Vespere et vestispicam.

Varro Pappo aut Indige[na] : « Nasturcium, indigena, nonne vides ideo dici quod nasum torqueat; vestispicam quod vestem speciat? »

Suppilare est involare vel rapere : a pilorum raptu; unde et furtum passi compilati dicuntur. Plautus Truculento [II, 7, 14] :

Hæc quum video fieri, suffuror,
Suppilo, de præda prædam capio.

Cæcilius Nauclero :

Suppilatum est aurum atque ornamenta omnia.

Pomponius Sarcularia :

Alter amat, potat, prodigit;
Patrem suppilat semper.

1 *siquid ea estumecum* (sed omnia duobus signis ligata) H. *si quid æstu mecum* P. *æs tu* W. *siquidem es tu* Edd., ut Plaut. — 4 *exspes* L, Edd *expes* PW. — 5 *ille orbis* P. — 7 *exuli inter* Codd., ed. 1476 *exul* Edd. *hostis* vulgo. *hasteis* J. — 8 *exsules* (et ubique) Codd. *exsules* M. — 13 *vestispici* vulgo. *vestispic* (addito *es* alia manu, sed antiqua) P. — 14 *vestis* vulgo. *vestes* J. — 18 *non inscituram* Codd. *inscitunam* L. *inscitulam* cj. Gul. Passerat., recep. M. — 19 *vespere et* omnes. *vespertina vestispicam* cj. Neuk. *vestiplicam et vestisp.* cj. Bothe. *ancill. vestram esse. vest.* Herm. *ancill. pro re, vest.* Ribb. — 20 *Pappo aut indigenas turtium* H. *indige nasturcium* Codd. plerique. *Pappo de Indigitamentis* cj. Popma. *Pappo aut Indigitamentis* J, improb. M. *aut Indice* cj. M. *aut Indigena* Œhler; quod ipse conjeceram. Post *indige* obelum scribit M. *Nasturtium indige* omnes. *Nasturtium, indigena, non* Œhler. *non in vides* vel *invides in eo dici* Codd. et M. *nonne vides ideo* J. prob. M. — 23 *passi campilari* Codd. *compilati* JM. — 27 *est eum* vulgo. *est aurum* cj. Bothe, prob. Ribb.

Haustra proprie dicuntur rotarum cadi, ab hauriendo; sicuti græce ἄντλια. Lucretius lib. V [v. 517] :

Ut fluvios versare rotas atque haustra videmus.

Veterina animalia dicuntur omnia quæ vehere quid possunt. Lucretius lib. V [v. 863] :

Et genus omne quod est veterino semine partum.

Idem [V, 888] :

Ne forte ex homine et veterino semine equorum.

Crepera res proprie dicitur dubia : unde et *crepusculum* dicitur lux dubia, et senes *decrepiti* dicti, in dubio vitæ constituti. *Creperum* bellum, anceps et dubium. Lucretius lib. V [v. 1295] :

Exæquataque sunt creperi certamina belli.

Attius Phœnissis :

Quæ ego cuncta esse fluxa, in mea re crepera comperi.

Idem Telepho :

Nunc tu, in re crepera tua, quid capias consilii, vide.

Lucilius Satyrarum lib. V :

Sannunt solis mihi in magno mœrore,
Tristitia, in summo creperai inventu' salutis.

Pacuvius Duloreste :

Non vetet animum ægritudine in re crepera confici.

Plautus in Asinaria [V, 2, 12] :

Qui quidem cum filio
Potet una, atque una amicam ductet decrepitus senex.

Varro Mysteriis : « Prisca, horrida silent oracula crepera in nemoribus. »

Avernus lacus idcirco appellatus est quia est odor ejus avibus infestissimus. Hujus rei manifestator est Lucretius lib. VI [v. 741] :

Principio, quod Averna vocantur, nomen id ab re
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.

Unde et Virgilius lib. VI [v. 201] :

2 *alteram adportnl prodigit* Codd., Edd. ante M. *alter amat, potnt* cj. Gul. Passer., recep. M.— 3 *nustra* Codd. *ab auriendo* D. *audiendo* C. *sicuti græce anttia* Codd. ἄντλια Edd. — 9 *semine parturiendi* Codd. *partum* Edd., ut Lucr. — 11 *idem torle homine veterino* Codd. et J. *ne forte ex homine et* M, ut Lucr. *semine quorum* Codd. *equorum* (inducto *e*) H. *equorum* Edd., ut Lucr. — 21 *sannunt solis mihi* Codd. *sanute soli* J. *sannitem soli* ed. 1476. *Samni in sole mihi i. s. mærore metuque* cj. Scal. *soli sancte mihi* Barth. *sane tu solus* Guyet. *sanus tu solum* cj. Gerl. ed. Lucil. *nam tu solus mihi* Lachm., prob. Vahlen. *merore* Codd. — 22 *tristitia in summo crepera inventus* Codd., M. *creperæ* ed. 1476. *tristitia in summa* J. *tristitia in summa, crepera in re, portus salutis* cj. M. *crepera in re inventu' salutis Portus* cj. Gerl. — 23 *doloreste* Codd. — 24 *ægritudinem* vulgo. *ægritudine* JM. *confici?* cj. Welcker. — 27 *potest unam atque unam* Codd. *potet una atque una* JM, ut Plaut. *ductitet* vulgo. *ductet* M, ut Plaut.

1 *silent ora clam* Codd. *oracla* Edd. — 4

> Inde ubi venere ad fauces graveolentis Averni,
> Tollunt se celeres.

Et postea in eo libro [v. 239] :

> Quam super haud ullæ poterant impune volantes
> Tendere iter pennis : talis sese halitus atris
> Faucibus effundens supera ad convexa ferebat.

VITULANTES veteres gaudentes dixerunt ; dictum a bonæ vitæ commodo : sicuti nunc, qui est in summa lætitia, *vivere* eum dicimus. Nævius Lycurgo :

> Ut in venatu vitulantes ex suis
> Lucis nos mittant pennis decoratos feris.

EXTORRIS dicitur extra terram vel extra terminos. Attius Eurysace :

> Nunc per terras vagus, extorris regno, exturbatus mari.

Turpilius Lemniis :

> Neque durare possum, ita
> Hujus inscientia ac dementia extorrem facit.

Sallustius in Jugurthino bello [c. 14] : « Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis effecit. » Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 616] :

> Finibus extorris, complexu avulsus Iuli.

EXODA significat explana ; et quæ sit proprietas, manifestum est, hoc est, nodis exsolve. Attius Eurysace :

> Tu autem, quod quæro abs te, enoda, et qui sis explica.

Idem Alphesibœa :

> Quid tam obscuridicum est, tamve inenodabile ?

Ennius Telepho :

> Verum, quorum liberi leto dati
> Sunt in bello, non lubenter hæc enodari audiunt.

Turpilius Demetrio :

> Ab initio, ut res sit gesta, euoda mihi.

Lucret. lib. v Codd. *lib.* vi Edd. — 5 *nomine* Codd. *nomen* Edd. — 8 *fauces* (contra morem) Codd. — 9 *celeris* Codd., M. *celeres* AJ. — 12 *alitus* Codd. *halitus* Edd. — 13 *Vitulantes* H, Edd. ante M. *Vitulantis* Codd. plerique, M. — 15 *sicuti qui nunc* omnes. — 17 *ex suis* Codd. *exsuis* P. *ex feris* cj. Bothe, prob. Düntzer. *aviis* cj. Scal. — 18 *locis* omnes. *lucis* cj. M, habet Ribb. *mittat* Ribb. *pœnis* omnes; de quo dubitat J. *Pœnis* Scal. *pennis* cj. M, prob. Both. Düntz. *decorotus* Codd. *decoratos* Edd. — 21 Anapæsticos induxit Scal.; quem sequuntur, varie digestis verbis, Herm. Ribbeck; equidem septenarium cum Bothio tueor. [*atque*] *mori* Scal. — 23 *du*. *possunt* vulgo. *possum* cj. M, recep. Ribb. — 24 *insci:ntia* Codd., J. marg. *inscitia* AJM. *atque dem.* (confusis trochæis et iambis) omnes. *ac dem.* Bothe. — 26 *patria, domo in.* AJM. *patria, domo, in.* Gerl., ut Edd. Sall.

3 *nobis exsolva* P. — 4 *quis sis* P. — 6 *quid tam* (*i* supra *t* scripto) H. *quid itam* Codd. plerique [*nam*] *quid hic tam* Ribb. *obscuri dicunt est tamve* Codd. *quiditam abscuro dicunt est* V. *quid hi tam obscurum dicunt esse* J. *obscure dictum* Both. Ribb. *quid hi tam obscuridicum est* M. — 8 *læto*

Pacuvius Peribœa :

Gnato ordinem omnem ut dederit, enodat patri.

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 9] : « Hæc igitur nobis explicanda sunt; sed si enodatius, vos ignoscetis. » Varro de Vita populi Romani lib. I : « Neque ita ut in singulis rebus diutius moremur, ut dixi, atque enodare subtilius velimus. »

Grumus dicitur agger : a congerie dictus. Attius Œnomao :

Quemcumque institeram grumum aut præcisum jugum.

Torrus dicitur fax : unde et *torridare* dicimus comburere. Attius Menalippo :

[O] regina, erit tempus quum hic torrus, quem amburi vides.

Idem Meleagro :

Tum suum
Vitæ finem ac fati internecionem fore,
Ubi torrus esset interfectus flammeus.

Expectorare est extra pectus ejicere. Attius Phœnissis :

Incusant ultro; a fortuna opibusque omnibus
Desertum, abjectum, afflictum ex animo expectorant.

Idem Epigonis :

Eloquere propere, ac meum hunc pavorem expectora.

Cicero de Oratore lib. III [c. 58, nempe ex Ennii Alcmæone] :

Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat.

Extispices proprie haruspices dicti sunt, quod exta speciant. Attius Medea :

Principio extispicum ex prodigiis congruens ars te arguit.

HP. — 13 *gnate...enoda* cj. M., recep. Both. Ribb. *ut ut erit* cj. Palmer. — 15 *ignoscetis cujus ætatis* H. *ætati* Codd. plerique. *ignoscetis; cujus*. Gerl. *ignoscetis : hujus* M. *ejus* J. *cujus* vel *hujus ætati* abundat; non enim ulterius duas tantum voces Noster citare debuit. — 16 *neque ita ut in sing*, HP, et cj. M, prob. Düntz. *neque in ita sing*. W. *neque ut ita in sing*. JM *neque ita sing*. LA. — 17 *ut dixatque* P. — 18 *grummus* (bis) HPVCDLW. *grumus* Edd. — 20 *torrus* (ter repetitum) HPCD. *torris* Gerl.; quod miror, mox enim *torrus* in Meleagro. (Nomen *torrus* diserte agnoscit Serv. ad Æn. XII, 298.) *torris* Edd. — 22 *o regina* cj. Bergkius; quod ipse videram. *regina* [*olim*] cj. Ribb. *regi namque erit tempus* Bothe. *tempus eum* P. *hice torris* (an *torrus?* ait) Ribb. — 24 *idem maleagro* HLW. *vides meleagro* P. *vides maloagro* L marg. *Meleagro* Edd., prob. Voss. Bergk. Both. Ribb. *eum suum* vulgo. *eum suæ* ed. 1476, et cj. Voss., prob. Ribb. *tum suæ* cj. Voss., prob. Bergk. — 25 *fore maleagro ubi* HW. *maloagro* L. *male ago* P. *Meleagro* M, Voss. et recentiores. *ubi torrus* Codd., etiam LW. *torris* Edd. *torris cum* Scriver. Voss. *cum torris* Muret. *intern. sui Fore Meleagro, ubi* cj. Bothe. *ubi* [*ille*] *torrus* Ribb. *ubiubi torris* cj. Lucian. Müller. Scilicet duos versus pro septenar. vel octon. habent omnes, et vitiosis mederi quidam tentant. « Vox *Meleagro* ex interpretatione huc irrepsit, » ait Passer. Repetitam credo ex præced. titulo. Quam omitt. et Barth. Adversar. p. 862.

1 *eicere* Codd. *finissis* H. — 4 *Epigono* vulgo. — 5 *proprie* Codd. *propere* JM. *ac par. hunc meum* omnes. *meum hunc par.* cj. Voss., recep. Ribb. *ac mi hunc par.* Bothe. — 7 *omnem mihi exanimato* Codd. et J. marg., ut etiam Edd. Cic. *mi omnem* Bothe. *omnem mi* Ribb. *omnem mihi ex animo* JM, ut Edd. Cic. Tusc. 4, 8. — 8 *aruspices* Codd. *exta spiciant* vulgo. *aspiciunt* (superscr. *a*) H. — 11 *extispicium* Codd. plerique, M. *extispitium* L. *extispicum* cj. Scal. *ex prodiis* P. — 11 *serano* Codd. *perum* H. *pelum* vulgo. *pilum* J, Guyet. Œhl. Riese. *pedum* ms. Palat., ed. 1476. *concedere* equidem malim. *et hostia sed* Codd., M. *hostias extisp.* J. *hostias et*

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Ait consulem mihi pilum cedere : subsilio, et hostias et extispices disputantes relinquo. »

Lactare est inducere, vel mulcere, velle decipere. Attius Medea :

Nisi ut astu ingenium lingua laudem, et dictis lactem lenibus.

Pacuvius Iliona :

Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret.

Cæcilius Hypobolimæo rastraria :

Quod prolubium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas?

Attius Alcmæone :

Tanta ut frustrando lactans, vanans protrahas.

Varro, Ὄνος λύρας :

Quibus suam delectet ipse amusiam,
Et aviditatem speribus lactet suis.

Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 7] : « Malivolentia lætans malo alieno, delectatio, jactatio, et similia. »

Succussare est susum frequenter excutere. Attius Philocteta :

Agile, ac, vulnus ne succusset gressus, caute ingredimini.

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Succussatoris, tætri tardique caballi.

Idem lib. XV :

Campanus sonipes succussor nullu' sequetur.

Strena dicta est a strenuitate. Pomponius Pictoribus :

Asside, si quà ventura est alia strena strenue.

Adulatio est blandimentum proprie canum : quod et ad homines tractum consuctudine est. M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 63] : « Canum vero tam [fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. » Idem de] Officiis lib. II [c. 26] : « Cavendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, neve adulari nos sinamus. » Lucretius [V, 1069] :

Gannitu vocis adulant.

cj. M. *extispicis disputanti* vulgo. *extispici* J. *disputantis* cj. M. — 13 *vel mulgere vellere* Codd., M. *mulcere* J. *velle* cj. Bentin. — 17 *celius* HP. *Cœlius* Gerl. *Cæcilius* Edd., Scal. Mur. *Hypobolimæa* omnes ...*mæo* Muret. — 19 *alcimeone* H. *alcimæone* PW. *Alcmæone* Edd. — 24 *honos lyras* Codd. — 22 *delectet et ipse* omnes. *et* omitt. Noster in *Sperem*, p. 171 ; Guyet. Œhler. — 24 *laetans* HPL. *letans* W. *lactans* Edd. *lætans reponit* Muret. ex Cic., prob. M. — 26 *succusare* CD. *susum* Codd. *sursum* Edd. *accius filocteta* Codd. — 27 *accuulnus* H. *nec succusset* Codd. *ne* Edd. — 29 *tardiriri* (*a* script. super sec. *i*) H. *tardi rari* Codd. et Edd. præter J. *tetri tardique* J. *tetri rarique* Dousa. (Libri exhibent *taetri* in v. *Caballus*, p. 86.) — 31 *sonipes, succussor mula'* cj. Passer. — 32 *Pistoribus* J.

1 *strenae* vulgo. *strenue* Bentin. Steph. Bad. *strenuæ* cj. Passer. *accipe... strenuo* cj. Acid. — 3 *de Nat. deorum* M, ut Cic. — 4 *canum vero tam officiis lib.* (mediis deficientibus; duabus, ait W marg., lineis omissis) Codd. *vero tam* (cum albo spatio) *Idem* ed. 1476, A. Omissa exhibent JM. — 5 *de officiis* 1 Codd. — 6 *auris* vulgo. — 8 *canit vocis* H. *canis* ed. 1476. *cannit* Codd. plerique, A.

P. 17-18 M.

Attius Prometheo :

Sublime involans,
Pennata cauda nostrum adulat sanguinem.

MANDUCONES, qui et MANDUCI dicti sunt et MANDONES, edaces. Pomponius Pictoribus :

Magnus manducus, casmillus canterius.

Lucilius :

Atque omnes mandonum gulæ.

Varro Bimarco :

Magna uti tremiscat Roma, et magnæ mandonnm gulæ.

SENECA significat senex. Pomponius Pictoribus :

Pappus hic in medio habitat, seneca non sescunciæ.

Idem Præcone posteriore :

Sed me exercet seneca nequam, neque illo quid faciam scio.

GRADARIUS est molli gradu et sine succussatura nitens. Lucilius Satyrarum lib. XIV :

Ipse equu' non formosu', gradarius, optumu' vector.

Varro Modio : « An qui gradu tolutili, te, melius quam tute molliter vectus, cito relinquat? »

EXDORSUARE, dorso nudare. Plautus Aulularia [II, 8, 1] :

Tu, Machærio,
Congrum, murænam exdorsua, quantum potest.

DELIRARE est de recto recedere. *Lira* autem est fossa recta quæ contra fines tuendos ducitur, et in quam uligo decurrat. Pomponius Prostibulo :

Jamne abierunt? jam non tundunt? jamne ego sum in tuto satis?
Nunquis hic restet qui nondum labeas lirarit mihi?

Id est, confoderit. Lucilius lib. XXVI :

Quapropter deliro, et cupide officium fungor suberum.

gannitu JM, et Noster p. 150. *adulat* vulgo. *adulant* P, ut Lucret. — 9 *Prometheo tui mei volans* Codd., vett. edd. *sublime advoluns* Bentin. JM. *avolans* cj. Turn. (Totum versum vid. ap. Cic. Tusc. 2, 12.) *involans* dedi, librorum vestigia secutus. — 13 *Pistoribus* J. — 14 *camillus* Codd. *camelus* M. *camellus* Turn. *cammelus* Scal. *magnus Camillus mand.* J. — 17 *Vimargo* Codd. et M. *Bimargo* AJ. *Bimarco* cj. Turn. — 18 *ut tremescat* vulgo. *tremiscat* AJ, Victor. — 19 *senica* (ubique) vulgo. Sed vid. inf. v. lect. — 20 *hic medio* vulgo. *hic in medio* HP. *senicu, non sescuntia* vulgo. *seneca* HL. *non sescuntiæ* (superscripto *a*) H. *non sescuntiæ* cj. Turn. — 23 *succussatu* J marg. — 25 *equus* HP. *ecus* W. *non formonsus* P. *optimus victor* Codd., Edd. ante M. *vector* J marg. M. — 26 *graduto tutilite* H. *medius quam tute* Codd., M. *melius* AJ. — 29 *macerio* H. Gerl. *mecæria* P. *Machærio* Edd. — 30 *potes* vulgo. *potest* PL. (Et variant Edd. Plaut.) — 31 *delirare... lira* H, et vulgo. *delerare... lera* W, ms. J. *decedere* CDW. *lira est autem* PDWMp.

2 *jamne obtundunt* J. *sum* supra lineam in H, omitt. libri Gerl. — 3 *resistit* vulgo. *restat* Both. e conj. *numqui hic restitit* Ribb. (Metrum uterque sanare tentat.) — 4 *confuderit* ms. Palat. *contuderit* cj. Gebb. — 5 *delibro* P. *deliro* H, et vulgo *delero* W. *cupidi* Codd. *cupide* JM. *fugor* P. *ruberum* HPLWAM. *rubetum* ed. 1476. *ruderum* J. *tuberum* cj. Dousa. *lberum* cj. Lips., im-

Plautus Amphitryone [II, 2, 95] :

Delirat uxor.

Centuriatim dictum est abundanter et copiose : a centuriis, quæ suffragium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo :

Continuo ad te centuriatim current qui panem petent.

Rumen dicitur locus in ventre quo cibus sumitur, et unde redditur : unde et *ruminare* dicitur. Pomponius Prostibulo :

Ego rumorem parvi facio, dum sit, rumen qui impleam.

Rudus stercus, quod raditur. Lucilius Satyrarum lib. XI

Viai
Sternendæ jaciendum huc aggerem, et id genu' rudus.

Rutrum dictum est a radendo. Pomponius Pannuceatis :

Sarculum hinc illo profectus, illim rediisti rutrum.

Lucilius lib. VIIII :

Frumentarius est : modium hic secum atque rutellum
Una affert.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς : « Cui Celer, δι' ἑνὸς λήμματος λόγους Antipatri stoici filius, rutro caput displanat. »

Nebulones et Tenebriones dicti sunt qui a mendaciis et astutiis suis nebulam quamdam et tenebras objiciant; aut quibus ad fugam et furta hæc erant accommodata et utilia. Pomponius Pannuceatis :

Quid dedi nebuloni? quem pertæsum est pauperum?

Lucilius Satyrarum lib. XIIII :

Publiu' Pavu' mihi Tuditanus quæstor Hibera
In terra fuit, lucifugus, nebulo, id genu' sane.

Idem lib. XX :

Nugatorque idem, ac nebulo sit maximu' multo.

Afranius Epistola :

Huc vēnit, fugiens tenebrionem Thurium.

prob. M. *liberum* cj. M. — 15 *vim sternenda et* HVPLW. *viam sternendam* J marg. M. *viamque st.* cj. J, prob. Dousa. *viai sternendæ jaciendum* cj. M. — 16 *huc agerem* L. *agger* H. *aggerent* Edd. ante M. *aggerem* M. — 17 *a ruendo* cj. M. — 18 *profectu's* Ribb. *illum redisti* Codd. *illinc* M. *illim* cj. Gifan., prob. M Ribb. *redisti* omnes. *rediisti* Both. Ribb. — 20 *frumentarium* P. *atque et rutellum* P. *etrutellum* LW. — 21 *unam affert* HPW. *unum* LAJ. *modium secum atque rutellum unum* cj. Scal. *una* cj. Turn. Passer., habet M. — 22 *cui celer die nos logos antipatri* H. *celer dienos lemmato logo santi patri* P. *celer* M. *Celer* J Gerl. *die nos lemmatos logos* A. *di enos lem.* W. δι' ἑνὸς λήμματος ms. J. δι' ἑνὸς *lemmatos* M. *dilemmatos* cj. Victor. *legos* W. *logos* L. — 24 *rutra* W. *displanavit* cj. Scal. — 24 *qui amen daciis* H. *quia mendaciis* AJ. *qui mend.* Codd. alii, ed. 1476, M. — 25 *ad fugam fugitivis* vulgo. *fugitivis* omitt. DMp. *erunt* Mp. — 27 *pertesunt pauperem* Codd. et M. *pertesum* Edd. ante M. *pertæsum est* Both. Ribb. *pauperum* Bothe. — 29 *tu* (suprascr. *r*) *bitnnus* H. *turbitanus* PLA. *tubitanus* W. *Turditanus* J. *Tuditanus* cj. Passer., habet M. *quæstor, Hibera* J.

3 *nugator cuidem* Codd. *quidem* M. *quidam* AJ. *nugatorque idem* cj. M. — 5 *tenebrione* Codd. *tenebrionem* Edd. *tirrium*

P. 19 M.

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Si et accusator et reus erunt tenebriones uterque, utrumque vituperato. » Quod Homerus confirmat Iliados Γ (v. 10) :

> Εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι Νότος κατέχευεν ὀμίχλην,
> Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Varro Gerontodidascalo : « Manius Curius consul, [in] Capitolio quum delectum haberet, nec, citatus in tribu, civis respondisset, vendidit tenebrionem. »

Truam veteres a terendo, quam nos diminutive *trullam* dicimus, appellari voluerunt. Pomponius Pannuceatis :

> Mulier ubi aspexit tam mirifice tutulatam truam.

Titinius Setina :

> Sapientiâ [gubernator torquet navem, haud valentiâ];
> Cocu' magnum ahenum, quando fervit, paulâ confulat truâ.

Evannatur dictum est ventiletur vel moveatur : a vanno, in qua legumina ventilantur. Pomponius Pannuceatis :

> Dixi ego illud futurum : in prima valva vix hæret miser :
> Evannetur, et mea ocius opera ut fiat fecero.

Lucilius Satyrarum lib. VII :

> Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere lumbis.

Idem lib. XI :

> Crissavit, ut si frumentum clunibu' vannat.

Varro de Re rustica lib. I [c. 52] : « Ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannatur foras extra aream. »

Vafrum est callidum, et quasi valde Afrum et urbanum. Pomponius Præcone posteriore :

> Tergum varium, linguam vafram.

M. Tullius de Republica lib. III [c. 11] : « Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi. » Afranius Divortio :

HW. *tyrrium* P. *tirium* ed. 1476. *Tyrium* JM. *Thurum* Guyet. Bothe. — 7 *erunt tenebrio* P. *uterque utrumque vitup.* omnes; quod retinet Œhler. — 9 Codicum menda in græcis versibus hic referre non tanti est. — 11 *in Capitolio* AJ. *in* omitt. Codd., M. *dilectum* vulgo. *delectum* J. — 13 *tenebronem* Codd. *tenebrionem* Edd. — 14 *diminutive* HPCD. *dimminutive* WL. *diminutivo* JM. — 16 *mulier ubi Aspexit* (ut sint senarii) Carrio. *conspexit* Bothe ex conj., recep. Ribb. *truam* (suprascr. *ll*) H. *truam* Edd. *trullam* Codd. plerique. — 17 *titinnius* HP. — 18 Lacunam, quæ est in Codd. et vett. edd., explent Bentin. JM, ex eodem repetito versu in v. *Valentia*, p. 186. *navem torquet* Both. Ribb., ut est p. 186. *torquet navem* hic omnes, et merito. — 19 *magnus aenum* Codd. *magnum* Noster in v. *Confutare*, p. 87. *paulo* Codd. *paula* Edd., ut est p. 87. — 20 *Evannetur dictum* Codd. et Edd. *a vannu* vulgo. *vanno* CD. *in quale gumina venti lantur* H. — 22 *valva est, vix heret* vel *hæret* omnes. *valva etiam* cj. Carrio. *misera* omnes. *miser* Both. Ribb., quod ipse videram. — 23 *Evannetur* (alia persona) Ribb. — 25 *illa autem* Codd. *illam* Edd. *vannare* H. *tum vis* Codd. *cunnis* J. *lumbis* M e conj. — 26 *lib.* VIIII Codd. et M. *lib.* VIII Dousa. *lib.* XI Edd. ante M, Donat. ad Ter. Eun. III, 1, 34. — 27 *cursavit ut* Codd. *crisavit* cj. M. *crissavit* J, et conj. Sciopp. et Dousa. *crissabit ut* Donat. l. cit. — 28 *lib.* I omitt. P. — 29 *acus ac palea* vulgo. *paleæ vannatur* H. *ac*

Qui conere noctu clanculum
Rus ire, dotem ne repromittas vafer,
Honeste ut latites, et nos ludas diutius.

Particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant. Pomponius Præcone posteriore :

Age modo, sta, garri ; particulones producant ibus.

Clepere est furari : tractum a κλέπτω verbo græco. Attius Erigone :

Eaque hoc causa, ut ne quis nostra verba cleperet auribus.

Plautus Pseudolo [I, 2, 6] :

Rape, clepe, [tene,] harpaga.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Non modo ut Spartæ, rapere ubi pueri et clepere discunt. » Idem de Natura deorum, lib. III [c. 27, nempe ex Attii Atreo] :

Agnum inter pecudes, aurea clarum coma,
Quondam Thyesten clepere ausum esse e regia.

Pacuvius Hermiona :

Sermonem hic nostrum ex occulto clepsit, quantum intellego.

Varro Octogessi : « Seque opificio non probiter clepere. »

Corporare est interficere, et quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda :

Corpus contemplatur unde corporaret vulnere.

Attius Stasiastis vel Tropæo Liberi :

Corporare abs tergo es ausus.

Circus dicitur omnis ambitus vel gyrus : cujus diminutivum est *circulus*. Attius Andromeda :

Quot luna circos annuo in cursu institit.

palea non habet Varro. *area* Codd. *aream* Edd. — 33 *in disserendo* palimps. Mai.

1 *coner* Edd. ante M. — 2 *brusire* Codd., AJ. *rus ire* cj. Gul., recep. M Both. Ribb. *repromittat* vulgo. *repromittas* M Both. Ribb. — 3 *ludas* (suprascr. *o* post *l*) H. *loudas* Codd., AJ. *ludas* cj. Gul., habent M Both. Ribb. — 4 *patriminii* P. — 6 *age modos ac garro* (littera *o* inducta) H. *modo sticgarri* P. *sta gorri* ed. 1476. *stagari* AJ. *modo, sta, gorri* M Gerl. Both. Ribb. *ista garri* cj. Bothe 2. *sta, Cai* cj. Palmer. *partic. producantibus* HP. *produc antibus* LW, Ribb. *producam tibi* Edd., Bothe. — 7 *a clopæ* (suprascr. *o*) H. *clopæ* Codd. *clope* M. *clopeo* Mp. κλέπτω ed. Parm. 1480, J. — 8 *Epigone* Codd., M. *Epigonis* Both. Ribb. — 9 *eaque ut hoc causa aut ne* Codd. *eaque hoc causa ut* M Both. Ribb. *ne quis nostra auribus verba cleperet* omnes. *verba cleperet auribus* cj. Voss., recep. Both. Ribb.; quod ipse conjeceram. — 10 *pseudolo* H. *Pseudulo* Gerl. — 11 *arpaga* Codd. — 12 *ut Sparte* Codd. *ut Spartæ, rapere ubi* M. *ut Spartæ rapere, ubi* J. — 13 *Idem de Natura... e regia*. Locum omittunt plerique Codd. et ed. 1476. — 16 *quondam* ms. Fabri, ut Edd. Cic. *quemdam* AJ. *quem clam* cj. Bentin. *Thyesten* AJ. *Thyestem* M Gerl. — 18 *clepit* omnes, prob. Ribb. *ex occ. q. intelligo, clepit*, cj. Voss., metro consulens; improb. Bothe. *clepsit* cj. M, recep. Bothe; quod ipse videram : sin aliter, quid sibi velit *quantum intelligo?* — 19 *Varro*, etc. Locus iterum, et plenius, p. 510. *octogiessi* Codd. *seque opifico non proviter* Codd. *probiter* Edd. *opifice non probiter* Noster, p. 510. *seque opificio* cj. Popma, prob. Œhler. *si quæ opifico* A. *si quæ opificio* J. — 23 *vel* omitt. H. *tropeo* seu *tropæo lib.* I omnes. *Liberi* cj. Scriver., prob. Ribb. — 25 *gærus* HVL. *goerus* (superscr. i) P. *goeirus* W. *diminuti-*

P. 20-21 M.

Medicinam dicimus venenum : tractum a Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. Attius Phinidis :

Se veneris sterilem esse illius opera et medicina autumans.

Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat. Lucilius Satyrarum lib. III :

Cernuus extemplo plantas convestit honestas.

Virgilius lib. X [v. 894] :

Ejectoque incumbit cernuus armo.

Lucilius Satyrarum lib. XXVII :

Modo sursum, modo deorsum, tamquam collus cernui.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant : a quo ille versus vetus est in carminibus :

Sibi pastores ludos faciunt coriis Consualia. »

Stricturæ dicuntur proprie scintillæ quæ de ferro ferventi eunt : quod aut stricte emittantur, id est celeriter; aut quod oculos sui fulgore præstringant. Virgilius lib. VIII [v. 420] :

Stricturæ Chalybum, et fornacibus ignis anhelat.

Lucilius Satyrarum lib. III :

Crebræ ut scintillæ in stricturis, quod genus olim
Ferventi ferro.

Quiritare est clamare : tractum ab iis qui Quirites invocant. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Hæc, inquam, rudet e rostris atque ejulitabit,
Concursans veluti angarius clareque quiritans.

Nigidius Commentariis grammaticis : « Clamat, quiritatur. »

Caries est vetustas vel putrilago : unde *cariceum* veteres dixerunt. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique.

vum H. — 27 *quod luna* Codd. *quot* Edd. *circulos* Codd. *circos* Edd. *annuo incurso* VP. *in curso* HLWM; quod omitt. J. *cursu* cj. Lips., prob. M. — 29 *farmacon* Codd. *finidis* vulgo. — 30 *sevenis sterilem esse* Codd. et M. *sevenis* omitt. J. *se venis* ed. Parm. 1480. *se venenis* cj. Bad. *si venis* A. *si veneris* ed. Mediol. 1500. *si venenis* alii ap. Bentin. *si veneni* cj. Grot. *sed vero esse ster.* Bothe 2. *ejus venenis* Ribb. e conj. *segem Sterilem esse*, vel *Sementim ster.* cj. M. *opera st medicina* Codd. *sunt medic.* ed. Parm. *et medic.* M. *opera medicinam* J. *operæ est medicina* A.

3 *Virgil.* x *tib.* P. — 6 *colus* Codd., vett. edd. *collus* JM, et cj. Bentin. Scal. *collus* Codd. in v. *Collum*, p. 200. — 8 *oleo pertusas* HPLW. *perfusas* Edd. — 9 *in carnibus* P. — 10 *ibi* HPW. *sibi* L, et cj. Turn., habent JM Gerl. *pasto ludos* P. *faciunt cernui cons.* A. Turn. Popma. — 12 *strictæ* Codd. *strictè* Edd. *perstringant* vulgo. *præstringant* J, ut Noster in v. *Præstringere*, p. 34. — 14 *calybum* H. *calibum* PL. *calidum* W. *chalybum* JM. — 20 *rudete rost.* H. *heiulavit* H. *heuiltetavit* P. *heiulitavit* WLA. *eiulitavit* M. *ex rostris... ejulitabit* Varr. L. L. 7, 103, et hic conj. Turn. Scal. — 21 *aucarius* PLW, et J marg. *angarius* cj. Scal. et J. *arenarius* AJ. — 22 *commento grammaticis* HPLW. *grammatices* Edd. *commentariis grammaticis* sunt apud Nostrum v. *Religiones*, p. 379; ap. Gell. 4, 9, et alibi. *clamat quiritatum* Codd. et M. *quiritatur* cj. Turn. Scal. Rutgers. — 23 *cariceum* vulgo. *caricium* ms. Bibl. imp. 7576. *caritium* ed.

Turpilius Leucadia :

Hei perii! viden ut osculatur cariem? Non illam hæc pudent?

Afranius Privigno :

Nemo illa vivit carie curiosior.

Virosæ mulieres dicuntur virorum appetentes vel luxuriosæ. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Dixi : ad principium venio : vetulam atque virosam
Uxorem cædam potius quam castrem egomet me.

Afranius Divortio :

Vigilans, ac sollers, sicca, sana, sobria;
Virosa non sum; et si sim, non desint mihi
Qui ultro dent : ætas integra est, formæ satis.

Capronæ dicuntur comæ quæ ante frontem sunt, quasi a capite pronæ. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Jactari caput, atque comas fluitare capronas,
Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis.

Cerebrosi dicuntur ad insaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur. Lucilius Satyrarum lib. XV :

Te primum cum istis insanum hominem et cerebrosum.

Gliscit est congelascit et colligitur, vel crescit, vel ignescit. Turpilius Philopatro :

Quum te salvum video, ut volui, glisco gaudio.

Attius Æneadis :

De summa tibi perduellum est : quorum aut quibus ea partibus
Gliscunt?

Pacuvius Peribœa :

Sed nescio quidnam est : animi horrescit, gliscit gaudium.

Sallustius Historiarum lib. III : « Neque jam sustineri poterat, immensum aucto mari, et vento gliscente. »

1476. — 26 *Leucadia ciperi* Codd. et AJ. *ei peri* (pro *hei perii*) cj. Gul., recep. M. *hei perii* Bothe. *non* H man. pr. *num* omnes. *illa* (suprascr. *ec* post *a*) *ecpudet* H. *illa hæc pudet* W, ed. 1476. *illum illæc* vulgo. *pudent* cj. Grautoff. *illum illæc pudent* Ribb. — 29 *curiosior* Codd , J marg. M. *cariosior* Edd. ante M. — 30 *Virrosæ* H. — 33 *cedam* Codd. *cædam* Edd. — 35 *sollers* HPLW.

1 *virosam* (suprascriptum) *amuxorem* H. *et si sum, non desunt mihi* vulgo; retinent Scal. Ribb. *si sim* cj. Steph. Gul. Gron. Neuk. — 4 *lib.* VII HP, Edd ante M. *lib.* XV M Gerl. — 5 *actari* HPLW, ms. J. *aptari* Edd. ante M, Dousa. *jactari* cj. aliquis ap. Gerl., prob. Corpet. *comes* W. *fruitare* Codd. et A. *fluitare* JM. — 6 *altis* cj. Oudend. ad Apul. Flor. *immissus* W. *missas* L. — 7 *ad insania* P. *quibus frequenter cerebrum* HCLAJ. *frequenter* omitt. W, ed. 1476, M Gerl — 11 *filopatro* Codd. — 12 *gliscor gaudio* Codd. (Cf. *Gliscor*, p. 481.) *glisco* Edd. — 14 *dis summa tibi* HWM Gerl. *di summa* PLA. *disumma* J. *dissumam* ed. 1476. *dis, summa* cj. Passer. *de summa* cj. Turn. Scriv. *Decio : Summa* J marg. *vis summa* cj. Voss. Herm. *dis* omitt. Neuk. Ribb. *tibi* Codd. et Edd. *ibi* Both. Herm. *ubi* Grot. Ribb. *perduellum est* omnes, prob. Turn. tanquam sing. neut. *perduellium* Passer. Herm. *de summa tibi rerum duellum* cj. Delr. *quorum* omnes. *quorsum* Bothe 2, Ribb. *quibus se a partibus* vulgo. *quibus npertius* ed. 1476. — 17 *quidnam est animi : horr.* vett.

Virgilius lib. XII [v. 9] :

> Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

M. Tullius in Hortensio : « Ad juvenilem libidinem, copia voluptatum, gliscit illa, ut ignis oleo. » Plautus Asinaria [V, 2, 63] :

> Tempus est subducere hinc me : pulchre hoc gliscit prœlium.

Prostomis dicitur ferrum quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur, ἀπὸ τοῦ στόματος. Lucilius Satyrarum lib. XV :

> Trulleu' prostomide huic ingens de naribu' pendet.

Tricones, morosi et ad reddendum duri. Lucilius Satyrarum lib. XI :

> Luciu' Cotta senex Crassi pater huju' paceni
> Magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli
> Lentus.

Id est, facilis.

Sagæ mulieres dicuntur, feminarum, ad lubidinem virorum, indagatrices : unde et *sagaces* canes, ferarum vel animalium quæsitores. Lucilius Satyrarum lib. VII :

> Ætatem et faciem, ut saga et bona conciliatrix.

Turpilius Boethuntibus :

> Non ego hoc per sagam pretio conductam, ut vulgo solent.

Lapit significat obdurefacit, et lapidem facit. Pacuvius Peribœa :

> Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.

Munes apud veteres dicebantur non a largitia, [quæ] ignota erat, sed consentientes ad ea quæ amici velint. Pacuvius Duloreste :

> Animum quæ. . . . .

[Sallustius Jugurthino bello, c. 103 :] « tum largitio multis ignara; munificus nemo putabatur nisi pariter volens. » Lucilius lib. XXVI :

> Munifici comesque amicis nostris videamur viri.

Petulantia dicta est a petendo. M. Tullius de Republica lib. IIII :

edd. *est : animi horr.* M Gerl. *animus* J. *orrescit* H. *horresco* cj. Bothe 2. *et gliscit* Codd. et A. *et* omitt. JM, Both. Ribb. — 18 *historiæ* Codd. *historiarum* A. — 25 *postomis...postomide* omnes. *prostomis* cj. Turn. — 29 *Lucilius*, etc. Iterum in v. *Lentum*, p. 338. *lib.* xi omnes. *lib* xv Schottmüll. et Schmidt. — 31 *Lucilius Cotta* LA. *Lucilius* (sed expunctum) P. *Lucilius* omitt. HW, ed. 1476, M. *Luciu' Cotta* legunt Turn. Gul. Muret. Acidal. Schot. Dousa. *hujus paceni* HPL. *paneci* WM. *Panæti*, ed. 1476, Bentin. Gul. Acid. J et Dousa. *pacem* A. πανaίθου cj. J, recep. Gerl. *pernacer* cj. Muret. — 32 *magnus trico fuit* J. — 34 *id est facilis* versui subjungit Muret., deleri vult Gul.

1 *mulieres dicuntur feminæ* omnes. *feminæ* deleri vult Guyet. *libidinem* CD, Edd. ante M. — 3 *lib.* vii omnes. *lib.* xvii Schottmüll. Schmidt. — 5 *boethontibus* Codd. *Boethuntibus* JM. — 8 *cor curearumna* P. — 9 *Mones* Codd. *Munes* Edd. *apud veteres dic. nonam largatia* (*largiatia* P) *ignota erat* Codd. *largatia* * *ignota* M. *non a largitione quæ ignota* Edd. ante M. *ignota eran* P. *ignota erat* deleri volunt Guyet. Düntz. — 10 *dolores* (*u* superscr. initio) *te* H. — 11 *animum quæ* * *tum* M. — 12 *Sallustius*, etc., cj. M, *nam etiam tum largitio multis ignara* Sall. — 13 *rariter volens* HP. — 15 *Petulantia... Procacitas... Kalendarum* (eo ordine) Codd. *Petul... Consulum... Kalend... Procac.* Edd.

« Itaque a petendo petulantia ; a procando, id est poscendo, procacitas nominata est. »

Procacitas a procando vel poscendo : unde et *proci* dicti sunt matrimoniorum petitores. M. Tullius de Republica lib. IIII : « A procando, id est poscendo, procacitas nominata est. » Terentius Hecyra [I, 2, 84] :

Maligna multo et mage procax facta illico est.

Livius Ægistho :

Quin, quod parêre vos [mihi] majestas mea
Procat, toleratis, temploque hanc deducitis?

Kalendarum vocabulum proprium Varro complexus est, de Vita populi Romani lib. I : « Itaque kalendis kalabantur, id est vocabantur : et ab eo kalendæ appellatæ, quod est tractum a Græcis, qui καλεῖν vocare dixerunt. »

Consulum et Prætorum proprietas, quod consulant et præeant populis, auctoritate Varronis ostenditur, de Vita populi Romani lib. II : « Quod iidem dicebantur consules et prætores : quod præirent populo, *prætores;* quod consulerent senatum, *consules.* »

Ignominia est nominis nota. M. Tullius de Republica lib. IIII : « Censoris judicium nihil afferre damnato, nisi ruborem. Itaque, ut omnis ea judicatio versatur tantum in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. » Lucilius lib. XXVIIII :

Apollo 'st nomen : qui te antiquis non sinet
Deliciis maculam atque ignominiam imponere.

Fidei proprietatem exemplo manifestavit M. Tullius de Republica lib. IIII : « *Fides* enim nomen ipsum mihi videtur habere quum fit quod dicitur. »

Portitores dicuntur telonearii, qui, portum obsidentes, omnia sciscitentur, ut ex eo vectigal accipiant. M. Tullius de Republica lib. IIII : « Nolo enim eumdem populum imperatorem et portitorem

Tullius derunt (*e* superscr. post *r*) *publica* H. — 16 *a precando* HP. *præcando* LW. *procando* JM. — 18 *precnndo vel* HP. *præcando vel* LW. *prorando id est pr.* JM. — 19 *a precando* Codd. — 20 *procacitas* (*precacitas* H. man. pr.) *nominata est procncitas a precando terent.* (male iteratum) Codd. *hæcyra* H. — 22 *magis procax... ilico* vulgo. — 23 *hegisto* HL. *egisto* W. — 24 *quod parere vos maj. mea* omnes. *quod* [*mihi*] *parere vos* Ribb. *q. p. mea vos m. procat. Tolerntis, extemploque illam* (*illanc* Bothe) J et Bothe. — 27 *calendi scalnbantur* H. *kalendis kalebant* Mp. — 28 *calendæ* H. *kalin* P. *calin* HCDMpLW. καλεῖν Edd.

2 *quod idem* omnes *iidem* Popma. — 3 *senatui* omnes. *senatum* Popma ; et cj. Passer., qui laudat Varr. L. L., 5,80 : « *Consul* nominatus qui consuleret populum et senatum. » — 5 *nihil ferre damnato offerrent* (*offerent* LW) *nisi* HPLW. *offerrent* uncis includit J, omitt. M. *nihil fere damn. affert* cj. vir doctus ap. Mai. — 6 *omnes* LW. *omnes* (suprascr. *i*) H. — 8 *apolost* HPLW. *Apollost* JM, *nomen* vulgo. *numen* J, agnoscit M. — 9 *delicis* Codd. *deliciis* ed. 1474, JM. *delitiis* A. *Deliacis* cj. J. — 10 *exemplom* H. *exemplum* D. *exemplo* vulgo. — 13 *teloniarii* L. *teloniari* C. — 14 *sciscitentur* Codd. plerique, M. *scitentur* P. *sciscitantur* CD. *sciscitarentur*

esse terrarum. Optimum autem et in privatis familiis et in republica vectigal duco esse parsimoniam. » Plautus Menæchmis [I, 2, 8] :

> Portitorem domum duxi : ita [omnem] mihi
> [Rem] necesse eloqui est, quidquid egi atque ago.

M. Tullius de Officiis [I, 42] : « Primum improbantur ii quæstus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. » Terentius Phormione [I, 2, 99] :

> Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modo,
> Et ad portitores esse delatam.

Plautus Asinaria [I, 3, 7] :

> Ego pol istum portitorem privabo portorio.

Virgilius lib. VI [v. 326]:

> Portitor ille Charon.

Varro Mysteriis : « Æs defraudasse cauponem, bovam luto oblevisse, cum portitore serram duxe. »

Seditionis proprietas a M. Tullio manifestata est in lib. de Republica VI : « Eaque dissentio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur. »

Hamiotas, piscatores, ab hamis, Varro Bimarco voluit appellari : « Cohortes cocorum atque hamiotarum aucupumque. »

Valgum est proprie intortum. Novius Militibus Pometinensibus :

> Valgus, veternosus, genibus magnis, talis turgidis.

Vatrax et Varicosus, pedibus vitiosis. Lucilius lib. XXVIII :

> Ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus,
> Qua varicosu', vatrax.

Catax dicitur quem nunc coxonem vocant. Lucilius Satyrarum lib. II :

> Hostibu' contra
> Pestem perniciemque, catax quam et Manliu' nobis.

AJ. *ut ex eo* H, ed. pr., J. *et ex eo* Codd. plerique, M. *lib.* IIII habent omnes. *lib.* III Sarisber. Polycr. 3, 12.— 18 *dornum* (pro *domum*) P. *dixi* H. *dixit* PLW. *duxit* AJ. *duxi* M, ut Plaut. *omnem... rem* addidi ex Plauto. — 20 *ii questus* Codd. *quæstus* JM. *ut protitorum* P. — 24 *ad portitorem* vulgo. *portitores* ed. Perott., ut Ter. — 26 *ego polis tum* H. — 28 *caron* Codd.

1 *cauponem* omnes. *cauponam* cj. Canter. Gronov. *bovam* Codd., prob. Turn. Canter. *bonam* Edd. *obbam* cj. Cujac., improb. M. — 2 *tum portitores erram duxe* HM. *æram duxe* cj. J. *æra indire* (voluit profecto *indixe*) cj. Popma. *tum portitore* LW. *cum port.* cj. Gron. Roth. *serram duxe* VLWM (quam locutionem illustrat Turn. 8, 7). *circumduxe* cj. M. *tum* (*cum* ed. 1476) *portitores æra induxere* Edd. ante M. — 3 *manifesta* AJ. *in* omitt. AJ. — 4 *eaque dissentione* omnes. *dissentio* ed. Mai. *alii ab aliis* cj. Le Clerc ed. Cic. — 7 *cohortis* vulgo. *hamiotarum* H. *amiotarum* Gerl. — 9 *genibus magis* P. — 10 *et vatricosus* omnes. *Vatrax tortis pedibus a ranæ vocabulo quæ græce batrachos dicitur* ms. J. *araneæ vocabulo quod græce votrax dicitur* in marg. W; glossema omitt. HPL, Edd. — 11 *quintus vacax qua varicosus vatax* (*vatrax* H man. pr.) omnes. *vatax* deleri volunt Guyet. Düntz. *Vatias et varicosos... qua Max. Quint. Vatia qua varic.* cj. M. — 13 *vacant* H. — 15 *hostilibus* omnes. *hostibus* cj. Dous. Schott. *Hostilius* cj. Passer., edidit Gerl. e conj. — 16 *permitiem* P. *perniciemque catax*, *quam* (*quàm* J) AJ. *perniciemque*, *catax quam* M Corp. Gerl.

Silones superciliis prominentibus dicti, significatione manifesta. Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Nonne non unum scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum, quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur? »

Bronchi sunt producto ore et dentibus prominentibus. Lucilius Satyrarum lib. III :

Bronchu' Bovillanus, dente adverso eminulo, hic est
Rhinoceros.

Compernes dicuntur longis pedibus. Lucilius Satyrarum lib. XVII :

Nunc censes καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον illam
Non licitum esse uterum atque etiam inguina tangere mammis?
Compernem aut varam fuisse Amphitruonis ἄκοιτιν
Alcmenam, atque alias? Ledam ipsam denique nolo
Dicere : tute vide, atque δισύλλαβον elige quodvis :
Τυρὼ εὐπατέρειαν aliquam rem insignem habuisse,
Verrucam, nævum dictum, dentem eminulum unum.

Vari dicuntur obtortis plantis. Lucilius Satyrarum lib. XVII :

Compernem aut varam fuisse Amphitryonis ἄκοιτιν.

Nam et *varices* inde dicuntur venæ in suris inflexæ vel obtortæ. Varro Epistola ad Varronem : « Nam si tuam [heri] rhedam non habuissem, haberem varices. »

Lingulacæ dicuntur verbosi. Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Quare residet? lingulacæ, obtrectatores tui jam nunc murmurantes dicunt :

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. »

Rabulæ, litigiosi : a rabie dicti. Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων :

— 17 *manifestas* H. *gnoti seaut.* H. *gnothi* PW; græce exhibent LJM. — 21 *bronci* omnes. — 23 *broncus novit lanus* Codd. *novit lanius* AJ. *novillanius* M. *obit lanius* cj. J Palm. Dousa. *Bovillanus* cj. Turn. *bronchu' novus lanius* cj. Merul. *hoc est rhin.* cj. Dousa. — 25 *Comperni* D. *lib.* XVI Codd. plerique. *lib.* XVII L, Edd. — 27 *nunc censes* omnes. *mum* cj. Scal., recep. Corpet. *caliplocamor* (et continuo græcis majoribus litteris αδαλισφυρον) H. Græcum vitiose scriptum in P. *illam* omnes. *ullam* Scal.

1 *uterum aquæ etiam* vulgo. *atque etiam* e conj. J. et Turn., M in Emendandis. — 2 *amfitreonis* H. *a quo et in* H. *aco etin* P. *acoetin* LWM. ἄκοιτιν J Turn. Scal., Dousa. *lenam ipsam* Codd., ed. 1476, M. *Ledam* AJ Turn. Dousa. *Helenam* cj. Scal., prob. M. — 4 *disyllabon* (*disillabon* H) vulgo; sed græca græce scribenda: *disyllabum* latine. — 5 ρινευ πατερειαν HP. εὔριν, εὐπατέρεια cj. Turn. τὴν εὐπ. A Scal. Τυρὼ εὐπατ. J, ex Odyss., et M. — 6 *neuum* W (item H. inducto altero *u*). *neunum* LA. *nævum* AJ. *dictum* vulgo. *pictum* Bentin. J, Scal. Dousa. *nævum*, *rictum* cj. Salmas. *digitum* cj. Scal. ap. M, et Guyet. *dentem enimalum* P. — 8 *Comp. autuaram* H. *aquo etin* H. *acœtin* vulgo. ἀκοιτιν J, Turn. Scal. — 9 *varices in didicuntur* H. *indicuntur* P. *vel optortæ* P. *epistola* H. *epistula* vulgo. *ad Varronem* omnes. *ad verronem* Codd. in v. *Rhedn*, p. 167. *ad Neronem* cj. Popm. Riccob. Roth. Quæ epistola citatur a Charis. p. 105. *Nam si* omnes. *quod si* Noster p. 167. — 10 *heri* est p. 167. *redam* hic vulgo, sed *rhedam* p. 167. — 13 *residit* Codd., M. *resident* A. *resides* cj. M. *obtrectatores* H. *obtractatores* Gerl. — 15 Lemma græco versu finitur in Codd. et ed. M. Addunt autem : *Plaut. Casina : Lingulaca est, nam nunquam tacet* Edd. ante M. (Hunc versum exhibet Nos-

P. 26-27 M.

« Ille ales Gallus, qui suscitabat Atticarum musarum scriptores? an hic qui a grege rabularum? »

EBULLIRE est effervescere : a bullis dictum. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 18] : « Qui si virtutes ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent nisi eam vim qua fiant hæ voluptates, quas supra dixi. »

RAPONES a rapiendo dicti. Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Prætor vester eripuit mihi pecuniam. De eo questum ad annum veniam ad novum magistratum, quum hic rapo umbram quoque spei devorassit. »

STRABONES sunt strabi quos nunc dicimus. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν : « Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti : habet enim quiddam ἑλκυστικὸν provincialis formosula uxor. » Lucilius lib. XXVII :

Nulli me invidere, non strabonem fieri sæpius
Deliciis me istorum.

EXTERMINATUM est præter terminos missum. Lucilius lib. XXVIIII :

Non rediret ad se, atque illam exterminaret miseriam.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 6] : « Atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est. »

EXODIUM est finis : a græco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est extra viam. Varro Hecatombe, περὶ θυσιῶν : « Socrates, quum in vinculis publicis esset, et jam bibisset κώνειον in exodio vitæ. » Idem Ἕως πότε, περὶ ὡρῶν : « Vitæ cursum ut cognoscere possem, et quæ servitutis et libertatis ab origine ad exodium adductæ. » Idem Ταφῇ Μενίππου : « Quod cœperas modo in via narrare, narra, ut ad exodium ducas. »

ter p. 50, ubi idem iterum lemma.) — 17 *ales gallus* omnes. *suscitabat aitharum* HVLW, M. *ait harum* P. *ait : harum* ed. 1476. *ait, harum* A. *Atticarum* J, et cj. Popm., prob. M, Œhl. Riese. *an hic quia gregem* omnes. *qui gregem* cj. docti, quos probant M, Guyet. — 19 *ecfervescere* Codd. plerique, M. *effervescere* DJ. *est hæc fervescere* L. *est fervescere* A. — 20 *virtutis* Codd., M. *virtutes* AJ, ut Cic. — 21 *eam vim quæ fiant vestræ* LW. *que fiant* P. *qua fiant* M. *nostræ* ed. 1476. *vestræ hæ volupt* H. *hæ* vulgo omitt. *eam viam qua efficiantur eæ* (omisso *vestræ*) *vol.* Edd. Cic. *vestræ* var. lect. duco sequentis *vester, noster*. — 23 *prætor noster* AJ Popma. *de ea questum* omnes. *spie* P. — 24 *devorasset* omnes.

1 *sunt strambi* Codd. et M. *stambi* P. *sunt quos strabos* Edd. ante M. *flaxtabulis* VM. *flaxabulis* HPLW. *flextabulis* J. *flexabulis* A. — 3 *habet quiddam enim* omnes. *habet enim quiddam* cj. Turn. Scal. *helquisticon* HPL. *helquesticon* W. ἑλκυστικόν AJM. *formonsula* HPLW. — 6 *meis torum* P. — 7 *extra terminos* Edd. ante M. — 8 *ne rediret* H *ne rederet* P. *non rediret* Edd. ante M. *exterminare* Codd. et vett. edd. *exterminaret* JM. *miseram* omnes. *miseriam* cj. Passer. *miseriam* vel *miserulam* cj. Guyet. — 12 *ekzo* (græce) HCMp. — 13 *Socrates* etiam græce in Codd. — 14 κωνιον Codd. — 15 *eos pote* Codd., sed græcis litteris Edd. — 16 *tafe menippu* Codd. — 17 *via narrare ut* HPLAJ. *via narra ut* WM Gerl. (Unum verbum alte-

Putus purgatus est dictus, a putando. Plautus Pseudolo [IV, 2, 32]:

> Purus putus est ipsus.

Varro Hecatombe, περὶ θυσιῶν : « Mea igitur hecatombe pura ac puta. » Idem Prometheo : « Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Tarentina quam apes Milesiæ coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam. » Nam et rationes ea causa *putari* dictæ sunt quotiens ex his fraudis aut falsi aut mendacii aut iniqui aliquid separatur. Et ipsum namque dubitantes quum dicimus *puto*, significamus nos, in rebus incertis et obscuris, falsis opinionibus fieri ambiguosos.

Compedes non a pedibus dictæ, sed ab impedimento. Varro Prometheo lib. I :

> Ego infelix non queam
> Vim propulsare, atque inimicum Orco immittere!
> Nequicquam sæpe æratas manibus compedes
> Conor revellere.

Idem Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν : « Domo exeo, intro, et pedes corrigiis compedio. » Idem Parmenone :

> Lepusculi timentis hoc quadrangulum
> Dedit Diana rete nexile, arcyas,
> Viscum fugai, lineamque compedam.

Idem Sesquiulixe : « Quo quum ire vellemus, obvius flare. Ubi corpori aërinas compedes impositas video. »

Fulgura dicuntur coruscationes : a fulgore. Varro περὶ κεραυνοῦ : « Cognitio enim trium, fulgetræ, tonitrui et fulguris, a fulmine orta. »

rum expulit.)— 19 *Putus purgatus est dictus* P. *purgatus* omitt. Codd. et Edd. *Potus... dictus a potando* CD. *pseudolo* H. *Pseudulo* Gerl.— 22 εκατομβης Codd. *pura hac puta* L. *ac* vulgo. *chrysandulos* P. *Chrysen* δοῦλος cj. Turn. — 23 *locat* HWM. *ulocat* (*u* expuncto) P. *vocat* LAJ. *cerata rentina* (juuctis lunula verbis) H. *cetera rentina* W. *cera tarentin q*. L. *cera Tarentina* M. *ceram tarentinam* AJ. — 25 *sine ose... sine pillis* P. *putam* HPLW. *puram, putam.* Edd. — 26 *rationes* vulgo. *orationes* WJ marg. — 27 *dicta sunt* P.

1 *opin. nos* (iteratum) *fieri* HPLW. *nos* omitt. JM. *ambiguosos* PL, ms. Fabri, J marg. *ambigosos* W. *ambiguos* AJM. — 2 *dicto* CD. *Prometheo libro* I vulgo. *liberato* cj. M. *libero* Œhl. Riese. — 6 *ne quemquam* HLW. *nequicquam* JM. *sepe* H. *manus* omnes. — 9 *corrigis* HVL man. pr. M. *corrigiis* PL man. sec. AJ. *Idem Parm.* Quod iterum citatur in v. *Viscum*, p. 451. — 10 *timentes* vulgo, et Œhler. *timentis* Noster, p. 451, et hoc volunt Scal. Riese. *timentes, hoc* distinguit J. — 11 *dianarctæ* H. *dedit Diana, rete* Scal. *archias* HPLW. *arcyas* Noster p. 451, et habent Scal. M. ἄρχυας J. — 12 *viscum fugom* Codd., vett. edd. M. *fuge* vel *fugæ* Codd. p. 451. *fugamque* cj. Turn. *fugai* cj. M, recep. Riese. *fugelæ* Scal. *viscum, sagenam* J. et Popma. *compedam* etiam p. 451. *compedem* J. — 13 *Sesquiulixe* H Gerl. *Sesquevlixes* PW. *Sesquiulysse* JM. — 14 *aerinas* Codd. *nërinas* Riese. *ærinas* AJM. *aerias* Œhler. — 16 *cognitio enim trium fulget* HPVLW. *enim tonitrum fulget* AJ. *tonitrus* J marg. *tonitrium f.* M. *fulget et tonitrium* Codd., J marg. *et tonitrum* JM. *trium*,

Coagulum a coagendo, quod est colligendo. Varro Est modus matulæ, περὶ μέθης :

Vino nihil jucundius quisquam bibit :
Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt,
Hoc hilaritatis dulce seminarium,
Hoc continet coagulum convivia.

Mulierosi dicti mulierum appetentes. Afranius Vopisco :

Homo mulierosus confert alio me illico.

Flagriones dicti servi, quod flagris subjecti sint, ut *verberones* a verberibus. Afranius Vopisco :

Tu flagrionibus. . . . . .

[Edulia . . . . Afranius] Privigno :

Jucunditatis plus inest in te mihi,
Quam commercatis conquisite edulibus.

Merenda dicitur cibus qui post meridiem datur. Afranius Fratriis :

Interim merendam occurro; ad cœnam quum veni, juvat.

Pedetentim et Pedepressim dictum est caute, quasi lenta et tarda itione. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 33] : « Sin minus, sensim erit pedetentimque faciendum. » Lucilius lib. XXVII :

Il contra omnia, inter plures, sensim et pedetentim foris,
Ne quem lædat.

Quadrigarius Annalibus : « Exercitu instructo, pedetentim milites ducere cœpit. » Cœlius Annali VI : « Ipse cum cetera copia pedetentim sequitur. »

Calces a calcando, quod est proterendo, non a calcitrando; nam de omnibus pedibus et de hominum et universorum animantium dici potest. Nam sunt calces extrema pars pedum terræ proxima. Virgilius lib. V [v. 324] :

fulgetri, tonitrui, fulguris cj. M. — 20 *Cui* (sed prima littera pertinet ad vocem μέθης) *non nihil* (scil. *vi non nihil*) HP. *cui nihil* Edd. ante M. *vinon* LW. *vino* cj. J, Turn. Scal., recep. M. Gerl. Œhl. Riese. *quisquam vivit* HPLW, vett. edd. *bibit* JM. Turn. Popm. Œhl. Riese. *quidquam clnit* cj. Scal. Muret. — 21 *medendam* cj. Scal., prob. Œhler. — 25 *confret* P. *confert me ilico* vel *illico* (*mei lico* H), *alio* Codd. et Edd., Ribb. *alio confert me ilico* cj. Both. Neuk. — 26 *dicti sunt servi* AJ. *subjecti sunt* vulgo. *sint* PD. — 28 *tu flagrionibus* * *privigno* M, qui notat deesse lemma *Edulia*. Lacunam quoque innuit J. — 31 *cum mercatis* P. *conquisite* HPLJM (et sic Aldi *conquæsite* corrigit Stephan.). *consequite* VW, ed. 1476.

1 *Merenda cibus post meridiem qui* omnes. — 2 *fratris* Codd. *Fratriis* Edd. — 3 *ad caenam* vulgo. *occurro caute cum veni* A. *occurro* * *caute* J. (Irrepsit *caute* ex seq. lemmate.) *accurro* Lips. — 4 *pedetemptim* Codd. *pedetentim* J. *pedetemtim* M. *lenta et trada itione* P. — 6 *pedetemtim* H. *pedet. facienda* (scil. *mutatio*) *faciendum*. *Idem Verrinis actione* II : *Quæ tamen a me*, etc. AJ; quod videas p. 33. — 7 *ille contra omnes*. *ire* cj. Dousa. *contra omnia; inter* M, Corpet. *omnia : inter* Gerl. *omnia inter* J, Gerl. ed. Lucil. — 10 *Cœlius* HLJM. *Cæcilius* PW, vett. edd. *A navi ipse* Codd. et M. *Annalibus : Ipse atra vi* ed. 1476. *Annalibus : Ipse* AJ. *Annal.* I cj. M. *Annal.* VI cj. Spengel. (*A navi* merito rejicitur. Ipsum tamen *Annal.* sanumne sit, equidem dubito. Vid. ad v. *Exfundare*, p. 108.) *cum cætera*

Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores.

Idem X libro [v. 892] :

Tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras
Verberat.

Subligaculum est quo pudendæ partes corporis teguntur : dictum quod subtus ligetur. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 35] : « Scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. »

Mediocritatem medium dici voluit M. Tullius de Officiis lib. I [c. 36] : « Eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. » Lucilius lib. XXVII :

Paulo hoc melius quam mediocre; hoc minu' malum quam ut pessumum.

Terentius Andria [I, 1, 32] :

Et tamen omnia hæc mediocriter.

Cicero Tusculanarum lib. III [c. 31] : « At hæ mihi afferentur mediocritates. Quæ si naturales sunt, quid opus est consolatione? »

Modestiam a modo dictam M. Tullius auctor est de Officiis lib. I [c. 40] : « Non hanc quam interpretamur modestiam : quo in verbo modus inest. »

Antes sunt quadraturæ : unde et antæ dictæ sunt quadræ columnæ. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 417] :

Jam canit effectos extremus vinitor antes.

Camerum, obtortum : unde et *cameræ*, tecta in curvitatem formata. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 55] :

Et cameris hirtæ sub cornibus aures.

Immunis dicitur sine officio, sine munere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 244] :

Immunisque sedens aliena ad pabula fucus.

M. Tullius Philippica I [c. 1] : « Num immunitates datæ? »

Dirum est triste, infestum, et quasi deorum ira missum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 468] :

HP Gerl. *cetera* M. — 13 *de omnium et* P. — 16 *valans* Codd., AJ. *volat* M, ut Virg. — 17 *Idem sexto libro* Codd. *Idem lib.* VI : *tollit* AJ. *Idem* X *libro* M, ut est ap. Virg. — 18 *arrectum* vulgo. *arrecto* H. *ad rectum* AJ. — 20 *Subligactum* Codd. et M. *Subligaculum* Edd. — 21 *scænicorum* HJ Gerl. *schænicorum* (*schenicorum* man. pr.) P. *schænisorum* W. *scenicorum* M. — 23 *in scenam* HM. *in* omitt. L. *in schænam* P. *in schenam* W. *scænam* J. *subligaclo* Codd. et M. *subligaculo* AJ, ut Edd. Cic. — 25 *eadem potio* HP. *portio* LW. *ratia* AJM, ut Cic. *vestibus* Codd., JM. *vestitus* Bentin. J marg., prob. M; ita enim Cic. — 27 *quam ut apes summum* HPJ marg. *ut opessummum* LW. *malum ut quam pessimum* AJ. *quam ut pessimum* cj. J. — 29 *sed tamen* PW. *set* L. *et tamen* Edd., ut Ter. *sed et tamen* H. — 30 *Hic mihi afferunt mediocritates* Edd. Cic.

2 *nam hanc* PLAJ. *non hanc* HWM, ut Cic. *in vero* PLW. *verbo* H, Edd. — 6 *effectos* HPLW. *effœtos* AJ. *effetos* M. — 9 *camuris* cj. O. Müller ad Festum, ut Edd. Virg. *irtæ* H. — 13 *Philip. lib.* Edd. *Philippicarum libro* Codd., solenni errore. — 14 *deorum immissum* Codd. *d. ira immissum* W

Prinsquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Et Æneidos lib. IIII [v. 473] :

Ultricesque sedent in limine Diræ.

M. Tullius de Senectute [c. 18] : « Intellegi potest ex his fratribus, qui in Adelphis sunt : Quanta in altero diritas, in altero comitas ! »

EXORDIUM est initium : unde et vestis *ordiri* dicitur quum instituitur detexenda. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 283] :

Qnonam reginam ambire furentem
Audeat affatu? quæ prima exordia sumat?

M. Tullius in Hortensio : « Perge, quæso; nec enim imperite exorsus es. » Lucilius lib. XXVIII :

Verum tristis, contorto aliquo ex Pacuviano exordio.

Cicero Timæo : « Difficillimum in omni conquisitione rationis exordium. » Varro Ὄνος λύρας :

Qui fabularum collocant exordia.

INOPS dicitur sine ope et auxilio. Virgilius lib. VIII [v. 100] :

Res inopes Evandrus habebat.

Et Georgicorum lib. I [v. 186] :

Atque inopi metuens formica senectæ.

Terentius Adelphis [II, 1, 1] :

Ferte misero atque innocenti auxilium;
Subvenite inopi.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 20] : « Nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest. »

DEFRUDARE significat fructum minuere, vel per fraudem aliquid exquirere. Terentius in Phormione [I, 1, 10] :

Suum defrudans genium, compersit miser.

Plautus in Asinaria [I, 1, 80] :

Ten' ego defrudem? cui ipsi nihil est in manu,
Nisi quid tu porro uxorem defrudaveris.

marg., Edd. ante M. *ira missum* M. *vi missum* cj. M, qui alterum præfert. — 21 *diritas* vulgo, ut etiam inf. in v. *Diritas*, p. 100. *duritas* Edd. Ter. et Cic. — 24 *quonam* omnes, et iterum in v. *Ambire*, p. 242. Sic pauci mss. Virg., apud quem *quo nunc* vulgo. — 28 *virum tristis* Codd. et vett. edd. *utrum tristis* J. *verum* M. *tristi* cj. Dousa. — 29 *timeo* Codd. *dicit facillimum* PWM man. 2, AJ. *dit facill.* L man. pr. *difficillimum* HM, et cj. Leopard. Steph. Scal. — 32 *libro* VIII *et georgicorum libro* I *res* H. — 33 *inopis* vulgo. *inopes* J.

6 *Tullius lib.* III HP. *ille et si* vel *etsi bonus* vulgo. *si bonus* M, ut Cic. — 9 *Defraudare* (ubique) ed. 1476. *informione* H. *in form.* P. *in* vulgo omitt. — 11 *defraudans* (deleto priore *a*) H. *conpersit* (superscr. *s*) H. *conspersit* PW. *in genium confersit* L. *compersit* Edd. — 12 *in asinaria* H. — 13 *ten ego defraude* P. *de fraude* W. *defrudem* HL, Edd. — 14 *tum porro* P. *defrudaveris* vulgo (item, sed

SUDUM dictum est quasi semiudum, ut est aer post pluvias serenus et liquidus. Virgilius lib. VIII [v. 528]:

Arma inter nubes, cœli regione serena,
Per sudum rutilare vident.

Plautus Milite [I, 1, 2]:

Quam solis radii esse olim, quum sudum est, solent.

Lucilius lib. XVIIII:

Nec ventorum flamina flando suda serenent.

IRRITARE dictum est proprie provocare : tractum a canibus, qui, quum provocantur, *irriunt*. Lucilius Satyrarum lib. I:

Irritata canes, quam homo, quam planiu' dicit.

Terentius Phormione [V, 7, 39]:

Irritor.

Virgilius lib. X [v. 644]:

Irritatque virum telis, et voce lacessit.

Sallustius Historiæ lib. I: « Tum vero Etrusci, cum ceteris ejusdem causæ, ducem se nactos rati, maximo gaudio bellum irritare. » Lucilius lib. XXVIII:

Lucilium si in amore irritarit suo.

Plautus Amphitryone [II, 2, 75]:

Irritabis crabrones.

Varro Sesquiulixe:

Omnes irritans ventos omnesque procellas.

ABLEGARE est proprie alio mittere : dictum a legatis, qui cum legationibus mittuntur. Terentius Hecyra [III, 3, 54]:

Aliquo mihi est
[Hinc] ablegandus, dum parit Philumena.

ARCANUM dicitur secretum vel absconditum : quod quæ in arca sunt, celata sint et abscondita. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 421]:

Solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

superscr. *a* H). *defraudaveris* W. — 15 *semi udum* P. *semiudum* vulgo. *semidium* Mercero injuria tribuit Gerl., quum sit Germanicæ (1826) editionis mendum. *sine udo* cj. Guyet. *se udum* ultro legerem. — 20 *cum solis* Codd. *quam solis* Bentin. JM, ut Plautus. *radiit* P. *cum sudus est sol et* H. *sudum est sol et* P, ed. 1476. *sudum est, solent* Bentin. ex Plauto; habent JM. — 21 *Et Lucilius* omnes; sed præter morem : *et* posterior syllaba est verbi *solet*. — 23 *irriture* (ubique) H. *inritare* L. man. pr. — 24 *irriunt* omnes. (Solennis autem scriptura *hirrire*.) — 25 *irritata cane* Codd. et J. *canes* legi jubet Charis. p. 100; habet M. *quam homo hoc quod planius* Charis. *quod homo quam planius dictat* Donat. ad Ter. And. II, 2, 18. — 27 *irrito* HP. *irritor* vulgo. — 30 *historiæ* HP. *tunc* omnes. *vero et posci* vulgo. *Etrusci* (sed scriptum *etrosci*) cj. M, prob. Guyet. *cum ceteri* vulgo. *ceteris* cj. M. *causa educem* P. *ducem se nactus* HVLW. *ducem senatus* vett. edd. *ducem senectus* (superscr. *a*) P. *se nactos* M. — 33 *Lucili si* vulgo. *Lucilius si* cj. Dousa. Quod scriptum et a Mercero in marg. Jun.; *Lucili* tamen retinuit. — 36 *sesque ulixes* H. *sesqueulixes* P. *sesquiulixe* ed. 1476.

3 *aliquo mihi Est ubl.* Gerl. *mihi est abl.* M. *est Hinc ableg.* AJ, ut Edd. Ter. *filumena* Codd. — 6 *cœlata* H Gerl. *sunt* omnes. Sed

P. 32-33 M.

Et Æneidos lib. I [v. 262] :

Longius et volvens fatorum arcana movebo.

Tormina, genus morbi, dicti quod dolore torqueat. Cicero Tusculanarum lib. II [c. 19] : « Quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua præbeat. » Et quarto [c. 12] : « Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos. »

Monumenti proprietatem, a monendo, M. Tullius exprimendam putavit, ad Cæsarem Epistola II : « Sed ego, quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor : ad memoriam magis spectare debet posteritatis quam ad præsentis temporis gratiam. » Virgilius lib. V [v. 571] :

Quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum et pignus amoris.

Rivales dicti sunt quasi in unum amorem derivantes. Terentius in Eunucho [II, 3, 62] :

Miles Thraso,
Phædriæ rivalis.

Gestire significat lætum esse : dictum a gesticulis facilioribus. Terentius in Eunucho [III, 5, 10] :

Chærea, quid est quod sic gestis? aut quid hic sibi vestitus quærit?

Virgilius Georgicorum lib. I [v. 387] :

Et studio incassum videas gestire lavandi.

Involare est irruere, insilire : aut a volatu, aut a vola, id est, media manu, dictum. Terentius Eunucho [IV, 3, 6] :

Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico.

Lucilius lib. XXX :

Iride canino ricto oculisque
Involem.

Propinare a græco tractum est : post potum tradere. Terentius Eunucho [V, 8, 57] :

Hunc comedendum et ebibendum vobis propino.

Ennius Satyrarum lib. III :

Enni poeta, salve, qui mortalibus
Versus propinas flammeos medullitus.

quod apud Nostrum et ejus ævi auctores fere subjunctivum assumit. — 10 *factorum* W. — 11 *Tormines* vulgo : vocabulum Latinis ignotum. *genus morbis* P. *torqueant* vulgo. *torqueat* CD. — 12 *trominibus* P. — 14 *terminosos* P. — 16 *epistola* H. *epistula* PLW. — 21 *esse viderat mon.* L. — 22 *dirivantes* CD. — 24 *miles tras* (superscr. *h* post *t*) P. — 25 *fedriæ* Codd. — 28 *cherea* W. *cerea* HPL. *Chærea* JM. — 31 *a volantu* P. — 33 *venefico* addunt AJ, quod haud dubie exciderat.

2 *canino rito* HPLW. *ritu* AJ. *ricto* M. — 6 *hunc vobis hunc comed.* (deleto *vobis*) H. *hunc vobis comed.* vulgo. *comedendum et bibendum et deridendum* omnes *et ebibendum* Ter. *et deridendum* delent Bentl. Bothe. (Alii non bene *et ebibendum* eradunt.) — 8 *Ennius... Enni po* omitt. P. *eta selue* P. *ennio et aselue* H. *oeta selue* LW. *en meas* (*vocas* A) *elue* vett.

Pedetentim dicitur caute. Cicero in Verrinis actione I [c. 7] : « Quæ tamen a me pedetentim cauteque dicentur. »

Insulsum est proprie fatuum, quasi sine sale. M. Tullius ad Cæsarem juniorem epistolarum lib. II : « Sed ita locutus insulse est, ut mirum senatûs convicium [cum] exceperit. » Et de Oratore lib. II [c. 54] : « Ut nihil aliud eorum quam ipsa insulsitas rideatur. »

Ignavum et Segne, torpidum, feriatum, et sine igni. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 168] :

Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

Et Georgicorum lib. III [v. 42] :

En age, segnes
Rumpe moras.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II : « In quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est segnis. » Et de Senectute [c. 11] : « Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. »

Calamitosum dicitur malis et calamitatibus prægravatum. M. Tullius in Verrinarum Divinatione [c. 21] : « Et honoris amplissimi puto esse et accusare improbos, et miseros calamitososque defendere. »

Serium, triste et quasi sine risu. Afranius Privigno :

Non ego te novi tristem, sævum, serium.

Plautus Amphitryone [II, 2, 225] :

Nunc quidem præter nos nemo est : dic mihi verum serio.

Interpolare est immittere, et interponere, et novam formam e vetere fingere. M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 61] : « Aliquid demendo, mutando, interpolando. » Et est tractum ab arte fullonum, qui poliendo diligenter vetera quæque quasi in novam speciem mutant. Plautus Amphitryone [I, 1, 161] :

Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.

Everriculum genus est retis piscatorii, a verrendo dictum : vel quod trahatur, vel quod, si quid fuerit piscium nactum, everrat. Ad hoc

edd. *Enni poeta salve* Bentin. ex p. 139, v. *Medullitus*; habent JM. — 10 *Pedetentim.* Hoc in fine lemmatis *Pedetentim*, p. 29, merito collocare videntur vett. edd. *in Verrinis* HPLWA. *in Verrem* JM. *actione* II vulgo. *actione* I M. — 13 *epistola secunda* Codd. *epistola* II Edd. Verum in seq. lemmate legitur : *in lib.* II : quod solenne est. — 14 *convitium* (superscr. *c*) H. — 16 *ignaunum* PCD. *est segne* Codd. *et* JM. *ignavum segne* ed. 1476. *igne* (suprascr. *i*) H. — 20 *segnis* vulgo. — 22 *juniorem* II *libro* HLW. II *lib.* P. *lib.* II JM. *inquotua* H. *me provocabit* Codd. *provocavit* JM. — 25 *sed incertæ ignavæ* Codd. et J marg. *incertæ, ignavæ* M. *sed certæ ignariæ* A. *certe ignariæ* J. *sed inertis, ignavæ* Cic., quod indicat J marg. — 27 *puta esse* P. — 29 *M. Afranius* vulgo. *M* omitt. H. *Mar. Afranius* A. — 30 *te novi tristem servum, serium* M. *tristem, servum* Gerl. *servum* vulgo; delet Ribb. *torvum* cj. Gul. *sævum* Stewech, non improb. Gul.

1 *dici mihi* P. — 2 *est intermittere* W marg. A. *novam formam evertere* P, ed. 1476. — 4 *aliquid emendo* P. — 5 *arte fullonia* omnes. — 6 *mutant* vulgo. *mutat* ed. 1476. — 7 *me interpolavit* HP. — 8 *retis piscatorium* Codd., M. *piscatorii* Edd. ante M. — 9 *fue-*

M. Tullius Verrinarum lib. V, de Signis [Edd. IIII, c. 24] : « Quod umquam, judices, hujuscemodi everriculum ulla in provincia fuit? »

Divaricari dictum est distendi : dictum ab his qui, vitio naturæ, ita sunt pedibus discretis ut eos in diversum habeant separatos. M. Tullius de Signis [c. 40] : « Sopatrum, hominem [tum] domi nobilem, [tum] summo magistratu præditum, divaricari ac deligari jubet. »

Vacillare est trepidare vel cum lassitudine niti : a senibus, qui sint ævo fessi, adque sustinendam lassitudinem, baculo tarditatem levent. M. Tullius Philippica III [c. 12] : « In Galliam mutilatum ducit exercitum, cum una legione, et ea vacillante. »

Præstringere dictum est non valde stringere, et claudere. Plautus in Milite glorioso [I, 1, 4] :

Præstringat oculorum aciem in acie hostibus.

Lucilius lib. XXX :

Præstringant oculorum aciem splendore micanti.

M. Tullius de Senectute [c. 12] : « Voluptas, rationi inimica, et mentis, ut ita dicam, præstringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. » Varro Andabatis : « Non mirum si cæcutis ; aurum enim non minus præstringit oculos quam ὁ πολὺς ἄκρατος. » Cicero de Fato... Et de Finibus bonorum et malorum lib. IIII [c. 14] : « Aciem animorum nostrorum virtutis splendore præstringitis. »

Angina, genus morbi, eo quod angat ; et græce συνάγχη appellatur. Lucilius lib. XXX :

Insperato abiit : quem una angina abstulit hora.

Arquatus morbus dictus qui regius dicitur : quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora ut in arcum ducat. Quod... [Lucilius lib. XXX] :

rit piscium natum Codd. *nactum* Edd. *everrat ad hoc. M. Tullius* M Gerl. *everrat. Ad hoc* Edd. ante *M. Verrinarum lib.* v Codd., M. *lib.* vi AJ. — 11 *judex* HP. *everr. in illa provincia* Edd. Cic., etiam Orel. ; quod emendandum. — 14 *hominem summum* HPWM. *summum* omitt. LAJ. *domi nobilem* omitt. PLAJ. *summa* omitt. P. — 15 *delicari* PL. — 17 *vaccillare* L. *est* omitt. W. — 18 *qui sunt ævo* P. *atque sustin.* Codd. *adque sust.* ed. 1476, M. *atque ad* AJ. — 19 *Philipp. lib.* III omnes, ut solet. — 20 *ducit exaratum* P. — 21 *præstringere* (et in seqq.) vulgo. *perstringere* A. *præstinguere* cj. M. *non valde str.* HPCDLW, ed. 1476, J marg. *non* delent temere JM. *plaudare* (*claudere* marg.) H. *plaudere* CD. *claudere* omitt. P. — 23 *præstingat ocul.* omnes. *ocularum præst.* Edd. Plaut., improb. Bothe. *præstinguat* cj. Lambin. *in aciem* H. — 25 *præstringat acul.* vulgo. *præstringatque* J. *præstringant* ed. 1476, Dousa. *acularum aciem in acie hostibus splendore* (*in splend.* H) Codd. *in acie hostibus*, tanquam repetitum, delent JM, prob. Düntzer.

1 *M. Tullius de Senectute : [Impedit enim consilium] voluptas* Cic. Quæ exscribenda fuerunt ; sed forte exscripta exciderunt. *inimica est mentis* PLWJ. — 3 *cæcultis* PW. — 4 αυχρατος HP. — 5 *de fata et de finibus* omnes. *de finibus lib.* II P. *secundo* H. — 6 *nostrarum* omitt. P. — 7 *synanca* HW. *synnncea* PCD. *synantea* L. συνάγχη AJM. — 9 *nbit* Codd. *abiit* JM. *anguina* W. — 12 *quod nos* Codd. *quod* omitt. J. *Quod* * *nos* M. Lucilii nomen et librum jamdiu scripse-

Nos esse arquatos : surgamus, eamus, agamus.

Varro Eumenidibus : « Nam ut arquatis et lutea quæ non sunt, et quæ sunt, lutea videntur; sic insanis sani et furiosi videntur esse insani. »

Privum est proprium uniuscujusque : unde et res privata. Lucilius lib. XXX :

Culcitulæ accedunt privæ centonibu' binis.

Idem [lib. I] :

Abdomina thunni
Priva dabo.

Nugator, nugas, turbator. Lucilius lib. XXX :

Quam me hoc tempore nugator cognoscere non vis.

Foramina quasi diminutive a foribus dicta. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 20] : « Nam nunc quidem, quanquam foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est. »

Discerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem dividit : dictum a discernendo. Lucilius lib. XXX :

Euplocamo digitis discerniculumque capillo.

Fratrum proprietatem Nigidius acutissime dixit. « Frater est, inquit, dictus quasi fere alter. »

Supplantare dictum est quasi pedem supponere; Græci [ὑποσκελίζειν dicunt]. Lucilius lib. XXVIIII :

Supplantare aiunt.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 10 : « Qui stadium currit,] contendere debet, quam maxime possit, ut vincat; supplantare eum quicum certet, aut manu pellere, nullo modo debet. »

Conjugare, copulare : dictum est a jugo. Lucilius lib. XXVIIII :

Quoniam mihi, quantum est inter humanum genus
Rerumque inter se, conjugat, communicat.

ram, qnum nuper vidi Kettner. et Schmidt. idem conjecisse. — 13 *nos esse arquatus* P. — 14 *arquatis et uterque non sunt* Codd. *utrique non sunt* ed. 1476. *arquatis et veternosis* J. *veternosis* omitt. M. *et lutea quæ sunt* reposuit Bentin. ex v. *Luteum*, p. 549, et cj. Cujac. — 19 *culcituæ* LA. *accendunt* HP. — 20 *lib.* I. Versum libro suo assignant, et fidelius citant : *thunni advenientibu' priva* Noster in v. *Priva*, p. 159, et Gell. 10, 20. — 21 *tunni* HPL. *tunno* W. *thunni* JM. — 23 *nugistubator* VWM. *nugis turbator* HCDLAJ. *nugis tubator* ed. 1476. *turbatur* P. *Nugator, a nugis, turbator* cj. M. (De vocabulo *Nugas* agunt Charis. p. 15, et alii.) — 27 *ad animos* vulgo. *ad animum* J marg., ut apud Cic. *fabricatur* HPWM. *fabricata est* LAJ, ut Cic. — 30 *dicta a* vulgo. *dictum a* AJ. — 31 *eupuloplocamo* P. *diligitis* W, ed. 1476. *digitis* vulgo. *digitos* cj. Scal. *digitus* Dousa.

2 *suppone... lib.* XXXIII P. *supponere. Lucil... Supplantare aiunt Græci* Codd. *aiunt, Græci* ὑποσκ. *dicunt* Edd. ante M, improb. M. ὑποσκ. *dicunt* omitt. M cum libris. (Quid autem sibi vult : *Suppl. aiunt Græci?*) — 6 *quicum certe* LW. — 8 *Conjungere, copulare* omnes. *Conjugare, cop.* cj. Passer.; quod ipse videram. (Cf. *Adjugare*, p. 75, *Dejugare*, p. 101.) — 9 *quam mihi quantum* Codd. *qui mihi* JM. (Utrinque versus claudicat.) *qui mihi nunc* cj. Guyet. *genus rerumque inter* omnes. *ferumque* cj. M. *conjungat*

Fenestræ a græco vocabulo conversum est in latinum, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 20]: « Non eas partes quæ quasi fenestræ sunt animi. »

Emungi ex manifesta significatione manat. Lucilius lib. XXVIII :

In me illis spem esse omnem, quovis posse me emungi bolo.

Terentius [Phormione, IV, 4, 1] :

Emunxi argento senem.

Agglomerare, applicare, conjungere : dictum a glomere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 341] :

Et lateri agglomerant nostro.

Collare est vinculi genus quo collum adstringitur. Lucilius lib. XVIIII :

Cum manicis, catulo collarique, ut fugitivum
Deportem.

Depilati dictum rarefacti. Lucilius lib. XXVIIII :

Gnatho, quid actum est? — Depilati omnes sumus.

Excuriari, curia excludi. Varro Ἱπποσύνῃ : « Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat. »

Pensum significat exæquatum, quod sine inclinatione sunt quæ penduntur. Lucilius lib. XXVIII :

Nil parvi ac pensi, ut litteras doceas lutum.

Aqua intercus, hydropum morbus; quasi aqua inter cutem. Lucilius lib. XXVIII :

Aquam te in animo habere intercutem.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 24] : « Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. »

Malthas veteres molles appellari voluerunt, a græco, quasi μαλθακούς. Lucilius lib. XXVII :

Insanum vocant quem maltham ac feminam dici vident.

omnes. *conjugat* Passer. *communicet* Bentin., quum alterum emendandum esset. — 11 *a potu feninio* Codd. ἀπὸ τοῦ φαίνειν JM. — 12 *partis* vulgo. — 15 *in mellis spem* Codd. et J. *in me illis* cj. Carrio, J in Emend., recep. M, prob. Guyet. *possem emungi volo* Codd. et J. *posse me emungi bolo* cj. Carrio, habent M Gerlach. — 16 *ter emunxi* H. *teremunxi* P. *Terentius : Em.* M. *ter. in phor.* ed. 1476. *Ter. Phorm.* AJ. *senem* vulgo. *semen* P. *senes* Edd. Ter. — 18 *Agglomerare* (et inf.) HP. *Adglomerare* M Gerl. — 20 *aglomerant* W. *adglom.* L. — 21 *quo colum* P. — 22 *lib.* XXVIII H. — 23 *collareque* Codd., A. *collarique* JM. — 26 *nato* omnes. *Gnatho* cj. M, prob. Corp. Vahlen. *Depilati*, etc., tanquam Gnathonis verba dividit Vahlen; quod ipse videram. *deplicati* P. — 27 *hippocune* H. *hipposyne* (litteris *osyn* græce scriptis) LW. *hippocyone* A. Ἱπποσύνῃ JM. *hipposyne* Turn. Ἱπποκύων cj. Passer., prob. M; quod ap. Gell. 3, 18. *Appollonium* HP Gerl. *Apoll.* JM. — 29 *exæquantum* P. — 30 *lib.* XX *octavo* H. — 31 *nihil* vulgo. *nil* Turn. *uti* omnes. *littera doceas* vulgo. *litteras* ed. 1476. *doceas lutum* AJ. *doceas, lutum* M. *utiliter edoceas lutum* Turn.

1 *quasi aquam* Codd. *aqua* Edd. — 3 *aquam te* LAJ. *aquate* P. *te* omitt. VWM. *animma* H. — 6 *maltas* vulgo. *malthas* quidam ap. Bentin., ed. 1476, Guyet. *quasi malacus* HPCDLW. μαλθακούς AJ. μαλθακούς habent alii ap. Bentin., M. — 8 *vocant* omnes. *afeminam* P. *videt* omnes. *vident* cj. Turn.

Monogrammi dicti sunt homines macie pertenues ac decolores: tractum a pictura, quæ priusquam coloribus corporatur, umbra fingitur. Lucilius lib. II :

Vix vivo homini ac monogrammo.

Et XXVII :

Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant!

Portorium dicitur merces quæ portitoribus datur. Lucilius lib. XXVII :

Facit idem quod illi qui inscriptum e portu exportant clanculum,
Ne portorium dent.

Impertire est participare et partem dare. Lucilius lib. XXVII :

Quibu' potest, impertit.

Novius Decuma :

Si ignotis impertibis, flebunt facilius.

M. Tullius de Republica lib. V : « Quod molestiis senectutis suæ vestras familias impertire posset. » Et ad Hirtium lib. V : « Et quoniam, ut hoc tempus est, nihil habeo, patriæ quod impertiam. »

Sedulo significat sine dolo. Lucilius lib. XXVII :

Salutem fictis versibus Lucilius,
Quibu' potest, impertit, totumque hoc studiose et sedulo.

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum [lib. III, c. 4] : « Sedulo, inquam, faciam; sed fortuna fortis; quare conare, quæso. »

Scripturarios veteres, quos nunc tabularios dicimus, dici voluerunt, quod scripturis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius lib. XXVI :

Publicanus vero ut Asiæ fiam scripturarius.

Versipelles dicti sunt quolibet genere se commutantes. Lucilius lib. XXVI :

At libertinus Tricorius, Syrus ipse ac mastigia,
Quicum versipellis fio, et quicum commuto omnia.

Plautus Amphitryone [Prol. 123 :

Ita] versipellem se facit, quando lubet.

Dousa, prob. Gerl.— 12 *vix viro* (superscr. *v* in *viro*) H. *vino* W. — 14 *monogrammequinque* P. *invocant* cj. Dousa. — 17 *quod u* cj. Guyet. *ex portu* A Turn. — 18 *ne portorum* P. — 19 *Lucius* H. — 22 *impertibus* vel *inpertibus flent* Codd., M. *in partibus flent* J marg. *impertit flevit* AJ. *impertibis, flebis* cj. M. — 23 *quod molestis... vestris familias* vulgo. *molestiis* Edd ante M. *molestias... vestris familus* M. — 24 *hircium* HL. *hyrcium* W.— 25 *ut ac tempus est* HPLW. *hoc tempus* Edd.— 26 *Sedulum* Codd. et M. *Sedulo* Edd. ante M. — 27 *Populum salute et* J marg. *Item populi salute f.* Noster in v. *Fingere*, p. 308. — 30 *fortunatoris quare* H. *fortunatorus* P. *fortunatoriis* LW. *fortuna fortis* AJM.

1 *dici volunt* omnes; sed *complecterentur* cum hoc repugnat. — 2 *omnia* vulgo. *nomina* cj. Guyet. *complectuntur* ed. 1476. — 4 *publicanum* Codd., ed. 1476. *publicanus* M. *publicarum rerum assuefiam* Edd. ante M. *fiam ut scr.* vulgo. *ut* delet Bentin., ex eodem versu citato in v. *Mutare*, p. 351. — 5 *quodlibet* P. — 7 *ad lib.* Codd. *at* Edd. *tricorius* omnes. *tricosus* cj. Scal. *syrus iste* ed. 1476.

P. 38-39 M.

COMBIBONES, compotores : a combibendo dicti. Lucilius lib. XXVI :

Quandoquidem res periit magnis combibonum ex copiis.

CAPITAL dictum est capitis periculum. Plautus Menæchmis [I, 1, 16] :

Numquam hercle effugiet, tametsi capital fecerit.

Lucilius lib. XXVI :

Facile deridemur : scimus capital esse irascier.

CLANDESTINO est abscondite. Lucilius lib. XXVI :

At enim dicis : clandestino, tibi quod commissum foret,
Ne mutires quicquam, neu mysteria efferres foras.

IDIOTAS a græco tractum, inutiles; quasi sibi tantum, non pluri-mis utiles. Lucilius lib. XXVI :

Quidni et tu idem inlitteratum me atque idiotam diceres?

EXSPIRARE dictum est vel ab spiritu effuso, vel ab spiraminibus. Lucilius lib. III :

Exspirans animam pulmonibus æger agebat.

Idem XXVI :

Ut si eluviem facere per ventrem velis,
Curare omnibus distento corpore exspiret viis.

ELIMINARE, extra limen ejicere. Pacuvius Duloreste :

Ubi illic est? Me miseram! Quonam clam nos eliminat?

Pomponius Concha :

Vos istic manete : eliminabo extra ædes conjugem.

Ennius Medea exsule :

Antiqua herilis fida custos corporis,
Quid sic te extra ædes exanimata eliminas?

Attius Meleagro :

ad mesticias (*a* super *e* scripl.) H. *masticias* PLW. *mastigias* Edd. *ac mastigia* cj. Scal. Passerat. — 11 *conviviones* HPCDWL man. 1. *combibones* ms. Palat., Edd. *a bibendo* vulgo. *a combibendo* A, Dousa. — 13 *quandoq.* *repperi* Codd. *reperi* Edd. *convivorum* Codd. *combibonum* Edd. — 16 *effugiet* omnes. *fugiet* Edd. Plaut. — 20 *dicis clandestino tibi* JM. *dicis, clandestino* Gerl. — 21 *neu mittere quiquam* Codd. *ne* Codd. in v. *Committere*, p. 249. *mutires* hic Bentin. ex loc. cit. *quiquam* Codd. et M. *quicquam* Edd. ante M. *ecferres* vulgo. *ecferet* L. *hæc feret* A. — 27 *ager agebat* P. — 30 *cures... distentum corpus* cj. Guyet. *expiret vis* vulgo. *expiretuis* P. *viis* cj. Dousa, recep. Corpet. — 31 *Pacuvius*, etc. Repetitum p. 292. — 32 *quonam clam clam* (*clamclam* H) *elim.* Codd., M. *quonam clam elim.* vett. edd. *clam vos elim.* J. *clauculum me* Bothe 2. *clanculo* vel *clanculum se elim.* cj. Herm. Bergk. *quoniam clamor elim.* Noster in libb. p. 292. *quam clamor elim.* cj. Voss. Stieglitz. *quam clamore* Bothe.

1 *concavos* HPW, ed. 1476, J marg. *concavus* L. *concla vos* Codd. p. 292. *cantabit : istic* AJ. *Pomp. Cœna* cj. J. *Concha : Vos istic* Turn. Voss. M. *manet* PWAJ. *manete* HLM, et cj. J Passer. *manete liminabo* L man. 2. *ædis* Codd. M. *ædeis* AJ. — 3 *erilis* Codd. — 4 *quid sit extra* Codd. *sic extra* Jun. Steph. Planck. Both. Osan. *sic te extra* Delr. Scriv. M Ribb. *ædis* vulgo. *examinata* Codd. plerique, M. *exanimata* ms. n. 7577, ed. 1476, J, cj. M, habent recentt. edd. *elimina* Codd. *eliminas* M, ut p. 292. *sic... eli-*

Timide eliminor
Clamore, simul atque nota vox ad aures accidit.

INCOXARE, in coxam sidere. Pomponius Pannuceatis :

Neque interim cacandi causa unquam incoxavimus nates.

CONDEPSERE, commiscere, a græco tractum. Homerus Odyssea XII [v. 48] :

Κηρὸν δεψήσας μελιηδέα.

Pomponius Nuptiis :

Partem insipavi, conclusi, condepsui.

VITUPERARE dictum est vitio dare, tanquam culpæ vel displicentiæ. Terentius Andria [Prol. 8] :

Nunc quam rem vitio dent, quæso, animo attendite.

Et in sequentibus [vs. 15] :

Id isti vituperant factum.

Lectum est autem et *vitium dare*, hoc est unicuique rei culpam applicare; sed hoc in incertæ auctoritatis scriptoribus invenitur.

ORDIRI est [ex]ponere, incipere. Attius Amphitryone :

Non parvam rem ordibor. — Ne retice, obsecro.

Afranius Suspecta :

Attamen animo ordiri me oportet paula paululum.

PILARE dictum est, ut *plumare*, pilis vestiri. Afranius Compitalibus :

Præterea nunc corpus meum
Pilare primum cœpit.

Novius Exodio :

Pati dum poterunt, antequam pugæ pilant.

POPULARE significat populi amorem conciliare : unde *populares* dicti de uno populo amici. Pacuvius Chryse :

Atque, ut promeruit pater, mihi patriam populavit meam.

minatur A. *eliminor* J. — 6 *tum ut eliminor* HPWL man. sec. AJ. *timide* L man. pr. (Cf. p. 292, *timide* Codd. plerique, *timida* H, *timidae* ms. Genev.) *timida* Ribb. *cum clamore* cj. Voss., metri causa. *e clamore* Ribb. *simul ac* omnes. *ac* delet Bothe. — 8 *sedere* W marg. — 9 *cacandi causa* H man. pr. L, Edd. *candida causa* H man. sec. PW. *incoxarinate* H. *incoxam vinate* P. *incoxamvinate* (*m* eraso in L) WL. *incoxavi nate* JM Bothe. Ribb. *nates* ms. Fabri. — 10 *tractum* δέψω AJ. *Homerus odussia* H. — 12 Græca verba, in libris varie corrupta, emendaverunt Turn. JM. — 14 *insipui* omnes, et Both. Ribb. *insipavi* cj. J, Passer. Hildeb. ad Arnob. (*Insipare*, ut et *dissipare*, laudat Fest.) *conclusi* omnes. *contusi* cj. Passer. — 17 *animo attendite* Codd., J marg. *animadvertite* AJ. *animum advertite* Edd. Ter. *attendite (animum)* pro var. lect. agnoscit Donat. — 19 *vituperanti* P. — 21 *anplicare* H man. pr. L. *amplicare* H man sec. W. *amplificare* H man. sec. P. *ampliare* J. *applicare* cj. Lips., habet M. — 22 *Ordire* Codd., M. *Ordiri* ed. 1476, Palm. Steph. J Neuk. *Ordiri est componere. Accius* A. — 23 *parvulam rem* cj. Bothe 2. Idem duas personas inducit. — 25 *tamen* omnes. *ordire* Codd. M Ribb. *ordiri* ms. Bamberg., edd. et docti de quibus supra. *oportet me* Codd., M. *me oportet* Edd. ante M. *me* delet Ribb. *paula paulum* P. — 26 *pillis* P. — 28 *corpus meum nunc* AJ. — 33 *Pac. gresse* Codd. *Chryse* AJM. — 34 *promeruit, pater* M Ribb. *promeruit pater, mihi* J Both. Gerl. *promeruit, pater, qui pat.* cj. Voss. *prom., pater mi, p.* cj. Bothe. *pater vi* cj. Bothe 2.

P. 40 M.

Terentius Phormione [I, 1, 1] :

Amicus summus meus et popularis Geta.

Rabere dictum est a rabie. Varro, Idem Attii quod Titii :

Quid est? quid latras? quid rabis? quid vis tibi?

Cæcilius Hypobolimæo rastraria :

Rabere se ait.

Supersedere, manere, [non] perseverare, quasi in voluntate et consilio sedere. Turpilius Pædio :

Ut ille hac sese abstineret, ego supersederem nuptiis.

Plautus Epidico [I, 1, 37] :

Supersede istis rebus jam. — Tu ipse, ubi lubet, finem face.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « De virtute eorum accusanda proloqui supersederunt. »

Tintinnire dicitur sonare : unde et *tintinnacula* sunt appellata. Afranius Vopisco :

Tintinnire janitoris impedimenta audio.

Nigidius lib. XVII : « Itaque ex ære in saliaribus adtanus tintinnat ; » id est, sonat.

Verminari positum torqueri : a vermibus, quod facile se torqueant. Pomponius Hirnea Pappi :

Decimus mensis est quum factum est. — Ita fit, ita semper solet :
Decimo mense demum turgens verminatur, parturit.

Canatim, **suatim**, **bovatim**, canum, et suum, et boum genere. Nigidius Commentariis grammaticis : « Sunt etiam adsimulanter dicta hæc : *canatim*, *suatim*, *bovatim*; quæ ab animalibus sumuntur. »

Cossim dictum quasi coxim. Pomponius Porcaria :

Sciunt hoc omnes, quantum est qui cossim cacant.

Infabre, fœde ; ut est *affabre*, pulchre. Pacuvius Niptris :

Barbaricam pristem sibynis nostris obtulit,
Nova figura faciam, commissam infabre.

1 *a* omitt. P. *idem attiquod tecti* H man. pr. *attiquot tetti* H man. sec. PL, ed. 1476. *anti* W. *attiquotetti* A. *Attii quod Titii* JM. (Cf. Gell. 3, 16.) — 2 *quid latras* HL, Turn. Œhler. *lateras* PVWM. *laceras* edd. 1476. *blaterns* AJ, non improb. M. — 3 *hypobolimæo* HLJ, Ribb. *hypolimæo* PW. *hypobolimæa* Scal. M. *trastrabia* HL. *rastabia* PW. *Rastraria* JM. — 4 *se agit* H. — 6 *sidere* vulgo. *quasi voluntarie et cons. sedere* ed. 1476. — 7 *ille ac* H. — 10 *sisann* P. *historiarum* HP. — 12 *Tintinnire* HCDWJ Neuk. *Cintinnire* L. *Titinnire* PM. *tintinnacula* HLAJ marg. *titinnacula* PWM. *tintinnabula* J. — 14 *tintinnire* HPLJ. *titinnire* VWM. — 15 *ex re* vulgo. *ex ære* A, prob. Lips. Rutgers. *in insaliaribus* HM. *inin saliaribus* P. *in saliar.* AJ Rutgers. Gerl. *adtanus* HPWM. *altanus* Edd. ante M. *Altunus* Rutgers. *Albanus* (mons) cj. Lips. *tintinnat* HL. *titinnat* PWM. *id est sonat* Quadrigario non tribuo; libenter delerem. — 20 *demunturgens* P. — 22 *commento gramino* HP. *grammatico* vulgo. (Cf. ad p. 21, v. *Quiritari.*) *etiam adsimulantur* W. — 24 *Porcetra* exhibet Gell. 8, 21. — 25 *hoc sciunt* Codd. et Edd. *sciunt hoc* Guyet. Bothe. — 26 *niptra* Codd., M Ribb. *niptris* vel *nyptris* AJ, Scal. (*In Niptris* Cic. Tusc. II, 21.) — 27 *Barbaricam pestem* omnes; itemque inf. in v. *Committere*, p. 248. *ves-*

Sæpiunt significat tenent, impediunt : dictum a sæpibus, quæ objectæ iter cludunt; unde et *circumsæptum* dicitur. Afranius Materteris :

> Perii! lacrimæ linguam sæpiunt.

Stigmatias veteres punctos in notis dici voluerunt. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 7] : « O miserum, qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret quam conjugem! »

Reserare, aperire : a sera dictum, qua remota valvæ patefiunt. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 15] : « Nec ita claudenda est res familiaris ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda ut pateat omnibus. » Virgilius lib. VIII [v. 243] :

> Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
> Infernas reseret sedes.

Abundare, supra modum aliquid esse. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 139] :

> Ergo apibus fetis idem atque examine multo
> Primus abundare.

Tractum ex amnibus qui, quotiens augentur imbribus majoribus et crebris, undis eriguntur. Virgilius primo libro Georgicorum [v. 115] :

> Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
> Exit.

Tergiversari, fallere et dicta mutare. Et est quasi tergum vertere; ut ait Plautus Amphitryone [Prol. 123 :

> Ita] versipellem se facit, quando lubet.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 33 : « In his tamen] tribus generibus, quo modo possunt, non incallide tergiversantur. » [Et Tusculanarum lib.] V [c. 28] : « Itaque illam tergiversari non sinent, secumque rapient. »

Prudentiam a providendo dictam, dilucide ostendit M. Tullius in Hortensio : « Id enim est sapientis, providere : ex quo sapientia est appellata prudentia. » Et de Senectute [c. 21] : « Quid multa? sic

tem cj. Carrio. *restem* cj. Gothof. *navibus* Codd. et Edd. (Sed in v. *Committere*, p. 248, *sabinus* Codd.) *subinis* ms. Bern.; habet Ribb. *optulit* HP.

1 *sepiunt* (itemque seqq.) HAJ. *sæpiunt* CDLWM. *sepibus* W. — 2 *circumseptum* LW. — 5 *sticmatias* Codd. *stigmatias* JM. *in fronte notis* cj. Stevech ad Veget. p. 96. — 7 *et sticmatiam* Codd. *quam conjugem* unus addit H; quod ipse suppleveram. — 16 *foetis* Codd. et J. *fetis* M. Gerl. — 18 *cotiens* L. — 19 *crebis* P. *et crebris undis* Edd. — 27 *quomodo* omnes. *quoquo modo* Edd. Cic. *non i. tergiversant. Var.* ed. 1476. *tergiversantur. v. itaque* Codd. *tergiv. Varro* AJ. *Et Tusc. lib.* addidit M. *itaque illa* vulgo. *illam* M, ut Cic. — 32 *prudentia* HJM. *prudentiae et de* PW. *prudentiae idem de* L.

mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia. » Et de Republica lib. VI : « Totam igitur exspectas prudentiam hujus rectoris, quæ ipsum nomen hoc nacta est ex providendo. »

Appendix dicitur quod alii est adjunctum, quasi ex alio pendeat. M. Tullius in Hortensio : « Vidit enim quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus, nihilque esse in eo magnum. »

Convivii proprietatem M. Tullius de Senectute [c. 13] demonstrat : « Bene enim majores accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominaverunt. »

Occationem ab occæcatis seminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit, de Senectute [c. 15] : « Sparsum semen excepit; primum id occæcatum cohibet : ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est. »

Coagmenta dicta sunt conjunctiones arctæ et compares : a coagendo, id est stringendo : unde et *coagulum* dicitur. M. Tullius de Senectute [c. 20] : « Vivendi finis est optimus, quum, integra mente certisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvit. »

Verniliter pro adulatorie : a vernis, quibus hæc vivendi ars est. Cæcilius Venatore :

Credo, nimi' tandem hoc fit verniliter.

Pecuniosorum et Locupletum proprietatem aperuit M. Tullius de Republica lib. II [c. 9], a pecore *pecuniosos*, et a possessionibus locorum *locupletes* appellatos asserens : « Mulctæque dictione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et locorum possessionibus : ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. »

Viritim dictum est separatim et per singulos viros. M. Tullius de Republica lib. II [c. 14] : « Ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, divisit viritim civibus. » Plautus in Aulularia [I, 2, 30] aliter, sub hac tamen significantia :

Dividere argenti dixit nummos in viros.

1 *si tanta* H. — 3 *rectarisque* H. — 6 *vidic enim* P. — 9 *accubitionem* HPWM (Et sic p. 193.) *accumbitionem* L. *accubationem* AJ. — 11 *obcecatis* HL. *obcæc.* AJ. *occæcatis* PWM. — 12 *sparsum semen cohibet p. i. a. cohibet* HPLW. *cohibet* posterius omitt. AJ. *semen excipit* ed. 1476. *excepit* Bentin. ex Cic. *semen sparsum* Cic. *accepit* M Gerl. — 15 *artæ* vulgo. *arctæ* AJ. *a coagendo* Codd., etiam CD. *cogendo* (superscr. *a*) W. *cogendo* Edd. — 17 *cirtisque* P. — 18 *eademque conugmentavit* (inductis *co*) H. *que augm.* LW. *quæ augm.* P. *quæ coagm.* ed. 1476, AJM, ut Cic. — 20 *vernaliter* (bis) Edd. ante M. *verniliter* Codd., J marg. M. — 21 *venatori* P. — 22 *nimis* omnes.

1 Initium Tulliani exempli non indicat J, et perperam. *Quod tunc erat res* M. *multaque* Codd. plerique. *multæque* L, palimps. Mai, cj. Cujac., habet M. *ditione* LAJ. *dicione* W. *ditione* (suprascr. *c*) H. *dictione* P, Cujac. M. — 4 *ac primum* palimps. Mai.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Et extra urbem, in regiones XXVI agros viritim liberis attribuit. »

VERNAS veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati ; et habebatur nomen hoc pro vitabili, maledicto. Plautus Amphitryone [I, 1, 24] :

Hic, qui verna natus est, queritur.

Lucilius :

Vernam ac cercopithecon.

Plautus [Amphitr. IV, 2, 13], qui supra :

Cum cruciatu tuo istæc hodie, verna, verba funditas.

CONCINNARE est facere ; ut Plautus Amphitryone [I, 3, 31] :

Lacrimantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem.

Plautus Asinaria [III, 3, 64] :

Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum.

Sed proprietas verbi hæc est, quod apud veteres *cinnus* genus potionis ex multis liquoribus confectum dici solet. || Recte autem CONCINERE et consentire intelligi potest, quasi concanere, ut multis diverse canentibus unus efficiatur modus. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. IIII [c. 22] : « Cum iis, cum quibus re concinebat, verbis discrepare. » Idem in Academicis lib. I : « Quicum similitudine verbi concinere maxime sibi videretur. »

PAUPERTAS dicta est a pecunia parva. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Pecunia, quæ erat parva : ab eo paupertas dicta, cujus paupertatis magnum testimonium est. »

PANDERE Varro existimat ea causa dici quod, qui ope indigerent, et ad asylum Cereris confugissent, panis daretur : *Pandere* ergo quasi panem dare ; et quod nunquam fanum talibus clauderetur : de Vita populi Romani lib. I : « Hanc deam Ælius putat esse Cererem ; sed

— 5 *in Aulul.* HP, ed. 1476. *in* vulgo deest. — 11 *pro vitabili maledicto* vulgo, etiam J marg. *pro evitabili* ed. 1476. *pro vili* L. *et maledicta* AJ. — 13 *quæritur* vulgo. *queritur* M, ut apud Plaut. — 15 *verna ac cercupithecon* HP. *verna accercupit hecon* VLWM. *verna acer cupit hæc* J. *vernam ac cercopithecon* cj. M. — 17 *crucintur* Codd. — 18 *Concinare* P. *amfitrione* Codd. — 19 *lacrimante ex habitu* Codd. *lacrimantem ex abitu* Edd. — 20 *Plautus*, etc. Post *uxorem* vulgo sequuntur : *Sed proprietas verbi*, etc., alieno sane loco posita. *Concinnare* et *Concinere* comparabant grammatici, non confundebant. Cf. Paul. ex Festo. — 23 *Recte autem concinnare et consentire intelligi potest quasi concinere* omnes. — 25 *efficitur* omnes. *madus. Plautus Asin.*, etc., omnes ; quod supra. — 26 *cum is* Codd. *his* A. *iis* JM. *quibuscum* Cic. *reconcinebatur his* (*verbis* suprascr.) *discr.* H. *re conconcinebatur his discr.* PL. *concinebatur verbis* WJ marg. M. *concinnabatur verb.* J. *concinebat, verbis* Cic. — 27 *idem nacademicis* P. *qui cum similitudine* HWM. *quæ cum* PLJ. — 28 *concinnere* P. *concinnare* J. *concinnare* (suprascr. *e*) H. *concinere* J marg. M Davis. Gerl. — 29 *a pec. prava* P. — 30 *pecunia quæ erat* vulgo. *pecuniaque* M.

4 *fanum talibus* vulgo. *tabulis* L. *tabulis nunquam* A. — 5 *deam melius* Codd., AJ. *deam Ælius* Carrio ex ms. Elnon., et cj.

quod in asylum qui confugisset, panis daretur, esse nomen fictum a pane dando *Pandere*, quod est aperire. »

Blatis et blateras, confingis aut incondite et inaniter loqueris.... aut a balatu. Plautus in Amphitryone [II, 1, 79] :

Qui, malum, intellegere quisquam potis est? ita nugas bl tis.

Idem in Aulularia [II, 3, 1] :

Ubi tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus?

Percontari, diligenter inquirere. Plautus Amphitryone [II, 2, 78] :

Qui istuc in mente est tibi, ex me, mi vir, percontarier?

Et est proprietas verbi ab eo tracta quod vada in fluminibus contis exquiruntur.

Prodigia dicta sunt porro adigenda. Plautus Amphitryone [II, 2, 107] :

Sed, mulier, postquam experrecta es, te prodigiali Jovi
Aut mola salsa hodie, aut ture comprecatam oportuit.

Cerriti et Larvati, male sani, et aut Cereris ira aut larvarum incursatione animo vexati. Plautus Amphitryone :

Laruatus. Edepol hominem miserum! medicum quæritat.

Idemque supra :

Quæse advenienti morbo medicari Jovem.
Tu certe aut laruatus aut cerritus es.

Calcitrones, qui infestant calcibus. Plautus in Asinaria [I, 3, 11] :

Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem.

Varro Sesquiulixe : « Itaque tum equum mordacem, calcitronem, horridus miles acuere non vitabat. »

Votitum veteres regione aliqua prohibitum vel interdictum dici voluerunt. Plautus in Asinaria [IV, 1, 44] :

Nolo illam causam habere, et votitam dicere.

Scal., recep. M. *putate* P. — 6 *confugisset* Codd., M. *confugissent* AJ. — 8 *loqueris* (sequente lacuna dimidiæ lineæ) vulgo : græca verba deesse cj. J. — 11 *In Aulul.* Codd., M. *Idem Aulul.* J. — 12 *blaterasti* ed. 1476, M. *deblaterasti* Codd. et AJ, ut Edd. Plauti. *deblateravisti* libentius legerem. — 15 *istuc in mente* omnes. *in mentem* Edd. Plauti. *ex me* perperam omitt. pleræque edd. Plauti; habet Bothe. *percontrari* P. — 20 *exper. est e prod.* Codd. *est prod.* HAJ. *es, te* M, ut Plaut. — 24 *Laruatus*, etc. Quod nunc in Plauti fabula non exstat. Minime autem interpungunt JM. — 25 *Idemque supra* cj. Acidal. *qui supra in Amphitr.* Codd. *in Amph.* omitt. Edd. — 26 *quasi advenienti* vulgo. *quæso adven.* Noster in v. *Advenio*, p. 247. *quæse* cj. Acid. *adveniente* AJ. marg. *medicati* omnes. *juvenem* HPLJ. *juvem* VWM. *vivere* J marg. *quæse adveniente morbo nunc medicum tibi* Acid. — 27 *larvatus es aut cerritus* omnes. *Enim tu certe aut l. a. cerritus es* Acid. Bothe. — 30 *videt ire ad se* vulgo. *ad sese* Edd. Plaut. *viderit ad se ire* M.

1 *sesqueulixe* P. *tum ecum* HPW. *tum equum* JM. *tu meum* ed. 1476. *tu mecum* A. — 2 *horridum* omnes. *horridus* cj. Victor., J marg. Popma. *miles ac vir non vit.* omnes. — 3 *votitum* omnes. *votitum* (superscr. *e*) D. *vetitum* Lamb. Acidal. Barth. Bothe, improb.

VERBERARE non solum a verberibus dictum est, sed a verbis. Plautus in Aulularia [I, 1, 3] :

Nam cur me miseram verberas?

CASSUM veteres inane posuerunt. Et arbitrandum est ejus verbi proprietatem magis ab aranearum cassibus dictam, quod sint leves et nullius ponderis, non, ut quibusdam videtur, quasi quassum. Plautus Aulularia [II, 2, 14] :

Virginem habeo grandem, dote cassam atque illocabilem.

Propriam corvorum vocem CROCITUM veteres esse voluerunt. Plautus in Aulularia [IV, 3, 2] :

Simul radebat pedibus terram, et voce crocibat sua.

SUBLEVIT [os] significat illusit et pro ridiculo habuit : tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aulularia [IV, 6, 1] :

Fidei censebam maximam multo fidem
Esse : ea sublevit os mihi penissume.

INVESTES dicuntur impuberes, quibus, propter teneram ætatem, nulla pars corporis pilat. Hoc et Æneidos lib. VIII [v. 659] videtur sensisse Virgilius :

Aurea cæsaries ollis atque aurea vestis.

Sed melius intelligi potest *investes* appellatos quasi in Vesta, id est in pudicitia et castitate.

INFERUM ab [inf]imo dictum : unde *inferi* quibus inferius nihil; unde *inferum* recte dici potest quicquid desuper mittitur. Varro Marcipore :

Nubes, aquali frigido velo leves,
Cœli cavernas aureas subduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus.

SYRUS a græco magis tractum est, ἀπὸ τοῦ σύρειν. Hos nos scopas, rustici eo nomine syrus vocant. Varro Marcipore :

Ventique frigido se ab axe eruperant,
Phrenitici septentrionum filii,
Secum ferentes tegulas, ramos, syrus.

Reuvens. *votitum devotum religiosum* W marg. — 6 *dictum est* HP, ed. 1476, M. *est* omitt. LWAJ. — 10 *cassibus dictum* P. *quod sint leves* (superscr. *i*) H. *levis* vulgo, etiam AJ. (Ne autem genitivum credideris, simili modo Noster in v. *Ludibria*, p. 46 : *levis ac sine pondere.*) — 11 *Plautus*, etc. Iterum laudatur p. 340. — 14 *crochitum* Codd. *crocchitum* D. *crocitum* Edd. — 16 *croccibat* HPLW. *groccibat* L man. pr. *crocibat* Edd. — 17 *tæuctum* (pro *tractum*) P. — 20 *fidei* vulgo. *fide* M. — 21 *esse a sublevit* HLW. *essea sub.* P. — 23 *mulla pars* P. *æneidos quinto* H. *quito* P. *lib.* V Edd. ante M. *lib.* VIII M. — 28 *inferius nihil; unde quod infertur* HPCDLA. *unde infertur* W. *quod inferum est* Bentin. *unde inferum* JM.

1 *mittitur* Codd. *mittatur* JM. — 4 *subduxerunt* P. — 5 *inferant* Codd. *inferam* Edd. — 6 σιριν Codd. σύρειν Edd. — 8 *ventisque* P. *frigidos ab axe* PWA. *frigidos sab* L. *frigido se ab* JM Scal. *erumpebant*

Eviràri dicitur virilitatem amittere et effeminari. Varro Marcipore :

Spatale eviravit omnes Veneri vaga pueros.

Ludibria proprietatem trahunt a levi ac sine pondere, et contemnendo, aut, quod magis verum est, ludicro. Virgilius lib. VI [v. 74] :

Foliis tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Febris proprietatem a ferviditate morbi vel mali, ut a calendo *calorem*, Varro Andabatis aperiendam putat : « Idque alterum appellamus a calendo *calorem*, alterum a fervore *febrim*. »

Vulpinari dictum est fraudibus et mendaciis vera pervertere ; vel effugere : dictum ab inrecto, sed intorto vulpium cursu. Varro Mysteriis :

Vulpinare modo, et concursa qualubet errans.

Sufflatum dicitur proprie tumidum, erectum, et quasi vento quodam elatius factum. Varro Agathone :

Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia
Sufflatus, quærit Socratis vestigia.

Vespertilio, animal volucre, biforme : dictum quod vespero se ad volatum proferat noctis. Varro Agathone : « Quid multa ? factus sum vespertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus sum. »

Exporrectum, extentum : *porrectum* est enim tentum, id est, porro jactum. Varro Endymionibus : « Quare si in somnum recideris, ἐν Ἅδου οὐδέποτε eris iterum exporrectus. »

Jugatum, conjunctum : a jugo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 8] : « Hoc quidem est commune virtutum ; omnes enim inter se [nexæ et] jugatæ sunt. »

Prodius dictum est ulterius, longius : a prodeundo, quasi porro

Codd., vett. edd. *eruperant* JM Scal. — 9 *phrenetici* omnes, peccante metro. *phrenitici* recte Scal. (nam φρενῖτις). — 10 *ramosyrus* H. *syros* vett. edd., Victor. Turn. — 11 *Evirare* omnes. — 13 *spatule* Codd., tuetur Œhler. *spatulæ* AJ. *Spatale* cj. J Turn. Barth., habet M. *venerivaga* vulgo. *veneri vaga* P. (Hoc vult galliambus, quem agnoscunt Meinek. Vahl. Riese.) — 14 *contemnendo* H. *contempnendo* Gerl. *verum est ludicro* Codd., junctis CD. *a ludicro* AJM. — 19 *a fervitate* H. *feritate* vulgo. (Dicta *febris* a *fervore*, auctoribus Varrone et Isid. Orig. 4, 6.) *calendo calorem vel caldorem* HWM. *vel candorem* LJ. *a feritate... vel caldorem* parenthesi includit M. — 20 *idque* vulgo. *ideoque* cj. Roth. — 23 *effugere* Codd., M. *effugere* AJ. — 25 *erras* omnes. *errans* cj. Popm. M, habent Œhl. Vahlen. Riese. — 26 *tumidum et rectum* Codd., Edd. ante M. *tumidum, erectum* M e conj. — 29 *querit* H.

1 *proferat* vulgo, et J marg. *properat* LA. *præparat* J. *Quid*, etc. In senarios dividunt J, Œhler, improb. Dübn. Vahl. Riese. — 4 *endimionibusque res* H. *endimionibus* Codd. plerique, M. *Endymionibus* ed. 1476, et cj. J. *Eudæmion*. J. *Eudæmonibus* A. *Eumenidibus* Turn. *quæ res in* Codd., M. *quæres* P. *quare si* cj. JM. *in somnium* Codd. et M. *somnum* Edd. ante M, et cj. JM. *reccideris* vulgo. ΕΤΑΔΟΥΡΕΗΟΤΕ Codd. (In P potius ΑΔΟΥ scriptum est.) ef οὐδέποτε A. ef ἀλλ' οὐδέποτε cj. J, improb. Vahlen. ἐν Ἅδου cj. Turn. M. πήποτε cj. Turn. οὐπήποτε

eundo. Varro Virgula divina : « Primum venit in urbem atque intra muros; deinde accedit prodius, atque introit domum ; » id est, intra privatos muros.

Granaria, loca in horreis, servandis seminum granis. Varro Gerontodidascalo :

> **Vel decem mensis, ubi una sæpiant granaria.**

Torculum, quod usu *torcular*, dictum quod intortum laticem vitis vel oleæ exprimat. Varro Gerontodidascalo :

> **Vineis ubi ampla cella [et] torculum respondeant.**

Cingulum, a cingendo : quod *incingulum* plerumque dicitur. Varro Gerontodidascalo : « Novus maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingulum. »

Tutilina dea est, a tuendo dicta. Varro, Hercules tuam fidem : « Non Tutilinam, quam ego ipse invoco, quod meæ aures abs te obsidentur. »

Tutanus deus, a tutando. Varro, Hercules tuam fidem :

> **Noctu Hannibâlis quum fugavi exercitum**
> **Tutanus, hoc Tutanus Romæ nuncupor :**
> **Hacpropter omnes, qui laborant, [me] invocant.**

Silicernium pessime intelligentes ita posuisse Terentium [Adelph. IV, 2, 48] putant quod incurvitate silices cernat senex. *Silicernium* est proprie convivium funebre quod senibus exhibetur. Varro Meleagris : « Funus exsequiati, laute ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus, id est, περίδειπνον : quo pransi discedentes dicimus alius alii : Vale. »

Suffundatum dictum est subjectum : dictum a fundamentis. Varro Ταφὴ Μενίππου : « Ut antiqui nostri in domibus latericiis, paululum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant. »

ŒEhler. *et adeo οὐδέποτε* cj. Vahlen. — 5 *experrectus* ed. 1476. — 9 *dictum est* Edd. ante M. *est* omitt. Codd. et M. *interius*, *longius* omnes. — 11 *id est intra* Varroni tribuunt M ŒEhler, non autem J Popm. Gerl. — 15 *mensis* Codd. et Edd., Riese. *menses* ŒEhl. — 16 *torcular dico* vulgo. *dicitur* J. — 18 *respondeat* Codd., J marg. M. *respondeant* e l. 1476. *reponant* AJ. — 19 *Cingillum* Codd. *Cingulum* Edd. — 20 *novos* Codd. M. *novus* Edd. ante M. *taciturus* HPLWAJ. *tacitus* J marg. Turn. Scal. *tacitulus* M Gerl. ŒEhl. Riese. *taxim uxoris* HPWJ marg. M. *uxosis* L. *taximusos is* AJ; emendant Bentin. Turn. Scal. *cingillum* HP, Riese. *cingulum* M Gerl. ŒEhl. Versum constituunt J et Vahlen. — 22 *Tutilina*, *Tutanus*, non hoc loco, sed post v. *Proboscis*, habent Edd. ante M. — 23 *non Tutilinam, inquam* cj. Scal. — 26 *hanimalis* P. (Tertiam in v. *Hannibalis* antique produci notant Scal. Passer.)

1 *Tutanus hoc* omnes. *tutatus* cj. Passer. — 2 *hoc propter* Turn. Scal. — 5 *meliæagris* P. — 6 *exiquiatis* Codd. *exequiatis* vett. edd. et M. *exequiati* Bentin. Gul. J Popma. *executi* Perott. *laude* vulgo. *executi cum laude* cj. J. *laute* cj. Lips., Guyet. ŒEhler. *arude* cj. M. — 7 ΠΕΡΙΔΕΙΤΙ *non quo* HLW. ΠΕΡΙΑΕΙΤΙ NON P. περίδειπνον cj. Cujac. Turn., habet M. *id est* (*Idem* J) περὶ μέθης : *Non quo* AJ. — 10 *tafemenippu tantiqui* Codd. ταφὴ Μενίππου. *Antiqui* A, et Scal. Μενίππου : *ut antiqui* JM. *nostrum* Codd. *nostri* Edd. — 11 *lapiditus* Codd., M. *lapidibus* AJ, prob. M, et

Edones et Phagones ab edacitate : unum latinum, aliud græcum. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Et απαλαντοισος edones Romam, ut turba incendant annonam; sed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum, nisi volantem, non video. »

Elixum, quicquid ex aqua mollitur vel decoquitur; nam *lixem* aquam veteres dixerunt : unde et *lixæ* dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Varro Ταφῇ Μενίππου : « In pavimento non audes facere lacunam; at in humu calceos facis elixos. »

Parochus a græco tractum est nomen, quod vehicula præbeat : ὀχήματα enim græce, latine vehicula appellantur. Et est officii genus quod administrantibus paret. Varro Sesquiulixe : « Hic enim omnia erat : idem sacerdos, prætor, parochus; denique idem senatus, idem populi caput. »

Trossuli dicti sunt torosuli. Varro Sesquiulixe :

Nunc emunt
Trossuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum.

Proboscis græcum nomen est, dicta quod ante depascat. Et est porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ, excepto homine, in aliis animalibus invenitur. Varro Sexagessi : « Invenisse se, quum dormire cœpisset tam glaber quam Socrates, esse factum ericium e pilis albis, cum proboscide. »

Cetarii genus est piscatorum quod majores pisces capit : dictum ab eo quod cete in mari majora sunt piscium genera. Quod Virgilius [Æneid. V, 822] :

Immania cete.

Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Non animadvertis cetarios, quum videre

cj. Guyet. *umorem et fugerent* HLW. *et fungereat* P. *ecfugereut* M. *effugereut* AJ Scal. — 13 *fagoues* Codd. — 14 ΗΑΠΑΑΑΝΤΟΙCOC W. FIAHAAAN... L. FIAHAAANTOICOC P (item H, sed dividens *cocedoaes*). ἡ ἐπαλάντοισος M. ἡ ἀπάντησις A. ἡ ἀπάντησις J. ἡ ἀπαντοίσος Turn. (Nihil juvant conjecturæ.) οἱ ῥ' ἀμύναντο cj. J ex Homero. Porro alterum titulum negat hic esse M; idem sentiunt Victor. Œhler. *edones Roanm ut turba intendnat* Codd., M. *inteadat* AJ. *incendat* cj. Scal. Cujac. Schott. *aanona* Codd. et J. *anaonam* M, ut Scal. Cujac. Schott. — 15 *ficetulaai* Codd. *ficedulam* Edd. — 16 *uisi voluntatem* (expunctis litteris *ta*) P. — 19 *tafe men.* litteris latinis Codd., græcis Edd. — 20 *aon addes* W. *lacoaaai* Codd. *lacunam* Edd., ut Codd. eodem repetito exemplo in v. *Humu*, p. 488. — 21 *Paracos* Codd. *Parochos* AJ. *Parochus* M. *vehie. præeat* Codd., AM. *præbeat* J, prob. M. *hoc schemate* Codd., AJ. ὀχήματα cj. Canter. Vict. Leopard., recep. M. — 23 *sesque ulixe* H. — 24 *præter* W. *prætor paratos* L. *parntos* (c script. sup. *t*) H. *paracos* W, ed. 1476. *prætor, parochos* JM. *populus* Codd. *populi* Edd.

1 *Trossuli equites romaai dicti trossuli* H. *Tr. dicti sunt torosuli* AJM Gerl. *torro soli* ed. 1476. *quasi torosuli* alii ap. Bentin. *sesque* H. — 2 Septenarium metrum vidi, ut Rœper. — 3 *equum* H, et vulgo. *ecum* LW. — 4 *quod inde pascatur a græco qui boscen pascere dicunt* W marg. *dictum* omnes. — 6 *in aliis* H, et vulgo. *alis* LW. *Varro sexagesi* omnes. *Se circumspexe, atque inveaisse, cum* Noster plenius in v. *Ericius*, p. 106. *iav. secum* H. — 7 *elaber* L. *Socratis* HPLA. *Socr. calvuai esse factum* omnes. *galbam esse* p. 106. *calvus, se esse* cj. Meineк. *calvum* ipse delevi ut glossema vocis *glaber*; et idem cj. Riese. *epilis albis cum probo scide* H. Post *proboscide*, lemmata *Tutanus* et *Tutilinus* (quæ supra sunt) exhibent AJ. — 9 *Cetari* Codd. *Cetarii* JM. — 12 *cetæ* L. — 13

volunt in mari thunnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces? »

TONIMUS positum sonamus cum modo, a tono. Varro Eumenidibus : « Tibi tympana non inani sonitu Matris deum tonimus. »

TIBINOS, a tibiis modos. Varro Eumenidibus : « Sonitus Matris deum tonimus tibinos tibi nunc semiviri. »

DIERECTI dicti cruce fixi, quasi ad diem erecti. Varro Eumenidibus :

Apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem !

PRÆSEPIA non tantum quibus aut cantherii, aut jumenta cetera, aut veterina animalia pabulantur; sed et omnia loca clausa et tuta, dicta præsepia. Virgilius Æneidos lib. I [v. 434] :

Aut agmine facto,
Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

Varro Ὄνος λύρας :

[Ac] si quis [in] μελῳδεῖν est ὄνος λύρας,
Præsepibus se retineat forensibus.

SURRIGERE significat susum erigere : quo verbo utuntur rustici quum tritæ fruges ad ventilandum in areis eriguntur. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 183] :

Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.

LINGULACÆ, locutuleiæ, a procacitate linguæ et loquendi proprietatem trahunt. Plautus in Casina [II, 8, 62 :

Ea] lingulaca est [nobis]; nam numquam tacet.

FURES significationem habere a furvo, quod Romani veteres *furvum* atrum appellaverint; et quod per obscuras atque atras noctes opportuna sit eis mali effectio, eos dictos fures, Varro [ostendit] Re-

Cnothi seauton Codd. — 14 *thunnus* HPL. *tunnos* W. *thunnos* JM, cj. Turn. *escendere* HVPM. *sescedere* L. *ascendere* AJ. — 17 *non inanis sonitum* Codd., vett. edd. *inani sonitu* JM. *tonimus tibinos*, non diviso lemmate, P. *Tibinos* totumque lemma omitt. ed. 1476. *Tibi tympana n. i. s. matris deum tonimus tibi nos semiviri*, reliquis omissis, cj. M. Totum locum tentant Scal. Herm. Lachm. Luc. Müll. Vahl. Rœp. Riese; plerique ad metrum utcumque redigunt. — 18 *tibinos* vulgo. *tibi nos* M, L. Muller. *tibi nunc semiviri teretem comam*, etc. Noster plenius exhibet in v. *Jactare*, p. 318. — 20 *crucefixi* PCD. *crucifixi* vulgo. *Varro Eum.*, etc. Iterum p. 122. — 22 *adsanitatem* H man. pr. *ad sanit.* LA. *insanitatem* H man. sec. PW, et Noster, p. 122. Versum agnovit Vahlen, prob. Riese; quod ipse videram. — 23 *cantherin* omnes. (Scriptum fuit *cantheri aut*, de more.) — 24 *aut vetera* omnes; quod pro suspecto habet J. *veterina* CD, cj. Bentin., improb. M. *jumenta aut cetera* cj. M. *clausa et tuta vita dicta* Codd. *vita* omitt. Edd. — 29 *Si quis melodinis tonos* Codd., Edd. ante M. *melodinist onos* M. *melodin is tonos* W. *melodinis ὄνος* Turn. μελῳδεῖν ἐστ' ὄνος cj. Cant. *est ὄνος* Gebh. [*hic ia*]*est* Riese. *melodis næniis* Scal. *melodiis dis* cj. M. Senarium uno pede minorem relinquit Œhler.

2 *subrigere* HLWJM. (Sed inf. aliter.) *surrigere* P, vell. edd. — 3 *cum tritas fruges... erigunt* CD. *in nereis* P. — 5 *surrigit* HP et Edd. *auris* vulgo. *aureis* AJ. — 6 *lingula cælo* H. *a procantitate* P. *linguæ : et* ed. 1476. *linguæ, et* J. — 9 *habere* HCDLW. *habetre* (*t* expuncto) P. *habent* Edd. *a furu* Codd. plerique, A. *furvo* DJM. *veteres furum atrum* Codd. *furum* omitt. Edd. *furvum atrum* scripsit aliquis in marg. Jun. — 10 *appellaverunt* C, Edd. ante M. — 11 *ejus mali effect.* vulgo. *eis* ed. 1476. *eos dictos fures*

rum humanarum lib. XIIII : « *Furem* ex eo dictum quod furvum atrum appellaverint, et fures per obscuras noctes atque atras furentur. » Homerus [Iliad. III, 11] :

Κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Ventorum proprietates et vocabulorum significationes, in tractatibus nobilium philosophorum quæsitas, has apertissimas potuimus invenire. || *Eurum* dictum ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέοντα, quod flatus ejus ab oriente sit hiemali. || *Austrum*, qui græce Νότος, dictum ab humore et nebula, quod νοτίς græce, humor latina interpretatione dicatur, ac sit is ventus sudoris effector, ut est Homeri [Iliad. XI, 810] :

Κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς.

|| *Circium*, a turbine et vertigine. || *Boream*, hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit et procellosus. Homerus [Odyss. V, 296] :

Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Et in alio loco [Iliad. XIV, 395] :

Οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάα ποτὶ χερσὸν
Ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ.

Peni, penus vel penoris, sic enim a pluribus declinatum, proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt, quod, quæ in ea sunt, quasi penitus et in penetralibus recondantur. Hoc et in antiquis libris et philosophorum tractatibus invenitur.

Lævum significari veteres voluerunt quasi a levando. Virgilium quoque sub hac ostentatione posuisse voluerunt, Georgicorum lib. IIII [v. 6] :

Si quem
Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.

Ennius Annali lib. III :

Olli de cœlo lævum dedit inclytu' signum.

Rudentes ea causa sapientissimi dictos volunt, quod funes, quum vento verberentur, *rudere* existimentur ; atque hunc sonum proprium funium, non asinorum putant.

supervacanea esse censet M. — 15 Græca vitiose scripta in H. — 17 *philosophorum* H. *filosophorum* Gerl. — 18 PONTAC Codd. — 20 *ac si his* W. — 26 Varia librorum menda in græcis vocibus referre nihil attinet.

3 *Peni* græcis litteris, et in fine exempli, HV. *penus* omitt. HP. *pietatem docti veteres* Codd. *Pietatem* (omissis *Peni*, etc.) CD, Edd. ante M, tamquam lemma. *proprietatem* reposuit acutissimus M. et inde lemma genuinum. — 5 *recondatur* P. *hoc et in* HDLAJ. *et* omitt. PWM. — 7 *Levum* (et in seqq.) Codd., A. *Lævum* JM. *Virgilius* P. — 8 *ostensione* J. — 13 *olim* omnes. *olli* cj. Passer. M. — 15

P. 51-52 M.

Infesti proprietatem hanc esse Nigidius voluit, quasi nimium festinantis ad scelus vel ad fraudem.

Maturare, non, uti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studium adhibere festinum : a maturitate dictum, quæ, ratione naturæ, modificatione quadam nec præcipitatur, ne præcox quid fiat; neque differtur, ne senio dissolvatur. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 260] :

> Frigidus agricolam si quando continet imber,
> Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,
> Maturare datur.

Lictoris proprietatem a ligando dictam, vetustas putat : ita enim carnificis officium antiquitus fungebatur. M. Tullius pro Rabirio [c. 4] : « Lictor, inquit, colliga manus. »

Sororis appellationem veteres eliganti interpretatione posuerunt; itaque maxime juris scriptores exprimendam putaverunt. Antistius Labeo : « Soror, inquit, appellata est quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo in qua nata est. »

Lues a rebus solvendis proposita. Licinius Macer Annalibus lib. II : « Nequaquam sui lavandi reluant arma lue. »

Humanitatem non solum, uti nunc consuetudine persuasum est, de benevolentia, dexteritate, quodque *comitatem* veteres dicendam putaverunt, quam Græci φιλανθρωπίαν vocant; sed honestorum studiorum et artium appetitum, quod nulli animantium generi absque hominibus concessa sit. Varro Rerum humanarum lib. I : « Praxiteles, qui, propter artificium egregium, nemini est paululum modo humaniori [ignotus]. »

Ador, frumenti genus quod epulis et immolationibus sacris pium putatur : unde et *adorare*, propitiare religiones, potest dictum videri. Varro de Re rustica lib. I [c. 9] : « In loco humidiore far adoreum potius serunt quam triticum. » Virgilius lib. VII [v. 109] :

> Et adorea liba per herbam
> Subjiciunt epulis.

Faciem, totius corporis formam, [non tantum] πρόσωπον, id est os,

ludere existim. Codd. *rudere* Edd. — 17 *qua simminm fest.* H. — 20 *cum moda* vulgo, et D. *com mode* D man. sec. — 24 *frigidus agricolnm.* Versum omitt. solus M; quem habet etiam Gell. 10, 11. — 27 *isti vel ii enim... fungebantur* cj. Lips., improb. M.
1 *eliganti* Codd., M. — 2 *maxime* Codd. et CD, AJ marg. *maximi* JM. — 3 *inquid* H. — 6 *lavandire luant* H. — 8 *dexteritatem quoque communitatem* Codd., J marg. M. *camitatem* vett. edd. *dexteritateque et comitate* J. *dext. et in quasque comitate* cj. M. — 11 *praxitelis* HP. — 12 *paululum* Codd., ed. 1476. *paulum* JM, et Gell. 13, 16. — 13 *humanior. Ador* Codd., vett. edd. *humaniori ignotus* ex Gellio addunt JM. — 14 *pium* omnes. *proprium* cj. Passer. — 15 *religionis* H. — 16 *loco umido sed far* Codd. — 18 *adore aliba* H. — 19 *subiciunt* Codd. — 20 *non tantum* addi vult M, suadente Gell. 13, 29.

posuit antiquitas prudens. Ut ab aspectu *species*, et a fingendo *figura*, ita a factura corporis *facies*. Plautus Pœnulo [V, 2, 151] :

Sed, earum nutrix qua sit facie, mi expedi.
— Statura non magna, corpore aquilo. — Ipsa [ea] est.

Pacuvius Niptris :

Ætate integra,
Feroci ingenio, facie procera [virum].

Sallustius Historiarum lib. II : « Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in occidentem quam in orientem latior [prominet]. »

Vestibula quidam putant sub ea proprietate distincta, quod in primis ingressibus et in spatiis domorum, Vestæ, hoc est aræ ac foci, soleant haberi. Sed si *ve* sic intelligi debeat, non abhorret a vocabuli proprio. Invenitur etiam apud veteres doctos *vestibula* ob eam significantiam dici quod in his locis, ad salutandos dominos domorum quicumque venissent, stare solerent, dum introeundi daretur copia ; atque ob hanc constitionem et quasi stabulationem, primos ingressus domorum *vestibula* nominatos. Cicero in Oratore [c. 15] : « Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet [illustres]. »

Bidentes qui existimant ob eam causam oves a Virgilio dictas quod duos dentes habeant, pessime ac vitiose intelligunt ; nam nec duos dentes habent, et hoc quidem genus monstri est. Et melius intelligi potest si *biennes* dixerint, auctoritate Pomponii in Atellana :

Mars, tibi voveo facturum, si umquam redierit,
Bidenti verre.

Laberius in Paupertate :

Visus hac noctu bidentes..... propter viam
Facere.

Et Nigidius Figulus dicit *bidental* vocari « quod bimæ pecudes immolentur. »

— 21 *ab* omitt. P. — 24 *aquilino* Codd. et vett. edd. *aquilo* JM, ut Plaut. et Gell. 13, 29. *ipsa est* omnes. *ea est* Plaut. — 25 *Pac. Nupta* Codd. *Nyptra* Bentin. M. *Niptra* Guyet. *Nyptris* J. (Vid. in v. *Infabre*, p. 40.) — 27 *virum* addidi ex Gellio.

2 *prominet* suppeditat Gell. 13, 29. *humani [prominet] in occ.* J. — 5 *veste* L. — 6 *sed sive sic intell. debent* vulgo. *non abhorreat vocabuli* HPWM. *non abhorret a voc.* CDLAJ, cj. M. — 7 *proprio quod inven.* cj. M. — 8 *dominos domonorum* P. — 9 *venisset* Codd. *venissent* Edd. *soleant* omnes. *cum introeundi* vulgo. *dum* M e conj., duce Gell. 16, 5, qui habet : *priusquam admitterentur.* — 10 *consitionem* Codd., J marg. *consicionem* ms. Fabri. *cognitionem* AJ. *constitionem* Turn., ex Gellii plerisque libris, M. — 12 *faciem* Codd., vett. edd. *faciet* JM. — 13 *æstimant* vulgo. *extimant* ed. 1476. *sed quod ultro existimabamus*, de *Bidentibus* agens, scribit Gell. 16, 6. — 16 *si biennis dixerit* omnes. *auctoritate. Pomponius* Codd., AJ. *auctoritate Pomponii* ed. 1476, et M e conj. Atellanæ nomen quoddam *Galli Transalpini*, est ap. Gell. 16, 5. — 20 *visus [ego] hac* Both. Ribb. Mancum versum ipse videram. *ac* P, ed. 1476. *nocte* omnes. *bidentis* vulgo. *bidentes* J. *bidente* cj. Leopard. *bidentis [sum Herculi]* addit Ribbeck, suadente Festo, qui *Propter viam* Herculi sacrificari monet. Forte : *bid. facere [sum] propt. viam*, ne *facere* in-

Jugeri proprietatem Varro designat, de Re rustica primo [c. 10 : « Apud nos,] in agro Romano ac Latino [metiuntur] jugeris. *Jugum* vocant quod juncti boves uno die exarare possint. »

Fenus ab eo dictum est quod pecuniam pariat increscentem tempore, quasi fetus aut fetura; nam et græce τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod est parere. Varro lib. III de Sermone latino : « Fenus autem dictum a fetu, et quasi [a] fetura quadam pecuniæ. » Nam et Catonem et ceteros antiquiores sine *a* littera *fenus* pronuntiasse contendit, ut *fetus*, *fecunditas*.

Receptitium servum quidam ab ea proprietate dictum volunt, ut si nequam et nihili sit qui venumdatur, ob aliquod vitium aut malefactum, a distractore recipiatur. Sed vera hæc est ejus nominis interpretatio : quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod est proprie *receperit*. Plautus Trinummo [I, 2, 157] :

Posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit.

Cato [in Suasione legis Voconiæ] : « Mulier et magnam dotem dat, et magnam pecuniam [recipit. » Hoc est, et magnam dotem dat, et magnam pecuniam] retinet. « Ex ea igitur re familiari, ex qua sibi, dote data, retinuit pecuniam, [viro mutuam dat. Eam pecuniam quum] a viro forte irata repetere instituit, apponit ei flagitatorem servum *receptitium;* » hoc est, proprium, suum, quem cum reliqua pecunia receperat, nec dederat doti, sed exceperat. Cicero de Oratore lib. II [c. 55] : « Sed dicet te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solium tibi paternum recepisse. »

Siticines. Ut *liticines* a lituo, ut *tubicines* a tuba, ita *siticines*, qui apud funeratos, vel vita functos et sepultos, hoc est jam sitos, canere

commode rejiciatur. — 24 *rustica prima* Codd. *rustica : prima* ed. 1476. *primo* M. *lib. i* J. — 25 *apud nos... metiuntur* ex Varrone addit J. — 27 *faenus* Codd. plerique, M Gerl. *fænus* vett. edd. *fenus* CDJ, ut vult Gell. 16, 12, proh .M. — 27 *increscenti* Codd., etiam CD. *in crescenti* PA. *increscentem* dedi ex Gellio, 16, 12, qui *pecuniæ increscentis* scribit.

1 *quasi fetus* PL., M *foetus* CWL man. sec. A. *foetura* CPW. *fetura* M. YKTA (pro τίκτειν) H. — 2 *foenus autem* PW. *fenus* M. — 3 *quasi feturam quamdam* Codd. et vett. edd. *fetura quædam* JM. *a fetura* Varr. ap. Gell. 16, 12. — 4 *sine a* HPWM, ms. Fab., ut Edd. Gell. *sine o* AJ. *littera aenus* P. — 7 *nihil sit* Codd. *nihili* JM. *nequam et nulli pretii* Gell. 17, 6. — 8 *districtore* JH (suprascr. *a*). *distractore* J marg. — 10 *trinummo* Codd. — 11 *hoc recipit* P. *edis* (suprascr. *e*) H. *edis* W. *ediis* L. *cumediis* P. *ædes* JM. — 12 *Cato*, etc. Titulum exhibent Gell. 17, 6, et Fest. in v. *Receptitium*. In sequentibus verba Catonis deprehendere non facile est, quum diverse laudent Nonius, Gell. et Fest., atque Verrii, Nonii, et forte aliorum, enarrationes misceantur. — 14 *pecuniam retinet* omnes. Deficientia hausi ex Gellio. — 15 *viro mutuam dat; eam pecuniam* M addidit ex Gell., item Gerl.; qui autem non viderunt ad Catonis verba Nostrum redire, ut ostendunt Gell. Fest. — 17 *proprium suum quem* Codd., ut Gell. *proprium servum* Edd. *cum* habet unus H; quod addere suadet M ex Gell. — 18 *dotis et* vulgo. *doti set* Gerl. *doti sed* M, ut Gell., et cj. Stewech. *Cicero*, etc. Iterum in v. *Ruta*, p. 164. — 19 *dicis te* vulgo, ut etiam p. 164 et 384. *dicis tecum* P. *dicis tecumedis* H. *dicet te* M, ut Cic. *ædis* vulgo. *ædeis* AJ. — 20 *et cæsis* vulgo, ut Cic. *et* omitt. M Gerl. *obum tibi* Codd. *ovum* ed. 1476. *solum* AJ. *solium* M, ut Cic. *pater num* H. *pater Num*

soliti erant, honoris causa, cantus lamentabiles. Hoc in Conjectaneis Ateii Capitonis invenitur, et Cato id vocabulum indubitanter apposuit.

JUMENTUM a jungendo veteres dictum putant, *g* littera in eo nomine attrita. Nam et *vectabulum* dicunt, quod nunc vehiculum dicitur.

ARCERA plaustrum est rusticum tectum undique, quasi arca. Hoc vocabulum et apud Varronem et apud M. Tullium invenitur. Hoc autem vehiculi genere senes et ægroti vectari solebant. Varro Gerontodidascalo : « Vehebatur cum uxore vehiculo semel aut bis anno, quum arceram, si non vellet, non sterneret. »

TROPÆI significantiam propriam Varro Bimarco ostendit : « Ideo fuga hostium græce vocatur τροπή. Hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur *tropæa.* »

LUXUM, id est vulsum et loco motum, quod nunc *luxatum* ignari latine dicimus. Inde *luxuria*, quia a recta vivendi via sit exclusa et ejecta.

CULINAM veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat. Varro Modio : « Et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitæ culina. » Plautus Mostellaria [I, 1, 1] :

> Exi e culina, sis, foras, mastigia,
> Qui mi inter patinas exhibes argutias.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Qua fini sit antica et postica. In postica parte erat culina : dicta ab eo quod ibi colebant ignem. Locupletiorum domus quam fuerint angustiis paupertinis coactæ, ipsa nomina declarant. »

MODESTUM, a modico, hoc est a moderato, positum. Varro Modio : « Non eos optime vixisse qui diutissime vixissent, sed qui modestissime. » Id est, modice.

P. — 22 *vita functo* P. *vel vita functos* uncis includit J. — 23 *lamentabilis* Codd. *lamentabiles* D man. sec., Edd. ante M. *in libris Conjectaneis* omnes. (Sed velis *Conjectaneorum.*) *in Conjectaneis* Gell. — 26 *G littera* Codd.

4 *Gerontod.* latine scribunt Codd., græce JM. — 5 *bis in anno* ed. 1476, AM. — 6 *cum arcera* omnes. *arceram* Œhler e conj. Hic lacunam esse suspicantur Leopard. M. *cui arceram* cj. Gothof. (*Arceram sternere* memorat Gell. 20, 1, ex XII Tab.) — 7 *Tropei* HPL. — 8 *ostium* P. *vocatur trope* HLW. *torpe* P. τροπή Edd. *hinc spolio* P. — 9 *tropea* HL. *torpea* P. — 10 *nunc luxari* omnes. *luxati* cj. Bynck. — 13 *Culinam* H man. pr. CDPMp, AJ. *Colinam* H man. sec. VPLWM. *Culina* omnes in v. *Posticam*, p. 217, et Paul. ex Fest. *quoquinam* P. *veteres dixerunt, non coquinam*, cj. Lips. — 14 *Varro*, etc. Quod iterum in v. *Ganeones*, p. 119. — 15 *vitæ colina* vulgo. *culina* P. *culina* etiam Noster, eodem citato exemplo in v. *Ganeones*, p. 119. *Mustellaria* vulgo. *Mostellar.* J. — 16 *e colina* LWM. *culina* P, ut Plaut. — 17 *mihi* omnes. — 19 *erant colina* HWM. *erat* L. *erant culina* P. *erat culina* AJ, prob. Guyet. — 23 *optume dixisse* PLW. *optum edixisse* H. *diut. vixent* HWJ marg. M, prob. Gul. *vixissent* PL. *vixerunt* ed. 1476. *vixerint* AJ. *sed quid* P. *id est modice* vulgo Varroni tribuunt, etiam M; non vero Gerl.

Infans a non fando dictus est. Cicero in Oratore [c. 17] : « Nam et infantes, actionis [dignitate, eloquentiæ] sæpe fructum tulerunt. » Et est quod dici non debeat, aut fari non possit; nam et *infantes* usque eo appellandi sunt donec cœperint fari. Lucilius lib. XVIIII :

Ut pueri infantes faciunt mulierculam honestam.

Et XV :

Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere, et esse homines.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 1] :

Infandum, regina, jubes renovare dolorem.

Varro Ὄνος λύρας :

Voces tragœdum, jubeas agere Amphionem :
Infantiorem quam meus est [et] mulio.

Attius Athamante :

Priusquam infans facinus oculi vescuntur tui.

Varro Eumenidibus :

Postremo nemo ægrotus quicquam somniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus.

Cicero de Oratore lib. III [c. 36] : « Modo hoc constet, neque infantiam ejus qui rem noverit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscitiam illius cui res non suppeditet, at verba non desint, esse laudandam. »

Sarcinatrices, non, ut quidam volunt, sarcitrices, quasi a sarciendo, sed magis a sarcinis, quod plurimum vestium sumant. Varro Ὄνος λύρας : « Homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatrices in machinis. »

Petauristæ a veteribus dicebantur qui saltibus vel schemis levioribus moverentur : et hæc proprietas a græca nominatione descendit, ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι. Varro Epistola ad Cæsarem : « Convocat Ptole-

2 *actio sæpe* P. Huic loco Ciceronis nullus sensus erat, omissis duobus vocabulis. — 4 *Curius* Codd. *Lucilius* cj. J, ex Lactant., habet M. *lib.* XVIIII vulgo. *lib.* XXVIIII P. — 6 *et* XV : *Et pueri* Codd., vett. edd. *Ut pueri* Bentin. JM, post Lactant. — 7 *aena* vulgo. *ena* HP. — 12 *voces Amphionem tr. j. Amphionis agere purtis infantiorem* omnes, et Œhl. Riese. *Amphionem tragœdum jubeas* omittit P. — 13 *mulio* [*invenies*] supplent Rœper. et Riese. — 15 *infantis* HPW. *infortis* L. *infans facinus* AM, et cj. Turn. (Sic recte in v. *Vesci*, p. 416.) *vestiuntur* WA. *vesciuntur* L. *vesciunntur* P. *vescuntur* HJM, ut p. 416. — 16 *Eumedibus* P. — 17 *postermo n. egrotus* P. *quicquam somniat an quicquam somniat tam* LWA. *an quicquam somniat* non repetunt H, ed. 1476, JM. — 21 *neque scitiam* HPLW. *inscitiam* M, et var. lect. ap. Cic. *scientiam* AJ. *inscientiam* Cic. ed. Orel. *cui res non subpedita at* H. *subpediat aut* VW. *subpetit at* L. *suppetit et* A. *suppetit nc* J. *suppetat* Cic. ed. Orel. *suppeditat aut* J marg. *at* M. *suppeditiat at* P. *at* vel *aut* omitt. Edd. Cic. — 23 *Sarcinatricis... sarcitricis* omnes. *Sarcinatrices* Guyet. — 24 *sumant* omnes. *suant* cj. Gul. — 25 *sarciaatrices* J marg., prob. Gul. Popm. Lersch. — 27 *schemis* HLM, et cj. Palm. Turn. Lips. *schenis* W. *schenmis* P. *schœnis* AJ. *scenis* J marg. (Etiam in *schemis* sub v. *Санniones*, p. 61.) — 28 *des* (et subsequente linea) *dit* P. *descendit* omnes.

mæum cinædologon, Nicona petauristen, Diona αὐλοποιόν. » Idem de Vita populi Romani lib. II : « Nec minus alio in genere sunt ludii, vellites Galli, Germani petauristæ. »

Curiam a cura dictam, Varro designat, de Vita populi Romani lib. III : « Itaque, propter curam, locus quoque quo suam quisque domo senator confert, curiam appellant. »

Legionum proprietatem a delectu militum Varro, de Vita populi Romani lib. III, dictam interpretatur : « Tum appellatus est delectus, et ab electione legio. Ab hac supervacaneorum consuetudine adscribuntur. »

Assas nutrices difficilis multi existimant intellectus. At vero acri intentione potuimus indagare, ob eam proprietatem officii eo nomine nuncupari, quod assint his quos nutriant, nec vel exiguo divellantur : unde *asseculas*, ab eo quod assint et omnibus jussis dominorum præsto sint, esse vocitatos.

Enixæ dicuntur feminæ nitendi, hoc est conandi et dolendi, labore perfunctæ; [vel] a Nixis, quæ religionum genera parientibus præsunt. Sed eligantior intellectus, ut ex eo dictæ esse credantur quod vinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exsolutæ : *nexum* enim dicimus arctum et colligatum. Plautus in Amphitryone [I, 2, 26] :

Uno labore exsolveret ærumnas duas.

Remulco [tr]ahere dictum quasi molli et leni tractu ad progressum mulcere. Sisenna Historiarum lib. II : « Si quæ celeriter solvi poterant, in altum remulco trahit. »

Congenulare est genu replicato cadere. Sisenna Historiarum lib.

— 30 *cinedo loco nicona* P. *cinedoloco* LW. *cinedoloconicona* H. *cinædologon* cj. Turn. J, habet M. *cinædon, Laconicon* AJ. *cum vocat Ptol.* κίναιδον, λαονικόν, πεταυριστήν, διονῆν, αὐλοποιόν cj. Scal. — 31 *ludi vellitis* HPWM. *velludis* L. *velitis* J. *ludii, velites* cj. Palm. *ludi vel.* non distinguunt Edd.

1 *designnat* P. — 2 *domum* omnes. *domo* cj. M. *suam quisque curam s. confert* cj. Guyet. — 3 *appellat* omnes. — 4 *dilectu... dilectus* Codd. et M. *delectu*, etc., Edd. ante M. — 5 *tum* vulgo. *tunc* CD. *tamen* J marg. — 6 *et ab* vulgo, etiam CD. *ut ab* M. *Ab hoc sup. cons. adscribuntur, qui adscriptivi sunt* (juncto quod est in v. *Decuriones*, p. 520) Popma. — 8 *Assas nutrices* Edd. ante M. *Assas, nutrices* M et Gerl. *at vero* vulgo *atque vero* P. — 9 *indicare* L. — 10 *assint* (bis) vulgo. *adsint* Gerl. — 11 *asseculas* HPLW. *adseculas* Gul. *assectas* Edd. ante M. — 14 *perfructæ* L. *mixisque* (omisso *a*) *relig.* HPLW. *perfunctæ, nixis quæ* J. *enixisque* J marg. *e Nixis* cj. Turn. *a Nixis, quæ* cj. Lips., recep. M Gerl. *præeunt* J marg. — 15 *elegantior* C. — 16 *exolutæ* H. — 17 *actum* (pro *artum*) HP. — 19 *exsolvat* A, ut Plaut. *erumnas* Codd. — 20 *Remulcare dictum* vulgo, etiam Mp. (Sed vid. inf.) — 21 *historiæ* M Gerl. Aliæ edd. compendiose. (Vid. seq. lemma.) *lib.* I H. *si quæ celer. s. poterat* omnes. *remulca retrahit* HW Gerl. *remulco* (superscr. *a*) L. *remulcaretrahit* P. *remulco retrahit* cj. Flor. Sabin. et Gebh. *remulcat, id est remulco trahit* cj. J. *remulco trahit* Freund. *remulcans trahit* cj. Salmas. M Guyet. — 23 *Congenulare.* (Cf.

III : « Multi, plagis adversis icti et congenulati, Romanis præcipitatis, ipsi supra volvi in caput. »

Agilem, celerem : ab agendo. Sisenna Historiarum lib. III : « Agilem dari facilemque victoriam, neque fossas aut vallum remoraturum. »

Expediti et Impediti ex una proprietate habent vocabuli causam, aut exsolutis pedibus aut illigatis. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Inermos armati, impeditos expediti, sine ullo suorum vulnere, cunctos interficiunt. »

Testudines sunt loca in ædificiis camerata, ad similitudinem aquatilium testudinum, quæ duris tergoribus sunt et incurvis. Virgilius Æneidos lib. I [v. 505] :

In foribus divæ, media testudine templi.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « C. Titinius quidam, cui minus proprietas mentis ab natura tradita videretur, primo ante testudinem constitit; deinde apud consulem causam atque excusationem præferre cœpit. »

Insinuare est immitti, quasi sinu accipi. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commovent. »

Adolere verbum est proprie sacra reddentium, quod significat votis vel supplicationibus numen auctius facere; ut est in iisdem : *Macte esto*. Et intelligi debet, ab eo quod est adolevit, id est crevit, et ***adultum***, quod est auctum, et aut ætate aut aliqua causa majus solito factum, ducere proprietatem. Virgilius Æneidos lib. I [v. 704] :

Cura penum struere, et flammis adolere penates.

Idem in septimo [v. 71] :

Adolet quum altaria tædis.

Et in Bucolicis [8, 65] :

Verbenasque adole pingues et mascula tura.

Congenuclare, p. 89.) — 24 *congenuclat* cj. Farcell. — 25 *ipsi supra* HP, Edd. *ipsis* LW. *volvit* Codd., AJ. *voluti* Bentin. JM. *volvi* cj. Passer.

2 *bellum remoratum* omnes. *vallum* cj. Gothof. *vallum remaraturum* cj. M. *vall. remoratur* Guyet. — 5 *inligatis* Gerl. *Sisen. historiæ* P Gerl. — 6 *armat* Codd. *armant* AJ. *armati* cj. J, recep. M. — 11 *in foribus* omnes, et pauci mss. Virg. *tum foribus* Edd. Virg. — 12 *historiarum* HP; compendiose Edd. *Gaius Titinius* H Gerl. *Gaius Titinnius* P. *C. Titinnius* JM. — 13 *menis* Codd., J marg. M. *actus* vett. edd., J. *meatis* cj. J et Guyet. — 14 *constitut* P. — 16 *Insinuari* omnes; sed neutraliter in exempla. — 17 *peditis* Codd. et vett. edd. *pedites* JM. — 20 *votis vel* HPCD, vett. edd. *votis ac* ceteri. — 22 *adultum id est* C. *et aucta ætate* vulgo, etiam CD. *et aut ætate* cj. Lips., habet M. *at aliqua* C. — 27 *adoletque* HWJ. *quæ* ed. 1476. *adol cum* PLA. *quum* M. *dum* Edd. Virg. — 29 *pinguis* Codd. et M. *pingueis* A. *pingues* J.

P. 58-59 M.

Quod est, adde, cumula. Et Georgicorum lib. IIII [v. 379] :

Panchæis adolescunt ignibus aræ.

Accensi genus militiæ est administrantibus proximum. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Ut, consules ac prætores qui sequuntur in castra, *accensi* dicti, quod ad necessarias res sæpius acciantur : veluti accersiti. » Quos nunc dicimus *deputati.*

Nefarii proprietatem in lib. I de Vita populi Romani, Varro patefacit, a farre, quod est adoreum, quo scelerati uti non debeant; non triticum, sed far. Hoc quoque idem adsignificat, quod qui indigni sunt qui vivant, *nefarii* vocantur.

Adoreum quoque ab eo dictum putat quod cibi ora, id est principium, sit far.

Propitium dicimus prorsus pium aut proprie pium; ut apud Terentium in Adelphis [I, 1, 6] :

Quam illa quæ parentes propitii.

Aut certe porro pium, quod est vehementer et valde; ut apud eumdem Terentium in Prologo Andriæ [vs. 22] :

Dehinc ut quiescant, porro moneo, et desinant
Maledicere, malefacta ne gnoscant sua.

Impancrare est invadere : verbum a græco tractum, quasi πᾶν χρέας consumere. Varro : « Ecclesia in regiam arcam impancrarunt. »

Mansuetum dictum est quasi manu assuetum, quod omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. Unde Virgilius Georgicorum lib. III [v. 186] :

Et plausæ sonitum cervicis amaro.

Et Æneidos lib. VII [v. 490] :

Ille manum patiens.

Quoniam supra dixerat [v. 489] :

Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.

1 *Rhetoricorum* omnes. *Rerum humanarum* cj. Scal., prob. Popm. M Guyet. *qui secuntur* Codd. *sequuntur* Edd. — 3 *accersiti* vulgo, etiam J marg. *velut accersita* P. *accensiti* LAJ. *quos nunc d. d.* J marg., omitt. AJ. Quod Varroni injuria tribuit M, non autem Gerl. — 4 *in lib.* Codd. *in* omitt. JM. — 5 *quod est adoreum* Codd. *quod ad. est* AJM. *in quo scel.* omnes, *in* improb. M. *a farre, quo scel. uti non debeant* (omissis *quod adoreum est, non triticum,* tanquam glossemate) cj. Düntzer. — 6 *hoc quod que iter adsig.* P. — 10 *prorsus picium* H. — 11 *in* omitt. LJM, babent et CD. — 12 *quam ea quæ* omnes. *q. ut ea quæ* Noster, in v. *Propitios*, p. 463. *quam illa* Edd. Terent. *parentis propitiat* Codd. plerique. *propitia ut certe* CD. *propitii* Edd., ut Terent. — 16 *noscant* vulgo. *cognoscant* ed. 1476. — 17 *quasi pan creas* HLW. *pancreas* PCD. πᾶν χρέας Edd. — 18 *ecclesiam in* vulgo *Varro : Ecclesin in* ed. 1476. *Varro Ecclesia : In* cj. Scal. Bad., prob. Œhler. *in arcam* vulgo. *aream* AJ marg. *artam (arctam)* cj. Turn. *eculina in regiam arcem* ms. Fabri. *impancrarunt* vulgo. *impancratur* ed. 1476. *impancrantur* Perott. ap. Bentin. *impancratiant* vel *impancratinrunt* cj. Vahlen, qui Œhlero suffragatur, verbum a græco παγκράτιον deducenti. *Varro : Hercle si jam in regiam arcam* cj. Riese.—21

Cinnus est commixtio plurimorum : unde et *concinnare* dicitur. Cicero in Oratore [c. 6] : « Est autem quidam interjectus inter hos medius, et quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec flumine utens superiorum, ut cinnus amborum, [in] neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque, si verum quærimus, potius expers. »

Enucleate dicitur purgate, exquisite, et sine asperitate aut duritia : ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nucleorum utilis usus habeatur. Cicero in Oratore [c. 9] : « Modo id eliganter enucleateque faciat, eum solum attice dicere. » Idem Tusculanarum lib. IIII [c. 14] : « Habes ea quæ de perturbationibus enucleate disputant. »

Rotundum a rota dictum est, vel rota a rotundo. Et est rotundum collectum, et per omnem circuitum, sine offensione asperi aut anguli, læve. Quam significantiam Cicero, in Oratore [c. 13], etiam ad humani ingenii transtulit formam : « Theodectes autem præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus : primus instituit dilatare verbis. »

Rabula a rabie dictus est : quem nunc advocatum vel causarum patronum dicimus. Cicero in Oratore [c. 15] : « Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quærimus. » Inde et Sallustius : « Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. »

Meridies manifeste medius dies. Cicero in Oratore [c. 47] : « Jam videtur *nescire* dulcius. Ipsum *meridiem* cur non *medidiem?* »

Inepti proprietatem Cicero de Oratore lib. II [c. 4] patefacit : « Quem enim nos *ineptum* vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum quod non sit aptus. »

Deversoria dicta sunt hospitia : a devertendo. Cicero de Oratore lib. II [c. 57] : « Quiescam in Cæsaris sermone quasi in aliquo peropportuno deversorio. »

Sanniones dicuntur a sanna : qui sunt in dictis fatui et in motibus et in schemis; quos μωρούς vocant Græci. Terentius in Eunucho [IV, 7, 10] :

Solus Sannio servat domi.

Cicero de Oratore lib. II [c. 61] : « Quid enim potest [esse] tam ri-

permultione Codd. *milescunt* C. — 31 *in neutro* Cic.

1 *popotius* H. *potius* vulgo. — 3 *id est testi* Codd. *testis* Edd. *testinuculeo orum* P. — 4 *eligantur* H. — 5 *actice* P. — 7 *rutundum* (ubique) Codd. *rotundum* Edd. — 8 *asperi, aut anguli leve* AJM. *asperi anguli* ed. 1476. *angulis* L. *asperi aut angulis lere* Gerl. *leve* omnes. — 10 *Theodectes* omnes. *Thucydides* vulgo apud Cic. *Theodorus* cj. Ernesti, exhibet Orell. cum obelo. — 15 *intende et Sall.* P. — 20 *habere dictum* Codd., J marg. *ductum* AJM.

1 *devorsoria* Codd., M. *diversoria* Edd. aliæ. *a devorando* HLCD. *devortendo* H man. sec. WM. *devertendo* W marg. *divertendo* AJ. — 2 *requiescam* Edd. Cic. — 4 *a sannis* vulgo. *asannus* P. *a sanais* M e conj., recep. Gerl. — 5 *schenis* HPW. *sceais* L. *scænis* AJ. *schemis* cj. Palmer. Lips., habet M. — 9

diculum quam Sannio est? Qui ore, vultu, imitandis motibus, voce, denique corpore ridetur ipso. »

Heredii proprietatem indicat Varro de Re rustica lib. I [c. 10] : « Bina jugera, quod a Romulo primum divisa viritim, quæ heredem sequerentur, [heredium appellarunt]. »

Legumina Varro de Re rustica lib. I [c. 23] dicta existimat quod non secentur, sed quod legantur : « Cetera quæ velluntur [e terra, non subsecantur : quæ quod ita leguntur,] legumina dicta. »

Porcæ agri, quam dicimus, significantiam Varro designat de Re rustica lib. I [c. 29] : « Qua aratrum vomere lacunam striam facit, sulcus vocatur. Quod est inter duos sulcos, elata terra, dicitur *porca*, quod ea seges frumentum porricit. » Attius Parergorum lib. I : « Bene proscissas cossigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas deruere. » Porcæ sunt signa sulcorum quæ ultra se jaci semina prohibeant : *porcere* enim, prohibere, sæpius legimus.

Occationis proprietas his indiciis aperitur. Varro de Re rustica lib. I [c. 31] : « Et postea occare, id est comminuere, ne sit gleba : quod ita occidunt, occare dictum. » Serenus :

Occatio occæcatio est.

Pomorum a Varrone proprietas explanata est, de Re rustica lib. I [c. 31] : « Aquam addi quotidie vesperi : a quo, quod indigent potui, poma dicta esse possunt. »

Fracescere, tanquam friari, et putrefieri vetustate. Varro de Re rustica lib. I [c. 55] : « Hæc, de qua fit oleum, congeri solet acervatim dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fracescat. »

Lixarum proprietas hæc est, quod officium sustineant militibus aquæ vehendæ; *lixem* namque aquam veteres vocaverunt : unde *elixum* dicimus aqua coctum. *Lix* etiam cinis dicitur, vel humor cineri mixtus ; nam etiamnunc id genus *lixivium* dicitur. Varro de Vita populi

quare vultu PW. *qui a re vultu* L. *quærere vultu* ed. 1476. *Qui ore, vultu* JM. *Sed ore, vultu* Edd. Cic. *imit. moribus* HPLAJ. — 11 *heredioli* Codd., M. *heredii* AJ. — 12 *viritimque* H. *que heredem sequitur* P. *quæ her. sequentur* LW. *her. sequerentur* HM. *quæ quod h. sequerentur* J. *quod* uncis includit Schneid. ed. Varr. *hered. appell.* addunt JM Gerl., ex Varr. — 15 *e terra*, etc. Hæc supplent JM Gerl. ex Varrone. — 18 *quæ aratrum* Codd. *qua* Edd., ut Varr. ed. Schneid. *lacunam* delendum putant Ursin. et Guyet; quod ipse suspicatus sum. *lacunam citriam* H. *istriam* PLWAJ. *striam* cj. J, habet M, ut Varr. — 20 *quod ea secus* Codd., J marg. *seges* AJM. *frum. porrigit* Codd., Edd. ante M. *porricit* M, ut Varr. *porcit* scripsit aliquis in marg. Jun. *Parergorum* omnes. *Parergon* cj. Osann. — 21 *cossigerare* omnes, prob. Turn. *possigerare* J marg. *cossim girare* cj. Scal. *cossim arare* Passer. *prosit aggerare* cj. J. — 22 *dereuere* HVPLWM. *deruere* AJ, Guyet. — 26 *occidunt* omnes, ut Edd. Varr. *occulunt* (quod valet *occæcant*) ultro legerem. — 27 *occecatio* H. — 29 *potui* vulgo; et iterum in *Dativ. pro ablat.*, p. 502. *potu* CDA, Edd. Varr. *potuis* forte legendum.

2 *fraccescere* Codd. et Edd. *fracescere* ed. 1476, et Edd. Varr. *fricari* HPWM. *friari* L manu pr. CDAJ. — 4 *fraccescat* vulgo. *fracescat* Varr. — 6 *lixam namque* omnes. (Cf. *Elixum*, p. 48.) — 8 *lexivum* PLW. *lexivium* HAJM. *lixivium* CD, ed.

Romani lib. I : « Proinde ut elixum panem ex farre et aqua frigida fingebant. »

Calonum quoque proprietas hæc est, quod ligna militibus subministrent : κᾶλα enim Græci ligna dicunt, ut Homerus :

[ἐ]πὶ δὲ ξύλα λ' ὑπέθεντο.

Confluges, loca in quæ rivi diversi confluant. Livius Andromeda :

Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.

Consedo, a consedendo, ut *assedo* vel assessor. Cassius Hemina Annalium lib. IIII : « Nemo vicinus consedo. »

Conticinium, noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. Auctores multi sunt mihi, sed auctoritate deficiunt.

Delibratum, decorticatum ; ut *deartuatum*, per artus discissum. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 77] :

Udoque docent inolescere libro.

Exterebrare est vi aliquid extorquere, et scrutari, aut curiosius quærere. Plautus in Astraba, quum in curiosum jocaretur :

Terebratum quidem pertundis.

Grumæ sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur et conveniunt viæ. Est autem *gruma* mensura quædam, qua fixa, viæ ad normam diriguntur, ut est agrimensorum et talium. Ennius lib. XVIII, gruma dirigere dixit *degrumare ferrum*. Lucilius lib. III :

Viamque
Degrumabis, uti castris mensor facit olim.

Luculentum, pulchrum, et bonum, et perspicuum : dictum a luce. Licinius Macer Annali lib. I : « Auspicia pulchra et luculenta commemorat. » Plautus Cornicularia :

Pulchrum et luculentum hoc nobis hodie evênit prœlium.

1476. — 9 *proinde et* AJ. — 11 *sumministret* P. — 12 *græci ligna dicunt* HPAJ. *græce l. dicuntur* LWM Gerl. — 13 ΠΙΔΕΞΥΛΑ ΑΥΠΕΘΕΝΤΟ dant LW, et H uno verbo. πια εξυλαλυπεθεντο (grandibus litteris) P. *Homerus* ααακυπεθεντο C. πιδ' ἐξ κᾶλ' ὑπέθεντο Turn. πολλάτε ξύλ' ἐπέθεντο AJM. Libros propius secutus sum ; sed nihil tale apud Homerum comparet. — 16 *confluges ubi* HJM. *confluge* PL. *conflugae* W. *confluges rivi* Ribb. e conj. *conventum* Codd. et vett. edd. *conventu* cj. J, M Ribb. *inumigant* Codd. — 17 *ut ussedo vel assessor* HP, Edd. *adsedo v. ads.* LW. — 20 *sunt miri* Codd., etiam CD, vett. edd. *mihi* cj. J, recep. M. *auctoritates* J marg. — 21 *deliberatum* P. — 24 *et scrutari aut* omnes. *curiosus* PLW.

1 *in curiosum* Codd., M. *incuriosum* Edd. ante M. *locaretur* Codd., AJ. *jocaretur* Turn. Scal. M. Quæ Plauto tribuunt Edd., etiam Gerl., recte autem Nonio Turn. Lips. Gebb. Gronov. — 2 *quid pertundis?* Gebb. Gron. *terebra tu quidem* cj. Turn. — 3 *quattuor* Codd. — 4 *grumma* W. *Groma* est ap. Fest. *qua fixa* HWJ marg. M, prob. Turn. *fixæ* PLCD. *flexæ* AJ. — 5 *dirigantur* HM. *deriguntur* CD. *diriguntur* PLWA, Turn. — 6 *derigere* PL. *gruma dirigere ferrum* Ennio tribuit Gerl.; *degrumare ferrum* Columm. Hessel. — 7 *viam quæ* LW. — 8 *degrumavis ut* HP. *degrumma vis* ed. 1476. *degrumari vis ut* A. *degrumabis ut* cj. Salm., habent M Gerl. *vis degrumari ut* J, Dous. Hessel. *ut* vulgo, metro claudicante. *ut in castris* cj. Merul. — 9 *lucelentum* P. — 11 *cornicula* P. — 12 *proelium* Codd. — 13 *sermone dicta*

P. 63-64 M.

Logi, a græco, sermones, vel dicta ridicula et contemnenda. Cicero pro Gallio : « Ego te certo scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. » Turpilius Canephoro :

Testamentum ergo celabis? logi.

Fulguratores. Ut *extispices* et *haruspices*, ita hi fulgurum inspectores. Cato de Moribus Claudii Neronis : « Haruspicem, fulguratorem si quis adducat. »

Moletrina, a molendo : quod *pistrinum* dicimus ; ut ferratrina, ut fœtutina. Cato in Thermum : « Nervo, carcere, moletrina. »

Panis proprietatem, a pascendo, putant veteres æstimandum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « *Pastillos*, et *Panes*, hæc vocabula [a] pastu, quod esset *pascere*, dicebant. »

Mustulentum et Vinulentum, ut *fæculentum*. Plautus Cistellaria :

Nam ita mustulentus ventus nares attigit,
Ut sit odor musti, aut oblitus musto ac madens.

Convicium dictum est quasi e vicis jocum, qui, secundum ignobilitatem loci, maledictis et dictis turpibus cavillentur.

Prolubium. . . . . . .

[Prolubium] est... patêre amicitiam et fidem.

Attius Andromeda :

Muliebre ingenium, prolubium, [et] occasio.

Novius Colace :

Et volo, et vereor, et facere in prolubio est.

Laberius Compitalibus :

Quo quidem
Me a matronali pudore prolubium meretricium
Progredi coegit.

H. *vel dicta* vulgo. *dicta vel ridicula* cj. M. *Cicero* omnes. *Varro* cj. aliquis doctus in marg. Jun. *pro Callio* vulgo. *Gallio* AJ, et ita Cic. Ernesti. — 16 *caelabis* W. — 17 *Fulguratores* H. *ut extispices, aruspices* (bis suprascr. *i*) H. *Fulguratoris... extispicis... aruspicis* vulgo. *Fulguratores*, etc., cj. Turn. *Fulguritores* cj. Badius. *suspectores* J marg. — 18 *Claudi* Codd. et M. *Claudii* AJ. *haruspicem* Codd. — 20 *feratrina* omnes. *ferratrina* cj. M. *fetulina* H. *fœtul.* etiam CD. — 23 *vocabula pastus* omnes, etiam CD. — 24 *quod esset* HPLWJ. *esse* J marg. M. — 25 *Mustolentum* CD. *ut vinolent.* CD, J. *Clitellaria* cj. Scal.

1 *ita mustulentum* P. *æstus* vulgo. *estus* H. *ventus* exhibet Noster, in v. *Ventus*, p. 415. *nares* (non vero *naris*) vulgo. *nares obtigit* legitur p. 415. — 2 *musto oblitus* omnes, reclamante metro. Duo versus agnoscit J ; sed priorem tantum Palmer. ; quem sequitur Gerl. — 3 *Convitium* L. *quasi e vitiis* PLW (et H suprascr. *c*). *ci* W marg. *viciis* ed. 1476. *locum* vulgo. *jocum* M. — 4 *cavilletur* omnes. *cavillentur* cj. Lips. — 5 *Proluvium* (et in seqq.) Codd., etiam CD. *Prolubium* Lips. JM. Lacunam innuunt docti. *Prolubium est lubido* cj. Lips. *Prolubium dictum a lubendo* cj. M. — 6 *patere* omnes. *petere* cj. Lips. — 9 *Nevius* Codd. *Nævius* J marg., prob. Od. Müll. Osann. Ritschl. Ribb. *Novius* AJM, prob. Bothe. — 10 *proluvio mi est* cj. Bothe 2. — 11 *Laverius* Codd. *Laberius* Edd. — 13 [*ad*] *prolubium* cj. Guyet. *meretricis* om-

Varro de Lingua latina lib. V : « *Prolubium* et *lubidinem* dici ab eo quod lubeat : unde etiam lucus Veneris Lubentinæ dicitur. »

Pedatu positum pro repetitu vel accessu, quasi per pedem ; sicuti nunc vulgo dicitur *tertio pedatu*. Cato Originum lib. I : « Igitur tertio pedatu bellum nobis facere. » Idem in Dissuasione de Fœneratione : « Tertio autem pedatu item ex fœnore discordia crescebat. »

Præclavium, pars vestis quæ ante clavum texitur. Afranius Omine :

> [Inter] tertium diem præclavium unum texere

Idem Fratriis :

> Mea nutrix, surge, si vis ; profer purpuram,
> Præclavium, contextus.

Propages est series et affixio continua vel juge ducta. *Pages* enim compactio : unde *compages* ; et *propagare*, id est, genus juge longe mittere. Pacuvius Antiopa :

> Salvete, gemini, mea propages sanguinis.

Ennius :

> Nobis unde forent fructus, vitæque propagmen.

[Prægradat], prægreditur, antevenit, dictum a gradu. Pacuvius Atalanta :

> Extremum intra campterem, ipsum Parthenopæum prægradat.

Promicare, extendere et porro jacere : unde *emicare*. Nævius Agrypnuntibus :

> Si quidem vis loqui,
> Non perdocere, multa longe promicanda oratio est.

nes. *meretricium* Ribb. ; quod ipse videram. — 15 *lib.* IIII W, ed. 1476. *lib.* VIIII P. *lib.* VI cj. Spengel. *Proluviem et proluvidinem* HLW. *Protubiem et prolubidinem* AJM. *et luvidinem* P. *Prolubium* cj. Guyet. — 16 *lucus Veneris* Codd., M. *Veneri* Edd. ante M. *Lubentina* HLW. *Lubentinæ* Edd. *dicatur* vulgo. *dicitur* cj. Acidal. *vocetur* J marg. — 17 *Pedato* (et in seqq.) omnes. *Pedatu* cj. Turn. Leopard. — 19 *fecere* cj. Acid. — 20 *fœnore* H. *fenore* Gerl. — 21 *Afron. Homine* omnes, hic et plerumque. *Omine* Codd. et J marg. in v. *Cupido*, p. 421 ; hoc etiam volunt Both. Neuk. Ribb. (Quod idem diserte exhibet Gell. 10, 11 : « *In Togata cui titulus Omen est,* » non vero *Titulus nomen est.*) — 23 Equidem sensum et versum (septenarium) restitui ex simili Titiuii loco, p. 406 : *Quæ inter decem Annos nequisti unum togam detexere.* — 24 *Fratris* Codd. *Fratriis* Edd. — 27 *adfixio* HLW. *afflictio* P. *affixio* JM. *adfixi* CD. *vel juge longe ducta* HVLWM. *vel longe d.* PCDAJ. — 28 *propag. genus juge longe* CD. — 32 *Noris* Codd., vett. edd. *Nonis* J. *Nobis* cj. J, ex eodem versu cit. p. 221, recep. M. *florent* omnes. *forent* reponi jubet J, recep. M Vahlen. *propaginem* Codd., Edd. ante M. *propagmen* cj. J, ut est p. 221, M et Vahlen. — 33 *Prægradat* vulgo omissum. *Prægradat, prægreditur* J, eo quod *prægradat* in exemplo est : hunc probabat M, probat Ribb. — 34 *Tantalo* Codd., AM. *Atalanta* J, prob. M.

1 *camterem* Codd., M. *canterem* Edd. ante M. *campterem* cj. J. *prægradat* vulgo. *prægredint* A. *prægradat* in fine versus, Both. Ribb. *prægr. Parthenoreum* Codd., M. *Parthenorem* J. *Parthenopem* scripsit aliquis in marg. Jun. *Parthenopæum* Scal. Bad., prob. M Ribb. — 2 *Nævius* ΓΡΥΗΝΟΥΝΤΙΒΟΥC dant HLW. ΤΡΥΗΝΟΥΤΙΒΟΥC P. *Agrypnuntibus* (quod omitt. J et vett. edd.) habent J marg. M, prob. Gebh. — 4 *loqui vis* omnes. Versus non innuunt JM. *vis loqui* jamdiu conjeceram ; quod etiam viderat subtilissimus metricus Bothe ; recep. Ribb. — 5 *perdocere, multa longe* JM. *perd. multa, l.* Gerl. *oratio est* HP. — 6 *nlcion* HPJ.

PRÆVIUS dictus est antecedens. Cicero Alcyonibus :

> **Hunc genuit, claris delapsus ab astris,**
> **Prævius Auroræ, solis noctisque satelles.**

DIGLADIARI dictum est dissentire et dissidere : dictum a gladiis. Cicero Academicorum lib. I : « Quid autem stomachatur Mnesarchus? quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus? » Idem tertio : « Digladiari autem semper, [et] depugnare in facinorosis et audacibus, quis non quum miserrimum, tum etiam stultissimum dixerit? »

ÆQUOR, ab æquo et plano Cicero, Academicorum lib. II, vocabulum accepisse confirmat : « Quid tam planum videtur quam mare? [Ab] *æquo* etiam *æquor* illud poetæ vocant. »

MÆNIANA ab inventore eorum Mænio dicta sunt : unde et columna Mænia. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. I, 2, 22] : « Item ille, quum æstuaret, veterum ut Mænianorum, sic Academicorum umbram secutus est. »

NATRICES dicuntur angues natantes. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. I, 2, 38] : « Sic enim vultis, tantam vim natricum viperarumque fecerit. » Lucilius Satyrarum lib. II :

> **Si natibus natricem impressit crassam et capitatam.**

EXSULTARE dictum est exsilire. Cicero Academicorum lib. III : « Et ut nos nunc sedemus ad Lucrinum, pisciculosque exsultantes videmus. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 557] :

> **Exsultantque vada, atque æstu miscentur arenæ.**

EXCORDES CONCORDESque ex corde significantiam ducunt. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 9] : « Aut unde, magna dissensio est. Aliis cor ipsum animus videtur : ex quo excordes, vecordes concordesque dicuntur. »

MANUM dicitur clarum : unde etiam *mane*, post tenebras noctis, diei pars prima; inde *Matuta*, quæ græce Λευκοθέα. Nam inde volunt etiam

Alcyon (ineunte versu) M Gerl. *hunc* omitt. AJ. Poemation *Alcyones* Ciceronem scripsisse testatur Capitol. Gord. 3, quod hic pro titulo habent d'Olivet, Orelli. — 7 *claudis del.* HPWM. *cladis* L. *claris* JM, Orell., et cj. Guyet. — 9 *discentire* P. — 10 *mnasarchus* Codd. *Musarchus* AJ. *Mnesarchus* J marg. M. — 11 *digladietur* vulgo. — 12 *et depug.* J. — 17 *e quo* vulgo. *æ quo* P. *ex quo* Edd. Cic. Equidem vestigia sequor libri P, et Varronis qui scribit : *Æquor... quod æquatum* (L. L. 7, 23). *poetæ vocant. Lucret.* III : *Volvitur, et plani raptim petit æquora campi* addunt AJ; non habet ed. 1476. — 18 *Meniana* HPJ. — 19 *interim ille* vulgo. *item ille* M, ut Cic. *veterum ut Menianor.* vel *Mæn.* JM. *veterum, ut* Gerl. Orel. *Veterum, ut* Le Clerc. — 20 *viam secutus* HLW, vett. edd. *vitam* P. *umbram* M, cum Cic. — 23 *Cur deus, omnia nostri causa quum faceret (sic enim vultis), tantam* Cic. — 26 *Exultare... exilire* Codd. *Exsultare... exsilire* JM.

1 *pisculos* Codd. *pisciculos* Edd., Turn. — 2 *videamus* Codd. *videmus* JM. — 3 *harenæ* P. — 4 *concordesque* H. *concordesve* vulgo. *Concordes excordesve* P. — 6 *vaecordes* Codd. et M. — 9 *Leuchothea* HP. *Leu-*

deos *Manes* manes appellari, id est bonos ac prosperos, quod melior mors sapientibus, quam vita, probetur. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 12] : « Quid? Ino, Cadmi filia, nonne, Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris? » Inde *immanes*, non boni, ut sæpe.

Fodicare est fodere : a fodiendo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 16] : « Non est enim in nostra potestate, fodicantibus eis rebus quas malas opinamur, dissimulatio vel oblivio. »

Politiones, agrorum cultus diligentes : ut *polita* omnia dicimus exculta et ad nitorem deducta. Ennius Saturarum lib. III :

Tesles sunt
Lati campi, quos gerit Africa terra politos.

Idem Annali lib. VIIII :

Rastros dentefabres capsit causa poliendi
Agri.

Varro : « Quid mirum? ex agri depolitionibus ejiciuntur; hic in cœnaculo polito recipiuntur. »

Præficæ dicebantur apud veteres quæ adhiberi solerent funeri, mercede conductæ, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Frivolaria :

Superaboque omnes argutando præficas.

Idem Truculento [II, 6, 14 :

Habeam pro] præfica,
Quæ alios collaudare, eapse [sese] vero non potest.

Lucilius lib. XXII :

Mercede quæ
Conductæ, flent alieno in funere, præficæ
Multo et capillos scindunt et clamant magis.

Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Dein næniam cantari so-

cothea LW. Λευκοθέα JM. — 15 *Fodicare et fodere a f.* Codd., etiam CD. *est fodere* Edd. *est fodere, seu a fodiendo d.* mihi delendum videtur. — 16 *nostra* omitt. WM. — 16 *eis rebus* omnes. *iis rebus q. malas esse* Edd. Cic. — 19 *Saturarum* H. *Satyrarum* vulgo. Locum autem ad Annalem refert Bondam. — 20 Non versum innuunt vett. edd., Victor. M. *testes sunt Lati campi* J, Casaub. Merul. Hessel. Gerl. Vahlen. *sunt* forte delendum. *Testes sunt campi magni* Cic. Tusc. 3, 22 : in quo eumdem locum vident. *quos gerit Africa Terra expolitos* cj. Bothe (senarios in Satyris passim usurpante Ennio). — 22 *lib.* VIIII Codd. et M. *lib.* VIII AJ. — 23 *dentefabres* vulgo. *dentifabres* cj. Turn. *dente fabres* J. *faber* J marg. *faber rasit* cj. Merul. *carpsit* ed. 1476, et cj. Lips. — 25 *mirum si* A, Popma. *si* uncis includit J. *eiciuntur* Codd. *cum hic in* A. — 26 *cenaculo* Codd. — 27 *solent* omnes.

1 *omnis* H. *omnes* vulgo. — 3 *præficasque* PW. *præficas quæ* HLA *Præfica, Quæ* M. Duo integros Plauti versus exscribit J. — 4 *coalaudare a se vero* Codd. *collaudat, ea se* J. *collaudat, eapse se* M, ut Edd. Plauti. *sese* edidit Bothe; quod ipse conjeceram. — 9 *næniam cantoris* HPW. *cantaoris* L. *cantari* JM. *solataa* LW. *solitam* HPJM. — 10 *at tibias* LWA. *at tibi ns* P. *ad tibias* AJM,

P. 67-68 M.

litam ad tibias et fides, eorumque ludias histricas cursitassent. Hæc mulier vocitata olim *præfica* usque ad Pœnicum bellum. »

Parectatoe, hi qui de pueritia veniunt ad pubertatem : a græco vocabulum sumptum. Lucilius lib. VIIII :

Inde parectato hæ chlamydes ac barbula prima.

Idem XX :

Ephebum quemdam, quem vocant parectaton.

Varro de Compositione Satyrarum : « Parectatœ adsunt, mulierque, mulier Venus caput. »

Proletarii dicti sunt plebeii, qui nihil reipublicæ exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. Cato de Tribunis militum : « Expedito pauperem plebeium atque proletarium. » Cassius Hemina Annali lib. II : « Tunc Marcius prætor primus proletarios armavit. » Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quibus erant pecuniæ satis locupletes, *assiduos;* contrarios *proletarios*. Assiduo [vindicem esse ; proletario] neminem vindicem voluerunt. »

Prosapies, generis longitudo : dicta a prosupando aut proserendo. Cato Originum lib. I : « Vetere prosapia. » Et multa alia apud multos.

Optiones in cohortibus qui sunt honesti gradus, ut *optatos*, quod est electos, et *adoptatos*, quod adscitos, Varro de Vita populi Romani lib. III, existimat appellari : « Referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenæ essent legio-

et cj. Bentin. ex v. *Nænia*, p. 145. *eorum quæ* H. *eorumque* vulgo. Post *eorum* aliquid deese videtur. *ludistricas* vulgo. *udistricas* ed. 1476. *eursic cassent* H. *cussicassent* P. *cursicassent* LW. *eursitassent* Edd. *puerorum quæ ludis trita* cj. Popma. *qui ludis Troicis eursitussent* cj. Scal., recep. Popma, non improb. M. — 11 *ad secundum bellum Pœn.* cj. Scal. — 12 *Parectoto hi* Codd. *Parettatoi qui* ms. Turie. *Parectati hi* Edd. ante M. *Parectatoe hi* M Gerl. *quid pueritiu* P. — 13 *vocabulum* vulgo. *vocabulo* ed. 1476, M. — 14 *parectato ecalamides* PW. *parectato et calumiades* (*des* superscr.) H. *parectato ehlumydes* Edd. ante M, Corpet. *parectatoe, ehlamydes* M. *parectatos et* cj. Turn. παρέκτατοι *et* cj. Guyet. — 15 *Idem vicesimo* vulgo. *lib.* XX J. (Sed hic liber scriptus hexametris. Sequens verbum *tuum*, *tum*, mihi verum numerum conficere videtur, scil. XXVIIII). *tuum efæbum* Codd. *tuum ephebum* AM. *tum ephebum* J. — 17 *parectatæ* vulgo. *assunt* H. *parecto assunt* P. Post *adsunt*, obelum scripsit J. *mulierque mulier Venus caput* vulgo. *mulierque Venus* c. ed. 1476. *mulierque et Venus* al. ap. Bentin. *mulierumque mulier ven. e.* cj. aliquis in marg. Jun. *mulierem caput Venus* cj. Gebb. — 19 *Proletari* HLW. *Proltari* P. *Proletarii* Edd. *reip. exibeant* PL. — 20 *ex atque proletarium pedito... plebeium* (turbatis verbis) H. — 21 *emina* Codd. — 22 *Marcus præco* omnes. *prætor* Popma. *Marcius prætor* cj. Lips. *C. Marius consul* cj. Freinsh. *Manius proc. primum* cj. Merula. — 23 *locupletis* vulgo. *locupletes* J. — 24 *protuctarios* H. *proletarios* * *Assiduo* M. *proletarios. Idem : Assiduo* J. *Assiduo neminem*, etc., Nonio tribuit Gerl. Equidem lacunam explevi, secutus Gell. 16, 10, qui XII Tabulas laudat. — 25 *vindicem* P. *voluerunt locupleti* omnes. Hoc autem pro glossemate verbi *assiduo* habui. — 27 *veteres prosapia* Codd. *prosapias* AJM. *Et multa*, etc., vulgo Catoni tribuunt. — 29 *in quo hortibus* (*c* scripto supra *qu*) H. *qui sunt* P, Edd. *qui sint* HCD Gerl. *hosti gradus* P.

1 *quotquot ascitos* HPDLW. *quod asc.* AJM. — 2 *referentur* Codd. *referentibus* var. lect. ap. Bentin., habeut JM. *et decurionibus* solus habet H. — 3 *subiant* W. — 4 *n quo obtiones* H. *cohortibus* P. *in quo hortibus* H. *up-*

nes : a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati. »

[LIBER II.]

DE HONESTIS ET NOVE VETERUM DICTIS PER LITTERAS.

A

Apud, juxta. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Dum pristinum vinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt. » M. Tullius de Officiis... [Idem de Republica, III] : « Cujus focum mirari solitus Cato : apud quem ille sedens, Samnitum, quondam hostium, tum jam clientium suorum, munera repudiaverat. » Et de Oratore lib. II [c. 3] : « Quum etiam tum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpicius sederet. »

Apisci, invenire. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Itaque postero die legatos Iguvium redeuntes apiscitur. »

Abstemius est..... « Immo scit, quo rete leporem teneat, lupum non teneri. » Apuleius in libro Ludicrorum :

Sed fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius.

Lucilius Satyrarum lib. VI :

Tbaunomeno, inquit, balba sororem
Lanificam dici siccam atque abstemiam ubi audit.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex uno exemplo potest videri. »

pellati. Explicit de proprietate verborum H. — 6 *Liber* II deest in Codd.; item *Caput*, ut Gothof. Gerl.; neutrum habent JM. Quod non ulterius monebo. — 7 *Incipit de in honestis et in* (sed inductum) *nove* H. *de inhonestis* L. *Incipit de honestis* PWM. *dictis per litteras id est per A litteram incipit* H. *id est populi romani per A litteram incipit* P; item, sed omisso *incipit* L. *Nonius Marcellus de* J. *per litteras* (reliquis omissis) AJ. *De dictionibus ab A littera incipientibus* ed. 1476. — 9 *Sisenna historiographus* Codd., etiam CD. *Historiarum* Edd. — 10 *corpora* cj. Ursinus. *exauserunt* P. — 11 *de Officiis.* Idem exemplum, et integrius, recurrit p. 522. Equidem lacunam suspicor magis quam in nomine errorem. *Cujus etiam focum* omnes p. 522. *solitos* (suprascr. *u*) H. *capto* (sed deleto *p*) H. *capto* Codd. alii, ed. 1476. *Cato* AJM, ut p. 522. — 14 *tum intellecto* Codd. *in lecto* Edd. — 16 *invenere* P. *historiographus* Codd. *historiarum* Edd. — 17 *postero deligato siguvium* Codd. (Gerlach. *de ligntos Iguv.*, ut fiat pronior correctio.) *die legatos* cj. J, recep. M. *Signinm* cj. J. *Iguvium* Turn. M. *redeuntis* omnes. *aspicitur* P. — 18 Hic lacuna est ; desunt et nomen auctoris et *abstemius* in exemplo. Supplent vulgo editiones. *Abstemius, qui vino abstinet. Apul. in se* vel *te fuisti... atque abstemius in lib. Ludicrorum. Lucil.* vett. edd. *atq. abstemius. In lib. Ludicrorum. Abstemius est, imo scit... non tenere. Lucil.* addit ex suo codice J (in. Animadv. p. 286). Libros omnino sequitur M. *est immoscit* CD. *inmoscit* H. *inmo scit* Edd. *recte* P. *rete* vulgo. *tenebat* vulgo. *teneat* L Turic. *lupum nonteri* P. — 19 *teneri. apelius* CD. — 20 *in se fuisti* HPWM. *in sise* ms. Turic. *in* (expunctum) *se* L. *in se* delendum cj. Guyet. *in te* AJ. *in re* cj. aliquis in marg. Jun. — 22 *thaunomeno* HWJM. *thaunumeno* L. *tannoumeno* P. *valva* omnes. *balba* cj. Dous. Guyet. *calva* cj. J (Animadv. 6, 21) et Weichert. — 24 *de vita populi romani* HPL. *de vita* PR W. *pop. rom.* JM. *de vita patrum* vett. edd.

Adipatum veteres honeste pro pingui et succulento et opimo posuerunt. Cicero in Oratore [c. 8] : « Adsciverunt [aptum] suis auribus opimum quoddam et quasi adipatæ dictionis genus. »

Adamare. Cicero Academicorum lib. II : « Qui enim serius honores adamaverunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse. »

Adstipulari positum est assentiri. Cicero in Academicis libro IIII [Edd. II, 21] : « Falsum esse stoici dicunt, et eorum adstipulator Antiochus. »

Addictum est quasi devotum vel obnoxium. Cicero Tusculanarum lib. II [c. 2] : « Qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt. »

Aquilex. Varro Quinquatribus : « An hoc præstat Herophilus Diogene, quod ille e ventre aquam mittit? An hoc te jactas? At hoc pacto, utilior te Tuscus aquilex. »

Equimentum positum est non æquamentum, quasi parem vicem, sed merces pro eo quod dicitur admissus. Varro Sexagessi : « An, si equam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimenti? »

Ærificium dictum quod fit ex ære. Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Nihil sunt Musæ Polyclis vestræ, quas ærificio duxit. »

Apludas frumenti furfures dixerunt rustici veteres. Hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas; quanquam et Plautus in Astraba fabula ita dixerit; cujus incertum est an sit ea comœdia : atque ideo versus eosdem ponere supersedimus.

Adulterionem, pro adultero. Laberius Cophino. Quem si quis le-

3 *de Oratore* vulga. *in Oratore* M. *suis artibus apin.* omnes. *auribus* Edd. Cic., prob. M.— 4 *adipale* Edd. Cic. *dictiauibus* P. — 5 *Adamare* Codd., etiam Mp. *Obligare ab hama tractum* in marg. V et W : unde sequens lectia. *Adhamare..... adhamaverunt* Edd. ante M. *adamare* M, et vult Muret. — 9 *adstipulator* etiam CD. *asstipul.* H. — 14 *hero filius* HPD, Edd. aute M. *herofilus* CMp Gerl. (Cf. v. *Præstare*, p. 371.) *Herophilus* cj. J et Turn. *Herofilus* M. *Diogene* M, ut est p. 371. διογενής cj. J. — 15 *ad hoc te* Codd., etiam CD, vett. edd. *an hoc te* JM. *jactat* Mp. *ad hoc pacta* Codd. *at hoc* AJM. — 17 *Æquimentum* vulgo. *Equimentum* L, et cj. Turn., prob. M. *pavicem* P. *non æquamentum... vicem* uncis includit Gerl. — 20 *dedisse* Codd. *aequamenti* HP, Edd. ante J. *equamenti* LW. *æquimenti* AJ. *equimenti* cj. Turn., recep. M Œhl. Riese; et sic nunc in omnibus Lexicis. — 21 *Varro*, etc. Repetitum in v. *Duci*, p. 283. *Nihil sunt musæ policis vestræ* Codd., M, ut p. 283. *nil sunt* cj. Herm. *Polyclis* cj. Lips , prob. M. *pollicis vestri* cj. Rutgers. Guyet Herm. *policies* Barth. *politis* Edd. ante M, Œhler. πωλικοῖς cj. J. *vestræ* omitt. Edd. ante M. — 22 *quasi* omnes. *quas* cj. Lips. Jun. Guyet, habent M Œhler, ut est p. 283. *ærifice* HLW, ut p. 283, prob. M. *ærificè* J. *ærificæ* PM. *ærificiæ* vett. edd. *dixi* H man. pr., L ms. Arnaldi, AJ. *duxi* H man. sec. W. *duxit* cj. Lips., prob. M. *duxti* inf. p. 283, et cj. J, habet M, prob. Rutgers. Herm. *Nihil sunt Musæ pollices vestri quos ærificè ducitis* cj. aliquis in marg. Jun. — 23 *dicunt* omnes. *apludas veteres rusticos dixisse* Gell. xi, 7.

1 *fabula indixerit* P. *cujus incertum est an sit ejus* vulgo. *an si* P. (Sed *cujus... ejus* quis ferat?) — 3 *pro adulteria* P. *Lab.*

gere voluerit, ibi inveniet, et fidem nostram sua diligentia adjuvabit.

ANTICIPARE posuerunt veteres prævenire, hoc est antecapere. Varro Bimarco :

Ipse fistis dicite labdæ,
Et vivos contemnite vivi;
Anticipate atque addite calcar;
Stultos contemnite docti.

AURIGATUR honeste positum pro moderatur ac regit. Varro Modio : « At se unum esse pulmentarium, secundas [ad]quo natura aurigatur, non necessitudo. »

ARCHITECTARI. Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 16] : « An quod ita callida est ut optime possit architectari voluptates? »

AIAT, quod est dicat. Cicero de Finibus bonorum et malorum [lib. II, c. 22] : « Quasi ego id curem, quod ille aiat aut neget. »

ANELLUS. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 1] : « Nec tamen Epicurum licet oblivisci, si cupiam; cujus imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis et in anellis habent. »

AMATIO. Plautus Rudente [IV, 5, 14] :

Nimi' pæne inepta atque odiosa ejus amatio est.

ADESUM, consumptum. Sisenna Historiarum lib. III : « Iisdem temporibus Æsernini, duplici fossa valloque circumdati, frumento adeso quod ex areis in oppidum deportatum est. »

ATTENDERE, pro intendere, cogitare. Cicero de Oratore [lib. I, c. 35] : « Nihilne vobis in mentem venit quod præterea a Crasso requiratis? — Id mehercules ipsum, inquit, attendo. »

ACCOMMODAT, adjungit, applicat. Cicero de Oratore lib. II [c. 61] :

quo primo Codd. et vulgo Edd. *quo prino* (superscr. *m*) P. *coprino* CD Turic. et ms. J. *Cuprino* M, ut p. 140. *Cophino* cj. J (ex Gell. 16, 7), probante M. — 8 *ipse fistis* HPLWM. *psesistis* ms. Fabri, ed. 1476. *sensistis* AJ. *persensistis* cj. Herm. *ipsis istis* Œhl. Riese, improb. Dübner. *Depsistis* cj. Scal. *dicite labdeæ* HPLW. *labdee* ed. 1476 et tres mss. quos vidi. *labde* M. *labdea* AJ. *labdæ* cj. Scal. Herm. — 12 *Varro medio* P. *ad se unum esse pulm.* HPLW. Edd. ante M. *at se* cj. Barth. Roth, prob. Œhler. *asse vinum, asse* M, ut est in v. *Necessitudo*, p. 354; et cj. Victor. Jun. Muret. — 13 *secundas* etiam p. 354. *sed edas* cj. J. *sed eas* cj. Vict. *quo* omnes. *sed eas quo naturæ aurig. necess.* cj. Muret. — 15 *archetectari* H. *et malorum et Marcus lib.* Codd. A. *et Marcus* omitt. ed. 1474, JM. — 16 *an quo* P. *ita classidas ut* HLW. *dicta classi dus* P. *ita callida est* JM, ut Cic. — 18 *Ait quod est* P. *bon. et malorum et Marcus quasi ego* Codd. *Et Marcus* JM Gerl. *quod ille* omnes. *quid* Edd. Cic. — 21 *Epicureum* Codd., vett. edd. *Epicurum* JM. — 22 *familiaris* Codd. *familiares* AJM. — 23 *habebant* omnes. *habent* Edd. Cic. — 25 *nimis pene* omnes. — 26 *isdem* HLW. *hisdem* P. *iisdem* Edd. — 27 *eserenni* Codd. *Æsernini* AJM.

2 *cogitare* vulgo. *cogere* LA. *cogere* (superscr. *ita*) H. *Cicero in Oratore* Codd. *Cic. Ora.* J. *de Oratore lib.* I M. — 3 *quid præterea* Codd. *quod* JM, ut Cic. — 4 *idem Herculis* Codd. *Idem : Hercules* AJ. *Id me Hercules* M, ut apud Cic. *inquid* P. — 5 *adjungit* HPCDLJ. *adjungat* W. *adjugat* M. —

P. 71 M.
« Africano illi superiori, coronam sibi in convivio ad caput accommodanti. » Virgilius Æneidos lib. II [v. 393] :

Laterique Argivum accommodat ensem.

AUTUMNITAS pro autumno. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Retinet viatorem meridie prætereuntem fons, quod autumnitas in anni tetrachordo mensûm præterierat. » Idem Quinquatrubus :

Cape hanc caducam Liberi mollem dapem,
De fronde bromiæ autumnitatis uvidam.

Neutro. Varro Ephemeride navali : « Etesiæ diutius et uberius flaverant, et autumnum ventosum fuerat. »

ARITUDINEM pro ariditate. Varro Prometheo in lib. I :

Humanæ quamdam gentem stirpis concoquit,
Frigus calore atque humore aritudinem
Miscet.

ABORIATUR pro abortiat. Varro Gallo Fundanio, de Admirandis : « Vinum, quod ibi natum sit, si prægnans biberit, fieri ut aboriatur. »

ADOLESCENTIARIS pro luxuriaris. Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μῦρον, περὶ εὐτελείας : « Actum quidem ut faciat censeo, quoniam tu quoque adhuc adolescentiaris. »

ANCILLANTUR pro serviunt. Titinius Proelia :

6 *Afric. illi majori* Edd. Cic. *accommodant* Codd. *accommodanti* AJM, ut Cic. — 9 *Varro*, etc. Quod iterum citatur p. 193. περι μαρχαιρεσιων Codd., etiam CD. ἀρχαιρεσιων JM. — 10 *prætereuntem fontem* omnes; iterumque p. 193; quod tuetur Œhler. *fons* cj. Guyet, et duo viri docti scripserunt in marg. J et M, habet Riesc. — 11 *tetraordo* Codd., etiam D. *inani* (suprascr. *n*) P. *inani tetra ordo* CJ. *anni tetrachordo* cj. Turn. J, habet M; et sic p. 193. *mensem* Codd. *mensum* cj. Turn. J, habet M; sic enim legitur p. 193. *quinquatrubus* Codd., etiam D, et M. *quinquatribus* CAJ. — 12 *care* Codd., vett. edd. *cape* Bentin., ex p. 254, v. *Capere*, et Scal. M. *caducum* HPL, ed. 1476. *caducum* (suprascr. *a*) W. *caducam* AJM. *mollem depende frondem* Codd. *dapem de fronde* Bentin. ex p. 254, Scal. *bromi* Codd. *Bromii* AJ. *Bromiæ* cj. Scal., recep. M. *autumnitatis* H man. pr., Edd. *autumnitatis* H man. sec. *autumnitas* CD. *ubidam* Codd. et M. *ubi damne utro* P. *ubi olim neutro* vett. edd. *uvidam* cj. Scal. — 14 *Neutro*. Liquet hoc ad tertium librum pertinere, p. 193, ubi *Autumnus* et *Autumnum* conjungenda. *efemeride* CD. *efemeridæ* Codd. pleriq. *navali* vulgo. *naudi* CD. *ephemeride : Navales* vel *Nivales* cj. Lips. *ephemeride : Navali* J, et cj. Passer. *Ephemeride navali* M, et sic Ritschl. *ellesiæ* Codd., etiam CD. *etesiæ* AJM, et cj. Lips. — 15 *fluvant* Codd., et CD. *flaverant* JM. *fluant* vett. edd. *flarant* cj. Roth. — 16 *Varro metheo in lib.* I Codd., M. *metho an libro* L. *metheo li.* I. *rerum humanarum* ed. 1476. *meteoris lib.* I *rerum human.* ms. Fabri. *Prometheo* J. *Prometheo liberato* cj. M. — 17 *humanarum* Codd. *humanarum : Quandam* J marg. M. *humnnorum* P. *humanam* AJ. *humanæ* cj. Scal., prob. M. *conquit* Codd., J marg. M. *inquit* Edd. ante M *concoquit* cj. J et Scal., prob. M. — 18 *calori atque humori* a. *Miscens* cj. Scal. — 20 *Aboriatur pro abortu* Codd., vett. edd. *Abortiatur* cj. Victor. *pro abortet* W marg. *pro abortiat* JM. *Varra pro Callio vel Fund.* HPJ. *pro* omitt. LW. *pro Gallio* CMp. *Varr. Gallo vel* M. *Gallo Fund.* Scal., M in Indice. *de admir. rebus* omnes. — 21 Post *natum sit*, omnes addunt *in quodam loco* : quod vocis *ibi* glossema est. Locum indicat Victor. Var. Lect. 7, 23. *fiat ut abortiatur* Vict. — 23 *Adulescentiaris* Codd. *pro luxuriaris* Edd. ante M, quod omitt. Codd., M. *Varro tire* III H. *tire* IIIT P. *tir* επι LW. *Var.* τὸ ἐπὶ Turn. Passer. M. μιρον Mp. — 24 περι ευτερια Codd., etiam Mp. εὐτερίας M. εὐτηρίας A. εὐστηρίας J, Passer. Guyet. εὐτελείας Turn. *ac tu quidem* HDLW. *uctu quidem* P. *actum quidem* A. *tum quidem* J. *tu quidem* CM. *ac tu quidem ut facias* (scil. *luctes*) Passer. *ac tu quidem ut jacias* cj. Steph. ap. Passer. — 26 Quod denuo citatum in v. *Delenitus*, p. 278. *praelia* HLWAJM. *proelia* P. *proclia*,

Verum enim, dotibus deleniti, [illi] ultro etiam uxoribus
Ancillantur.

Attius Meleagro :

Quam invita ancillans, dicto obediens viri.

Absonum, sine sono. Cicero de Oratore [lib. I, c. 25] : « Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni. »

Algu pro algore. Attius Andromeda :

Misera obvallata saxo, senio, pædore, alguque et fame.

Varro Ἔχω σε, ἢ περὶ τύχης : « Leges, pruina ne jacentem subdealbet algu danti frigore. » Lucilius :

Nantam algu atque nigrore
Majus.

Lucretius lib. III [v. 732] :

Morbis alguque fameque.

Ætatem positum pro sæpe ac diu. Plautus Asinaria [II, 2, 18] :

Adeo ut ætatem ambo ambobus [nobis] sint obnoxii.

Idem eadem [II, 2, 8] :

Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.

Altile, non solum pingue, ab alendo, verum etiam opulentum. Plautus Cistellaria :

Probibet divitiis maximis, dote altili atque opima.

Assulatim, ut minutatim. Plautus Captivis [IV, 2, 52] :

Priusquam pultando assulatim foribus exitium dabo.

Nævius Pullis :

Escam bic [e] jure inops pullo dat scindulam :
Simul assulatim visum ales sumit cibum.

Plautus Menæchmis [V, 2, 106] :

prilla var. lect. ap. Both. *prilla* (in v. *Scraplæ*) Fest. *Procilia* Ribb.

1 *viri enim* cj. Bongars., improb. M. *delenitio ultro* P. — 4 Forte *viro* (ut solet *dicto obed.* cum duobus dativis). — 5 *in Oratore* Codd. *Cic. Oratore* J. *Cic. j. de Orat.* M. — 7 *Algo* vett. edd. et in seqq. — 8 *obvalla* omnes. *obvallata* cj. Delr. Passer., recep. Ribb. *pedore* H. *pudore* W, ed. 1476. — 9 *Varro ethos aut* περι HLW. *et hos aut* P. ἔχω σε, ἢ περὶ JM, et cj. Passer. *Leges ruina ne jacentem* vulgo. *Leges, ruiaa* Gerl. *Varro* ἦθος *aut* νόμοι *leges ruinam nec jacentes* ms. ap. Passer. *pruina ne jacentem subdealbet* cj. Passer. *pruinam* cj. Roth. *Leges* deleri jubet Passer., tanquam glossema verbi νόμοι. *subdeabbel* Codd. *subdealbel* AJM. *algu danti* HPLWJ. *algudaati* PM. *algo danti* ed. 1476. *deatieatem frig.* cj. Scal. *algu daate frigora* aliquis in marg. Jun. Ibi versus ægre constituunt Luc. Müll. et Riese. — 11 *nautam* P. *nan tàm* H Gerl. *nam tam* Edd. *nautam* J marg. — 12 *majus* omnes. *manus* cj. J. — 15 *ætale* Codd., etiam CD. *ætatem* Edd. *sæpe aut diu* C. *s. ac diu aut diu* D. — 16 *abeo ut ad æt.* HPLW. *adeo ut ætatem* AJM, ut Plaut. *nobis* addunt AJ. — 18 *Libanum qui* Codd., J marg. M. *Libanum ut* J, ut Plaut., etiamque Noster in v. *Convenire*, p. 271. — 21 *divitis* Codd. *divitiis* Edd. — 23 *pulsaado* Codd. et J. *pultando* M, ut Plaut. — 24 *uoeius pullis* Codd. *Veius* libri ap. M. *dabo ova ejus pullis* ed. 1476. *Nævius pullis escam, hic* AJ. prob. Passer., qui *Pullis escam* pro titulo habet. *Nævius Pullis : Escam* M. *Nævius* etiam Bothe. *Lævius* cj. M, improb. Weichert. — 25 *inobs* P. *da adscint ille* HLW. *da adscialille* PM. *da ad scintillæ* ed. 1476. *paullo da adsimile* J, ex ms. *Escam si e jure ia os pulla das edentulo* cj. M. — 26 *assul. vis aias sumit* vulgo. *visa ins* P. *in saias* ed. 1476. *jus ja-*

Nisi dedolabo assulatim viscera.

Anxitudo. Attius Eurysace :

Persuasit mœror, anxitudo, error, dolor.

Idem Armorum judicio :

Ubi cura est, ubi anxitudo,
Acerba ibi cuncta consiliûm ratio et fortuna fiet.

M. Tullius de Republica lib. II [c. 41] : « Quartaque anxitudo, prona ad luctum et mœrens, semperque ipsa se sollicitans. » Pacuvius Hermiona :

Tristitia atque animi intoleranda anxitudine.

Albitudinem pro albore. Plautus Trinummo [IV, 2, 32] :

Ubi habitet, [et] item alterum ad istanc capitis albitudinem.

Adhæsum a cohærendo dixit Lucretius lib. III [v. 382] :

Nam neque pulveris interdum sentimus adhæsum.

Item lib. IIII [v. 1238] :

Tenue, locis quia non potis est affigere adhæsum.

Amolimini est tollite ; [Amolimini vos,] recedite. Terentius in Andria [IV, 2, 24] :

Proinde hinc vos amolimini ; nam mi impedimento estis.

Pacuvius Hermiona :

Non tu te e conspectu hinc amolire ?

Idem Antiopa :

Nonne hinc vos propere stabulis amolimini ?

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur. »

Acrimonia est animi vivacitas. Nævius Lycurgo :

Ne ille mei feri ingenii atque animi acrem acrimoniam.

Attius Neoptolemo :

Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam.

Abjugat, separat, alienat. Pacuvius Medo :

Quæ res te ab stabulis abjugat ? — Certum est loqui.

cis cj. M. — 28 *nisi dedolabo*. Plauto restituendum *nisi*, quod post Camerar. exsulat. — 30 *meror* Codd. *memor* P. — 32 *ibi anxitudo* omnes. — 33 Totum locum exhibet Bothe, sed posteriorem versum Attio temere abjudicat; quem delent Herm. Ribb. *acerbat ibi* Codd. plerique. *acerva tibi* CDMp. *acerba ibi* AJM, Voss. *consiliorum* omnes. *et fortune sic* H. *fortunæ sic* vulgo. *fortuna sit* CDMp Bamb. *et furtum nesit* C. *consili ratio et fortunæ* Voss. *ibi cuncta : consilior. ratio, fortunæ fit* cj. Passer. — 35 *merens* Codd.
1 *pro alvore* CD. *trinummo* Codd. — 2 *habitet item* Codd. *et item* JM, ut Plaut. *ad ipsam* Codd. *ad istunc* JM, ut Plaut. — 3 *Adhæsum* H. *Adæsum* P. *Adhesum* LW. — 6 *iocis* Codd. *locis* AJM, ut Lucr. *affigere* vel *adfigere* vulgo. *affligere* W, ed. 1476, J marg. — 7 *Amolimini, recedite vel tollite* omnes. — 9 *proin* P. *mihi* omnes. — 11 *non tute* HP. — 14 *historiæ* Codd. *impedimento omne* P. — 17 *næ* Scriv. Voss. *feri* omnes. *fert* cj. Bongars., improb. Voss. *ingeni* Codd. vulgo. *ingenii* Mp. *ingeni [irmu]* Ribb. *acrem acrim.* omnes ; de quo valde dubito. *næ... arcet* forte. *ærem* CD. — 21 *abjugat, cert.* Edd.

Angustitatem dictum pro angustia. Attius Alphesibœa :

Sed angustitatem inclusam ac saxis squalidam.

Attius Œnomao :

Saxum id facit angustitatem; et sub eo saxo, exuberans
Scatebra fluviæ radit rupem.

Assestrix femininum est, ab eo quod est assessor. Afranius Fratriis :

Dimittit assestricem, me ad sese vocat.

Atri dies dicuntur quos nunc nefastos vel [præ]posteros vocant. Afranius Fratriis :

Septembres here kalendæ; hodie ater est dies.

Adjutamini pro adjutate. Pacuvius Chryse :

Adjutamini et defendite.

Æra, numeri nota. Lucilius lib. XXVIII :

Hoc est ratio perversa, æra summæ subducta improbe.

Appetones ab appetendo dicti. Laberius in Virgine :

Alienum appetonibus viæ perditæ deverticula sunt.

Advocasse pro vocasse. Lucilius lib. XXVIIII :

Amicos hodie cum improbo illo audivimus
Lucilio advocasse.

Armillum. Lucilius lib. XXVIII :

Hinc ad me, hinc ilicet anus
Rursum ad armillum.

Adolescenturire. Laberius :

Incipio adolescenturire, et nescio quid nugarier.

Auxiliatum, ut suppetiatum. Lucretius lib. V [v. 1038] :

Aliuum porro genus [alis] omne videmus
Fidere, et a pennis tremulum petere auxiliatum.

Personas dividere suadet Voss., prob. Both. Ribb. — 22 *Angustitatem. Accius Œnomao...* *Angustitatem dict. pro ang. Accius Alph.* omnes. Sed insolens interpretationis positio. — 23 *sed angustitatem* omnes. *sei ang.* cj. Lachm., recep. Ribb. *se angustitate* cj. Voss. — 26 *fluvia eradit* HD. *fluvia radit* P. *fluvi eradit* C. *fluviæ radit* M Gerl. — 27 *assestrix* H. *adsestrix* Gerl. *Afran. fratris* Codd. — 30 *vel posteros* omnes. *improsperos* cj. Bongars. — 31 *fratris* Codd. — 32 *septembris heri* omnes. *hodie ater dies* HWM. *ater edies* optime P. *hodie alter* (suprascr. *atri*) L. *atri* Edd. ante M, improb. M.

1 *Aiutamini pro aiutate* vulgo. *Adjutamini* C. *Adjuta mihi* ms. Fabri. (Etiam *Adjutatur pro adjutat* inf. p. 477.) *crise* H. *cryse* LW. *Chryse* Edd. — 2 *adjutamini* HLW. *aiutamini* PJM. — 3 *aeram eri notam* CD. — 4 *hoc est* Codd., M. *hæc est* Edd. ante M, prob. Guyet. *summa et subd.* Codd. *æra : est summa sub.* Casaub. *summa subd.* cj. M. *summæ subd.* Scal. *Hæc est ratio? Perversa æra, summast* Vahlen. — 5 *apetones* P. *apeditones* CD. *in virgine* Codd. *in* omitt. Edd. — 6 *alieni* forte. *apetonibus* Codd. *deverticulas* Codd. *diverticulas* Edd. *diverticula sequi* J. — 7 *provocasse* omnes. *pro vocasse* cj. aliquis (Passeratium credo) in marg. Jun., M in Erratis, Gerl. — 8 *cum improbo illo* vulgo. *cum illo imp.* perperam M. — 11 *hinc licet* omnes. *hinc ilicet* cj. Palmer. — 14 *Incipiunt* M, Bothe. *quid nugarum facere* omnes : in quo nulla metri ratio; nemo tamen locum sanare nititur. — 15 *lib.* v *tum porro genus* Codd. *lib.* v (duabus vel tribus

P. 74-75 M.

ARDUM pro aridum. Lucilius lib. XXVI :

Ardum miserinum atque infelix lignum sambucum vocant.

AVERRUNCARE, avertere. Lucilius lib. XXVI :

Dii monerint meliora! amentiam averruncassint tuam!

Pacuvius Medo :

Possim ego istam capite cladem averruncassere!

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum. . . . . [Pacuvius Chryse] :

Dii monerint meliora, atque amentiam averruncassint meam!

APISCI, adipisci. Lucilius lib. XXVI :

Ut ego efficiam, quod te in primis cupere apisci intellego.

ACCEPSO, accepero. Pacuvius Teucro :

Haud sinam quicquam profari, priusquam accepso quod peto.

ADAUCTAVIT, auxit. Attius Æneadis :

Quibus rem summam et patriam nostram quondam adauctavit pater.

ADAXINT, adigant. Plautus Aulularia [I, 1, 11] :

Utinam me divi adaxint ad suspendium!

AFFECTARE, afficere. Plautus Bacchidibus [III, 1, 9] :

Tua flagitia, aut damna, aut despoliabula,
Quibu' patrem, et me, teque amicosque omnes affectas tuos.

ADJUGARE, adjungere. Pacuvius Chryse :

Mater est terra : ea parit corpus; animam æther adjugat

Idem Iliona :

Blaudam hortatricem adjugat
Voluptatem.

ÆDITUOR, id est ædem tueor. Pomponius Æditua :

Qui postquam tibi appareo, atque æditur in templo [tuo],
Nec mortalis, nec mortalium ullum in terra miseriu' st.

litteris deficientibus in fine lineæ) *tum pro rogemus* P. *alituum* AJM. *alis* JM. — 18 *lib.* XXVII HPLAJ. *lib.* XXVI WM Gerl. — 19 *miserrimum* vulgo, claudicante versu. *miserinum* P. *miserulum* cj. Vahlen. *signum sabucum vocat* Codd., vett. edd. *lignum sambucum vacant* JM. — 20 *Aberruncare* (et in seqq.) Codd., M. *Averruncare* (ubique) AJ. *evertere* Codd. *aevertere* (sed *a* expuncto) L. *avertere* Turic. et Edd. — 21 *diminuerint* HP. *minuerint* ms. J. *dii maluerint* J. *dii monerint* cj. J, recep. M. (Vid. paulo inf. Pacuv.) *istanc a te cladem* cj. Lips. — 24 *Pacuvius Chryse* addidi ex p. 507, ubi initium versus citatur. — 26 *di maluerunt* Codd. *dii maluerint* JM. *di monerint* Noster p. 507, Varr. L. L. 7, 102, et Fest. — 28 *effuginm* HPWJ marg. M. *effutiam* LAJ. *efficiam* cj. Lips. *quod ega te* W, Edd. ante M. *te* omitt. WPLM. — 29 *Accepto, accipia* omnes.

1 *nusit* HDW. *ausit* (superscr. *x*) L. *nuxsit* P. *nuxit* Edd. — 3 *Adanxint* HCDLW. *Andanxint* P. *Adaxint* ed. 1476, JM. — 4 *divi adanxint* HWL man. 2, A. *andanxint* P. *adaxint* L man. pr. JM. — 6 *ant damna* omnes. *tua damna* unus M. *dispoliabnla* omnes. — 7 *quibus* omnes. *patrem et mateque* P. — 8 *plautus* Codd. *platus* P. *Pacuvius* AJM. *chrise* H. *chirise* P. *Chryse* JM Gerl. — 9 *anima muter* P, et Edd. ante M. *animam mater* (superscr. *ater* tanquam v. l.) H. *animam ater* Gerl. *æther* cj. Giselin. ap. J, Steph. Turn., recep. M. — 11 *ortatricem* P. — 12 *voluntatem* vulgo. *voluptatem* M, Voss. Bothe. — 13 Cf. Gell. 12, 10. *Pamp. æadituor : qui* Codd., vett. edd. *æadituo* (superscr. *r*) L. *Æadituo* Beutin. JM. — 14 *postquam ubi* Codd. *ibi* ed. 1476. *tibi* Bentin. JM. *apareo* H. *appareo* P. *tuo* addidit J ex Gell., recep. M Both. Bibb. — 15 *nec*

Æternare. Varro Rerum humanarum lib. II : « Litterisque ac laudibus æternare. »

Albicatur, candidatur, exalbescit. Varro Cave canem : « Ubi rivus, præcipitatus in nemore, deorsum rapitur ; atque offensus aliquo a scopulo lapidoso, albicatur. »

Abscondidit, pro abscondit. Cæcilius Exsule :

Nam hic in tenebris intus sese abscondidit.

Pomponius Maccis geminis :

Periit non puella est ! — Numquid abscondidisti inter nates?

Attigat, contingat. Turpilius Leucadia :

Ne me attigas, atque aufer manum. — Eia, quam ferocula est!

Attius Epigonis :

Age age, amolire, amitte, cave vestem attigas.

Plautus Bacchidibus [III, 3, 41] :

Ne attigas puerum ista causa, quando fecit strenue.

Augificat, auget. Ennius Andromacha :

Quid fit? Seditio tabetne? an numeros augificat suos?

Atrox, crudum. Nævius Belli Pœnici lib. III :

Simul atrocia proicerent exta ministratores.

Adquo, pro quantum. Afranius Promo :

Ut scire possis adquo te expediat loqui.

Idem Privigno :

Ni tantum amarem talem tam merito patrem,
Miratus essem adquo liceret.

Alternatim, per vices. Quadrigarius Annalibus lib. IIII : « Item gaudium atque ægritudinem alternatim sequi. »

Apricari, in aprico esse. Varro Mysteriis : « Licet videre multos quotidie hieme in sole apricari. »

mortalibus LAJ. *martalis* HWM J marg. *ullum* HLAJ. *ullum* omitt. W, ed. 1476, M. *miserius est* omnes. *miserius* Bothe. *miseriust* Ribb. — 16 *litterisque claudibus* P. — 18 *albicat* (bis) cj. Guyet. *exalbesit* P. — 19 *præcipitatur* omnes. *in more* P. — 20 *albicatus* ed. 1476. — 21 *Abscondit pro abscondidit* omnes, etiam CD. *Abscondidit pro abscondit* cj. Passerat. et Roth, prob. Ribb. — 22 *sese abscondit* HPWM. *abscondidit* LAJ Gerl., et cj. Passer. — 23 *mactis* H, ed. 1476. — 24 [ei] *perii* Ribb. de suo. *puellula* vulgo. *puella* Edd. ante A, Bothe 2. Hic personam nemo mutat. *nunc quid* vulgo. *nunquid* vel *numquid* AJ, Bothe 2. *numquid nam* Ribb. *abscondidisti* HLWJ marg., et cj. Passer. *abscondisti* PAJM. — 25 *Attigat, continget* Codd., M. *Attigat contingat* ms. Fabri. *Attingat contingetur* C. *Attigat contingatur* D. *Attigit, contingit* AJ. *Attigas, contingas* J marg. — 26 *ne me attiga* HPM. *non me attiga* (superscr. *t*) L. *non ne attiga* W, ed. 1476. *ne me attigat* A. *attigas* J. Personas distinguunt Both. Ribb. *Hei aquam* H. *Heia quam* vulgo. — 27 *Erigonis* vulgo. *Epigonis* cj. M, prob. Ribb. — 28 *omitte* cj. aliquis in marg. J.

1 *Andromacha* vulgo. *Andromeda* M. prob. Düntz. — 2 *tabesne* Codd., Edd. ante M. *tabetne* cj. Lips. Scal., recep. M Ribb. *nunmerus* P. *an numerus* HLW. *numeros* AJM. — 3 *belli phænici* CD. *lib.* IIII CDMp. — 4 *proicerent* HPCDLW. *projecerunt* vett. edd. *porricerent* J. *prosicerent* M. *extra* Codd. *exstra* P. *exta* JM, cj. Turn. — 5 *Adquo pro in quantum* AJ. *Aquo propinquantum* L. — 9 *miratus* Codd. *iratus* cj. Gerl., recepit M. *adquo* HAJM. *aquo* PLW. *licere* Codd., Edd. ante M. *liceret* cj.

Absente nobis et Præsente nobis, pro Præsentibus nobis et Absentibus nobis. Plautus Amphitryone [II, 2 194] :

Nec nobis præsente aliquis, nisi servus.

Afranius Auctione :

Adeste : si hac absente nobis venerit puer.

Antiquari, obsolcfieri et memoria tolli. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 21] : « Perniciose enim Philippus in tribunatu, quum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, [et] in eo vehementer se moderatum præbuit. »

Allectat, illicit, delectat. M. Tullius de Senectute [c. 16] : « Ad quem fruendum non modo [non] retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. »

Abusa, utendo vel in usum consumpta. Plautus Asinaria [I, 3, 44] :

Ubi illæc quæ dedi ante? — Abusa. Nam si ea durarent mihi,
Mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poscerem.

Assa voce, sola voce, linguæ tantummodo aut vocis humanæ, non admixtis aliis musicis, esse voluerunt. Varro de Vita populi Romani lib. II : « In conviviis pueri modesti ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum, et assa voce, et cum tibicine. » Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Melos in cantibus est bipertitum : unum quod est in assa voce, alterum quod vocant ὀργανικόν. » *Assum* autem æstimandum est ut in obsoniis sine pigmento saporis alieni ; quemadmodum *merum* dicitur solum. »

Arci. Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Eoque pecuniam magnam consumpsisset, quod arci, quos summo opere fecerat, fessi pondere [et] diffracti, celeriter corruissent. »

Adminiculavi positum pro adjuvi. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Quod petisti, ut ejus educationis fierem tibi socius, quoad potui, adminiculavi tuam voluntatem scribendo. »

Gerl., habet M. — 13 *cotidie* Codd. *cottidie* P. — 14 *præsentibus nobis et* PM. *præsentibus et abs.* CDLWAJ. — 16 *aliquis quisquam* omnes. *quisquam* non habet Plaut. — 18 *adest* vulgo. *ades* J. *adeste* cj. Franck, recep. Ribb. *si hac* vulgo, etiam M 1. *si hic* M, recep. Bolb. Ribb. *venerit* H man. pr. J, et Steph. Maltair. *invenerit* vett. edd. *venirit* H man. sec. *venierit* PLAM, Bothe. *invenierit* W. *vaenierit* Ribb. — 23 *illicit* vulgo. *illic* P. *Adlectat inlicit* D. — 24 *non* addidi ex Cic. — 28 *ubi illa* omnes. *illæc* Plaut. *Abusa nimis ea* Codd. *abusa sunt : nam si ea* AJ. *abusa.: nam si ea* M, ut Plaut. — 29 *pascerem* Codd. *poscerem* Edd. — 30 *Assas voce sola voce* D. *tantum modo* M.

1 *aliis musicis esse* Codd., ed. 1476, M. *aliis vocibus esse* A. *vocibus* (*musicis* marg.) J. — 2 *in convivis* P. — 3 *laudis erant* Codd. et M. *laudes* Edd. ante M. *cum tubicine* Codd. *tibicine* AJM. — 4 *melos alterum* omnes; sed vox *alterum* obrepsit ex sequentibus. *est libertitum* P. — 5 *organicon* omnes. — 6 *ut* omitt. P, ed. 1476. — 9 *summa ope refecerat* cj. Gul. — 10 *pondere diu facti* omnes. — 14 *Incipit per B litteram. Betere* Codd. Quæ et talia omitt. AJM. — 15 *Betere* (et in seqq.) DMp. Bamb. τορυ παυρος το παιιν περι Codd.

B

Betere, id est ire. Varro Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας : « Annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras betere jussit. » Pacuvius Niptris :

Vos hinc defensum patriam in pugnam betite.

Idem Medo :

Si resto, urget ut eam ; si ire conor, prohibet betere.

Belliores est meliores. Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν : « Venio nunc ad alterum genus testamenti quod dicitur φυσικόν, in quo Græci belliores quam Romani nostri. »

Brutum dicitur hebes et obtusum. Lucretius lib. III [v. 544] :

An contracta suis e partibus obbrutescat.

Pacuvius Hermiona :

Obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes.

Bulga est folliculus omnis, quam et crumenam veteres appellarunt : et est sacculus ad brachium pendens. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus,
Bulgam, et quicquid babet nummorum, secum habet ipse ;
Cum bulga cœnat, dormit, lavat : omnis in una
Res hominis bulga ; hæc [lævo] devincta lacerto est.

Varro Octogessi, περὶ νομισμάτων : « In quo nobilius est philippeum quod accipimus quam quod bibimus, quum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam. » Lucilius lib. XXVI :

Ita[que] ut quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.

Bacillum [ut baculum]. M. Tullius de Suppliciis [c. 54] : « Deni-

Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον cj. Turn. JM. — 16 που *assanos multos* P. παιλιοπου *os multos* Mp. *Varro : assnnos multos* D, ed. 1476 *sanos multos* Codd. plerique. *assa non multo post* cj. Scal., prob. Merul. *nos multos* J. *a se annos* cj. Muret. *annos multos* cj. Carrio, recep. M. *mulier foras* J. *nyptrn* LWM in Erratis. *niptra* H, ed. 1476. *nuptrabos* P. *nyptris* JM. — 18 *bos tunc* Codd. *vos* Edd. *hinc defensum patr. in pugnam idem betite medo* Codd. *Vas betite def. p. i. pugnam. Idem Medo : Bibite* J. *in pugnam betite. Idem Medo : si* cj. J, recep. M. — 20 *si resto pergitur eam si* Codd. *pergitur jam* vel *tam si* J. *pergit ; at jam si* cj. Gul. *pergit iter, tum si* cj. J. *pergit iter, jam si* Bothe. *pergit, ut eam* M, prob. Ribb. *urget iter, jam si* cj. Voss. *proibet* H. — 21 *Belliorts est melioris* omnes. περι διηκων Codd. διαθηκῶν AJM. — 22 *ad adulterum genus* Codd., etiam CD. *ad alterum* Turic., JM. *adulterinum* J marg. *ad ultimum* ed. 1476. *fysicon* LW. *fisicon* HPCDMp. *physicon* JM. — 24 *dicitur hebes* P. — 25 *acontractus uise* P. *obrutiscat* Codd. *obrutescat* A. *obbrutiscut* M. *abbrutescat* J, ut Edd. Lucr.

2 *cruminam* vulgo. *crumenam* J. — 6 *cenat* Codd. *lavat* PW, ed. 1476. *tacit* HLAJM. *in una seti hominibus bulga* Codd. *spes hominis b.* Edd. ante M. *spes homini* M. *sectator homini* cj. Dubner, sed timide. *hæc* (*hac* M) *devincta certo est* Codd., M. *hæc devicta cetera vita* ed. 1476. *hac devincta est cetera vita* AJ. *hæc dev. incerto est* certissime Dubner. — 9 *accepimus* cj. Palmer. — 11 Novus vocabuli sensus, qui certo jungendus cum v. *Vulga* (*Bulga*), p. 187. — 12 *baccillum* (et in sqq.) Codd. plerique, etiam C,

P. 78-79 M.

que proximus lictor Sextius, de quo sæpe jam dixi, converso bacillo, oculos misero tundere vehementissime cœpit. » Afranius Omine :

> Bacillum deligatum corneolum procil.

Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 11] : « Ut bacillum aliud est inflexum et incurvatum [de industria], aliud ita natum. »

Bacchari veteres non solum Bacchi numine furere dici voluerunt; verum et loca, in quibus sit debacchatum, *bacchata* dixerunt. Virgilius in Georgicis lib. II [v. 486] :

> O ubi campi
> Sperchiusque, et virginibus bacchata Lacænis
> Taygela !

Nam et quicquid vehementius commovetur, *bacchari* voluerunt. Santra Nuntiis Bacchiis :

> Ita, oppletum sono,
> Furenter ab omni parte bacchatur nemus.

Blaterare, confingere per mendacia. Afranius Augure :

> Quid est istuc? te blaterare atque obloqui!

Idem Incendio :

> Illud memento, ne quid in primis blateres.

Cæcilius Hymnide :

> Desine blaterare : nil agit
> In amore inermus.

Bount dictum a boum mugitibus. Pacuvius Medo :

> Clamore et sonitu colles resonantes bount.

Virgilius Georgicorum lib. III [v. 223] :

> Reboant silvæque et magnus Olympus.

Varro Parmenone :

> Exeunt citi, strepunt, bount.

Bajulare, ferre. Plautus Asinaria [III, 3, 70] :

> Ego bajulabo; tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.

Bipennis manifestum est dici quod ex utraque parte sit acutum;

M. *bacillum* D, Edd. ante M. *bacillum et baculum* ed. 1476. — 13 *lictori* omnes. *lictor* vult M, ut est in Edd. Cic. — 14 *hominem* Codd. *homines* D. *Homine* JM. *Omine*, de quo vid. ad v. *Præcluvium*, p. 64. — 15 *deligntum* vulgo. *delicatum* C Bamb., Herm. Both. Ribb. *poscit* omnes, prob. Ribb. *procit* cj. Passer. (laudato Festo, v. *Procitum*). *procat* cj. Bothe. — 17 *aliud est inferiam* P. — 19 *Bacchi nomine* Codd., etiam D *numine* AJM. — 24 *tayget nam* P. — 26 *bacchis* omnes, *bacchiis* Gul. — 27 *ita obsoletum sono* omnes, *oppletum* cj. Gul. — 28 *ferenter* LA. *nemes* Codd. *nemus* AJM.

1 *Cæcilius imnis* HPW. *imni* (superscr. *s*) L. *hymnis* vett. edd. *Hymnide* cj. Beatin. Victor., habet M. — 2 *desine blanditiæ* Codd. *blanditie* H. *blaterare* AJM. *sine blaterare* cj. Victor., habet J. *desine blanditias blaterare* cj. Osann. *nihil* omnes. — 7 *silveque* — 8 *parmenon exeunt citis strepunt* P. *citis trepunt* H. *strepunim exeunt* L. *exeunt bount* Codd. *exeunt* non iterant Edd. — 11 *tutu decet* P. *dolonum* Codd., et D, M. *colonum* J marg.

nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc similitudinem *pinnas* vocant eleganter. Varro Marcipore :

Dehinc bipennis ut levis passerculus.

Idem in eodem :

At nos caduci, naufragi, ut ciconiæ
Quarum bipennes fulminis plumas vapos
Perussit, alte mœsti in terram cecidimus.

Idem Parmenone : « Ferens ferream humero bipennem securem. »

Biviras, quas usus viduas appellat. Varro Lege Mænia : « Ad biviram venio : quum vellem ostendere quid vellem, Metamelos, Inconstantiæ filius, me reprehendit. »

Bovinatores, quos nunc malitiosos et tergiversatores dicimus. Lucilius lib. XI :

Hic' st tricosu', bovinatorque, ore improbu' duro.

Bubulcitare. Varro Manio : « Automedo meus, quod apud Plotium rhetorem bubulcitarat, herili dolori non defuit. » Plautus Mostellaria [I, 1, 50] :

Decet me amare, et te bubulcitarier.

Basis. Varro Ὄνος λύρας : « Primum eam esse φυσικήν, quod sit ἔμφυτος, ut ipsa vox, basis ejus.

Badius. Varro Ὄνος λύρας :

Equi colore dispares, item nati :
Hic badius, iste gilvus, ille murinus.

Binum millium numero, pro binis millibus. Sisenna Historiarum lib. III : « At binum millium numero sauciis utrimque factis. »

dominum Edd. ante M, et cj. M, ut exhibet Plaut. — 14 *pinnari vocant* Codd. *pinnas* AJM. *eliganter* Codd., M. *et Varro* Codd. *et* omitt. JM. *Varro marci porede lunæ* P. *marcipore delunæ* LW. *de lune* H. *delune* M. *delime* Edd. ante M. *delumbe pennis* cj. Scal. *delumbe, bipennis* Œhler. *detimnt* cj. J et Palm., prob. Vahl. Riese. *bipenni* cj. J. — 17 *annos caduci* Codd. *at nos* cj. J et Scal., recep. M. *naufragii it Cicero nec quarum* P. *cicero necquarum* H. *it Cicero : nec q.* AJ. *naufragi, ut ciconiæ Quarum* cj. J, recep. Scal. M. — 18 *bipinnis* Codd. *bipennis* vulgo. *fulminis* omitt. LAJ ; quod J e conj. reponit. *vapor* omues. *vapos* Scal. — 19 *perursit* Codd., Edd. ante M. *perussit* cj. J, habent Scal. M. *mesti* Codd. *mæsti* J. *mæsti* M. *cæcidimus* Codd. *cecidimus* AJM. — 20 *humore* (suprascr. *e* et *o*) P. *hum. bipinnem* PL. *securim* J. *securim* deleri vult Guyet. — 22 *biduas* Codd., etiam D. *viduas* AJM. *Varro lege minia* Codd., vett. edd. *mænia* JM. — 23 *meta mellos* P. — 25 *Boviatores* Codd., etiam CD. *Borinnlores* AJM. — 27 *hic sitricosus* HVLW. *hic sit ricosus* P. *hic strigosus* AJ. *hic striosus* M (invitus sane, nam in Notis et Erratis, *hic st tricosus*). *est tricosus* Edd. Gell. 11, 7. *hic tricosus* Dousa. *boviator* Codd. — 28 *Varro mæonio autumedo* HL. *autumedomeus* D. *aut umedo* PCW. *Mæonio umedo* M. *Varro Autumedo : Meus* A. *Varro Manio : Vinicius meus* J. — 29 *bubulcitare* Codd. AM. *bubulcitaret* Turn. J. *alteri lidori* D. *alteri tido lori* P. *alterili dolori* HLWM. *alteri dolori* A. *alteri in dolore* J. *bubulcitarat, erili dolori* cj. Roth. *Plautus*, etc. Quod exemplum omitt. J. — 31 *bubulcitare* omnes. *bubulcitarier* Plaut. — 32 *Bases* omnes. *fisicen* H. *fysicen* PLW. *physicen* Edd. *quod si item fitos* HP. *quod sit emfytos* L. *emfytos* W. *quod si item phyton* J. *quod sit* ἔμφυτος cj. Turn. *sit emphytos* M.

1 *onos liras* H. — 3 *murrinus* scribit Carrio. — 4 *milium... milibus* (ubique) Codd. — 5 *ad binum* omnes. — 7 *Præterquam*, etc.

Balbe, obscure. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Præterquam duobus in primis est, scriptum [balbe], . . . spectare velit potius quam voluntatem, debeam non datum dicere magistratum. »

Bajulum. Cicero de Oratore lib. II [c. 10] : « Remigem aliquem aut bajulum, nobis oratorem descripseras. »

Balbutire est cum quadam linguæ hæsitatione et confusione trepidare. Cicero Academicorum lib. IIII [Ed. II, 1, c. 45] : « Plane, ut supra dixi, stoicus, perpauca balbutiens. » Et Tusculanarum lib. V [c. 26] : « Me quidem auctore, etiam peripatetici veteresque academici balbutire aliquando desinant. »

Bura dicitur pars aratri posterior decurvata. Varro de Re rustica lib. I [c. 19] : « Et sæpe, fracta bura, relinquunt vomerem in arvo. » Hanc Virgilius *burim* vocavit, Georgicorum lib. I [v. 169] :

Continuo in silvis magna vi flexa domatur
In burim.

Blitea, inutilis : a blito, herba nullius usus. Plautus Truculento [IV, 4, 1] :

Blitea et lutea est meretrix.

Laberius in Tucca :

Bipedem, bliteam belluam.

Bucerias, boum greges. Lucretius lib. II [v. 661] :

Lanigeræ pecudes, et equorum duellica proles,
Buceriæque greges.

Baubari, latrare : a canum voce. Lucretius lib. V [v. 1070] :

Et quum deserti baubantur in ædibus omnes.

Bellosum, bellicosum. Cœlius Antipater : « Tum bellum suscitare conari contra bellosum genus. »

Buas potionem positum parvulorum. Varro, Cato vel de Liberis

Lacunam ineunte exemplo innuit M (qui adv. *balbe* deesse notat); hanc autem infra potius fuisse suspicor. *scriptum balbe : spectare* cj. Riccobon. Popma. — 9 *Baiolum* (et inf.) Codd., M. *Bajulum* Edd., ut omnes habent *bajulare*, p. 79. *lib.* III W, Edd. ante M. — 10 *discripseris* LW. *descripseris* PCD. *descripseras* M, ut Cic. — 11 *balbuttire* (ubique) Codd. *balbutire* Edd. *hesitatione et confussione* H. — 12 *plane ut* HPLAJ. *plane et* WM. — 13 *supra dictus* vulgo. *supradicitus* P. *supra dixi* Edd. Cic. — 14 *achademici* HP. — 16 *decurvata. Virg. Georg. lib.* I : *Continuo in silvis... In burim Varro de Re rustica .. vomerem in arvo. Hanc Virgilius in burim* (*in* omitt. Edd.) *vocavit*. Sic omnes. Equidem transposita et repetita verba deprehendere visus sum. — 17 *sepe* H. *relinquunt* H, Edd. *relincunt* PLW. *vomeres* Edd. Varr. — 23 *bliteæ clautba* HP. *blittea ec lautea* (credo divisum aliter in libris) Gerl. *blitea et lutea* JM. — 24 *Laber. Tucn* A. *Tusco* J. — 27 *lanigenæ* Codd., J marg. *lanigeræ* Edd., ut omnes inf. in v. *Greges*, p. 208, et Edd. Lucret. — 29 *Baubare* omnes. *Baubari* cj. M, Guyet. — 30 *in ædibus omnes*. In hoc lapsus memoriæ est : Lucretius enim : *in ædibus, aut quum Plorantes fugiunt*. — 31 *Cælius* HLAJ. *Cœlius* CD. *Cæcilius* PWM, solenni errore. *tantum bellum* omnes; sed *tantum* parum convenit, et cognomen *Antipater*, compendiose scriptum, hic latere suspicor : quod exstat in v. *Exfundare*, p. 108.

1 *positum* Codd., M. *positam* Edd. ante M. — 2 *ac papas* P. *ac pappo* L. *docent* Codd., AJ. *vocent* cj. Palmer. Bongars., re-

educandis : « Quum cibum ac potionem *buas* ac *pappas* vocent, et matrem *mammam*, patrem *tatam*. » Lucilius lib. VIII, quum *vinibuas* diceret, vinulentas designavit.

C

Comest, pro comedit. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς

> Natura humanis omnia sunt paria :
> Qui pote plus, urget : pisces ut sæpe minutos
> Magnu' comest, ut aves enecat accipiter.

Titinius Gemina :

> Libram aiebant satis
> Esse ambobus farris [et] intritæ : plus comest
> Sola uxor.

Idem Fullonibus :

> Ego me mandatam meo viro male arbitror,
> Qui rem disperdit, et meam dotem comest.

Afranius Æqualibus :

> Iste, ut tu rem narras, bona comest hic quotidie.

Plautus Mostellaria [I, 1, 11] :

> Sine modò venire salvum, quem absentem comes.

Idem Trinummo [II, 1, 20] :

> Quod ebibit, quod comest,
> Quod facit sumpti.

Pomponius Pistore :

> Decipit vicinos; quod molendum conduxit, comest.

Novius Fullonibus feriatis :

> Vortit se in omnes bestias,
> Comest quicquid tetigit tantum.

Idem Agricola :

> Edepol paternam qui comest pecuniam.

cep. M. — 3 *cum vinulentas disceret* (*diceret* JM) *vinibuas d.* omnes. Adjectiva duo transponenda vidit Passer., nec verba Nonii Lucilio tribuenda : tribuit M, non vero Gerl. *vinibuas* Lucilii esse censet etiam Meurs. — 6 *num humanis* Edd. ante M. — 7 *qui pote* Codd., M, cj. J. *qui te plus* AJ. *piscis* vulgo. *pisceis* J. *sepe* H. — 8 *avis* vulgo. *aveis* J. *abis* L. — 10 *libram ugebant* Codd. *aiebant* AJM. — 11 *esse am bubus* P. *ambobus in furris trite* H. *fra intritæ* P. *faris intritæ* W. *frutris itinritæ* L. *farris nutrire* AJ. *intritæ* J marg. *farris intritæ* M. *Ambobus esse* Bothe. *farris* omitt. Ribb. *plus comes sola usor* Codd. *sol ausor* H. *comest solu uxor* AJM. *comest Plus uxor sola* Bothe. *Eho* (mutata persona) *plus comest* Ribb. — 13 *fullonius* Codd. *Fullonibus* AJM. — 14 *me mandata* H. — 15 *qui rendis perdit* Codd. *rem disperdit* Edd. *dotem* omitt. W, ed. 1476. — 17 *donu* omnes. *bona* cj. Passer. M, prob. Bothe. [*tua*] *bona* addit Ribb. *comes* Codd. *comest* (sed *t* eraso) P. *comest* Edd. — 18 *Mustellar.* Codd. — 19 *ne modo* Codd. *nemo venire* P. *sine modo* JM, ut Plaut. *absentem comest* Codd., Edd. ante M. *comes* J marg. M. — 21 *quod et bibit* Codd. *ecbibit* M. *ebibit* Noster in v. *Sumpti*, p. 481. *quod*

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Commanducatur totum complexa comesique.

Et XXX :

Conficit ipse comestque.

M. Tullius in Hortensio : « Se ad extremum pollicetur prolaturum : quæ se ipsa comest. Quod efficit dialecticorum ratio. »

Cuja, pro cujus. Lucilius lib. XXX :

Cuja opera Troginu' *Calix* per castra cluebat.

Contollere, contra tollere. Plautus Aulularia [V, vs. 6] :

Contollam gradum.

Claritudo pro claritas. Sallustius in Jugurtha [c. 2] : « Quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. » Sisenna Historiarum lib. III : « Quod fortassean ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset. »

Colluvio, labes ex immunditia. M. Tullius de Senectute [c. 23] : « Quumque ex hac turba et colluvione discedam. »

Commalaxare est exercere ac maturefacere. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν : « Et dolere ἀδιάφορον esse, quod philosophia commalaxarem eam partem ; neque irato mihi habenas dedi, neque cupiditati non imposui frenos. »

Cetram [obstaculum, scutum]. Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας : « Quis rotundam facere cetram nequeat ? »

Coracem nove positum pro corvo. Cicero de Oratore lib. III [c. 21] : « Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere. »

Canitudinem, pro canitie. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως : « Sed neque vetulus canterius, quam novellus, melior ; nec canitudini comes virtus. »

Condocefacere. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 31] : « Nemo est enim quin eorum bonorum animum putet esse judicem, eumque

comes W. — 24 *conduxi* P. — 26 *omnis* vulgo. — 31 *compl. comisque* Codd. *comestque* Edd. — 32 *et triginta* HP. — 33 *se conficit* cj. Dousa. *ipse comesque* Codd. *comestque* Edd. — 34 *se ad extrem.* Codd. *sead* P. *prolaturum, q.* Edd. — 35 *quæ se ipsa* Codd. *quæ sæpe ipse* ed. 1476. *qui se ipse* JM.

4 *paratur* vulgo, ut Edd. Sall. *paretur* LA. *historiæ* Codd. — 5 *anexvoluntate* H. — 6 *collivio* P. *colluvio* H. *conluvio* Gerl. *conluvio laves* D. — 7 *turbet colluvione* P. — 8 *Commeilaxare* P. *mature facere* Edd. ante M. — 9 *nec dolore* HPLW, Œhler. *nec dolere* M, non improb. Œhler. *nec dolorem* J. *adiafurones se* Codd. *adiaphoron esse* Edd. (Græce scribit Cic. Finib. 3, 16.) — 10 *ea patrem* vulgo. *eam partem* J marg. *mihi avenas* Codd. *habenas* Edd. *cupiditas non imposuit* vulgo. *cupiditas mihi imposuit* J. *cupiditati non imposui* cj. Popm. Guyet. — 12 *obstaculum, scutum* Edd. ante J ; uncis includit J. *Varro de victis* PCDA. *devictis* Codd. pleriq. *Væ victis* JM. — 13 *rutundam* Codd., M. *rotundam* J. — 14 *pro curvo* DL Turic. — 20 *Concedefacere* P. — 21 *qui eorum* vulgo. *qui in eorum* D. *quin* Cic. *po-*

condocefaciat ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere. »

Conscribillavi, pro conscripsi. Varro Columna Herculis, περὶ δόξης : « Itaque eas inceravi [et conscribillavi] Herculis athlis. » Idem Marcipore : « Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes cœlum? »

Commictiles. Pomponius Præcone posteriore :

Sciscam quid velis, quasi servi comici, commictiles.

Contente, parce et continenter. Plautus Asinaria [I, 1, 63] :

Quanquam illum mater arcte contenteque habet.

Caries est vestustas. Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου : « Singulos lectos stratos ubi habuimus, amisimus propter cariem et tineam. » Lucilius lib. XXX :

Clauda una est, pedibus cariosis, mensa Liboni.

Chortes sunt villarum intra maceriam spatia. Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Dum vixi, promisca res me in chortibus pavit. » Idem de Re rustica lib. I [c. 13] : « Nec minus et a pabulo quum redierunt anseres, sues, porci. In chorte exteriore [lacum esse oportet]. » Idem de Vita populi Romani lib. I : « Ad focum hieme ac frigoribus cœnitabant; æstivo tempore in loco propatulo; rure, in chorte; in urbe, in tabulino, quod mænianum possumus intelligere tabulis fabricatum. »

Cupas. Varro, Est modus matulæ, περὶ μέθης : « Cupas vinarias sirpare noli. Adde cyathum vini in uxorculæ inopis pocillum. » Idem Sesquiulixe : « Alteram viam deformasse Carneadem virtutis, e cupis acris aceti. »

test esse P. — 22 *concedefaciat* P. — 24 *pro coascripsi columna Herc.* Codd. *Varro Columna* vel *in Columna* Edd. — 25 *itaque eas inceravi Herc.* Codd. *eas ia ceraai conscribillavit* (*conscribellavit* A) Edd. ante M; item, omisso *eas*, M. *eas inscribillavi* cj. M. *Herculis adlis* H Gerl. *ad lis* P. *ad litem* Edd. ante M. *athlis* M.

1 *piagentes* omnes. *pigmentis* cj. Gul. *cœlum* Edd. sine interrogatione. — 3 *Commictilis* vulgo. *Conmicilis* DMp. *Commict. compositi* W, vett. edd.; uncis includit J. *contemptitii* cj. Scal. in Catul. *contemptibiles* cj. Bad. *pocane* H. — 4 *si sciam quid velis* omnes. *comici conmictilis* D. — 6 *arte* vulgo. — 7 *cosmotoryna* PJ. *cosmotorynae* Gerl. *cosmotoryne* M. — 9 *et iniam* P. *et inaniam* L. *et tuaiam* H Gerl. *tineam* AJM. — 10 *plaudæ* Codd., J marg. M. *planta* Edd. ante M. *plauta* cj. Palmer. Scal. *clauda* cj. Guyet; quod ipse scripseram. *mensulibano* omnes. *mensa Liboni* cj. Scal. *Libano* Palmer. Corpet. (Secunda autem corripitur.) — 11 *chortes* Codd. et A. *cortes* W marg. JM. — 12 *promiscuris* HPJM. *promisca ris* A. *promis caris* LW. *promis carus* cj. J et Popm. *promisca avis* cj. Roaldus, prob. Œhl. Riese. *mei in chort.* Codd., M Riese. *meis in* J Popma. *promis caris me in* Turn. *pavi* Popm. Riese. *Dum vixi, promiscun res me* ultro legerem, ut sit hexameter. — 13 *a palo* L. *aec minus e pabulo* Edd. Varr. *cum redierunt* Codd., ut Varr. *redierint* AJM. — 14 *suos porci* W, Edd. ante M. *suos* (superscr. *e*) L. *porci in chorte* (sine distinctione) Codd. et ed. 1476. — 16 *cenitubant* Codd. *ia loco propatulo* Codd., J marg. *in propatulo* JM. — 17 *in tabulono* L. *tabulono* P. *tabulino* HWJM. — 19 MEOHC CU *cupas* P. *cucupas* H Gerl. *cupas* Edd. — 20 *adde quiatum* Codd. *quia tum* A. *cyathum* JM. *uxorculem opicillum* HP. *uxorculæ inopicillum* WM. *mopicillum* L. *in uxorculæ opicillum* AJ. *pocillum* cj.

P. 83-84 M.

COMEDIM, pro comedam. Plautus Bacchidibus [IV, 4, 91]:

Quod dem scortis, quodque in lustris comedim [et] congræcer, pater.

Cicero ad Varronem epistola Pæti [Famil. IX, 20]: « Sed cura, si me amas, ut valeas, ne ego, te jacente, bona tua comedim : statui enim tibi ne ægroto quidem parcere. » Pomponius Prostibulo :

Ego quæro quod comedim; hæ quærunt quod cacent : contrarium est.

[COMMEMORAMENTUM.] Cæcilius Plocio :

Pudebat, credo, commemoramentum stupri.

CONSPICILLUM, unde conspicere possis. Plautus Medico :

In conspicillo observabam, pallium adservabam.

COLUSTRA, lac novum in mammis. Lucilius lib. VIII :

Hiberam insulam fomento omnicolore colustra.

Laberius in Virgine :

Si quidem mea colustra fretus terris studere
Fecisset.... sumere aquam ex fonte.

CONQUINISCERE, et OCQUINISCERE, inclinari significat. Plautus Cistellaria [IV, 1, 5] :

Faciundum est puerile officium : conquiniscam ad cistulam.

Idem Pseudolo [III, 2, 75] :

Si conquiniscet istic, ceveto simul.

COPI, pro copioso. Plautus Pseudolo [II, 3, 8] :

Atque ego nunc me ut gloriosum faciam, et copi pectore.

Turpilius Epiclero :

Te quidem omnium, pater, jam copem causarum facit.

Pacuvius Peribœa :

O multimodis varie dubium, prosperum et copem diem!

Turn. *inopis villum* cj. J. — 21 *e cupis* HPWM, et cj. Bentin. *se cupis* LAJ. — 24 *quodque illustris* HPW. *in lustris* L, Edd. *congreger* Codd. et A. *congreget* Edd. ante M. *congræcem* M. — 25 *epistola petisset* HPJ. *petis set* L. *peti set* W. *Pæti : Set* cj. J, habet M. — 26 *ego jacente te* cj. Guyet. 1 *quod edim* omnes. *quod comedim* Munk Bothe 2. *has quærunt* Codd. et A. *quærere* Edd 1., etiam M. *hæ quærunt* Ribb.; quod jamdiu scripseram. *quos cacent contrarius est* Codd. et M. *contra jus est* J. *contrarium est* Munk Ribb.; quod ipse videram. — 2 *Commemoramentum* JM; titulus antea deerat. Totum lemma omittit A. *cæcil. plocito* P. — 4 *conspicilium* omnes. *conspicillum* cj. M, ex Plaut. Cistell. 1, 1, 93, prob. Guyet. — 5 *in conspic. adservabam pallium observabam* vulgo. *adservitabam* ms. Fabri. *in consp. observabam*, reliquis omissis, LA. *adservabam* omitt. Bentin., prob. M.—6 *columnum* (*lustra* script. super *lum* et *a* super *u* posterius) *lacchonere* (*h* superscr.) *giumeri mammis* H. *columnum* (superscr. *lustra*)... *iunni mammis* L. *colustra lumnum lacchonere iunmi mammis* P. *lumnum lacchonere vimni nummis* M. *lumnam lacc honere iunmi m.* Gerl. *collustra lacumen novum hac in m.* ed. 1476. *collustra* (*colustra* J) *lac novum in m.* AJ. In libris duplicem dittographiam notat Düntz. — 7 *omnicolore* Codd. *omni colore* Edd. — 8 *Laverius* Codd. *Laberius* JM. — 9 Qui versus nec sensum nec metrum exhibent. *fretrus* Mp. *Siquidem m. c. fretus fecisset* (reliquis omissis) Ribb. Verba enim : *sumere aquam ex fonte* Nævii esse animadvertit, ut videmus in v. *Creterra*, p. 547. — 11 *et oquinisc.* Codd. — 14 *Item et dolosi idem* Codd. *si idem conq.* L. *Idem, et dolosi conq.* AJ. *Idem Pseudolo* cj. Lips. Passer., recep. M. — 15 *si conquiniscesi istic* H Gerl. *conquinisce si isticce veto* P. *conquinisce, sis, istic ceveto* J. *si conquiniscet istic* M. — 19 *jam pater* omnes. *pater jam* Both. Ribb. *causa rem*

Collutulet significat dedecoret. Plautus Trinummo [III, 2, 66] :

Hæc famigeratio
Te honestet, me [autem] collutulet, si sine dote duxeris.

Congenerat est adjungit, associat. Attius Phinidis :

Quæve Adrasto tibi congenerat gentium aut generum affinitas?

Cette significat dicite, vel date : ab eo quod *cedo*. Nævius Lycurgo :

Proin Dryante regem prognatum patre,
Lycurgum cette.

Ennius Medea :

Salvete, optima corpora;
Cette manus vestras, measque accipite.

Attius Menalippo :

Œneum aliquis cette in conspectum, aut nos, ubi [ubi] est, ducite.

Pacuvius Atalanta :

Is vestrorum uter sit, cui signum datum est,
Cette.

Cuppedia, cupiditas. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 11] : « Ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinolentia, cuppedia. »

Castitudinem, pro castitatem. Attius Phœnissis :

Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

Cubitasset, pro cubuisset. Attius Erigona :

Tum autem Ægisthus si meo eodem lecto cubitasset patri.

Citima sunt proxima..... cœlo millia. M. Tullius de Republica lib. VI [c. 9] : « Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. » Et in lib. I : « Quare, si placet, deduc orationem tuam de cœlo ad hæc citeriora. »

vulgo. *casnarem* cj. Palm. *causarum* scripsit aliquis in marg. ed. M 1, et cj. Bothe. — 21 *multimodiis* HP, Gerl. *multimodis* Edd. *dubium et prosperum copem* omnes. *dulcem et* cj. Guyet. *varium et* Ribb. — 22 *conlutetet* D Gerl. *coltutetet* (ubique) H. — 24 *hanestet et me* HPWM. *me autem* legit Meurs., ex Plauto. *etsi sine* AJ. *et, si sine* Gerl. — 25 *adsaciat* D. *et sociat* C. *fidinis* Codd. *Fidicinis* J. *Finidis* M. *accius fidinisque veat grafo tibi* H. *que* (*Quæ* M) *veat grafa tibi* PM. *quæveat frafa* (sed priore *f* inducto et superscr. *g*) V. *quæve atgrafa tibi* Gerl. Ribb. *graffa* ms. Fabri. *Adrasta* legisse Junium (non *Adrastia*, ut excusum est in marg. J) ait M, nec improbat. *quæve Adrasto* Voss. *genitum aut* P. *gentium aut* deleri vult Düntz. *gentum* Ribb. — 29 *pro industriant te regem* P, ms. J. *proin dustriantte regem* Gerl. *Proin Dryante rege* cj. J. *Dryante regem* cj. Passer., habet M.

3 *melanippa* Codd. *Menalippo* Edd. — 4 *aeneum aliquis* Codd. et J. *eneum* ed. 1476, M. *en eum* J marg., cj. Voss. *Œneum* cj. Passer. (et Voss., sed rejicit), prob. Roth. Bergk. Ribb. *ubi ubi* Grot., prob. Bergk Ribb.; quod et mihi in mentem venerat. (*ducite*) *ad eum* omnes; retinet Ribb. Frigidum glossema jamdiu expunxeram; idem suadet Düntzer. — 5 *Athalanta* HP. — 6 *his vestrorum* W, ed. 1476. — 10 *fænissis* Codd. — 12 *Comitasset* omnes; quod vitiosum ait Steph. *procobuisset* P. *pro cobuisset* H Gerl. *pro cubuisset* Turic., JM (in Emend.). *Cobitasset* (scil. *Cubitasset*) pro *cubuisset* cj. Passer. Salmas. Guyet. — 13 *tu autem egistus* P. *si me esset eodem* P. *si me esse eodem* HLWJM (in Emend.). *si me eodem* Grot. *simul eodem tecta* conjecturam probant M Voss. Guyet. *teta* cj. Palmer. Grot., improb. M. *comitasset patri* omnes, habent Both. Ribb. *cobitasset* (pro *cubitasset*) cj. Passer. — 14 *proxima cœla milia* omnes. Lacunam post *proxima* suspicatur M. — 15 *erat ea* omnes.

Claret, clara est. Turpilius Pædio :

Cujus adventu insula hodie claret Cypros.

Ennius Telamone :

Nam ita mihi Telamonis patris facies, ac proavi Jovis
Gratia æqua est, atque hoc lumen candidum claret mihi.

Casteria, locus ubi, quum navigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt. Plautus Asinaria [III, 1, 16] :

Quin pol, si reposivi remum, sola ego in casteria
Ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

Coquitatum, ad coquendum. Plautus Aulularia [III, 1, 3] :

Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in bacchanal [coquitatum.

Curio, curiosus. Plautus Aulularia [III, 6, 27] :

Volo scire ego ex te, quid sit agnus curio.

Culcita. Varro Quinquatribus : « Quam in testudineo lecto, culcita plumea in die dormire. » Idem de Vita populi Romani : « Qui primus uxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus tori plagulis quum strasset. »

Citrus. Varro Gerontodidascalo :

In quibus Libyssa citrus fasciis cingit forem.

Cæcutiunt. Varro Gerontodidascalo : « Utrum oculi mihi cæcutiunt? an ego vidi servos in armis contra dominos? »

Caballus. Lucilius lib. II :

Succussatoris tætri tardique caballi.

Varro Parmenone : « Alius caballum arbori, ramo in humili, alligatum relinquit. » Idem Sesquiulixe : « In castris permansi; inde caballum reduxi ad censorem. »

illa melius Cic. — 16 *et in libro primo* H. *et in lib.* P, ed. 1476. *in* vulgo omitt. — 17 *de eo loco* omnes. *de cælo* Noster in v. *Deductam*, p. 289 : et hic legendum *de cælo* cj. Passer. M. *ad hæc citeriora* omnes, ut inf. p. 289, non improb. M. *cituma* J, et nonnullæ Cic. editt. — 18 *clara est vel clareat* vulgo. *vel clare* CD. Sed dittographiam credo. — 19 *cipros* H. — 21 *patri atque faci et proavi* H. *atquefaci* Gerl. *atque faciet* P, ed. 1476. *facies* AJM. *patris, avi Æaci et pr.* cj. Bergk, recep. Ribb. — 22 *gratia ea est atque* omnes. *Jovis grata est* cj. Bongars. *gratia grata est* Grot. *gratia cara est* Bothe. *grata est gratia* Ribb. — 25 *quin pulsi repulsivi* P. *repulsavi* H Gerl. *quin pol si* JM. *reposui* AJ. *reposivi* volunt Acid. Meurs. ex Plauto, habet M. *remmum* P. *rem sola* L. — 26 *consistit ibi* W, ed. 1476. *cibi* LA. *consstit cibi* P. *consistit tibi* HJM. — 27 *Coquinatum* vulgo, etiam C. *Conquinatum* P. *ad quoquendum* Codd. — 28 *baccanal* Codd. *coquinatum* omnes. *coquitatum* cj. Meurs., ut in Edd. Plaut. (*Coquitare* Plauti verbum est, auctore Paul. ex Festo.)

5 *duabus toris* vulgo. *duabus oris* L. *toribus* CDMp. *toros* cj. Popma. *tori* cj. Guyet; quod equidem scripseram. *cum strusset* vulgo. *cumstrasset* PC. — 7 *Cytrus* Gerl. *Gerontod.* Codd.; Græcis litteris Edd. — 8 *libia* Codd., edd. ante M. *Libyssa* vult J ex p. 451, v. *Fasciam*; habet M. *fasces cingit* Codd., vett. edd. *fasceis* Bentin. M. *fasciis* cj. J. *fores* vulgo. *fore* J. *forem* Noster p. 451. Versum, ut exhibui, emendat Passerat. — 9 *cecuttiunt* vel *cæcuttiunt* (bis) Codd., hoc habent CD. *cæcutiunt* Edd. (Etiam *cæcutis* in *Præstringere*, p. 35.) *cecuttiunt lippiunt oculi mei cecuttiunt* H. — 12 Jam sup. p. 16. *succussatori* Codd. *succussator* Mp. *succusator* D. *succussatoris* JM, ut p. 16. *taetri* HLWM. *tetri* PDJ. —

[Ecaudis, sine] coda. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Sed ut canis ecaudis. »

Casnares, senes. Varro Sexagessi : « Vix effatus erat, quum, more majorum, ultro casnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant. »

Crassum positum pro hebeti, stulto. Varro Sexagessi : « Senibus crassis homulli non videmus quid fiat?

Canum, vetus, antiquum. Virgilius lib. I [Æneid. v. 292] :

Cana Fides et Vesta.

Varro Eumenidibus : « Et ecce de improviso ad nos accedit cana Veritas, Attices philosophiæ alumna. »

Cisium, vehiculi biroti genus. M. Tullius Philippicarum II [c. 31] : « Delituit in quadam caupona, atque ibi se occultans, perpotavit [ad vesperum; inde] cisio [celeriter ad urbem advectus,] domum venit. »

Celeratim, celeriter. Sisenna Historiarum lib. V : « Quo magis celeratim poterat, in insidiis suos disponit. »

Copiantur, a copia, honeste positum, ut *lignantur*, et *pabulantur*, et *aquantur*. Claudius lib. I : [Multis] armis, et magno commeatu, et præda ingenti copiantur. » Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 193] :

Sub mœnibus urbis aquantur.

Confutare est confundere vel commiscere. Varro Manio : « Harum ædium symmetriam confutabant architectones. » Titinius Setina :

Cocu' magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua.

13 *arboris* vett. edd. — 15 *redduxi* P. — 16 *Coda. Varro... ut canis sine coda* omnes. Sed ea quid sibi velint, nemo explicat. Num *cauda* verbum insolens? Num de vocabuli orthographia, quod nunquam fit, agit Nonius? *Coda* nihil nisi seriorem scripturam indicat, ut sexcentis locis videmus. *Ecaudis* nota vox, sed non proprio sensu, qui sane quotidiani usus fuit. Inde Italorum *scodato*, et nos nostrum v. *écoué* traxitous. Ceterum ordo per litteras Nonianus non est. Vide *Equimentum*, *Culcsl*, *Quadrifariam*, etc. — 18 *Carnales sedules* HLWJ. *seddules* M (et W, sed altero *d* expuncto). *setdules* P. *Carnales se varro* C. *Casnares* cj. J, Scal. Guyet, prob. Od. Müller. *ædiles* cj. Turn. *seniles* Scal. Reuvens. *senes* cj. J. *vix effatus* (*t* script. sup. priore *f*) H. *et fatus* CD, ed. 1476, J marg. Gerl. *ecfatus* M. — 19 *ultro carnales arr.* vulgo. *de fonte* Codd. *de ponte* J (Festum secutus) et M. — 21 *Carssum* P. — 22 *homuli* P, ed. 1476, J marg. *homili* (suprascr. *u*, ut sit *homuli*) H. *humuli* (priore *u* in *o* mutato) W. *humuli* vett. edd. *humili* LJM. *heu muli* cj. Scal. *vidimus* omnes. *videmus* cj. Scal. — 23 *anticum* Codd. *antiquum* Edd. — 25 *de improvisos* Codd. plerique. *improvisa* H, Edd., ut Noster p. 243. — 26 *atticis filopre* H. *atticis philopræ* Codd. plerique. *atticis filio* (*filo* A) *præalumna* vett. edd. *attices* Roth Riese. *atticæ philosophiæ* Perott. Bentin. JM. — 27 *Cissium* vulgo. *Cassium* L. *Cisium* J. *riroti* L Turic. *Philippi libro* vel *lib.* II HP Gerl. *Philipp. lib.* Edd. Sed *libro* temere additum, ut solet. — 28 *delevit in* Codd. *delituit* AJM, ut Cic. *per potum cissim* (*scissim* CD) *domum* Codd. *perpotavit ad vesperum; inde... adductus, domum* Bentin. JM.

2 *poterant* vulgo. *poterat* ex Gell. 12, 15. *in insidiis* J, ut Gell. *in* omitt. Codd., M. — 3 *Copiantur* HPLJ. *Copiatur* WM. *et papulantur* P. — 4 *Cœlius* vel *Cælius* vulgo. *Cœcilius* ed. 1476. *Claudius* ap. Gell. 17, 2 : unde Nonium corrigi vult M. *sed præda* HPA.

Compluries, frequenter. Cato Suasione in legem populi : « Quod compluries usuvenit, omni tempore anteventum esse, rempublicam reddimus. » Idem Originum lib. IIII : « Compluries eorum milites mercenarii inter se multi alteri alteros in castris occidere. » Plautus in Persa [IV, 3, 65] :

Quid! metuis? — Metuo hercle vero : sensi ego [jam] compluries.

Cognomine est ejusdem nominis. Afranius Divortio :

Leti unum genus [est] morborum cognomine.

Clipeat. Pacuvius Hermiona :

Currum linquit, chlamyde contorta astu clipeat brachium.

Ita et *galeare*. Cinna in Epigrammatis :

Miseras audet galeare puellas.

Convasare dicitur furto omnia colligere. Terentius Phormione [I, 4, 13] :

Aliquid convasassem, atque hinc me ego conjicerem protinam in pedes.

Cluet, nominatur. Lucilius lib. XXX :

Cuja opera Troginu' *Calix* per castra cluebat.

Ennius Ambracia :

Per gentes esse cluebat omnium miserrimus.

Pacuvius Iliona :

Sed hi cluentur hospitum infidissimi.

Varro Ὄνος λύρας :

Pacuviu' discipulus dicorporis fuit
Enni; sed [ego] Pompiliu' Musarum cluo.

set. Gerl. *et* M. *prædaque* J, ut Gell. — 8 *vel committere* Codd., JM. *commutare* ms. Fabri. *commotare* cj. Passer. *commiscere* conjecturam prob. M Guyet. — 9 *summentria* Codd. *summe atria* vett. edd. et M. *summa atria* J (et sic legit Turn.), improb. M. *confutnbat* Codd. *confutabant* Edd. *summetriam confutubant* cj. M. *summetria confutnbat* cj. Roth. *architectones. Idem lib.* I *nius sedina* Codd. *archit. Titinnius Setina* JM. (Versus enim sæpius recurrit : p. 19, 249 et 503.) — 11 *magnus nahenum* Codd. *magnum ahen.* JM. *trya* P. — 12 *suasionem* Codd. *suasione* JM. *Popili* cj. Jordan. — 13 *esse* omnes. *est* cj. Guyet. — 15 *mercenari* P. *mercennuri* Gerl. *mercennarii* DMp. *mercenarii* Edd. *inter sese* Gell. 5, 21. *multi alteri* vulgo. *multi* est ap. Gell. *inulti* Turic., et cj. M. — 18 *Cognomen est* omnes. *Cognomine* cj. Neuk. — 19 *letium genus* vulgo. *letium* CMp, ed. 1476. *litium* cj. Bothe. *cognominationis morborum cognominis* omnes. *leti omne genus cognominationi morb. cognomen* vel *cognomine est* cj. Lips. *letum genus cognationis* cj. Herm. *est cognominis* Bothe. *cognomine est* cj. Lips. Herm. Neuk. *leti genus Cognationes, morb. cognomines* Ribb. Equidem delevi *cognominationis* tanquam glossema, et vocem Afranio minime tribuendam. — 21 *liquit* omnes. *clamide* HP. *clipeat operit clipeat et* H. *clipeat et accium* Codd. pleriq. *clipeatur accium* CMp. *brachium* AJM, ut Varr. L. L. 5, 7. — 22 *Ita et calcare* Codd., etiam CD, et ms. J. *galeare* JM. *in Epigr.* Codd. *in* omitt. JM. — 23 *miserat* P. *galeare operire* H. — 24 *Convassare* P. — 26 *ego coicerem* H Gerl. *ecoicerem* P. *conicerem* J. *conijcerem* M. — 28 *quia opera* H Gerl. *qui* (superp. *a*) P. *cuia* JM. (Qui versus jam sup. in v. *Cuja*, p. 81.)

1 *ambratia* Codd. — 2 *esse* omitti vult Lips. *esse per gentes clueb.* cj. Guyet; de quo ipse cogitaveram. — 4 *hæc cluentur* vulgo. *hi* ms. Voss., J marg., recep. Both. Ribb. *infidelissimi* omnes. *infidissimi* Guyet. Both. Ribb., ut ipse videram. — 6 *dispiculus* P. *dicorporois* HW. *dicorporrois* L. *decorporo is* P. *dicorporis* ed. 1476. *dicor, porro is* JM. *bicorporis* alii ap. Bentin. J. *fuit* omnes. *cluit. Ennius : Musarum* (ut novum exemplum sit) cj. J, prob. Planck. — 7 *Ennius Musarum Pompil.* vulgo. *Ennii* Laurenb. *clucor* vulgo.

Cibicidas. Lucilius lib. XXVII :

Viginti domi, an triginta, an centum cibicidas alas.

Contenturum. Lucil. lib. XXVII :

Tu credis Lucilium
Contenturum, quum me ruperim, omnia summa fecerim?

[Cibarium.] Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Vel maxime illic didici, et sitienti videri aquam mulsum, [et] esurienti panem cibarium siligineum, et exercitato somnum suavem. »

Canicas veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII :

Quanti vellet, quam canicas a pulte et mangonis manu.

Concorditas, pro concordia. Pacuvius Hermiona :

Concorditatem hospitio adjunctam perpetem,
Probitatem conservetis.

Commentus, pro commentitus. Plautus Amphitryone [III, 3, 23] :

Fac Amphitryonem jam advenientem ab ædibus
Ut abeat quovis pacto, fac commentu' sis.

Cribrum. Lucilius lib. XXVI :

Cribrum in cernieulum, lucernam in laterem, in telam licium.

Contemnificum. Lucilius lib. XXVI :

Ego enim contemnificus fieri, et fastidire Agamemnonis.

Cordi est, honeste dictum, animo sedet. Lucilius lib. XXVI :

Et quod tibi magnopere cordi est, mi vehementer displicet.

Idemque :

Si tibi porro istæc res idcirco est cordi, quod rere utilem.

Congenuculare. Cœlius Annali lib. VII : « Ipse regis eminus equo ferit pectus adversum : congenuculat percussus; dejicit dominum. »

clueo J marg. *bicorporis* (vel *bicordis*) *fuit Enni, Ennius Musarum* cj. Roth. *Enni* [*Ennius*] *Mus. Pomp. clucor* Œhler ; quod priori senario male respondet. *eluor* cj. Guyet. — 8 *Tibicidas* (bis) Codd., etiam CD. *clucor tibicidas. Lucil.* vett. edd. *tibicidas tibicinas* W marg. *Cibicidas* cj. J et Gul., prob. Passerat.; recep. M. — 9 *vel centum* omnes, quod nec metro nec grammaticæ satisfacit. — 12 *me ruperint* Codd. *ruperim* cj. J, habet M. (Sic in v. *Rumpere*, p. 382.) *sum. omnia* contra metrum omnes. — 13 *Cibarium.* Recte vidit Popma hoc exemplum alieno loco esse : quod mihi jungendum videtur cum simili lemmate p. 93. — 14 *sitienti teriacam* Codd. *videri aquam* (scriptum *acam*) cj. Murel.; recep. JM. *mulsum* HPLJ. *mulsam* WM Gerl. — 15 *exercitata* P. — 17 *a pulte et* HLAJ. *apud te* PWJ marg. M. *macgonis* P. *magonis* HW. *maconis* LAJ. *magonis* M. *ut Mogonis* J marg. — 20 *Comitatem conserv.* solus habet M, an volens? *probitate* cj. Delrius. — 21 *Commentum pro communitum* vulgo. *pro commonitum* W, Bentin. J marg. — 22 *fac jam* omnes. *jam* non apud Plaut. *fac A. huc* Bothe. *amfitrione adv.* Codd. *Amphitryonem* Edd. — 23 *ut abigas* cj. Meurs., ut in Edd. Plaut. — 25 *cribrum, incerniculum* omnes : hoc divisi, prob. Dübnero. *lucernam* vulgo. *in laternom* ms. Dousæ, prob. Bad. *in lam licium* P. — 29 *magno opere... mihi* vulgo. — 30 *Idemque* Codd., M. *Idem* AJ.

1 *ista ec res* P. *quo re utilem* P. *quod re* vulgo. *quod rere* JM. — 2 *congenuclare* (bis) omnes. *congeniculare* (ut dicitur *Ingeniculus*) vel *congenulare* (ut est p. 57) cj. Passer. *Cæcilius* HCD. *Cœlius* vel *Cælius* vulgo. *Annali* vulgo. *Annalibus* CDMp. — 3 *avorsum* Codd. et AJ. *advorsum* ed. 1476, M. *dejecit* omnes.

CAUSARI, causam dicere vel defendere. Attius Medea :

Qui potis est refelli quisquam, ubi nullu 'st causandi locus?

Afranius Emancipato :

Vide ut facunde contra causeris patrem!

Pacuvius Armorum judicio :

Qui sese adfines esse ad causandum volunt,
De virtute his ego cernundi do potestatem omnibus.

CELEBRESCAT. Attius Diomede :

Et qualis fuerit, fama celebrescat tua.

CŒPERE, incipere. Cæcilius Hypobolimæo rastraria :

Here, obscuro hercle desine : mâne cœplam.

Plautus Menæchmis [V, 5, 57] :

Neque ego insanio, neque pugnas, neque [ego] lites cœplo.

Idem Truculento [II, 1, 23] :

Dum habeat, tum amet; ubi nihil habeat, alium quæstum cœpiat.

CERTISCANT, certa fiant. Pacuvius Chryse :

Atque eccos, unde certiscant.

CELEBRE, non solum frequens, sed etiam velox. Attius Ægistho :

Celerem gressum accelebrasse decet.

CALLESCERUNT pro occalluerunt, Cato de Bello Carthaginiensi : « Aures nobis callescerunt ad injurias. »

COMMETARE, commeare. Novius Bubulco cerdone :

Quum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi.

Afranius Virgine :

Quo tu commetas? ubi confixus desides?

CONCALLUIT. M. Tullius ad Atticum lib. IIII [16] : « Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitat, olim concalluit. » Et de Natura deorum

dejicit cj. Passer. — 5 *Causare* Mp. — 6 *repelli* omnes. *refelli* cj. Gul. *nullus est* omnes. *nullu'st* Voss. Ribb. — 8 *videt facunde... causaris* Codd. *vide ut... causeris* Bentin. JM. — 9 *Pacuvius*. Versus recurrunt p. 261. — 10 *sese ad finem* Codd. *adfinem* JM. *adfines* Gothof. Both. Ribb. *adf. esse* omitt. P. — 11 *is ego* vulgo. *his* ed. 1476. *ius* J marg. Guyet. — 14 *Cepere* HP. *Cæcilius Peribœa rastr.* vulgo. *Hypobolimæa rastr.* cj. Scal., recep. M. — 15 *ere abscuro* Codd. *œre* ed. 1476. *aere* JM. *here obsecro* cj. Spengel. *desine* Codd. *desinam* Edd. ante M. — 17 *ego sanio* W. *neque ega insania nesanio neque pugnas* P. *ne litis* Codd. *nec lites* AJM. *neque ego* ap. Plaut. — 19 *dum abeam et ubi nihil cœpiam* Codd., vett. edd. *Dum habeat, tum amet; ubi nihil habeat, alium quæstum cœpiat* (assumptis quatuor ultimis verbis lemmatis *Calliscerunt*) cj. J et Canter., recep. M. — 20 *Certissant* omnes. *chrisae* Codd. *Chryse* JM. — 21 *aquæ* omnes. *atque* Bentin. Guyet. Both. Ribb. *certiscent* cj. Voss. — 22 *Cœlebre* H. *accius egista* H. *egist* P. — 23 *celebri gradu gressum accelebrasse* Codd., vett. edd. *celeri* Serv. ad Æn. 4, 641. *accelerasse* JM Voss. *acceleravisse* cj. Scal. *celebri[que] gradu [trepidum] gressum* Ribb. *docet* Codd., vett. edd. J marg. *decet* JM, et est ap. Serv. *addecet* cj. Scal. Voss. — 24 *Calliscerunt* (bis) omnes, etiam CDMp. (Talia verba ubique, et nulla in *esco*.) *prout calluerunt* Codd. *pro ut* CD. *pro occalluerunt* Bentin. JM. — 25 *ad injurias habeat alium quæstum cœpiat* (quæ ad superius lemma pertinere monui) Codd. — 27 *ad lopam* P. — 29 *Ubi conf.* novæ personæ tribuit Bothe. *defixus* cj. Bentleius. Forte *confisus*.

1 *Cancaluit* (et in sqq.) Codd. *concaluit inca-*

lib. III [c. 10] : « Quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. »

Conciere, cum perturbatione commovere. Attius Medea :

Nisi quas terrestres pontus strages conciet.

Afranius Deposito :

Di sunt irati tibi,
Qui conciêre cogites tantum mali.

Ennius..... [Pacuvius] Duloreste :

Extemplo, Ægisthi fidem
Nuncupantes, conciebunt populum.

Conglomerare, involvere, superaddere. Ennius Thyeste :

Heu [heu]! mea Fortuna ut omnia in me conglomeras mala!

Congermanescere, coalescere, conjungi vel consociari. Quadrigarius Annali VIII : « Facite, exemplo eorum, ut vos cum illis congermanescere sciatur. » Varro Rerum humanarum lib. III : « Postea cum his una rempublicam conjuncti congermanitate tenuere. »

Collabella, adjunge labra. Laberius Anna Peranna :

Collabella osculum.

Cymbalissare. Cassius Hemina lib. III : « [Una] mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbalissabat. »

Concinnare, conficere, vel colligere. Nævius Belli Pœnici lib. IIII :

Transit Melitam Romanus exercitus;
Insulam integram urit, populatur, vastat;
Rem hostium concinnat.

Catulire, esurire, vel libidinari. Laberius in Lacu Averno :

Scinde una [cum] exoleto patienti catulientem lupam.

lut W marg. *Concalluit* Edd. — 2 *habitnbat* Edd. Cic., quæ post *olim* distinguunt. *ut deorum* CD. — 6 *terrestris* vulgo. *terrestres* J. —8 *dii* JM.—10 *Pacuvius* (deleto *Ennius*) *Duloreste* cj. Scal., prob. Voss. Stiegl. Ribb.—11 *exemplo* Scal. Ribb. *egisti* Codd., Edd. ante M. *Ægisthi* vel *Ægysthi* ed. 1476, Bentin. Scal. M, et cj. J. — 12 *conciebunt* HPL (et W, sed superscr. *a*). *conciebant* Edd. et Ribb. — 13 *Ennius titbe* Codd., M. *Titthe* J marg. *Thyeste* Edd. ante M, prob. Hessel. Both. Ribb. — 14 *eumea* P. *eu mea* Codd. *Heu mea* JM. *heu heu* cj. Voss. Both. Ribb. *conglomeras* HPLAJ. *glomeras* W, ed. 1476, M. — 16 *Annulinm : facite* omnes. (Sed vid. in v. *Murmurari*, p. 478.) *exempla* omnes. — 18 *et congermanita tenuere* HL. *congermanitate nuere* P. *et congermani teu.* W, J marg. M. *et congerminati* ed. 1476, J. — 19 *Collabella* H. *Conlabella* CD Gerl. *adjunge labra* P marg., Edd. ante M; quod omittunt ceteri. *Laberius annalium peranna* omnes. *Anna Peranna* cj. J Passer., prob. Gifan. M : quæ Laberii fabula memoratur a Gell. 16, 7. — 21 *Cassius heminis* C. *eminis* D. — 22 *frygiis* CD. *frigiis* HPMp. *cimbalissabas* PC. — 23 *concinnare hic dissipare, alibi componere* W marg. — 26 Forte *populat.* — 28 *Catullire* (et inf.) omnes. *Catulire* Guyet; quod ipse dudum scripseram. *lacu balerna* Gerl. *lacuberna* P, vett. edd. *Lacu Averno* Bentin. JM. (Hanc fabulam citat Prisc. p. 712.) — 29 *scinde una* Codd., ed. 1476, M. *unam* AJ. *inam* (scil. membranam) cj. Palmer. *excoleto* HPLW. *exoleto* AJM. *impatientem* W. *in patiente* ed. 1476. *exol. patienti* Ribb. *catulientem pugulam* (nam *puga* ap. Horat.) cj. Guyet.

P. 91 M.

Caduciter, præcipitanter. Varro Erratione :

Aut frigidos nimbos aquæ caduciter ruentis
Pertimuerint aquatiles querquedulæ natantes.

Cupienter, cupidissime. Attius Philocteta :

Cui potestas [si] detur, tua
Cupienter mâlis membra discerpat suis.

Ennius Phœnice :

Stultu 'st qui cupita cupiens cupienter cupit.

Commemorare, commonefacere, in memoriam reducere. M. Tullius de Senectute [c. 11] : « Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro vesperi. » Idem de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 3] : « Sed a te opportune facta mentio est : studet enim meus audire Cicero quænam sit istius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, peripateticorumque sententia. »

Consectarium, efficax, perfectum. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. IIII [c. 18] : « Illud vero minime consectarium, sed in primis hebes illorum. »

Concubia nocte, primi somni [tempore]. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Ipsi legati, concubia nocte oppido digressi, jam supra hostium munitionem succedunt. »

Cistas. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Cistasque, quæ erant legum ferendarum gratia paratæ, dejecerant. »

Centones et Cilicia. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur. »

Crebritudinem, pro crebritatem.....

1 *et ratione* Codd., M. *etratione* J. *etractione* ed. 1476. *Erratione* (in Indice) M, prob. Œhler. *Æthrione* cj. Vahlen, recep. Riese. — 2 *aut frig.* vulgo. *at* ms. Palat. et J. *aqua icta caduc.* Codd. *aqua ista* AJ. *aqua iacta* ed. 1476. *aqua caduc.* M. *aquæ cad.* cj. Scal. *aquai* M (in Erratis). — 3 *pertimuerunt* Codd., A, Œhl. Riese. *pertimuerint* JM. *pertimuere* ed. 1476. *præinnuere* cj. Scal. *aquatilis* vulgo. *aquatiles* J et Scal. — 5 *potestas si* cj. Scriv. et Passer., prob. Herm. Both. Ribb.; in quod ipse incideram. — 6 *discrepat* AJ. *discerpat* J marg. et emendat Steph. — 8 *stultus est* omnes. *stultu'st* Voss. Ribb. *cupida* omnes. *cupita* Ribb.; quod ipse videram, reposcentibus sensu et metro. *Stultus est* [*is*] totum septenar. efficeret. — 9 *redducere* P. — 12 *lib.* I vulgo. *lib.* V M. — 13 *sedet enim meuis audire* PW. *sed etenim* H. *meus* (superser. i) L. *sedet enim meus* Gerl. *studet enim* M, ut Cic. — 14 *academicorum et de fin.* Codd. *et* omitt. J. *academiæ de* M. — 16 *Conjectarium* Codd., etiam CDAJ. *Consectarium* cj. Muret. *Conjecturarium* W marg., M. — 17 *vero mihi me* Codd., ed. 1476. *minime* JM, ut Cic. *conjecturarium* Codd., J marg. M. — 18 *habes* Codd. *hebes* JM, ut Cic. — 19 *historiæ* Codd. — 22 *cistasque* vulgo. *cisteque* J. *quærant* D. *querant* CM. — 23 *parta* Codd., M. *partha* L. *paratæ* Bentin. J. *defecerant* omnes. *dejecerant* cj. Passer. M. *gratia* deleri vult Stewech. in Arnob. — 24 *poppis* Codd., etiam CD. *puppes* JM. — 25 *perpetua ac laxe suspensa* cj. Salmas. *clossis* C. — 27 *Crebritudinem* et *Celeritudinem* vetus lingua juxta requirit ; quorum unum excidit. Hoc animadverso, conjecturæ facile procedunt. *Celeritudinem pro celeritate* (præcedentis ti-

[CELERITUDINEM, pro celeritatem.] Sisenna Historiarum lib. IIII : « Nam clandestina [cum] celeritudine transigi, apud notos cogitata dici decet, non explanari. »

CÆMENTA, lapides non magni modi, quibus ædificia consurgunt. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Formidine oppressus, quod humilem cæmentis instructum oppidi murum sciebat. » Varro Bimarco : « Non te pudet, Mani, quum domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes servis tuis ministrare cæmenta? »

CIS positum pro citra. Sallustius [Histor. lib. I : « Omni Gallia] cis Rhenum atque mare nostrum et Oceanum, nisi qua paludibus invia fuit, perdomita. » Varro Rerum humanarum lib. XX : « Eo die cis Tiberim redeundum est, quod de cœlo auspicari jus nemini sit, præter magistratum. »

QUADRIFARIAM. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Et ea, quæ ad mortales pertinent, quadrifariam dispertierim : in homines, in loca, in tempora, in res.

CONCALEFACERE, exercitare, vel incendere, vel hortari. Cicero de Oratore lib. II [c. 78] : « Et ait idem, quum brachium concalefacerit, tum se solere pugnare. » Idem ad Pansam lib. III : « Nos Ventidianis rumoribus concalefecimus. »

CAVILLANTUR, ut jocantur. Cicero de Oratore lib. III [c. 31] : « Cavillantur, aut aliquid de oratoris arte paucis præcipiunt libellis. »

CATUS pro sapiente. Cicero Tusculanarum lib. II [c. 19] : « Homo catus nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum. »

CONTRAUI dictum est honeste, quadam tristitia laborare, et sollicitudine aut mœrore. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 34] : « Hoc de-

luli loco) cj. Nic. Faber, prob. M ; etiam cj. Schott. — 28 *historiæ* Codd. — 29 *clandestinn celeriter* omnes. *celeritudine* cj. Faber, prob. M. *celeritudinem* cj. Schott. *cogitata* omnes. *cogitate* cj. Faber. — 30 *decet* omnes. *debent* ms. Fabri.

2 *historiæ* Codd. *humiliter* ms. Fabri. — 3 *oppi* (in fine lineæ) P. — 3 *Varro Bimarco* Hoc iterum citatur p. 196. — 6 *pro ultra* omnes. Sed, ut notat Forcell., exempla repugnant. *citra* cj. Guyet. *intra* ipse conjeceram. *cis* vertitur *citra* et *intra* a Gell. 12, 13. *Sall. Hist.* Prima verba suppeditat Gerl. Sall. fr. p. 213, loco a pluribus citato. — 7 *cis irhenum* C. *nisi quia palud.* D. *Varro Rhetoricorum* omnes, etiam M. *Rerum humanarum* legendum cj. Popma, ostendit M, nec in hujus Indice titulus *Rhetorica* comparet. — 9 *redeundum est quod de cœlo au* omitt. P. *auspicari* H, et Edd. *spicari* P. *auspiciari* W, J marg. *magistrum* Codd. *magistratum* AJM. — 11 *Quadrifariam* omnes. *Cuadrifarinm* in quadam Nonii epitome, ms. n. 7577 Bibl. Imp. *Rhetoricorum* omnes. *Rerum humanarum* legi jubent Popm. M, prob. Guyet. — 12 *mortalis* vulgo. — 14 *Concalfacere* omnes, solenni syncoparum abusu. *exercitare* vulgo. *excitare* CD, ed. 1476. *hostari* D. *ostari* C. *Cic. de deorum natura* vulgo. *de Oratore* correxit Passerat., habet M. — 15 *concalfecerit* omnes. *concalefecerit* Edd. Cic. — 17 *calficimur* Codd., J marg. M. *concalficimur* ed. 1476. *concalfecimus* AJ. — 19 *haut aliquid* P. — 20 *Castus* (bis) CDL. — 23 *tristitia liberari* omnes. *vibrari* cj. Lips., improb. M. *laborare* cj. Guyet; quod ipse jamdiu scripseram, et amico Dübnero approbaveram. — 24 *merore... merens* vulgo.

tracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens; morsus tamen et contractiunculæ quædam animi relinquentur. » Et lib. IIII [c. 6] : « Itaque hæc prima definitio est, ut ægritudo sit animi, adversante ratione, contractio. »

Cicures. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 13] : « Partim solivagas, partim congregatas; immanes alias, quasdam autem cicures; nonnullas abditas terraque tectas. »

Cujas, unde. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 37] : « Socrates quidem, quum rogaretur cujatem se esse diceret : Mundanum, inquit. »

Cibarium, quod nunc aut de pane sordido, aut de alio indigno dicatur, Varro Modio : « In cubiculo meo dormire mallem, scilicet potus vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem. » Idem Ὄνος λύρας : « Tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus. » Cicero Tusculanarum lib. V [c. 34] : « Cui quum peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum illo pane jucundius. »

Comedones, ab edendo. Varro Modio : « Putat fore hoc, quod his comedonibus venit usu, quibus lauta voluptate quum edunt, dumtaxat gula gaudet. »

Caulem, vitis robur, quem dicimus colem. Varro de Re rustica lib. I [c. 31] : « Ex sarmento caules qui nati sunt, de iis qui plurimum valent, primum et secundum, nonnunquam etiam tertium reliquere, reliquos decerpere. » Et Virgilius lib. XII [v. 413] :

Puberibus caulem foliis.

Continuari, convenire, concurrere. Sisenna Historiarum lib. VI : « Marius ostio Liris evehitur, atque Ænariam suos continuatur. »

1 *tamen et* vulgo, ut Cic. *tamen hæc* LA. *animi relincuntur* LJ. — 2 *prima* omitt. P. — 5 *congrega* P. *autem cicuras* Codd. *cicures* Edd. *non ulias abditas* L. *non alias* (superscr. *nullas*) H. — 10 *Cibarum* C. *dicatur. Varro* sic omnes. *Varro modo* HLW. *modi* P. *Modio* Edd. — 11 *cubiculo* HPLAJ. *bucolico* WJ marg. M. *edormire* cj. J. *potus vinum* Codd., JM. *potus* alii ap. Bentin. J marg. *potius unum* cj. M. *edormire mallem vinum meum* (deletis scilicet *potus*) cj. Guyet. — 12 *ego domi* cj. J. — 13 *tiras* H. *Aristoxeni* cj. Guyet. — 14 *peregrinanti Ægyptum* Codd., JM. *peragranti* J marg., ut Cic. — 15 *secutis* Codd. *consecutis* Bentin. JM, ut Cic. *visum est* Edd. Cic. — 17 *ab edendo* omnes. *a comedendo* cj. Stewech. *Varro medio* D. *putat fere* J marg. *quod huic comedonibus* Codd., etiam CD. *hinc* ed. 1476, A. *hic* JM. *his* Œhler; in quod ipse incideram. — 18 *convenit usu* vulgo. *usus* C. *cum venit usu* cj. Victor. *quondam usu venit* Stewech. *comed. venit usu* cj. Laurenb., prob. Œhl. Vahlen. *quibus nota voluntate comedunt* vulgo, etiam CD. *voluptate cum edunt* cj. J, prob. M. *notha volupt. cum edunt* Vict. *mota volup. cum* Popm. Œhler, Riese. *tota* cj. Vahlen. — 20 *Caulem vitis robur. Varro de R. R. lib.* (numerus seu deest seu variat) *quem dicimus caulem, ut Virg... foliis ex sarmento caules*, etc. Ita omnes perturbate exhibent. *de Re rustica lib.* X HPW; numerum superscribit L, omittit Gerl. *lib.* I Mp, Edd. — 21 *e sarmento* HPCDMp. *ex* vulgo, ut Edd. Varr. *de his* vulgo. *iis* AJ, ut Edd. Varr. — 25 *Continuare* vulgo. *Continuari* M e conj. *lib.* VI HPLJ. *lib.* V W, ed. 1476, M. — 26 *ostium* malim. *adque Ænar.* M e conj. *continuatur* omitt. L. *continuare* Edd. ante M. *continuare jubet* J marg.

Cinefactum, in cinerem dissolutum : figuratio, ut *tepefactum* et *labefactum*. Lucretius lib. III [v. 919] :

At nos horrifico cinefactum te prope busto.

Coxendices, costas. Cœlius : « Caput collo sustentatur, truncus sustinetur a coxendicibus. » Varro de Re rustica lib. I [c. 20] : « Lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. »

Conditaneum, quod condi potest, recte dicit Varro de Re rustica lib. I [c. 24] : « In agro crasso et calido oleam conditaneam, radium majorem, Sallentinam, orchitem, pausiam, Sergianam, albicerem, colminiam. »

Cœnatus, ut *pransus*, ut *potus*, ut *lotus*, id est confecta cœna. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Ut ejus convivium, qui triumpharet in Capitolio, videretur esse proprium, ut ipse potius domum reduceretur cœnatus a convivio. »

Cirros. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros, ad Apollinem ponere solent. »

Calamistrum, fistula brevis qua cirri concinnantur. Cicero in Oratore [c. 23 : « Tum] removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum; nec calamistri quidem adhibebuntur. »

Catellos. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Quare meliusculæ consuetudinis puerilis illorum, qui suis catellis ministrant quod edint. »

D

Dextima, pro dextra. Varro περὶ αἱρέσεων : « Porro inde ab unoquoque compito ternæ viæ oriuntur, e quibus singulæ exitum ac τέ-

1 *et ul tepef.* P. — 3 *horritico ad nos horritico* Codd. *at nos horrifica* Bentin. JM. *te prope cobus* Codd. *busta* AJM. — 4 *Cocsendicas* Codd. pleriq. *Cocsendica coxa* L. *Coxediens* C. *Coxendicas* Mp, Edd. *Coxendices* cj. Guyet. *Lucilius* omnes (solenni mendo). *Caput colos temptatur* HPCDMp. *colo stemptatur* Gerl. *collo sustentatur* JM. *a coxendicibus* Mp. *ac ocsendicibus* (reliquis omissis) P. *sustinetur a* expungere suadet Guyet, nec immerito. — 6 *naribus simulato* P. *simul lato* H. *simu, lato* Gerl. *simis, lato* AJM. *classis* Codd. *crassis* AJM. — 7 *Conditueum* P. *quod condi vel conditi potest* omnes. *recte dici* omnes. *dici ostendit* (vel aliquid simile) cj. M. — 8 *oleo conditaneam* Codd. — 9 *horcitem* Codd. *orchitem* JM. *puseæ* P. *puseam* LWM. *pausiam* Bentin. JM, Guyet. *poseam* M, ed. Schneid. *serginam* omnes. *Sergianam* Edd. Varr. (et Cato, R. R. 6). *albicurem* Codd. *albieerem* M. *colmineum, albicerem* J. *colmineam* omnes. *colminiam* Edd. Varr. *colminianam* Cato l. cit. — 11 *cœnatus* (et deinceps) HM. *cœnatus* A. *cenatus* CPJ Gerl. — 13 *videtur* LJ. — 14 *redduceretur* P. — 16 *ad appolinem* C. *Apollinis* cj. Gothof. — 18 *Calamistrum*. Lemma alienissimo loco positum p. 516, ante *Carchesia*, huc insero. *qua libi* Codd. pleriq. *quam tibi* P. *qua tibia continetur* D. *qua cirri continentur* Edd. *concinnantur* scripsit aliquis in marg. Jun. *sicula brevis qua cinni concinnantur* cj. Steweck. — 21 *melius curæ consuet.* ed. 1476. *meliusculæ curæ* A. [*curæ*] J. *meliuscule* C. — 22 *ministrent* W. *edent* vulgo. *edint* M. — 26

λος habent proprium. A primo compito dextimam viam munit Epicurus. »

DESUEVI illum, pro desuefeci illum, id est consuetudinem ei abstuli. Titinius Gemina :

> Parasitos amovi, lenonem [ex] ædibus absterrui,
> Desuevi ne quo ad cœnam iret extra consilium meum.

DAPALIS cœna est amplis dapibus plena. Titinius Varo :

> Toto fit in foco
> De lignis mihi dapalis cœna.

DIVITANT, pro divites faciunt. Attius Astyanacte :

> Nil credo auguribus, qui aures verbis divitant
> Alienas, suas ut auro locupletent domos.

Turpilius Thrasyleone :

> Di me divitant.

DESQUAMAT, squamis exspoliat. Plautus Aulularia [II, 9, 1] :

> Dromo, desquama pisces; tu, Machærio,
> Congrum, murænam exdorsua, quantum potes.

Lucilius Satyrarum lib. VII :

> Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor,
> Expilor, [ex]pingor.

DEARTUARE est quasi per artus concidere. Plautus Captivis [III, 4, 109] :

> Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum, miser.

Idem in eadem [III, 5, 14] :

> Deartuasti dilaceravistique opes,
> Confecisti [omnes res ac rationes meas].

DEMOLIRI, deruere. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Pluteos rescindit, ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. »

ex quibus Prisc. p. 607. *singulæ extimæ* (*extume* H, *extumæ* J) *exitum od cælos* HP, Edd. ante M. *exitum ac telos* Lips. Passer. Gifan. (ex Prisc.), habet M. — 27 *primo* (omisso *a*) LA.

1 *lenonem* omnes. *lenonum ædibus eum absl.* cj. Lachm., recep. Ribb. — 2 *ne quod ad* PL. *ne quid* A. *quo* (omisso *ne*) CD. *od cœnom iret* PWM, ed. 1476. *exiret* LAJ. — 3 *Titinnius Vorro* vulgo. *Voro* Bentin. J, prob. Neuk. Ribb. — 5 *ignis indopalis* Codd. et M. *mihi dapalis* Edd. ante M. prob. Herm. Ribb. *mi dapalis* Neuk. — 6 *Devitant providitis* (*pro viditis* D) CD. *Attius*, etc. Cf. Gell. 14, 1. — 7 *ouris* omnes. *verris devitont* L. — 9 *transitione* Codd. *Thrasyleone* M. *Thrasyleonte* J. — 10 *dii* Edd. — 11 *Plautus*, etc. Jam sup. p. 17. — 12 *drome* H. *dromæ* Codd. plerique. *piscis* vulgo. *pisceis* AJ. — 13 *gongrom* H. *gongrum* Codd. pleriq. JM. — 15 *sador* omnes. *rador* cj. Ach. Stat. Turn. Dous. Guyet, et in edito suo corrigi jubet M. *scabor* Scal. Carrio. *sudor* cj. J. *subbellor* Codd., ms. J et M. *subellor* J. *subvellor* ms. Dousa, et cj. Stat. Turn. Scal. — 16 *Expilor pingor* (*pinguor* P) omnes. *suppilor* cj. Bentin. Carrio. *expolior* Dousa. *unguor* cj. Bentin. *Expilor et pingor* cj. Guyet. *Expilor, expingor* ipse conjeceram, quum secunda corripi debeat. — 19 *deunciatus* HWJ marg. M. *denuciatus* P. *deunctus* LAJ. *deruncinatus* Bentin. J. — 21 *atque opes* omnes. *que opes* emendo Plauto duce, qui melius exhibet : *Dilaceravisti deartuavistique.* — 23 *Demolliri* CD. *diruere* vulgo. *deruere* CD Turic. (etiam in L, *i* suprascr.). — 25 *Dividos* (item inf.) omnes, etiam CMp. *Dividuos* cj. Passer. Guyet; quod ipse scripseram,

DIVIDOS, id est separatos. Attius Andromeda :

Nosque ut seorsum dividos leto offeras.

DISPULVERARE est dissolvere. Nævius Gymnastico :

Saxa, silvas, lapides, montes dissicis, dispulveras.

DIFFERITAS, pro differentia. Lucretius lib. IIII [v. 638] :

Tantaque in his rebus distantia differitasque.

DEBIL, debilis. Ennius lib. VIIII :

Debil homo.

DOMITIONEM. Pacuvius Hermiona :

Nam solus Danais hic domitionem dedit.

Lucilius lib. XXVI :

Domitionis cupidi, imperium regis pæne imminuimus.

DESIGNARE, cum nota et ignominia aliquid facere. Terentius Adelphis [I, 2, 6] :

Illa, quæ ante facta sunt,
Omitto : modo quid designavit!

DEBLATERARE, obloqui, confingere. Lucilius lib. XXX :

Deblaterant; plenus bonu' rusticu' concinit una.

DELETILE, non quod deleatur, sed quod deleat. Varro Modio :

Si displicebit tam tibi lalum mare,
Para [ad] siccandum spongiam deletilem.

DATATIM, id est invicem dando. Plautus Curculione [II, 3, 17] :

Tum isti, qui ludunt datatim servi scurrarum in via.

Afranius Omine :

Datatim uxorem ut ludas.

Pomponius Adelphis :

Quod ille dixit, quum datatim in lecto tecum lusi[mus].

Novius Exodio :

In molles non ludunt raptim, pilo datatim merso?

et mutavi hæsitans. — 26 *offeres* vulgo. *offerres* J. — 28 *dissicis* Codd., M. *disjicis* Edd. ante M. — 31 *Debilo* (bis) omnes, etiam C. *Debil* cj. Lips., « ridiculam lectionem » taxans : cui suffragantur Passer. Merul. Hessel. Vulgatam servantem Vahlenium reprehendit Ribb. Comic. præf. p. 18. *Debilo debbis* P. *debiles* C.

1 *Domutionem* Codd., etiam CDMp, vett. edd. *Domitionem* P. *domutionem domo* (leg. *domum*) *itionem* P marg. eadem man. *Domuitionem* JM, Voss. Both. Ribb. — 2 *solus danaps* Codd., etiam CD, vett. edd. *dalanaps* H. *Danaus* J. *Danais* J marg. M. *domutionem* (et in seq.) Codd.; sed Edd. ut sup. — 5 *Dissignare* HPCDLMpA. *Disignare* W marg. *Desigaare* WJM. — 8 *dissignarit* P. — 9 *obliqui* L Turic. *oblioqui* P. *obloqui* vulgo. *lib.* XXX vulgo. *lib.* XX W, ed. 1476. — 10 *plenaus* Codd. *plenus* Edd. *blennus* cj. Palmer. Gifan. J, recep. Gerl. — 13 *partis quantum spong.* vulgo. *quantam* J. *parabis tantum* cj. J, prob. Guyet. *parato tantum* cj. Scal. *para, ris quantam* Popm. *parabis quantum* Œhler. *parces tuam tum* Riese. *spongeam* Codd., M. — 15 *qui ludunt servi scurr. datatim* omnes, turbato ordine; sed præsto sunt Edd. Plaut. — 16 *homine* vulgo. *hominem* LA. *Omine*, cf. ad v. *Præclarium*, p. 64. — 17 *ut laudas* P. — 19 *lusi* omnes. *lusimus* cj. Guyet, qui metro solus medetur; hoc idem ipse scripseram. — 21 *in molis* omnes. *in scholis* vel *choris* cj. Lips. *pila* vulgo. *non ludunt in molis raptim pila, at d. m.*

Dividia est tædium. Attius Armorum judicio :

Hujus me dividia cogit plus, quam est par, loqui.

Turpilius Epiclero :

Sperabam consilia nostra dividiæ tibi,
Quum ætas accesset, non fore.

Dulcitas, dulcitudo, pro dulcedo. Attius Tereo :

..... suavem linguæ sonitum. O dulcitas
Cum spiritu animæ!

Cæcilius Syracusiis :

Tanta hinc invasit in cor Davi dulcitas.

Cicero de Oratore lib. III [c. 25] : « Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcitudine præter ceteros sensus commovetur. »

Discorditas, pro discordia. Pacuvius Hermiona :

Quantamque ex discorditate cladem importem familiæ.

Deletio. Lucilius lib. XXVIIII :

Deletionem nostri ad unum exercitus.

Depoculassere, ac Deargentassere, et Decalanticare [et Despeculassere]. Lucilius lib. XXVI :

Depoclassere aliqua sperans me ac deargentassere,
Decalanticare, eburno speculo despeculassere.

Difflare est flatu disturbare. Plautus [Mil. I, 1, 17] :

Cujus tu legiones difflavisti spiritu.

Lucilius lib. XXVI :

Pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore.

Danunt, dant. Pacuvius Iliona :

Di me etsi perdunt, tamen esse adjutam expetunt,
Quod, priusquam intereo, spatium ulciscendi danunt.

Plautus Pseudolo [III, 1, 1] :

cj. Munk. *pilo* Edd. ante J. *morso* omnes. *in molis ludunt datatim morsu, non raptim* cj. Guyet. *merso* suasit mihi spurca Novii fabula. Claudicante versu, omissa verba suspicatur Ribb. Sed mutato ordino *merso datatim* exsistit iamb. septen. — 25 *Sperabam c. n., cum æ. a., tibi Non fore div.* cj. Guyet. — 28 *suavem* Codd. et vett. edd. *o suavem* JM, recep. Both. Ribb. — 29 *conspiritum* HLA Gerl. *conspiratum* VPW, ed. 1476, M. *conspirantis* J, non improb. M. *conspirata* Ribb. —30 *Syracusis* Codd. et M. *Syracusiis* J (in Elencho), Both. Ribb. — 31 *tantam huic invasit* Codd. plerique. *tantam hinc* V. *hic* ed. 1476. *tanta huic* AJ. *tantan' hinc* M Ribb. *in corda indulcitas* omnes. *in cor Davi dulcitas* cj. M, prob. Spengel : quod et mihi succurrerat. *in tua corda d.* Ribb. *dulcitas* vulgo cum interrogatione. — 32 *Cic. de deor. natura* omnes. Errorem notant Tullii editores. *dulcitudine* Codd., J marg. *dulcedine* Edd. ante M. Quod, etsi verum credo, non facit cum lemmate.

1 *importem* omnes. Forte *importent*. — 2 *detectio... detectionem* P. — 4 *Depoculassere* Codd., M et J marg. *depeculassere* LAJ. *decalauticare* HLWM. *decaluticare* P. *decalanticare* J et cj. Turn. — 6 *depoculassere* HMp J marg. M Gerl. Corpet. *depecul.* PAJ. *depoclassere* cj. Schmidt; quod ipse scripseram. — 7 *decallauticare* HP. *decalautic.* HWMpM. *depeculassere* omnes. *despeculassere* Schmidt; recep. Corpet. Et ipse videram. — 13 *esse ad vitam* vett. edd. *petunt* Codd., vett. edd. *expetunt* JM, ut inf. in v. *Expetunt*, p. 104. — 14 *quod priusquam*

Cui servitutem di danunt lenoniam.

Nævius Belli Punici lib. IIII :

Eam carnem victoribus danunt.

Cæcilius Plocio :

Patiare quod dant, quando optata non danunt.

DEAMARE, vehementius amare. Afranius Vopisco :

Voluptatem capio maximam, cruciari tua te culpa,
Qui de te et de illa pessime, quam deamas, promerere.

DECOLLARE, ex collo deponere. Cæcilius Notho Nicasione :

Habes, vide, tibi tradidi; in tuo collo est : decolles cave.

DEGULASSE est gulæ dedisse. Afranius Brundisinis :

Immo jamdudum hunc cubuisse, degulasse oportuit.

DELECTARE, illicere, attrahere. Ennius Thyeste :

Sed me Apollo ipsus delectat, ductat Delphicus.

Quadrigarius Annalium lib. III : « Fabius de noctu cœpit hostis castra simulare oppugnare, [et] cum delectare, dum collega id caperet quod captabat. »

DELICA, explana, indica. Attius Achille :

Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica.

Cæcilius Obolostate :

Immo vero hæc ante solitus sum : res delicat.

Titinius Quinto :

Quid istuc 'st? aut [quid] istic sibi vult sermo? Mater, delica.

DEVOTARE. Attius Æneadis :

Patrio exemplo et me dicabo, et devotabo animam hostibus.

DIGNET, dignos putet. Pacuvius Iliona :

Quis deos infernos, quis cœlestes dignet decorare hostiis?

vulgo. *quum* M, ut p. 104. — 16 *leinoniam* P. — 19 *plotio* H. *plothio* P. — 20 *potiere* omnes, tuetur Ribb. *patiare... quod danunt* (superscr. *du*) cj. aliquis in ed. Junii. *quod di dant* cj. Bothe. *quod datur* J. — 22 *voluntatem* Codd. *voluptatem* Edd. — 23 *qui det et de illa* vulgo. *de te et* cj. Palmer. Scal., habet M. *pessima* vulgo. *pessime* cj. Palm., habet M. *promere* L, vett. edd. *promeres* cj. Scal. — 24 *ex* omitt. J. *nothonicas ioni* HP, J marg. *notonicas ioni* ed. 1476. *noto* W. *Notonicasione* M. — 26 *Degulasserest* P. *brundisini* Codd. plerique. *brunndisini* P. *Brundisinis* Edd. — 27 *dudum hoccubuisse* Codd., M. *occubuisse* Edd. ante M, Bothe. *occuluisse* Ribb. — 28 *thyestes et me* HP. *theeste set me* Gerl. *Thyeste : et* J. *Thyeste : set* M. — 29 *ipse* omnes. *ipsus* cj. Bothe, habet Bibb.; quod ipse scripseram. *[atque] ductat* cj. Bothe, ut sit septenar. integer; sed facile deest pes primus *delectat* [*lactat*] e conj. Ribb., recep. Vahlen. — 30 *de nocte* omnes. *de noctu* antiquum, et a Quadrigario usurpatum : *Senatus de noctu convenire*, ap. Macr. 1, 4. *hostibus* omnes. *hostis* cj. Guyet; quod ipse videram.

1 *simul* J, sed *simulare* habet in marg. *eum hostem* omnes. — 4 *aliæ* Codd. *alia* Edd. — 5 *obolostate* Codd. *obolio ista te* A. *Obolostate* cj. Gul., habent JM. (Vide locum denuo citatum p. 277.) — 6 *hæc sol ante solitus sum* L. — 7 *Titin. lib.* V vulgo. *in Quinto* e conj. M, ut est, eodem loco citato, in v. *Delica*, p. 277. — 8 *istuc est* omnes. *quid* geminatum induxi ex p. 277. — 9 *Devorore, absumere, eripere* omnes, secuta corruptum verbum falsa interpretatione. *devotare* cj. Caucus ap. J. — 10 *ex. me* Scal. *medicabo* P. *atque animam devoro* Codd. *devorabo* Edd. *devoto* Neuk. Ribb. (et forte Scal. voluit, qui locum egregie illustrat). *devotabo* cj. Caucus, prob. J Passer. Gothof.

Debiliter, debilitate. Pacuvius :

Miseret me; lacrimis lingua debiliter stupet.

Demagis, valde magis. Lucilius lib. XVI :

Rex Cotys ille duos ventos, Austrum atque Aquilonem,
Novisse aiebat [se] solos demagis; istos
Ex nimbo Austellos nec nosse, nec esse putare.

Diu, pro die : unde et *interdiu* dicitur. Titinius Fullonibus :

Nec noctu nec diu licet fullonibus quiescant.

Plautus Casina [IV, 4, 5] :

Noctuque et diu ut viro subdola sis.

Idem in Aulularia :

Nec noctu, nec diu quietus umquam. Jam nunc dormiam.

Dubitatim, dubitanter. Cœlius Annalis lib. III : « Imperator conclamat de medio, [ut] velites [a] sinistro cornu removeantur, Gallis non dubitatim immittantur. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter facere cernebat. »

Discedere, hiare, dividi, distendi. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 9] : « Hinc ille Gyges inducitur a Platone : qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Armati, dextera ducti, [magis] magisque in latitudinem discedunt. »

Delegari veteres discedere posuerunt, vel dispertiri. Plautus Amphitryone [Prol. 67] :

[Si] cui fautores delegatos viderint.

Depsere a græco magis significantiam vel originem trahit. Homerus Odyssea [M, 48] :

Κηρὸν δεψήσας μηλιηδέα.

Varro Mysteriis : « Sed tibi fortasse alius molit et depsit. »

Voss. *et devotabo animam host.* cj. Bothe 2; quod ipse dudum scripseram. — 12 *quibus cæl.* omnes. *quis* Bothe. *cælestis* vulgo. *hastis* vulgo. *hosteis* J. *hostiis* cj. J, recep. M. — 16 *Cotus ille duos hos ventos* omnes. *duo hos* cj. Salmas. *hos* delendum cj. Guyet. — 17 *novissime aiebat salos* Codd. *alebat* P. *novisse aiebat se solos* cj. Bentin. *n. a. solos se demagis, istos* Salmas. *novisse se aiebat* Turn. *n. a. solos : hoc demagis, istos* cj. M. — 18 *nec nos seneces put.* AJ. *nosse nec cesse p.* P. *nec es putare* LA. *necesse* ed. 1476. *nec nosse nec esse* ms. Fabri, M Gerl., ut etiam volunt J, Salm. Turn. — 21 *Plaut. Mercatore* Codd., Edd. ante J. *Casina* cj. Canter., habent JM. — 24 *umquam eam* omnes. *eram* edidit Bothe. *nec dormiam* cj. Gul. *neu dormiam* cj. Osann. — 25 *Cæcilius* H. *Cælius* vulgo, etiam CD. *annalis* Codd. *Annalium* J. *Annal. lib.* M. *Annali* cj. Roth. *lib.* IIII CDMp. — 26 *conclamant* CD. *medio aulitatis in sin.* HV Gerl. *auelitatis inistra* C. *auelitati sin.* DMp. *a uelitatis* P. *medio ut velites* Bentin. J. *media acie, statim* cj. M. — 28 *compluteis* W.

4 *armati dextera* Codd., M, et cj. Gul. *armatu dextera* ed. 1476. *armata dextra* AJ. *magis magisque* cj. Gul. Guyet. — 5 *discendunt* P. — 6 *Delegare... dispertire* omnes. — 8 *delegatores* Codd. *delegatas* Edd., Plaut. — 9 Cf. *Condepsere*, p. 39. — 10 *Odyssia* A, Gerl. *Odyssya* Δ Mp. *Odyssia* μ J ; numerum non habet M. — 11 δεπσησας Codd. δεψήσας χηρόν hic omnes; sed alio ordine sup. p. 39,

Dolitum, quod dolatum usu dicitur, quod est percæsum, vel abrasum, vel effossum. Varro Agathone :

> Numnam cælatus in manu dextra scyphus,
> Cœlo dolitus, artem ostentat Mentoris?

Cicero, *dolatus*, Academicorum lib. IIII [Edd. II, 1, c. 31] : « Non enim est e saxo sculptus aut e robore dolatus. »

Dentharpagas, quas Græci ὀδοντάγρας vocant, latine voluit appellari Varro Quinquatribus : « Hic bipensiles forcipes dentharpagæ. »

Descobinatis, sauciis, et abrasis, et desectis. Varro Meleagris : « Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo spectare, quam his descobinatis in silva currere! »

Desabulare, perfodere. Varro Sesquiulixe : « Unam viam Zenona munisse, duce virtute : hanc esse nobilem; alteram Carneadem desabulasse, bona corporis secutum. »

Dormitio. Varro Sexagessi :

> O stulta nostri pectoris dormitio,
> Vigilabilis!

Et alio loco idem : « Quid mihi somnus, si dormitio tollitur? »

Dissentaneum, discors et dissentiens, ut *consentaneum* contra. Nigidius : « Eum locum facit dissentaneum. »

Decidua quæ decidant, ut *occidua* quæ occidant. Laberius :

> In autumno ubi caput a foliis decidua folia pandit.

Duovicesimo, ita ut *duodecimo*. Varro Humanarum rerum lib. XVI : « Mortuus est anno duovicesimo : rex fuit annos xxi. » Cato in quarto Originum : « Deinde duovicesimo anno post dimissum bellum, quod quatuor et viginti annos fuit, Carthaginienses sextum de fœdere decernere. »

ut Homer. — 13 *quod est per cælum vel* cj. Passer. ad Catul. — 14 *Varro*, etc. Iterum citatur p. 436. — 15 *numquam cæl.* W, ed. 1476. *scifus* HP. *scyfus* Gerl. — 16 *cæloque dolitus* cj. Carrio. — 17 *Cic. dolotus* P. *dolatum* vulgo. — 18 *e saxo* Codd. *ex saxa* JM. *saxo aut cultus e robore* Codd. *saxo scalptus* (*sculptus* M) *aut e robore* Bentin. JM. — 19 *Denthurpagas* CD. *Dentarpagas* vulgo. *horpage forcipes* P marg. — 20 *hie bipensile* Codd. *bipensiles* JM. *Bipensiles hic* cj. Guyet, ut sit senarius. *fortipem* P. *forcipen* HD Gerl. *farcipem* A: *forcipes* JM. *forcipendent horpage* CMp. *denthaspage* H man. pr. *dentharpage* D. *dentarpage* H man. sec. W. *dentarpagæ* P. *dentharpagæ* L. *dentbarpage* Bamb. — 21 *souccius* H. *saucius* CD. — 23 *expectare* vulgo. *spectare* H, et cj. Turn. M, Guyet. *silva curore* Codd., etiam CD, J marg. M, prob. Lips. Gifan. Œhler. *currere* J, prob. Popm. Laurenb. Guyet. — 24 *Desubulare* (et inf.) vulgo. *Desabulare* cj. Scal., prob. Gothof. Popma. *Desuberare* CD. *unam veniam esse non amouisse* H, Edd. ante M. *nona mouisse* PLW. *unomque* (*unam* M) *viam Zenona mænisse* (*moinisse* M) Lips. M. — 25 *hanac esse* P. — 26 *bonam* L.

3 *vigilabis* omnes. *vigilabilis* J marg.; et sic inf. in v. *Puellos*, p. 158. — 4 *loco id est* C. *somno* vulgo. *somnos* C. *cum somna* J, prob. Laurenb. *si tollitur dormitio* (ut sit senarius) Guyet. — 5 *Dissentaneum... consentaneum* P. — 8 *sinnlitum non ubi* P. *sin alium* L. *in altum non* HW, ed. 1476, M. *finalium non* A. *in ultum finalium non* J. *Laber. Fullonico* cj. Bentin. *in autumno ubi* cj. Bothe. Reliquis nemo medetur. *folia, foliis* quis ferat? Multa inveni, sed quæ non satis certa. — 9 *duodevicesimo* (ubique) omnes. *duoetvicesima* Gell. 5, 4; quod probat M. annis computatis. *duovicesimo* eximie cj. J, ut patet ex comparatione verbi *duodecimi*, quod pa-

Diurnare, honestum verbum, pro diu vivere, ut apud veterem prudentem, auctoritatis incognitæ : « Neque optumum quemquam inter nos sinunt diurnare. »

Duritudo, pro duritia. Cato in Veturium : « Qui illius, inquit, impudentiam norat et duritudinem. »

Delicia, numero singulari; quod aut rarum est, aut singulare. Plautus [Pœn. I, 2, 152] :

Mea voluptas, mea delicia.

Diritas. M. Tullius de Senectute [c. 18] : « In altero diritas. »

Dirissimum [severum]. Varro Bimarco :

Scena quem senem latina viderit dirissimum.

Dus, diutinis ac jugibus. Varro Ὄνος λύρας :

Quam mobilem divum lyram sol, harmoge
Quadam gubernans, motibus diis veget !

Dicteria. Varro Ὄνος λύρας :

Neque orthopsalticum attulit psalterium,
Quibus sonant in Græcia dicteria.

Dispalari est separari. Sisenna Historiarum lib. III : « Dispalati, ab signis digressi omnes ac dissipati. » Idem : « Tanto plures passim dispalantur. »

Diloricare dictum est scindere. Cicero de Oratore lib. II [c. 28] : « Qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem, et ejus diloricare tunicam, et judicibus cicatricem adversam senis imperatoris ostendere. »

Divitior. Cicero de Oratore lib. III [c. 48] : « Inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus. »

riter valet *secundi decimi*. Aliter lemma otiosum est. — 12 *quatuor* HM. *quattuor* P Gerl. IIII J. *Carthoginiensis* omnes. *defendere* (expuncto *n*) P. *fœdere* H. *federe* Gerl. *decernere* omnes. *decessere* cj. M. — 14 *pro diu videre* Codd., etiam CD. *vivere* AJM, quomodo Gell. 17, 2. *ut apud* Codd., M. *et apud* AJ. Vetus ille scriptor est Claud. Quadrigarius. — 15 *quemque* Edd. ante M. *quemquam* etiam Gell. *in suos solent* (*solem* P) *diurn.* Codd., etiam CD, Edd. ante J. *inter nos sinunt* Bentin. JM, ut Gell. — 17 *inprudentiam* vulgo. *impudentiam* J, ut Gell. 17, 2. *imp. qui norat* Codd. *qui* expunctum in P, et omitt. Bentin. JM, ut Gell. — 19 *Deliciam* Codd. *Delicia* JM. (Cf. Gell. 19, 8.) — 20 Locus est jam sup. p. 30. — 23 *dirissiximum* (itemque mox) Codd. plerique, etiam Mp. *derississimum* L man. pr. *dirisissim.* L man. sec. *disrisissim.* H. *dirissimum* W marg. Bamb., Edd. (et vid. in exemplo). *severum* P marg., Edd. ante M. *vidit* omnes. *dirissimum* P, Edd. *derisissimum* Œhl. Riese. (Vid. sup.) — 25 *diutinis ac jugibus* omnes. Legendum credo *divinis*, deleto glossemate *ac jugibus*, tanquam interpolato. *Varro*, etc. Quod iterum in v. *Vegel*, p. 183. *onos* H. *honos* CD Gerl. — 26 *quem nobilem divium* A. *quam nobilem divinum* J. *dinum* ms. J. *qua mob.* cj. Scal. *lyras sol hermoge* vulgo. *lyram* M, ut p. 183. *hermoge* Codd., etiam CD. *harmoge* cj. Bentin. J, habet M. — 27 *dis* Mp. *viget* Codd., etiam CD. *vegel* cj. J, habet M; ut certo est p. 183.

1 *Dicteria, quasi dicta non seria* Edd. ante M. *honos lyras quam mobilem neque* Codd., etiam CD. *quam mobile* Edd. ante M. Hæc duo verba omitt. M; ex præcedente enim lemmate huc irrepserunt. — 2 *neque orto psalticum* HPAJ. *ortopsalticium* DL. *orthopsalticum* CWM. *hortops.* Mp. *atque orthophalticum* J in marg. *orthiopsalticum* Œhler o conj. *et orthopallicn a. psalteria* cj. Scalig. — 4 *Dispalare est separare* om-

Deturbare, dejicere, demovere. Sallustius [Historiarum] lib. II : « Mœnibus deturbat. » Virgilius lib. V [v. 175] :

Puppi deturbat ab alta.

Et lib. VI [v. 411] :

Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,
Deturbat.

Dividiæ, ut dissensiones. Attius Phœnissis :

Ne horum dividiæ et discordiæ
Dissipent, disturbent tantas et tam opimas civium
Divitias.

Deintegrare, diminuere. Dejugare, dejungere, separare, dissociare. Denasci, decrescere. Cæcilius :

Nomen virginis, nisi mirum est, deintegravit.

Pacuvius Chryse :

Perque nostram egregiam unanimitatem, quam [non] memoria
Dejugat.

Cassius Hemina lib. II Annali[um] : « Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. »

E

Evirescat. Varro Prometheo lib. XV : « Atque exsanguibus dolore evirescat colos. »

Evallavero dictum excludam, et quasi extra vallum ducam. Titinius Prilia :

Quam ego hodie extorrem hac domo
Faciam pilatricem pallii, [et] pulchre evallavero.

nes. — 11 *lib.* IIII CDLA. — 12 *dythyrambos* D. — 19 *Dividæ* (bis) Codd., AM. *Divide* D. *Dividiæ* ed. 1476, Bentin. J, et cj. Lips. Passer. Rectius scriptum sup. p. 96. — 20 *ne horum div.* vulgo. *borum* P. *neorum* CMp Bamb. *ne orum* D. *ne eorum* Scal. Voss. *div. discordiæque* Voss. *discordiæ et divid.* mutant Both. Ribb., item, omisso *et*, Fleckeis., quia versus pro senariis vulgo habentur. — 21 *et disturbent* vulgo. *distrubent* P. *et* omitt. Scal. Voss. Both. Ribb. *tantas et iam* vel *etiam aptimas* Codd. *etiam* Edd. ante M. *et tam opimas* cj. Lips. Scal. Putean. Passer., habent ms. Fabri et M. — 23 *Deintegrare, Dejugare, Denasci* ita diviserunt JM, suadente Bentino, ut lemmatibus singula exempla subjicerentur. — 25 *novem virgines* cj. M, improb. Bothio. *nisi mirum est* vulgo. *in si* P. *nisi vir non est* cj. Acidal. *deintegrabit* Ribbeck. — 26 *Pacuvius*, etc. Iterum citatur p. 142. *crise* H. — 27 *perque nostram regiam Unan.*, ut senarii sint, cj. Voss. *per nostram* cj. Bothe 2. *quam immemoria* cj. Voss., prob. Bothe 2. *q. memoria* {*nulla*} *Dejugat* cj. Ribb. — 29 *Annali lib.* II JM. *Annalium libro secundo* A. — 32 *Evirescat pallescat* P marg. *eurescat* (bis) L. *Prometheo liberato: Atque* cj. M. *atque exsanguibus* Codd., M. *exsanguinibus* CDA; etiam *ni* superscr. in L. *ex sanguinibus* ed. 1476, J. *exsangui calore* cj. Scal.

1 *Evallare* vulgo, etiam D. *Evallere* C. *Evallaro* M e conj. — 2 *prili aqua ego* H. *prilia qua ega* Codd. plerique, AM. *Prælia* ed. 1476, J. *Prælia* Lips. *Procilia* Ribb. — 3 *qua ego* vulgo. *quia ego* cj. Lips. *quam* Bothe. *hanc* omnes. *hac* Bothe. — 4 *pilatricem palia evallavit o pulchre* Codd. *evallavit : o p.* ed. 1476 et J. *evallavit, o p.* M. *pallia* ed. 1476. *pallii evallabo pulchre* cj. Lips. *evallavero* cj. M. *palli pulchre evalla-*

P. 102 M.

Varro Ἐπιτάφιον, ἢ βοῦς περὶ τάφον : « Donec foras nos intus evallaverunt. »

EXCANTARE significat excludere. Plautus Bacchidibus :

Nam, credo, cuivis excantare cor potest.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Quæ nunc Æmilio præcanto, atque exigo, quæque
Excanto.

Varro Eumenidibus : « Ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt. »

EXTUNDERE est extorquere, vel invenire. Afranius Epistola :

Itaque adeo extundo, et efficio, detur mihi
Custodiendus.

Virgilius Georgicon lib. I [v. 133] :

Et varias usus meditando extunderet artes
Paulatim.

EXSCULPERE est extorquere. Plautus Cistellaria [II, 2, 6] :

In quæstione vix exsculpsi ut diceret.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Nunc Nomentani quæ ex testibus ipse rogando
Exsculpo, hæc dicam.

Idem IIII :

Esuriente leoni ex ore exsculpere prædam.

E REGIONE positum est ex adverso. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. II, 1, 39] : « Nec ego. Non ita vos etiam dicitis esse e regione nobis, in contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent ad nostra vestigia? »

[EXSUGEBO et] EXSORBEBO, exhauriam. Plautus Epidico [II, 2, 4] :

Jam ego me convertam in hirudinem,
Atque eorum exsugebo sanguen.

vero Bothe. *evallovero pulchre* Ribb. — 5 βοῦς Gerl. επιτα φιονι βους περιταφιον P. περὶ τάφιον Gerl. τάφον JM. τάφων cj. Turn. — 8 *credo cujus* ed. 1476, M. *cuivis* Codd., AJ, cj. M. — 10 *quæ ego nunc* omnes. *ego* omittunt Dous. Schmidt, deleri vult Gerl. *precanto* P. *exigo et exc.* Codd. et M. *atque excanto* J. *quæque exc.* Dousa. — 15 *itaque adeo* vulgo, etiam J marg. *atque adeo* AJ. *extundo ex officio datur* vulgo. *ex ficio* L. *exficio* Ribb. *exitio* A. *exefficio* cj. Gul. *Datur* novæ personæ tribuit Ribb. — 18 *ut varios* Codd. *et varias* Edd. *artis* omnes. — 23 *nunc nomen iamque ex testibus* vulgo. *jam quod ex* J marg. *Nunc Nomentani quæ ex* cj. Scal. *Nunc nomen patriamque* vel *vitamque* cj. Stewech. — 24 *edicam* J marg. — 25 *idem uti esurienti* Codd. *ut esurienti* JM. (In v. *uti* nomen libri latere monuerunt docti, teste M.) *esuriente* conjecturam prob. M. — 27 *e rigione* (bis) W. — 28 *neque ego* Edd. Cic. *nec ego, non ita. Vos etiam* M Gerl. Orel. *vos* deest in Edd. Cic. *Nonne etiam dicitis* multæ edd. Cic. *dictis* P. — 29 *e contraria porte* Edd. Cic. *stent ad contra vestig.* Codd, *adcontra* P. *ad nostra* M. *nostra contra vestig.* J. — 31 *Exorbebo pro exorbeam* Codd. pleriq. *Exsorbero* CD. *Exsorbebo p. exsorbeam* JM. — 32 *convortam in irundines* Codd. *hirudines* vett. edd. *hirudinem* M, ut Plaut. — 33 *adque* P. *horum exorbebo* vel *exsorbebo* omnes. *exsugebo* Plaut., etiamque Noster, p. 479. *eorum* Plaut. *sanguinem* omnes. *sanguen* Plaut.

Turpilius Leucadia :

Jam ego istam tibi
Tristitiam exsorbebo.

Egurgitem exhauriam significat. Plautus Epidico [IV, 2, 12] :

Atque [argentum] egurgitem domo prorsum.

Expapillato brachio, quasi usque ad papillam renudato. Plautus Milite glorioso [IV, 4, 44] :

Id connexum in humero lævo, expapillato brachio.

Exos dicitur sine osse. Lucretius lib. III [v. 721] :

Exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus.

Extrarium, quasi alienum. Afranius Suspecta :

Ut me esse in hac re ducat abs te extrarium.

Errabundus, pro errans. Virgilius [Bucol. 6, 57] :

Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia.

Excandescentia. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 7] : « Libidini ira, excandescentia, odium, inimicitiæ, discordia. » Idem in eodem [c. 9] : « Excandescentia autem sit ira nascens et sine modo exsistens. »

Emungere, sine labore tollere. Terentius Phormione [IV, 4, 1] :

Emunxi argento senem.

Effutire, cum mendacio dicere. Terentius Phormione [V, 1, 18] :

[Ne] vos forte imprudentes [foris]
Effutiretis.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 31] : « Nec hæc sic agit ut ex tempore quasi effutire videatur. » Lucretius [V, 908] :

Multa licet simili ratione effutiat ore.

Elevit, maculavit. Lucilius lib. XXVI :

Si hic vestimenta elevit luto,
Ab eo risum magnum imprudens ac cachinnum subjicit.

Eluviem, purgationem. Lucilius lib. XXVI :

Ut [si] eluviem facere per ventrem velis.

2 *renundato* P. — 4 *conexum* Codd. *innumero* P. *in numero levo* Codd. *in humero lævo* Edd. — 9 *pro rerans* P. *properans* L. *pro errans* HW, Edd. — 10 *oculis esse obvia* P. — 12 *lucidis neira excand.* P. *ludisne ira exc.* HCDLW. *libidini ira* Bentin. JM, ut Cic. *excandiscentia* C. — 13 *inimicitia* Edd. Cic. — 14 *et modo exsistens* Edd. Cic. — 16 *Emulgere* Codd. *Emungere* Bentin. JM. — 18 *mendatio* CD. *mendactio* P. *commendacio* H. — 19 *ne... foris* addidit J. — 22 *Lucretius mata licet similis* Codd., AJ. *multa l. simili* M, ut Lucr. — 24 *Elevavit* (expunctis *va*) H. *Lucil. lib.* VI omnes. *lib.* XXVI cj. Scal. — 26 *ad chacinnum* P. *ad cachinnum* J. *ac cachinn.* vulgo. *subicit* Codd. *subjicit* JM. — 27 *Eleviem* (bis) Codd., M. *Eluviem* cj. Turn., habet J. prob. Guyet. *Lucius* P. — 28 *ut si eluviem* Noster in v. *Exspirare*, p. 38. *per ventum* Codd., Edd. ante M. *per ventrem* Noster p. 38, in v. *Exspirare*, et cj. Turn. J, habet M.

P. 104 M.

Exponere, pro exempla boni ostentare. Cicero Academicis, lib. II : « Frangere avaritiam, scelera ponere, vitam suam exponere ad imitandum juventuti. »

Expetunt, pro volunt. Pacuvius Iliona :

Di me etsi perdunt, tamen esse adjutam expetunt,
Quod, priusquam intereo, spatium ulciscendi danunt.

Expalpare, elicere. Plautus Pœnulo [I, 2, 144] :

Quid faciam? — Exora, blandire, expalpa.

Pomponius Collegio :

Si quid expalpare possim ab illo.

Plautus Vidularia :

Nunc servus argentum a patre expalpabitur.

Expergo, pro expergefacio. Attius Antigona :

Heus, vigiles, properate, expergite
Pectora tarda sopore, exsurgite.

Santra Nuntiis Bacchiis :

Extemplo excita
Evadit qua genitrix, et omnes vocis expergit sono.

Extrabunt, pro exibunt. Afranius Auctione :

Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

Efflictim, vehementer. Plautus Pœnulo [Prol. 96] :

Earum hic adolescens alteram efflictim perit.

Pomponius Dotata :

Scio pol te illam amare efflictim.

Laberius Belonistria :

Domina nostra privignum suum amat efflictim.

Expulsim, dictum a frequenti pulsu. Varro Sera parecte : « Purgatum scito, quum videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere. » Nigidius Commentariorum lib. XX : « Cujusmodi genus adverbiorum, a verbis motus quod venit, ut *expulsim*, *cursim*. »

2 *scelerato* (expunctis *to*) H. *ponere* omnes. *pœnire* cj. Guyet. — 6 *cum priusquam* omnes. *quod pr.* sup. in v. *Danunt*, p. 97. — 11 *Plautus*, etc. Iterum p. 476. — 16 *satra* HPW, vett. edd. *Santra* LJM. *bacchis* omnes. *bacchiis* cj. Gul. — 17 *exemplo* W, ed. 1476. *extemplo* (expuncto *t*) P. *extemplo* HLJM, sic enim hic in Notis, non divisim. *exite* (superscr. c ante *i*) P. *excitæ* ed. 1476. *excite* cj. J. *excit* H Gerl. *exit* AJM, et cj. Gul. *excitu* cj. Pontan. (Porro *excita* dactylus est.) — 18 *evadit* vulgo. (*excite*) *vadit* PJ. *qua genitrix* vulgo. *pia genit.* cj. Gul. *tua gen.* M e conj. *vadit quaque* Pontan. *omnis* vulgo. — 19 *actione* W, ed. 1476. — 20 *limen extrabo, illi intrabunt* solus M. — 25 *Bellonistria* vulgo. *Bello, Instria* habet Bentin. *bello istrio* cj. Bentin. *Belonistria* J, Guyet. Ribb. — 27 *seraparecte* (vel divisim) vulgo. *seraparectæ* H man. sec. *Se rapa recte* (sub. *habent*) cj. Turn. *Varro Serapi : Recte* cj. J, prob. Guyet. Riese. *Recte* [*te*] Riese. *Recte purg.* (*scil. solum, spatium*) Guyet. *parecte* ad v. *Parectatoe* p. 67 accedere putaut Œhl. Hertz : de quo jam cogitaverat M 1, nec perseveravit. Forte *Serano peri arceresion* compendiose scripta. — 27 *te purgatum* cj. Vahlen. — 28 *ante lanienas*

Eluvio, corruptus et morbiferi aeris tractus. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 5] : « Qui, collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiæ, vastitatis. »

Exhiberi, inferri. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 31] : « Quod quum audivisset adolescens filius negotium exhiberi patri. »

Equuleos diminutivum ab equis, M. Tullius in Hortensio dici voluit : « Ut igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. » Varro Eumenidibus : « Neque furentem equuleum Damacrinum insanus equiso ex hibernis morbi fluctibus educet unquam. » Pomponius Decuma Fullonis :

> [Et] ubi insilivi in coleatum equuleum,
> Ibi tolutim tortor.

Emancipatum, subnixum, deditum. M. Tullius de Senectute [c. 11] : « Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. »

Exjurare, et Dejurare, id est valde jurare ; ut *deamare*. Plautus Amphitryone :

> Exjuravisti te mihi dixe per jocum.

Exornare, ornare ; ut *exstruere*, struere. Plautus in Aulularia [IV, 10, 54] :

> Repudium, rebus paratis, exornatis nuptiis!

Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 266] :

> Pulchramque uxorius urbem
> Exstruis.

Cicero Tusculanarum lib. II [c. 14 : « Si] modo est aliqua patientia ; si nulla est, quid exornamur philosophia? »

Codd., Edd. ante M. *lanienas* Turn. M. *ante Jani ad* cj. J. *ante Jani ædes* scripsit aliquis ad hunc locum. — 30 *adverbiorum motu qua evenit* HLWJM. *quae venit* P. *genus ad verbum motu quodam venit* J. *a verbis motus venit* cj. M, prob. Guyet. — 32 *et morbiferis operis tractus* vulgo. *operibus tractus* ed. 1476. *morbifer infesti aeris tractus* cj. J. *morbifer aeris tractus* probat M, et cj. Guyet, Chifflet.

5 *eculeos* (et in seqq.) Codd., M. *equuleos* Edd. aliæ. *dimminutivum* Codd. *ad equis* P. — 6 *ad domimandum* P. — 7 *ut* omitt. Codd., habent Edd. — 9 *damacrianum* Codd. *damatrianum* ed. 1476. *Damacrinum* AJM, ut mox in v. *Equiso* videre est. *exhibebis morbi* omnes, ut etiam p. 106. *ex liberis* cj. M. *ex hibus* Roth. *rabidis* Œhler. *hibernis* cj. Ribb., recep. Riese ; quod ipse scripseram. — 10 *educatum quam* P. *educet* plerique in v. *Equisones*, et cj. Roth. — 11 *et* addendum, ut legitur p. 4 et 182. *insiluit* Codd. *insilui* JM, ut est duobus prædictis locis. *in culeratum* HPW. *in culenarum* LA. *cocleatum* Bentin. JM. *coleatum* cj. Turn., prob. Guyet, M Ribb. (Cf. v. *Tolutim*, p. 4, *Tortor*, p. 182.) — 13 *Emancupatum* Codd., J. *Emancipatum* M. *Mancupatum* vel *Mancipatum* haud dubie legendum : quod vidit M ex Ciceronis loco ; sed ad alterum attinet explicatio. *subnixum* omnes. *obnoxium* cj. Guyet. — 15 *sin menti* W. *emancipata* omnes. *mancipata* Edd. Cic. *ad extremum spiritum* Edd. Cic. *in suos* H solus exhibet. — 17 *ut dejurare* PD. — 19 *dixisse* Edd. ante M. *dixe* J marg. — 20 *Exhornare* H. *extruere*, *instruere* omnes. — 27 *quid exornamus philosophiam* Edd. Cic. Sed Nonii lectionem

EQUISO, pro equite. Varro Trihodite trifolio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως : « Nam ut equus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equiso doceat tolutim. » Idem Marcipore : « Quam nautici equisones per viam conducerent loro. » Idem Eumenidibus : « Neque furentem equuleum Damacrinum insanus equiso ex hibernis morbi fluctibus educet unquam. »

EUNUCHARE. Varro Lege Mænia : « Si qui patriam, majorem parentem, exstinguit, in eo est culpa : quod facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut ali[quem] qui liberos producit. »

EQUULAM. Varro Lege Mænia : « Nemo est tam negligens quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equulam. »

ESURIGO. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Ubi licet ire accubitum, accedo strenue ; subsilimus, quod esurigo findebat costas. »

ERICIUM. Varro Sexagessi : « Se circumspexisse, atque invenisse, [se], quum dormire cœpisset tam glaber quam Socrates, esse factum ericium e pilis albis cum proboscide. »

ELUCIFICARE, dictum a luce. Laberius :

Sic ego fulgentis splendorem pecuniæ
Volo elucificare exitum ætatis meæ.

EXIGOR, pro a me exigitur. Cæcilius Æschino :

Ego illud minus nihilo exigor portorium.

EDULCARE, pro dulcius facere. Mattius :

Quapropter edulcare convenit vitam,
Curasque acerbas sensibus gubernasse.

probat Passer. — 28 *pro equito* CD. *trihodite* PWM. *triodite* HLAJ. *trifilio* Codd. plerique, ed. 1476. *triphilio* H. *tripylio* JM. *trifolio* Turn., var. lect. ap. M. (Vid. in *Tolutim*, p. 4.) *peri areteseos* HLW. *peria retes eos* P. περὶ ἀρετήσεως M. περὶ ἀρεστῆς κυήσεως J. περὶ ἀρετῆς κτήσεως M (in Indice). — 29 *nam aut* Codd. *nam ut* JM. *sed ut* Noster p. 4. *equus* HPM. *ecus* Gerl. — 30 *quam nautilia* L. *nautitia* A.

1 *per viam quam* vel *qua ducerent* vulgo. *lora* Codd., M. *loca* AJ. *conducerent loro* reponi vult J, ex iisdem citatis p. 431, prob. M. — 2 *insanus quis* PL (et W, sed superscr. *e* et *o*). *equiso* H, Edd. *exhibebis* vulgo. *exibebis* P. (Vid. quod notatur præcedente pag. v. *Equuleos*.) *educet* omnes. *educat*, sup. in *Equuleos*. — 4 *si qui patriam majorem p.* vulgo. *patrum* Mp. *patrem* (superscr. *u*) D. *patrem vel patrium* Bamb. — 6 *aut aliqui liberos* PMpWM. *alicui* ed. 1476. *aliqua* HLAJ *haud aliqua* cj. Popma. *aut alibi* Œhler. *alioqui* Riese. *aut nunquam* cj. Chifflet. *aut aliqua l. non prod.* cj. Victor., prob. Guyet. *non* addunt etiam Rœp. Riese. *aut ille qui l. haud producit* Passer. *ne* [malim *ut ne*] *aliquos lib. producat* scripsit aliquis in marg. Jun. — 7 *equilam* (bis) omnes. *equulam* cj. Guyet. — 8 *qui in summa* PCDL. *elegat* P. — 9 *tafe minippou* Codd. pleriq. *tafeminippu* CD. *ubi lubet ire licet acc.* omnes. — 10 *strenuo* Codd. *strenue* JM. *sussulimus* Codd., M. *subsulimus* J. *strenuosussulimus* CD. *strenuosus* ed. 1476. *strenuosus silimus* A. — 11 *circumspexe* omnes. — 17 *se* alterum addidi ex v. *Proboscis*, p. 49. *tam glabret* Mp. — 12 *quam Socrates galbam esse* Codd., etiam CDMp. *Galbam* A. *gallum* J. *calvum* Bentin. M, ut est p. 49. Sed *calvum* verbi *glaber* glossema videtur. — 13 *epulis alvis cum* CDMp. *provoscide* C. — 14 *Elucificare, lucidare, dictum* ed. 1476. *Elucifacere* (bis) J. *Laberius*. Cf. Gell. 10, 17. — 15 *sic ito* HLW. *sicito* PCD. *sic cito* Edd. ante M. *sic ego* M, ut Gell. *fulgenti* CDL. *splendore* omnes. *splendorem* Gell. — 16 *œtati* Gell. — 17 *Cæcilius excino* Codd. *Æschino* Gell. 15, 14, et cj. Bentin., habent JM. — 19 *Mattius*, etc. Cf. Gell. 15, 25. — 21 *plurasque acerbas* (*acervas* CDMp) Codd. *Curasque* JM, ut Gell. *senibus* Codd. pleriq. *sensibus* LJM, ut Gell. *gubernasse*

EQUITEM, pro equo. Virgilius Georgicorum lib. tertio [v. 116]:

Atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

Ennius Annali[um] lib. VII:

An non quadrupedes equites.

Equitare quoque Lucilius equum dicit, quum sit hominis equo insidentis:

Quis hunc currere equum nos atque equitare videmus,
His equitat curritque oculis.

EXSEQUIANTUR, ab exsequiis, ut *convivantur* et *epulantur*. Varro Bimarco: « Ipsum properiter vix liberti atrati exsequiantur. »

EXEDRA. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 2]: « Sunt in ipsis locis indicia summorum virorum: tamen ego illa moveor exedra. » Et de Oratore lib. III [c. 5]: « Tunc dedita opera, quiescentibus aliis, in eam exedram venisse in qua Crassus posito lectulo recubuisset. »

ERGO positum pro causa. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 670]:

Illius ergo
Venimus, et magnos Erebi transnavimus amnes.

Sisenna Historiarum lib. IIII: « Milites, ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari. »

ENIXIM, pro enixe. Sisenna Historiarum lib. IIII: « Ego illos malos et audaces semper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio. »

EXINANITA [evacuata]. Sisenna Historiarum lib. IIII: « Denique exinanitis castris, Romani qui clauso se loco potuerant expedire. »

EXANCLARE est perpeti vel superare. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. II, 1, c. 34]: « Credoque Clitomacho ita scribenti, ut Herculis quemdam laborem exanclatum [a Carneade]. » Et Tusculanarum lib. I [c. 49]: « Quod, quum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. »

vulgo. *gubernare* J, ut Gell. — 24 *gerssus* P. — 26 *an non* Codd. *at non* Bentin. JM. *ac aon* cj. Roth. — 27 *Lucilius cum dicit* P. *ecum* vulgo. *equum* H. Locus est et ap. Gell. 18, 5. *sit hominis secum insidentis* Codd. plerique. *equum* H, Edd. *hominem equo insidentem* apud Gell.

1 *ecum* Codd. pleriq. *equum* H, Edd. *non aquæ* Codd. *non æque* ed. 1476. *nos atque* JM, ut Gell. et Macr. 6, 7. *videbat* Codd. *videmus* JM, ut Gell. — 2 *His equitat curritque: oculis* Edd., ad Gellii locum, qui longior, se referentes. *oculis equitare videmus* addit J ex Gell. — 3 *exequiaatur* Codd. — 4 *ipsum propter vix* omnes. *protervi* cj. Turn. — 5 *exedra* vulgo, etiam CD. *exhedra* (ubique) M. *de officio et de finibus* Codd. *de Officiis* M, qui errorem notat. — 7 *exedra* (ubique) H. *exhedra* PLW. — 8 *eam jam* omnes. *jam* deleri jubet Düntzer; et hoc non habet Cic. *exhedram* PLW. *in aqua* W. — 9 *lertulo posito* Edd. Cic. — 10 *pro ea causa* omnes. *pro causa* cj. Chifflet; quod ipse scripseram: *ea* enim vacat vel ex Serv. ad Virg. locum: « Multi dicunt *ergo* positum esse pro *causa*. » Et Fest. — 12 *trasnavibus* L. — 14 *donari* vulgo. *doaati* Bentin. J. — 16 *oaores* H. — 18 *Exinanita, evacuata* habent Edd. ante M. — 19 *exinanitas* omnes. *exinanitis* fragm. Historic., prob.

P. 107-108 M.

Eugium, media pars inter naturalia mulieris. Lucilius in Epodis hymnis :

Sine eugio atque destina.

Laberius in Centonario :

Quare tam arduum
Ascendas? an concupisti eugium scindere?

Exoticum, adventitium : a græco. Plautus Mostellaria [I, 1, 41] :

Non omnes possunt olere unguenta exotica.

Ebriulare, ebrium facere, et Ebriacus, ebrius. Laberius in Hetæra :

Ebriulati mentem hilaram arripiunt.

Idem in Aulularia :

Homo ebriacus somno sanari solet.

Exfundare, a fundo evertere. Cœlius Antipater lib. VII : « Respublica amisso [et] exfundato pulcherrimo oppido. »

Externavit, ut consternavit, id est dementem fecit. Catullus [64, 71] :

Ah misera t assiduis quam luctibus externavit
Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Excissatum, laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria :

Capillo scisso atque excissatis auribus.

Edusam et Potinam deas præsides vult haberi puerorum Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Quum primores cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusæ, a potione Potinæ nutrices. »

Esculentum et Escarium, ab escis et ab edendo dictum. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Fortuna se illos, non natura, præ-

Gerl. — 21 *Herculi* vulgo, et Edd. Cic. *Herculis* J. Genitivus *Herculi* non Ciceronianus mihi videtur. Nempe Repub. 2, 12 : *Herculis stirpe generatus.* — 25 *Lucius in epodis hymnis* P. *Lucilius* H. *Lucil. in Ep. hymnis* M, ed. 1476. *Luci. Epodis hymnis* J. *Lucilius in Epodis : Hymnis sine* Gerl. — 28 *centonario* HPL, J marg *centenario* alii. — 30 *ascendis* J. *conscendis* J marg. *ascen. Exoticum* (sic, cum lacuna) P. *concupisti* omnes. *ascendisti... concupivisti* cj. Both. Ribb., versibus divisis : *eugium Scindere.*

3 *Ebrulare* Codd., etiam CD. *Ebriulare* Edd. — 4 *in there* Codd. *chære* Edd. ante J. *Cithern* J. *Hetæra* cj. Carrio, recep. M. — 5 *ebruilati* HPLW. *ebriulati* Edd. *hilarinm* PLW, prob. Carrione ex libris suis. *hilaram* Edd. *hilarem* J. *arripuit* Codd. *arripiunt* Edd., et sic leg. Passer. Carrio. *arripiant* J marg. — 6 *in Augure* cj. Steph. — 7 *ebriacus* (ut jam sup.) Codd. *ebriatus* cj. Bentin. Passer., prob. M. — 8 *Exfundere* W, ed. 1476. *lib.* VII *res pubus amisso* PW. *res pub : am.* Gerl. *Respub. am* JM. — 10 *Exlernavit* HPW. *Exsternavit* JM. *Exterminavit* CDLW marg. *exterminavit finibus suis evertit* P marg. *conternavit* CD. *Catulus* Codd. *Catullus* Edd. — 12 *a misera* Codd. *amisera* P. *externavit* (suprascr. *na*) L. — 13 *spinosa sericina* P. *ferens* vulgo. *serens* M, ut Cat. — 14 *Excissatum* omnes, etiam Ritschl. — 15 *excisatis auribus* cj. Meurs., quod non spernendum. — 16 *præsidis* Codd., M. *præsides* aliæ Edd. — 17 *cum pro cibo* vulgo. *cum primores* Noster in v. *Sacrificabantur*, p. 480 : ubi *prima* perperam mutavit J, et hoc loco Mercerum in fraudem rapuit. *sacrificantur* Codd., vett. edd. *sacrificabantur* JM, ut l. cit. — 18 *Edusæ* Gerl. *a potina* Codd. *a potione* JM. *pontinæ nut.* Codd. *pontine* H. *Potinæ* Edd. *nutricis* vulgo. *nutrices* cj. Lips. Popm. M. — 20 *et escarum* L. *sed*

stare si quid his datum sit esculentum. » Plautus Menæchmis [I, 1, 18] :

Ea enim nimi' lenta vincla sunt escaria.

Ephippium, tegimen equi ad mollem vecturam paratum. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine fasciis calceamenta, equus sine ephippio, balneum non quotidianum, alveus rarus. »

F

Famulantur, pro serviunt. M. Tullius de Republica lib. III [c. 19] : « Est enim genus injustæ servitutis, quum hi sunt alterius qui sui possunt esse; quum autem hi famulantur. » Et de Officiis lib. III [c. 33] : « Quam miser virtutis famulatus servientis voluptati! »

Firmitudo, pro firmitas. Plautus Asinaria [II, 2, 54] :

Si istam firmitudinem animi obtines, salvi sumus.

M. Tullius de Republica lib. I [c. 45] : « Habet æquabilitatem quamdam magnam, qua carere diutius vix possunt liberi; deinde firmitudinem. »

Fortunare est prosperare, et omnibus bonis augere. Plautus Trinummo [II, 4, 175] :

Di fortunabunt vostra consilia.

M. Tullius ad Curionem [Fam. II, 2] : « Tibi patrimonium dii fortunent! » Afranius Emancipato :

Deos ego omnes, ut fortunassint, precor.

Fallam, pro fallaciam. Novius Decumis :

Me non vocavit : ob eam rem hanc feci fallam.

Ficitatem dictum ut *olivitatem*, id est fructus fici. Novius Ficitore :

Omnes capiunt ficitatem; merx est sine molestia.

ab ed. C. — 21 *fartuna se* Codd., etiam V, et J marg. M. *fartunas* L. *fortunasse* AJ. *illis* conjicio et delendum *his*. — 24 *ea enim fere lenta* vulgo. *vere lenta* ed. 1476. *Ita istæc nimis lenta* Edd. Plaut. *sunt scaria* Codd. *escaria* Edd., ut etiam Noster in v. *Lentum*, p. 338. — 25 *efippium* Codd. *tegumen* CD. — 27 *fasceis* omnes. *calciamenti* vulgo. *calciamenta* cj. Bongars. *calceamenta* M. *calciamentum* conjecit aliquis ap. Gerl. — 27 *equus* HP. *ecus* vulgo. — 28 *cottidianum* vulgo. *quotidianum* J. *albeus* Codd. *alveus* Bentin. JM.

3 *injuste* H. — 5 *quam hiser vitulis* Codd. *hi servitutis* Edd. ante M. *quam miser virtutis* M. *et servientis voluntatis* vulgo. *et si voluptati* M. (Totum locum emendavimus ex Cic.) — 7 *aptiues* Codd. — 8 *habent* omnes. *habet* Edd. Cic. — 9 *quæ curere* Codd. plerique. *qua* H, Edd. — 11 *nuguere* P. — 13 *defortunabunt* P. *de fortun.* H Gerl. *dii fortun.* Bentin. JM. *di* cj. Roth. *vostra* Codd. *nostra* J. *vestra* J marg. M. — 14 *di fortun.* Codd. *difortunent* L. — 16 *omnis* vulgo. *ut fortunas sint* H. *fortuna sint* W. — 18 *vocabit* Codd. *vocavit* JM. *falam* (et supra) cj. Bothe, non improbante Ribb. — 19 *Novius : Ficitores* vulgo. *Novius Ficitore : Si omnes*

FIMBRIÆ sunt omnis extremitas . . . .

. . . .

[FLORA, florida.] Nævius Lycurgo :

Ut videam Vulcani hæc opere flammis flora fieri.

FAMULITAS est servitus. Attius Andromeda :

Nam postquam parvos vos oppressit famulitas.

Pacuvius Atalanta :

Quas famulitas, vis, egestas, fama, formido, pudor.

FIDELITATEM, id est fidem. Attius Myrmidonibus :

Nolo equidem; sed tu huic, quem scis quali in te siet
Fidelitate, ob naturam fidam viri,
Ignosce.

Afranius Vopisco :

Id [enim] est intus actum; periit opera nimirum meæ
Ex animo fidelitatis.

FALSUM HABUIT, pro fefellit. Sallustius in Jugurtha [c. 10] : « Neque ea res me falsum habuit. »

FAMUL, famulus. Ennius lib. VIIII :

Mortalem summum Fortuna repente
Reddidit [e] summo regno ut famul ultimus esset.

FLACCET, languet, deficit. Lucilius lib. VII :

Hic est mucedo, si eugion longiu' flaccet.

Attius Achille :

An sceptra jam flaccent fera?

Afranius Divortio :

Disperii! perturbata sum! jam flaccet fortitudo.

Ennius Thyeste :

Sin flaccebunt conditiones, repudiato et reddito.

cj. Munk. *Ficitore : Omnes* Ribbeck; quod et ipse videram. — 21 *capuat* omnes. *cupiunt* Ribb. *mers est* Codd. (Sic *mers* p. 1, in v. *Senium*.) *iners* Edd. ante M. *merx* J marg. M. — 24 *Flora*. Vidit acutissimus M lemma *Florum* hic excidisse. — 25 *Vulcani opera hæc flammis fieri flora* vulgo. *operâ* Voss. Bothe. *hæc floniunis* AJ. *fimbriis florida* cj. J, improb. Voss. *floru fieri* cj. Bothe, ut sit troch. tetr. cat. — 27 Post *famulitas*, inserit proximum Pacuvii versum J. — 28 *athalanta* H. — 29 *Quas vexat famul.* habet Perottus. *formido pudor* HPLAJ. *pavor* WM. — 30 *Fidditatem* C.

3 *id est inditus actua* P. *id est intus actum* vulgo. *idem iatus* ed. 1476. *i intro actutum* J. *id enim si intus* cj. Herm. *perit* vulgo. *periit* Herm. Both. Neuk. — 4 *meæ actio fid.* HL. *mea ea aio* PWAM. *mea ea animo* ed. 1476. *mea ex animo* cj. Herm. Bothe. *meæ fidelit.* J. — 6 *falsum me* Edd. Sall. — 8 *summa fortuna* L. *summum* deleri volunt Lips. Gifan. — 9 *reddidit summo regno famul ut* Codd., M. *e summo ut regno* cj. Scal. Gifan. *ut summo r.* J. *ut summo e regno* Hessel. *reddit ut ex summo* cj. Nic. Faber. *ut* deleri vult Guyet. *optimus esset* omnes. *infimus* cj. Lips. Gifan. Columna. Merul. Hessel. *ultimus* cj. Faber; quod et mihi succurrerat. — 10 *Flacet* C. — 11 *hic est macedo* vel *Macedo* omnes. *mace dosi agrionlongius* P. *si agrion* HWM (etiam L, sed *i* posteriore expuncto). *siagrion* ed. 1476. *si agron* AJ. *si Agrion* Gerl. *si Agron* vel *Acron* cj. Both. *Agron* Gerl. ed. Lucil. *si lorum* cj. Scal. — 13 *flaccent* H. *flocent* Gerl. *ferat* omnes. *flaccent, ferat* JM. *flaccent? Ferat* Both. Ribb. — 15 *perturb. sunt* vulgo. *sum* cj. Gul. et J, habet M. — 16 *Thyeste : inflaccebunt* vulgo. *si flaccebunt*

Fulgurivit, fulgorem fecit, vel fulgure afflavit. Nævius Danae :

Suo sonitu claro fulgurivit Jupiter.

Lucilius lib. XXVI :

Luporum exactorem maluanum et fulguratorem arborum.

Friget, frigidum est. Virgilius lib. VI [v. 219] :

Corpusque lavant frigentis et unguut.

Terentius Phormione [V, 8, 5] :

Abi, tange : si non totus friget, me enica.

Favitorem, fautorem. Lucilius lib. XXVIIII :

Favitorem tibi me, amicum, amatorem putes.

Folliculum Lucilius posuit pro corpore, lib. XXVI :

Ego si, qui sum et quo folliculo nunc sum indutus, non queo.

Fligi, pro affligi. Livius Ægistho :

Ipsus se in terram saucius fligit cadens.

Attius Epinausimache :

Nec perdolescit fligi socios, morte campos contegi.

Idem Ægistho :

Heu! cujatis stirpem funditus fligi studet?

Fragescere, frangi. Attius Ægistho :

Neque fera hominum pectora
Fragescunt, donec vim imperii persenserint.

Idem Eurysace :

Nunquam erit tam immanis, quum [non] mea opera exstinctum sciet,
Quin fragescat.

Fuam, sim vel fiam. Pacuvius Duloreste :

Responsa explanat; mandat ne matri fuat
Cognoscendi umquam aut contuendi copia.

Titinius Fullonia :

Perii hercle vero! Tiberi, nunc tecum obsecro
Ut mihi subvenias, ego ne maialis fuam.

cj. J. *sin flaccebunt* cj. Gul., habet M. *conditiones* P. — 18 *Fulgorivit* CDAJ. *Nævius : sane a suo* vulgo. *Næv. Sanea : Suo* Gerl. *sane suo claro* Merul. *Nævius Danae : Suo* cj. J, recep. Ribb. Quod certissimum videbitur cogitanti libros sæpius scribere *dane*, non *danae* (cf. p. 138 et 186). — 21 *exnuctorem* Codd. *exactorem* cj. Lips. Turn., habet M. *maluanum* Codd. *Silvanum* et cj. Lips. *Martem Silvanum et* Turn. *fulguritatem* Codd. *fulgoritatem* Perott. *fulguritarum* cj. Lips., habet M. *fulguratorem* cj. Passer. — 24 *Terentius formavit augens* P. *forma vit augens* H. *formavit angens* L. *tangues* W. *Phorm. Abi, tange* Edd. *sinontotus* H. — 26 *Fabitorem lucilius* Codd. pleriq. *Favitorem* DMp. *Favit., fautorem* Edd. — 29 *si quis* Mp, Edd. ante M. *si qui* etiam Turn. — 31 *ipse se* omnes. *ipsus se* Both. Ribb. — 32 *Epinausimacher* Gerl. — 33 *perdoliscit* Codd. *perdolescat* Edd. *contigi* Codd. *contingi* vett. edd. *contegi* JM. — 35 *heu* deleri, seu *cujam* legi vult J.

3 *persenserint imperii* H, Bentin. JM. *persenserim* PLW, vett. edd. *imperi persenserint* Both. Ribb. — 5 *mea opera* omnes. *non mea* cj. Bothe, recep. Ribb. *exstinctum eum* cj. Voss. *sciat* vulgo. *sciet* M in marg. Junii, Voss. — 6 *qui fragescat* Codd. *qui* J. *quin* M e conj., Voss. Both. Ribb. — 8 *mandat me* Codd. *ne mater* vett. edd. *ne matri* JM. — 9 *usquam* M. — 11 *peri* Codd. *perii* Edd. —

P. 111-112 M.

Livius Hermiona :

Obsecro te, Anchiale, matri ne quid tuæ advorsus fuas.

Afranius Promo :

Cave ne pendeas,
Si fuas in quæstione.

Ennius Hectoris lytris :

At ego, omnipotens te exposco [Pater],
Ut hoc consilium Achivis auxilio fuat.

Facul, pro faciliter ; huic contrarium est *difficul*. Lucilius lib. VI :

Peccare impune rati sunt
Posse, et nobilitate facul propellere iniquos.

Pacuvius Teucro :

Nos illum interea præficiendo propitiaturos facul
Remur.

Afranius Auctione :

Haud facul, ut ait Pacuvius, femina invenibitur bona.

Attius Meleagro :

Erat istuc virile, ferre advorsam fortunam facul.

Varro Bimarco :

Quod utrum sit magnum an parvum, facul an difficul.

Famulanter, pro suppliciter. Attius Tereo :

Deum Cadmigena natum Semela adfare, et famulanter pete.

Fluctuatim, jactanter et solute. Afranius Pompa :

Tene tu ! In medio nemo est. Magnifice volo
Fluctuatim adire ad illum. Accipite ! Hoc tene tu et sustine !

Fortunatim, prospere. Ennius Annalibus I :

Quæ mi,
Collegæ, fidei, regno, vobisque, Quirites,
Res fortunatim, feliciter ac bene vortat !

12 *ne ego* Codd. *ut ego* LA. *ego ne* JM. *maialis quam* L. — 14 *obsecrn* L (etiam W, sed o suprascr.). *anciale* Codd. *Anticile* AJ. *Anchiale* J marg. M, prob. Ribb. *Amphiale* cj. Voss., prob. Bothe. — 18 *listris* PW. — 19 *a ego* LA. *Ted ego* cj. Bothe, recep. Ribb. *exposco ego* cj. Voss. *omnipotens pater* cj. Ribb. — 20 *auxilii* omnes. *auxilio* cj. Voss., recep. Bothe. — 25 *perficiendo* AJ. — 27 *actione* W, ed. 1476. — 28 *nul facul* LW, ed. 1476. *haud* H, Bentin. JM. *facul ut ait Pacuvius* vulgo. *ait afranius* P. *feminn una* Ribb. *ex conj.* *invenietur* vulgo. *invenitur* ed. 1476, prob. Herm. *feminam invenies* cj. Bothe. — 31 *bimarcho* H. — 32 *facile an diff.* Codd., M. *facul an* AJ. — 34 *deum catmoue natum semela* Codd. *devincat move : natum* ed. 1476. *move natum* A. *mone natum* J. *deum Cadma generatum* cj. Bentin. (ut est apud Nostrum p. 483, in v. *Affari*), prob. J ; habent Steph. et M. *Cadmea natum* cj. Passer. *Cadmeide* primum conjecerat Voss. ; de quo ipse cogitaveram. *Cadmigenam, natum* cj. Delrius. *Cadmigena natum* cj. Voss., recep. Both. Ribb. — 37 *fluctuat. ire* vulgo. *adire* ed. pr. *hoc tege tu* vulgo. *hoc tegmen* Bentin. J. — 38 *Annalibus* I Codd. ; numerum omitt. AJM.

1 *Ea mihi reliquæ fidei regno vobisque* vulgo. *nobisque* ed. 1476. *reliqua* ms. Dorvil. *relinque* ms. Palat. *ea mi reique fidei* ms. ap. Hessel. *reique* cj. Roth. *ea* deleri vult Guyet. *Mi reliquæ fidei* J, Hessel. *Mihique, Collegæque, fidei* Reuvens. *Quiritis* vulgo. *Quirites* Bentin. J. — 3 *Se fortunatim* vulgo, et Reuvens. *Res fortun.* vet. ms.

Frustatim et Frustillatim, per frusta, ut *minutatim*. Pomponius Verre ægroto :

Verum illi valent qui luctant cum leonibus :
Et te objectes frustatim passerinum prandium!

[Lucilius] Satyrarum [lib. XXVIIII] :

Non frustillatim nec minutatim dari.

Fastidibiliter, fastidiose. Varro Cras credam, hodie nihil : « Quibus instabilis animus, ardens, mutabiliter avet habere et non habere, fastidibiliter inconstanti pectore. »

Fugere dictum est deterius fieri. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 23] : « Si quis vinum fugiens vendat sciens. »

Fatigare positum pro fatigari. Virgilius lib. VIII [v. 94] :

Olli remigio noctemque diemque fatigant.

Frausus, pro fraudatus, id est [qui] ad fraudis fructum non venerit. Plautus Asinaria [II, 2, 20] :

Non placet : metuo in commune ne quam fraudem frausu' sit.

Fax, pro faces. Varro Gerontodidascalo : « Confluit mulierum [turba] tota Roma : quæ noctu fieri initia solita, etiamnunc pinea fax indicat. » Idem Sexagessi :

Adest fax involuta incendio.

Idem de Vita populi Romani lib. II : « Quum a nova nupta ignis in face afferretur, foco ejus sumptus; quum fax ex pinu alba esset, ut eam puer ingenuus præferret. »

Flavissas dici Varro æstimat quos Græci θησαυρούς vocant, in Epistola quam ad Servium Sulpitium dedit : « Quintum Valerium

teste Passerat., et edidit Spangenb. *Sic fort.* cj. aliquis in marg. Jun. — 4 *Firustatim* CD. *et frustilatim* Codd. *et frustillatim* AJM. *et frustulatim* CD. *Frustulatim et frustill.* velim, ut metro satisfiat. — 6 *luctantur* omnes. *luctant* Bothe. [*bene*] *luctantur* Ribb. — 7 *ut te* J. *eis ted* Bothe. *et* [*eis*] *te* Ribb. *et te obj. frustulatim* conjicio. — 8 Defectum nominis indicat M. *Lucilius. Sat.* cj. J. *Ennius Sat.* cj. Planck. *frustilatim* Codd. *frustillatim* Edd. *minutim* PW (et L, sed *ta* superscr.). — 10 *Fastidiliter* (bis) omnes. Sed adjectivum *fastidibilis* non decurtari potest in adverbio. — 11 *mutabiliter habere et non habere fastidiliter habet habere fastid.* Codd. *et non habere fast. h. habere* omitt. Edd. ante M. *mut. habet habere et non habere fast.* M. *mut. avet habere* cj. Palmer., prob. Guyet. — 14 *si qui* omnes. *qui* (omisso *si*) Edd. Cic. *si quis* Edd. ante M. — 17 *Frausus, fraudatus* ed. 1476. *id est* * *ad* M. *fraud. fructum venerit* vulgo. *non venerit* optime HPCD. — 19 *frausus siet* perperam JM. — 20 *Faxs* LW. *Fax* HMp, Edd. *pro face* omnes. (Sed vid. *Faces* ap. Fest., et quæ inf. notamus in v. *Frons*, p. 114) *turba* jamdiu suppleveram, quod in Conjectaneis suis datum rejecit Vahlen. — 21 *tota eroma* P. *initia* vulgo. *mitia* ed. 1476. *nutu* ms. Fabri, auctore Passer. *nuptiæ solitæ* cj. Passer. *pinea* omnes. *pineo* vel *spinea* juxta probat Passer. *pineo faxs* Codd. — 23 Versum esse vidit J. Quem ex vetere poeta, Ennio, ut videtur, in Hecuba, citat Cic. Divin. 1, 31, et quidem expressius : *Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio*. Hoc indicant Passer. et Œhler. — 24 *ignis in facie* Codd. *in face* Edd. *fuco ejus* Codd. *foco* JM. *e foco* cj. Scal. *ejus* omnes. *ædilis* cj. Brisson. — 25 *ex pinu* vulgo, prob. M. *ex spinu* cj. Scal. *e spina* Turneb. *ex spina alba* J marg. *alba* vulgo. *abbæ* (sed correctum in *ablata*) L. *ablata* AJ. *ingenuus afferret* omnes. — 27 *Flavisas* Codd., etiam CDMp. *Flavissas* Edd. *flavissas* et *favissas* ap. Gell. 2, 10; *favissas* ap. Fest. *eas dici* omnes. *Græci thesauros* omnes. — 28 *quum adversus Marcum Sulp.* omnes. *quam ad Servium Sulp.* M e conj. (Cf. Gell.

P. 113 M.

Soranum solitum dicere, quos *thesauros* græco nomine appellaremus, priscos latine *flavissas* dixisse, quod in eos non rude æs argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. »

FORMIDOLOSUM, et quod ipsum formidet, et quod sit formidabile. Sallustius in Catilina [c. 7] : « Non armatus hostis formidolosus. »

FRUNISCI, pro frui. Lucilius lib. XVIII :

Atque fruniscor ego ac tu.

Claudius lib. I : « Domus suas quosque ire jubet, et sua omnia frunisci. » Novius Parco :

Quod magno opere quæsiverunt, id frunisci non queunt.

FELLARE, exsugere, lambere. Varro Manio. . . . . « tam eum ad quem veniunt, et hospitium lac humanum fellasse. »

FALLACILOQUENTIÆ. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. IIII [c. 25] : « Quæ diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. Ex illa difficultate illæ fallaciloquentiæ. »

FABELLÆ. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 15] : « Libenterque se cum his congregant, dantque se ad ludendum, fabellarum[que] auditione ducuntur. »

FERA VITE positum pro agresti. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Et partim fera vite, partim lauro et arbuto ac multa pinu ac myrtetis abundant. »

FORAMEN. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Neque porta, neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri. »

FLEXANIMA. Cicero de Oratore lib. II [c. 44] : « Tantam vim habet illa, quæ recte a bono poeta dicta est *flexanima atque omnium regina rerum oratio.* » Pacuvius Hermiona :

O flexanima atque omnium regina rerum oratio!

10, 11). *valerium coram nunc* Codd., etiam CD. *quoram nunc* Mp. *Valerius Soranus* cj. J ex Gell., habet M. *solitum diceret* Codd., et CD. *dicere* Edd. — 29 *quo thesauros græce appellaremus* Mp.

1 *priscos latine* vulgo. *latinos* CD, ut et Gell. *non rue æs* D. *rueæs* C. — 2 *esset flata* CDLMp. *signa atq. pecunia* PCDLMp. — 3 *Formidulosum* HLW. *Formidolosum* P, Edd. *et* (prius) omitt. P. *ipsum et quod sit* Codd., etiam CD. *ipsum formidet* Bentin. JM, ex Gellio, 9, 12. — 4 *hostis* H. *ostis* Gerl. — 5 *frunisci* (ubique) vulgo. *fruisci* J. — 6 *æque* omnes, et Gerl. Corpet, claudicante versu. *rego ac tu* W. *rogo* ed. 1476. *eso* LA. *ego* Bentin. JM. — 7 *Coelius* omnes; sed *Claudius* cj. M, ut est ap. Gell. 17, 2, qui de hujus vocabulis fusius disserit. *lib.* II Codd. *lib.* I Edd., ut Gell. *quoque* omnes. *quemque* Gell. — 8 *novius pareo* Codd. pleriq. *par eo* VM. *parco* corrigi vult M, ex Gell. — 9 *quæsiverunt* Codd. *quæsierunt* minus bene JM. — 10 *Fallere exsurgere jam vere* Codd. *Fellare, exsugere* Edd. *exugere. Jam vero* ed. 1476. *jam vero* omitt. AJ. *lambere* cj. M; quod ipse, nondum cognita ed. M, videram. *vere**. *Munio* M. *Varro* solus e libb. exhibet H, dat J, et cj. M. *tam eum* omnes. *tum* Popm. Laurenb. Guyet. *jam* Rœper. Duntz. *nam* Riese. — 11 *hospicium* H. *ospitium* Gerl. *in hospitium* J, Popm. Düntz. Œhl. Riese. *hospitem* Guyet. — 14 *illæ fallaciloquæ, ut ait Attius, loquelæ natæ sunt* Edd. Cic. — 17 *que* addit Noster p. 191 et 282, ut habet Cic. — 18 *Ferabite* (bis) Codd., Edd. ante M. *Ferabitae* D. *Fera bite* M. *Fera vite* Canter. Turn. Scal. Passer. Gothof. Guyet; quod M in Junii ed. bis emendavit; unde eum tacuisse miror. — 19 *et paratim* Codd. *partim* Edd. *fera bitæ* Codd. *et arbusto* omnes. *ac muta* L. — 26 *hoc flexanima* Codd. *o flex.* Bentin. JM.

Frons, pro frondis. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 372] :

Præcipue quum frons tenera imprudensque laborum.

Varro de Re rustica lib. I [c. 24] : « Quod Cato ait, circum fundum ulmos et populos, unde frons ovibus et bubus sit, [seri]. »

Falæ turres sunt ligneæ. Ennius lib. XV :

Malos defindunt; fiunt tabulata falæque.

Hæ sunt et in Circo, quæ apud veteres propter spectatores e lignis erigebantur.

Foria, stercora liquidiora. Pomponius Macco :

Conforisti me, Diomedes.

Laberius in Panilicis :

Foriolus esse videre : in coleos cacas.

Foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris.

Floces, fæx vini. Cæcilius [Polumenis] :

At pol ego neque florem, neque floces volo mihi : vinum volo.

Februare positum pro purgare et purefacere. Varro de Vita populi Romani lib. I : « In eorum enim sacris, liba quum sunt facta, incernere solent farris semina, ac dicere, se ea *februare*, id est pura facere. »

G

Grundire dicuntur porci : quod eorum proprium vocis est. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως : « Grundit tepido lacte satur, mola mactatus porcus. » Cicero Tusculanarum lib. V [c. 40] : « Aut grunditum, quum jugulatur, suis. » Laberius in Sedigito :

Grundientem adspexi scrofam.

1 *Fros* (ubiquo) cj. Lipsius, improb. M. *Fruns* cj. Columna. *pro fronde* omnes. Sed vetustum nominativum *frondis* memorat Serv. ad Georg. 2, 372. Legitur *Persica frondis* ap. Ser. Samm. Et Noster recto casu scribit *Glandis* p. 553. — 2 *Præcipue cum* H; ceteri omitt. — 5 *Fale* H. — 7 *hæc sunt* omnes. *et circo* WM. — 8 *eligebantur* L. — 10 *conforiasti* cj. Salmas. — 11 *Laverius* Codd. *in Panilicis* vulgo. *panicilicis* P. *Palilicis* Bothe 2. *Parilin* Ribb. *Parilicus* cj. Ribb. — 12 *videris* vulgo. *videres* HL (et superscr. *i* W) : quod favet conjecturæ *videre*, in quam cum Ribbeckio incidi. — 13 *solutis* H. *lutis licet* L. — 14 *Cæcilius adpol* Codd. *Cæc. Ad Pol : Ego* J. *Cæc. Adpol : Ego* M. *Polumenis*, vel *in Polumenis*, vel ἐν Πωλουμένοις, restituunt Bentin. Passer. Mercer. ined., ex Gell. 11, 7; recep. Both. Ribb. — 15 *adpol ego* vulgo. *at pol* cj. Spengel. Hoth. Ribb. *ædpol* cj. J. — 16 *et pura facere* W, ed. 1476. — 17 *incerni solent* HPLWAJ. *inicere* W (sed superscr.), J marg. M. *injicere* ed. 1476. *semine* vulgo. *seminn* M. — 21 *Grumire* P. *Grumnire* D. *Gruminare* C. *Grunnire* vulgo; sed *grundire* inf. p. 464, et hic etiam in exemplis; probat Œbler. (Antiquum *grundire* testatur et Diom. p. 379.) — 22 *grundit* Codd., ed. 1476. *grunnit* AJM. *lepido lacte* Codd *tepido* JM. *mactatus Porcus* sotadeum esse volunt Lachm. Riese; sed pars altera versus non placet, et *mactus* suspicor pro *mactatus*. — 24 *grunditum* vulgo. *grunnitum* AJ. *Laber. in sedicito* Codd. *Sedigito*

P. 114-115 M.

Grundules Lares dicuntur Romæ constituti ob honorem porcæ quæ triginta [porcos] pepererat.

GRANDIRE est grandem facere. Varro Rerum humanarum lib. II : « Quum aut humus semina concipere non possit, aut recepta non reddat, aut edita grandire nequeat. » Plautus Aulularia [I, 1, 10] :

Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.

Lucretius lib. II [v. 1161] :

Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore.

Idem lib. I [v. 192] :

Quidque sua de materia grandescere, alique.

Attius Meleagro :

Fruges prohibet pergrandescere.

Pacuvius Duloreste :

Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere.

GRANDITATEM. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem aut dignitatem, sibi esse excusationi. »

GRAVEDINOSI. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 12] : « Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos. »

GRALLATORES sunt calobathrarii : *grallæ* enim sunt fustes quibus innituntur. Varro Mutuum muli scabunt, περὶ ψωρισμοῦ : « Ut *grallatores*, qui gradiuntur [grallis : quæ] perticæ sunt ligneæ συνάρθμιοι, et ab homine eo, qui in his stat, agitantur ; sic illius animi nostri

Bentin. JM. — 25 *gruunieatem* AJ. — 26 *Grundulsis* Codd. *Grunduleis* JM. *Gruadulis* ed. 1476. *ad honorem* Edd. ante M. *ob* J marg. — 27 *porcos* addidi ex Cass. Hemina ap. Diom. p. 379 : « Sus porcos peperit triginta. »

1 *lib.* I *cum* vulgo. II LA. — 2 *cum autumnus* cj. Roth. *semiaari incipere omnes*. *semiaa recipere* Popm. Ursin., non improb. M. *semiaa coacipere* M e conj. — 4 *grandiro* Codd. *grandibo* Edd. — 5 *lib.* III Codd. *lib.* II AM. *lib.* IIII J. — 6 *grandescunt* H, et vulgo. *graadesunt* Gerl. *acuta* Codd. *aacta* Edd. — 8 *qaidque surde materie* (*sardæ materia* HLW) *grand. aliqua* Codd. *suu de materia gr. alique* Edd., ut Lucret. — 10 *frugis* vulgo. *fruges* AJ. — 12 *fœtum* H. *aitiscere* (suprascr. *e*) L. — 14 *neque æra merita* cj. M. *ae ordinis* HCDMp. *neque hordinis* L. — 16 *Gravidinosi* (bis) Codd., M. *Gravediaosi* Bentin. J. — 17 *quosdam* semel in libris, sed iterant Bentin. JM ex v. *Tormina*, p. 32, et Cic. — 18 *Glaratores* HW. *Glodatores* CL. *Gladiotores* DMp. *Grndratores* P. *Grallatores* AJM, ut etiam Bapt. Pius, Beroald. Turn. Scal. Muret. Ranchin. *colobathatrari* (... *trarii* P) Codd. *colobutathrari* D. *calobathatrari* M. *collobathrarii* J. *calobathrarii* Bentin. Scal. *colobathrarii* cj. Salm. *gralnre enim* Codd. *grallæ* Bentin. JM, et Muret. Scal. — 18 *qui mittantur* Codd. *quis* vel *qais innituntur* cj. Pius, Scal., habent JM. *Mutum mulis caluuat* HP. *muli sculuunt* Gerl. *Mutaum muli scabuat* Bapt. Pius, Bentin. JM. (Idem titulus recurrit p. 157, 228, 235.) *græce* περι Codd. *græce* η περι P. *græce* omitt. AJM. περι αγωρισμου P. ατωρισμουτ H, Gerl. ἀφορισμοῦ A. ἀγορασμοῦ J. ἀγορισμοῦ M ex libris, improb. Scal. χωρισμοῦ Codd. in v. *Pollinctores*, p. 157, Œhl. Riese, improb. Scal. ψωρισμοῦ cj. Scal. ad Aus. p. 75, habet M in Indice, prob. Gothof. In quod et ipse incideram. — 19 *gradatores* P. *glaratores* H (item L superscr. *d*, et W eraso priore *r*). *grallatores* AJM. *ut grallatores* cj. Roth, recep. Œbler ; *ut* enim latet in titulo græco. *quis gradi*. cj. Salm. *grad. grallis*. *Perticæ* cj. Laurenb. *grollis, quæ sunt pert.* cj. Muret., prob. M, recep. J. — 20 *ligne finarein olet* H. *finareino let* W. *lignæ* (*ligne* M) *finare inolet* PM. *ligneæ finure inolet* ms. ap. J. *ligna efynareino let* L. *ligneæ sine animo, sed ab homine* cj. Muret. *ligna et sine animo* Œhler. *ligna et*

sunt grallæ crura ac pedes nostri, ex se ἀκίνητοι, sed ab animo moventur. »

Grandiloqui. Cicero in Oratore [c. 6] : « Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et majestate verborum. » Et Tusculanarum lib. V [c. 31] : « Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo, quæ maxime angunt? »

Guttatim. Plautus Mercatore [I, 2, 92] :

Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.

Ennius Hecuba :

Vide hunc, meæ in quem lacrumæ guttatim cadunt!

Gracilitudo pro gracilitas, et Gracilens, gracilentum et gracilum pro gracile. Attius Amphitryone :

Tamen et statura, et gracilitudo propemodum, et luctus facit
Ne dubitem.

Ennius lib. VII :

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

Lævius Protesilaodamia :

Gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.

Turpilius Canephoro :

Nosti quam sit gracilo corpore.

Grandævitas. Attius Alcmæone :

Quia nec vos, nec ille impune irrideret meam
Grandævitatem.

ὕλη ἀκίνητος Riese. *ligneæ in arena* cj. Palmer. εὐκίνητα, seu græcum aliud vocabulum hic latere cj. Roth. — 21 *eo qui in istn* P et ms. ap. Muret. *insista* M. *tangitantur* PM. *inistat angitantur* H Gerl. *in iis stat, agitantur* cj. Muret., habet Œhler. *sicilinmmi nostri* P. *sicilianimi* M et ms. ap. Muret. *sic ilianimi* H Gerl. *sic illi animi* cj. J, Muret. Scal. *sic illæ* Œhler. *sic innnimæ nostræ* cj. Salmas. *nostri* hic delendum puto, seu potius alterum. *sunt galeæ* Codd., JM. *galaea* L. *grallæ* Muret. Palm. Salm. — 22 *essiare* κινητοί PM. κεινητοί H Gerl. *ex se* ἀκίνητοι cj. Muret. (Cujus conjecturæ in totum favet M.) *cisia, re* ἀκίνητοι cj. J, Palmer. *hæ suapte* ἀκίνητοι cj. Salm. *etiam* κινητά cj. Scal. — 26 *qui tandem* Codd. *quid* JM. — 29 *quo guttatim* Codd., vett. edd. *quod* M, ut Plaut. *cor g.* J. *in aqua* vulgo. *in aquam* ed. 1476, ut Plaut. — 30 *hæc huba* P. *hæcuba* Gerl.

1 *vide hinc m. inquam* vel *in quam* omnes. *hanc* cj. Delr. Voss. *hunc m. in quem* Scriv. M, Herm. Bothe; quod evincit M, laudata Eurip. Hecub. v. 760. *lacrimæ* (superscr. *u*) H. *lacrumæ* vulgo. — 2 *Gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracili et gracilium pro gracilitas* vulgo. *Gracil. et graciliens* ed. 1476. *et gracilum pro gracilitas* P. *et gracilentum pro* Mp. *gracilentum pro gracilitas* CD. *et gracilum pro gracili* cj. Passer. (Cf. *Graciln*, p. 489.) In quo lemmate magna sane perturbatio. Ultima vox *gracilitas* nomen *Attius* repetitum continet. — 4 *tamen et statuæ et grac.* Codd., M. *et statuæ gr.* A et ms. Palat. ap. Gebh. *tam et statuæ gr.* ed. 1476. *tamen ista tua gr.* J. *staturæ* cj. Gebh. *staturæ gracil.* Ribb. *et propem.* omnes. *et* deleri volunt Both. Düntz., delet Ribb. — 7 *gladios filio* P. *radios* cj. Lips., non improb. Merula. — 8 *Nævius* omnes. *Lævius* cj. Osann. *Ennius* Voss. *Protesilao demia* PJ. *Protesilaodemia* H Gerl. *Protesilaodamia* cj. Carrio, habet M, prob. Voss. *grncilans* Codd., M. *gracilens* AJ. *gracilentis colorem. Idem : Ex hoc gracilens fit* cj. Voss. *Næv. Protesilao : Vide gr.* Bentin. Steph. *dum et quam cito factus est gracilens* Steph. *Næv. Protesilao : Dem jam gracilentis* (non *macilentis*) *col., dum ne ex hoc grac. siet* cj. Bothe. — 11 *gracili* (*gracile*, superscr. *i* H) omnes, etiam Bothe et Ribb. Non autem de pervulgato adj. *gracilis* agit Non. — 12 *grandevitas* (ubique) H. *al-*

Idem Bacchis :

Quia neque vetustas, neque mors, neque grandævitas.

Pacuvius Hermiona :

Quod tamen ipsa orbitas
Grandævitasque Pelei, per penuriam
Stirpis, subaxet.

Geminitudinem. Pacuvius Atalanta :

Habeo ego, istam qui distinguam inter vos geminitudinem.

Gnaritas. Sallustius Historiarum lib. III : « Diversa, uti solet rebus perditis, capessivit; namque alii, fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam, pars globis eruptionem tentavere. »

Gallulascere, pubescere. Novius Exodio :

Puberem muliere nemo scit quanto melior siet,
Cui vox gallulascit, cui jam roborascit ramu[lu]s.

Gratulari, gratias agere. Ennius Hecuba :

Juppiter, tibi, summe, tandem male re gesta gratulor!

Nævius Belli Pœnici lib. III :

Isque susum ad cœlum sustulit
Sas manus Amulius, gratulabatur divis.

Afranius Cinerario :

Quod salvus venis,
Melius[que tibi] est, gratulor diis.

Garrire, quasi inepte strepere. Cicero de Oratore lib. II [c. 5] : « Nam et sæculis multis ante gymnasia inventa sunt quam in his philosophi garrire cœperunt. »

Gargarizare. Varro Epistola ad Fufium : « Quintiporis Clodiani foriæ; ac poemata ejus gargarizans, dices : O fortuna! o fors fortuna! »

cimachone Codd. *Alcmeone* Bentin. JM. — 13 *nec nos* W. — 16 *quæ neque* cj. Scal. *quin neque* cj. Bothe. — 20 *subacit* cj. Bothe. *subjacet* cj. Grot., prob. Voss. — 21 *Athalanta* H. *Antiopa* (et verba esse de Zetho et Amphione) cj. Passer. — 22 *abeo ego* CMp. *ab eo* D. *quid stinguam* P. — 24 *capessivit* Codd. plerique, ut diserte Prisc. p. 902. *capessium* CD. *capessunt* Edd. — 25 *fugam sparsi globis* Codd., etiam CD, Edd. ante M. *fugam, alii sparsi* cj. Dousa. *fugam, pars globis* M. *temptavere* Codd. *tentavere* JM. — 26 *Gattulare* omnes. — 27 *Puerum mulieri præstare nemo scit q. m. sit* omnes. *nemo nescit* cj. Bothe. *quanto siet* Both. Ribb. Duos versus nemo ad metrum redigit; *præstare* pro glossemate habui. — 28 *cujus vox g. cujus jam roborascit ramus* omnes. *ramus roborascit* Both. Ribb. — 30 *Jupiter* H. — 32 *isque* Codd. *is qui* JM. *sustulit* omitt. LA Steph. — 33 *suas res* omnes. *manus.., sas* Merul. *suas manus* cj. Düntz. *manus* deesse, et *rex* legendum cj. Steph. *Ammullus* Codd., M. *Ammulus* J. *Amulius* cj. Bentin. Niebuhr. Herm. *Romulus* cj. M. *Æmilius* cj. Merul. Kraus. *Attilius* et *Mamilius* etiam cj. Merula. — 35 *quum salvus* exhibet Prisc. p. 804. — 36 *meliusque tibi* Prisc. l. cit.

2 *et seclis* omnes. *sedi* P. — 4 *Gargaridiare* vulgo, etiam Mp. *Gargadiare* LCD. *Gargaridare* ed. 1476. *Gargaridsare* scriptum fuisse credo. *Gargarizare* Lexic. Freund. *Varro*, etc. Iterum in v. *Fors*, p. 425. *Fusium* Edd. ante M. *Fufium* reponi vult J. *Quint. clodiant foriæ ac poem.* Codd. et J. *Clodiani forins* cj. Lips. Palmer. Carrio, habet M. *Clodiani forin* cj. Scal. *Quintipor Clodianus* ex Nostro, p. 448, in v. *Edolare*, apposite citat Carrio. *ejus* delet Carrio. *gargaridians* vulgo.

Gallinas. Cicero Academicorum lib. III [Ed. II, 1, c. 18] : « Qui gallinas alere permultas quæstus causa solerent : hi quum ovum inspexerant, quæ gallina peperisset, dicere solebant. »

Gabalum crucem dici veteres volunt. Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας : « Nos barbari, quod nocentes in gabalum suffigimus homines; vos non barbari, qui [in]noxios obruitis? »

Genialis, hospitalis. Santra de Antiquitate verborum lib. III : « Scis enim geniales homines ab antiquis appellatos qui ad invitandum, et largius apparandum cibum, promptiores essent. »

Gangræna est cancer. Lucilius Satyrarum lib. I :

Serpere uti gangræna mala atque herpestica posset.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς : « Non vituperamus, quum sciamus digitum præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura. » Idem de Vita populi Romani lib. III : « Quo facilius animadvertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam sanguinolentam permeasse. »

Genium, parsimoniam. Terentius in Phormione [I, 1, 10] :

Suum defrudans genium, compersit miser.

Lucilius lib. XXVI :

Curet ægrotum, sumptum homini præbeat, genium suum
Defrudet, alii parcat.

Gumiæ, gulosi. Lucilius lib. XXX :

Illo quid fiat, Lamia et Pittho ὀξυόδοντες
Quod veniunt, illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ?

Glumam Varro folliculum grani frumentarii dici putat, de Re rustica lib. I [c. 48] : « Granum dictum, quod est intimum solidum;

gargaridans ed. 1476. *gargaridiens* CD. *gargaridens* ms. Elnonensis ap. Carrion. — 7 *lib.* III vulgo. *lib.* IIII M. — 8 *solereat. Idem lib.* II : *cum* vulgo. *solereat lib.* II *cum* CD. *solerent, hi cum* M, ut Cic. *inspexerat... solebat* Edd. ante M. *quæ id* Cic. — 10 *Gabulum* P. αμουμεμειο περι φιλαργυραν Codd., M. φιλαρτυραν Gerl. φιλαργυρίας A. ἄμμον μετρεῖς π. φιλαργυρίας J. prob. M. — 11 *quod innocentes* omnes, et Œhl. Riese. *nocentes* cj. Lips. (de Cruce, p. 16) et M, prob. Guyet Dübner. — 12 *quid noxios* Codd. *quid* omitt. J et Lips. *quod* M. *qui* cj. Roth, recep. Œhler. Riese. *obuestis* Codd. J marg. M. *solvitis* cj. M, prob. Dübner. *absolvitis* Bentin. AJ, Lips. Riese. *absolvistis* cj. J. *consuestis* Œhler. — 13 *aspitalis* Codd. *ospitialis* P. — 14 Forte *scitis*. — 16 *Gangrena* (ubique) Codd. plerique. *Gangræna* C. *carcer* CD. *Lucretius* Codd. *Lucilius* Edd. — 17 *malo* omnes. *mala* cj. Dousa. *mali* cj. Passer. *adquem* H. *ad quem herp.* PLAJ. *atque* W, Edd. — 18 θπερι Codd. επερι P. περι Edd. *cum scimus dictum* Codd., Edd. ante M. *digitum* cj. Lips. Faber, habet M. — 22 *perimasse* Codd. *permiasse* scriptum antea fuerat. *permeasse* Edd. — 24 *defraudans* PCL. *conspersit* Codd. *comparsit* Bentin. J. *campersit* M. — 27 *defrudet* etiam P. *ali* Codd. *aliparcat* H. *alii* Edd. — 28 *geniæ* (bis) Codd., J marg. M. *geniæ* ed. 1476. *genuæ* AJ. *gumiæ* cj. Scal. Passer., prob. Guyet. *gumia* Fest. in v. *ingluvies*, et *gumias* ap. Cic. Fin. 2, 8, e Lucilio.

1 *etpitto* H. *et pitta* Codd. plerique. *Pittho* JM. *Pytho* Scal. *ixiodontes* Codd. ὀξυόδοντες; JM. — 2 *veniunt gemiæ illiæ vetulæ* Codd. plerique, J marg. *illæ* WJ. *geniæ illæ vet.* M. *lamia et pithone?* ὀξυόδοντες; *Quo veniunt illæ gumiæ? vetulæ* cj. Passer. — 3 *frumentari* Codd., etiam CD. — 4 *soldum* Codd. *solidum* Edd. *aristaque* CD. *aris ta-*

gluma, qui est folliculus ejus; arista, quæ, ut acus tenuis, longe eminet. »

GERDIUS. Lucilius lib. XXX :

Curate, domi sint
Gerdius, ancillæ, pueri, zonariu', textor.

GRAVIDAVIT, implevit. Cæcilius Titthe :

Per mysteria hic inhoneste [honestam] gravidavit probro.

GERMANITUS, fideliter : dictum a germanitate. Pomponius Præfecto morum :

Ut si quis est
Amicus amici, gaudet si quid ei boni
Evênit, cujus amicus est germanitus.

GENEROSUM, nobile, vel forte. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 22] : « Quumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente. »

GRATIOSUM, multæ gratiæ. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 14] : « Qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus. »

GRATIFICARI, gratum facere. M. Tullius in Hortensio : « Quare aggredere, quæso, et gratificare reipublicæ. »

GERRÆ, nugæ, ineptiæ; et sunt gerræ fascini, qui sic in Naxo, insula Veneris, ab incolis appellantur. Plautus Asinaria [III, 3, 10] :

Gerræ!
Qui sese parêre apparent hujus legibus, profecto.

Idem [Pers. I, 3, 9] :

Hic aderit, credo, congerro meus.

Congerro [*meus*], ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Cæcilius Portitore :

Cur depopulatur? — Gerræ!

GALLARE, ut est bacchari. Varro Eumenidibus : « Quum illuc ventum, video gallorum frequentiam in templo, qui, dum essena hora

que H. — 5 *tenuis loco em.* CD. *longa* Edd. Varronis. *eminet e gluma* AJ, exscripto Varrone. — 8 *curare* omnes. *curate* cj. Passer. — 9 *lector* Codd. *textor* JM. *zanarius sector* cj. Passer. — 10 *titte* Codd. *Titthe* JM. — 11 *honestam*, additum a Bothio, cum Ribb. recepi : versus sane claudicabat. *probo* PW. *probro* LJM. — 15 *amico amicus* J. *gaudeat* ms. Palat. ap. Gebh., vett. edd., Steph. *sicut qui boni* Codd. *sicut cui* M. *sicut quid* DMp Bamb. *si quid ei* cj. M. *si cui quid* cj. Dübner. *si quid evenit boni* J et Gebh. — 16 *cui amicus* Codd., JM. *cujus am.* vett. edd., Steph. — 18 *potenti* omnes. *potente* Edd. Cic. — 22 *Gratificare* Codd. *Gratificari* AJM. *Gratif. re gratum* LCD. — 24 *qui sin Naxo* L. — 27 *qui se sperare app.* P. *se esperare* H man. pr. *qui sesperare* H Gerl. *sese parere* AJM, ut Plaut. — 29 *congeria meus congerræ ut conlusor* P. *congerus meus congerræ ut conl.* W. *congerræ omnia ejus ut conl.* L. *omnia ejus* (sed erasa) H. *congerro meus ut coll.* Bentin. J. *meus. Congerro meus ut* M. — 30 *exerceat* vulgo. *exercet* AJ. — 32 *depopulator* vulgo. *depopulator gerræ* M. *depopulato* L. *de populato gerræ* A. *depopulatio* ed. 1476. *fur, depopulator, gerro* cj. Rostius, non improb. Ribb.

1 *Gallare ut est* Codd., J. *est ut* vett. edd. et cj. Salmas. *id est* M. *bacchare* vulgo. *baccare* H. *bacchari* J, et cj. Salm. *cum illos* HPL, ed. 1476. *cum* vel *quum illo* JM Gerl. *cum illoc* Riese. *vento* vulgo. *ventos* P. *venio*

nam adlatam imponeret ædilis signosiæ, deam gallantes vario recinebant studio. » [Et] eodem :

Nam quæ venustas hic adest gallantibus!

Ganeones a ganeis dicti, ut popinones : et sunt loca vinolentiæ et libidini apta. Varro Modio : « Et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitæ culina. » M. Tullius in Catilinam [II, c. 4] : « Quis ganeo, [quis nepos,] quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis [inveniri potest]? »

Glubere. Varro de Re rustica [I, 55] : « Duritia est enim ea quod non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium [retectos]. »

Gramiæ, pituitæ oculorum. Cæcilius :

Gramiosis oculis ipsa, atratis dentibus.

Gigeria, intestina gallinarum cum isiciis cocta. Lucilius lib. VIII :

Gigeria insunt,
Sive adeo hepatia.

Glis, nominativus ab eo quod sunt *glires*. Laberius in Aquis caldis :

Etiam hic me optimus somnus premit,
Ut opprimitur glis.

Plautus genitivo plurali : « Glirium examina. »

Genius, generis deus. Laberius in Imagine :

Genius generis nostri parens.

H

Habentia, ut industria, sapientia, concordia. Claudius lib. VII : « Animos eorum habentia inflarat. » Ab eo quod est *habere*.

cj. Salm., recep. Riese. *adveato* cj. J, habet Laurenb. — 2 *dum esse* (per compendium) *na* H. *quid eum esse na hora nam* P. *dum esset jam hora, deam* cj. J. *dum esset cœnæ hora, jamque adlatam apponeret ædilis signo esui, deam* cj. Salm., prob. Osann *adlatam imponeret ædilis signosiæ* vulgo. *allatam* PM. *ad latera imp.* Edd. ante M. *deam adlatam imponerent ædis sigao : sie deam gal.* cj. J. *dum messem hornam imponerent Attidis signo, synodiam gal.* Lachm. *mess. horn. imponeret sigao Cybelæ, deam* Riese. — 3 *retinebaut* vulgo (sed prius *t* esse possit c in P). *reciebant* ed. 1476. *recinebaat* cj. Guyet. Lachm. Riese. *studio eodem* Codd., J. *studio. eodem* ed. 1476. *studio, eodem* A. *studio. Eodem : Nam* M. *Idem eodem* cj. Passer. *strepitu* (pro *studio*) Riese. — 5 *namque vetustas* (*vetusta* P) Codd. *nam quæ venustas* Bentin. JM, ut Noster in v. *Castum*, p. 267. — 6 *Guaeonis dicti ut p.* C. *popiones* Codd., et D. *poppiones* C. *popinones* AJM. *vinnlentiæ* vulgo. *vinolentiæ* (cum *u* supra *o*) H. *vinolentiæ* ed. 1476. — 7 *libidinis* L. *Varro medio* P. — 8 *Catilina* Codd. *Catilinam* Edd. — 11 *Gluvere* Codd. *Glubere* Edd. *Glubere destringere* P marg., eadem manu. *duritia est enim ea quod non s. s. bacam* Codd. *vaccam* CD. *baucam* P. *durities eaim ea quod* AJM. *Durities enim eorum non solum* Edd. Varron. *quod* omitt. Schneid., sed requirit Scal.; et iterum recurrit in *Glubere*, p. 403. — 12 *ramis gluvit* Codd. *ramos glubit* AJM. *reliquid* P. — 15 *grammosis* HPW. *grammonsis* L. *gramosis* Edd. ante M. *gramiosis* cj. Bad., habet M. *atr.*

P. 120 M.

Hora, juventutis dea. Ennius Annali[um] lib. I :

[Teque,] Quirine pater, veneror, Horamque Quirini.

Hallec, genere neutro. Plautus Aulularia :

Qui mi olera cruda ponunt, hallec adduint.

Horatius in lib. II [4, 73] Sermonum :

Ego fæcem primus et hallec
Miscui.

Halophantam, ut sycophantam, hominum genus nequam, quod, ob suenda mendacia, miserrima mercede conducitur. Plautus [Curc. IV, 1, 2] :

Halophantam an sycophantam mage dicam esse [nescio].

Et alius nobilitatis obscuræ *halophantam* mendacem velit.

Hippocampi, equi marini, a flexu caudarum, quæ piscosæ sunt : et est græcum. Menander :

Οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἦν ἐν αἰθέρι;

Nævius Sirene :

Citus
Delphino junctis vehiculis hippocampisque asperis.

Lucilius, transverso ordine hippocampi, posuit *elephantocamelos*.

Hara est porcorum stabulum. Varro Prometheo lib. I : « In tenebris ac suili vivunt ; nisi non forum hara, atque homines, qui nunc, plerique sues sunt existimandi. » Cicero in Pisonem [c. 16] : « Ex hara producte, non schola. »

gentibus Codd. *dentibus* AJM. — 16 *gall. conhis et ita cocta* Codd. *cum his et itu* AJ. *cum hisetica* M. *cum isiciis* cj. Dousa. *cum hepatica* cj. O. Müller. — 17 *gizerini sunt* Codd. *gigerini* ed. 1476, M. *gigeria sunt* Bentin. J. *gigeriæ* cj. Scal. Barth. — 18 *hepetia* Codd. *hepatia* JM, Barth. — 21 *hic* omitt. M. *hic* J. *opinus* cj. Passer. *premit opprimitur* Codd. *premit, opp.* JM. *ut premitur* ms. Fabri. *quo premitur* cj. Passer. — 23 *eximina* W. — 24 *generis deus* vett. edd. [*deus*] J. *in* omitt. JM, habent etiam CD. — 27 *libro septimo claudius* Codd. *Claud. lib.* VII JM.

1 *Juventos dea* cj. Merul. — 2 *Te Quirine* J. *Teque Quirine* cj. Columa. Merul. Scal. Passer. *horamque quirini* L. — 3 *hallec* (ubique) HC. *allec* Codd. plerique. *halec* JM. — 4 *mihi* omnes. *duint* HPWM et J marg. *duint*, suprascr. *nnu*, L. *danunt* AJ. — 5 *Horatius* H. *Oratius* Gerl. *in* omitt. JM. — 6 *ego primus fnce nec allec miscui* Codd. *ego fæcem primus et halec inveni* AJM, ut Hor. — 8 *halofantam* Codd. *halophontam* Edd. *holophantam* cj. Turn., improb. Canter. *kalophantam* cj. Alciat., prob. Bothe. *aut syc.* omnes. — 11 *haloph. aut* omnes. *an* Bothe, ut Edd. Plaut. *magis esse dicam* omnes, ut Edd. Plaut. *mage dicam esse* Bothe; quod ipse conjeceram. — 13 *a fluxu* W. — 14 *Menander uchutos hippocampus in æternæ usus sirenociter* H. *uchutos h. in æter nevius* CD. *æterne usus si renociter* P. Οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι cj. Scal. ἐν τῷ αἰθ. Guyet. ἔστ᾽ ἐν Bentl., recep. Dübner; sed malui ἦν, quod in voce *in* latet. *usus scire nocitur* J. *scire noscitur* ed. Mediol. *nevius sereno circes* ms. ap. J. *Nævius : si renocitur* M. *si renocitur*, vel *sereno circes*, vel *sireno cicer* mss. ap. Servér. *sireno circes* CD. *cicer* etiam L. *Nævius : Sirenes citis* cj. Scal. *Nævius Sirene : itur delph.* cj. J. *Nævius Sirene : Ociter* vel *Ocius* cj. Voss. *Nævius : Siren ælitur* (scil. *utitur*) cj. Guyet. *Siren ociter* cj. Bothe. *Lævius Sirene* cj. Herm. Weich. Osann. (*Livius Sereno* citatur a Prisc. p. 739.) — 18 *delfina* vel *delphino cinctis* omnes. *junctis* cj. Scal. Guyet, prob. Voss. — 19 *ordine posuit hippocampi elefonto camillos* Codd. *posuit h. elephanto camillos* (sine distinctione) J. *posuit : Hipp. elephanto camillos* M. *posuit : Hipp. elefantocamillos* Gerl. *elephantocamelos* alii ap. Beutin. — 21 *forum non nisi hara* cj. Passer. — 23 *produc-*

Hilaritudine, pro hilaritate. Plautus Milite glorioso [III, 1, 84] :

Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine.

Hiscere est proprie loqui. Attius Armorum judicio :

Hem, vereor plus, quam fas est captivum, hiscere.

Honestitudo, pro honestas. Attius Œnomao :

Horrida honestitudo Europæ principum primo ex loco.

Idem Myrmidonibus :

Tua honestitudo Danaos decepit diu.

Hilum, breve quoddam. Lucilius lib. XXX :

Quodque tuas laudes culpes, non proficis hilum.

Cicero Tusculanarum lib. I [c. 5] : « Num illud, quod

Sisyphu' versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum? »

Hornum, ipsius anni. Lucilius [lib.] XXVIII :

Utrum anno, an horno, te abstuleris a viro.

Varro Eumenidibus : « Quum in eo essem occupatus, atque in schola curarer, inscribit Scantius : Horno per Dionysia. »

Hilaresco. Varro Epistola latina lib. I : « Immo, quum amicorum domus fumat, hilaresco. »

Hostire est comprimere, recīdere : dictum ab hostia. Pacuvius Teucro :

Nisi coerceo
Protervitatem, atque hostio ferociam.

|| *Hostire*, offendere, lædere. Lævius Erotopægnion lib. II :

Nunc quod meum admissum nocens
Hostit voluntatem tuam.

Hallucinari, aberrare, et non consistere, atque dissolvi, et obstupefieri, atque tardari, honeste veteres dixerunt; ut est : « Et assiduo

tæ Codd., J. *producte* J marg. M, ut Cic. — 25 *sive animo obs.* Codd. *sine, animo* J. *bibe, animo* cj. Canter., habet M. *es, bibe, animo* cj. Gul. et Passer. ex Plauto. *onerate* P. *honerate* (eraso *h*) H. — 28 *pro honestitas* W, ed. 1476. — 29 *Europe* H. *principium* omnes (quod valet *principum* auctore Voss.), habet Ribb. *principum* Bothe 2.

1 *decipit* omnes. *decepit* Delrius Herm. Both. Ribb. — 3 *tun laudes* Codd. pleriq. *tua ludes* P. *quodtualades* H. *quod tuas* A. *quodque tuas* JM, et cj. Gul. *culpas* Gul. — 4 *tum* omnes, ut etiam in v. *Niti*, p. 353. Sed *num* ap. Cic. *illus* P. — 5 *sisyfus* Codd. — 8 *tete abstuleris* cj. Lucian. Müller. *te abstineris* cj. Scal. ad. Propert. *abstinneris* cj. Guyet. (Quod forte Scal. scribere voluit, ut stet versus.) — 9 *essem* omnes. *esset* inf. in v. *Occupatus*, p. 355. — 10 *curaret* Codd. *curarer* inf. p. 355, recep. Œhler. *curarent* vett. edd. *curarem* JM. *horno* vel *orno per dionysinm* Codd. *dionysin* AJM, ut Noster, p. 355. — 11 *inuoccum amicor.* HLW. *innoc cum* CD. *in uoccum* Mp. *in uocum* P. *invotum* Edd. ante M. *immo quum* M, ut Cic. — 13 *compr. recedere* vulgo. *retundere* AJ. — 15 *nisi coercuero* vulgo. *coerceo* J; et reponit Passer. (ex Festo, qui habet *coerceo* in *Redhostire*); sic etiam Voss. Ribb. *propterviitatem* L. *propter vitatem* (eraso altero *p*) H. — 17 *offend. cedere* omnes. *cædere* cj. Roth. *Pacuvius* vulgo. *Nævius* cj. Passer. (ut in *Latibulet*, ait : scil. p. 133). *erotapegnion* Codd. *Erotopægnion* Edd. Nomen et titulum omittit J. *Lævius Erotop.* cj. M, prob. Weichert. — 18 *hunc quod* vulgo. *nunc quod* cj. Bentin., habet J. — 19 *voluptatem* J marg. — 20 *halucinari* Codd., M.

oscitantem vidit, atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis hallucinationes. »

Hilaretur [jucundetur]. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 3] : « Verum hoc loco sumo, verbis his eamdem certe vim voluptatis Epicurum nosse quam ceteros. Omnes enim jucundum motum quo sensus hilaretur, græce ἡδονήν, latine voluptatem vocant. »

Hebes positum pro obscuro, aut obtuso. Cicero Academicorum lib. II : « Quid? lunæ quæ liniamenta sunt? potesne dicere? Cujus et nascentis et insenescentis alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. »

Hinnos sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat. Ait enim [R. Rust. II, 8], ex equis et asinis qui nascantur, hinnos vocari.

Hillas intestina veteres esse dixerunt : unde Bohillæ, oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens advenerit. Laberius :

Lambit item hillam cocu'; si lumbum adussit, flagris cæditur.

Idem Catulario :

Neve aliter hunc pædicabis,
Quomodo, video, adolescenti nostro cædis hillas.

Hinnibundæ, pro hinnientes : ab eo quod est hinnio. Claudius lib. XVI : « Equæ hinnibundæ inter se spargentes terram calcibus. »

I

Incurvescere. Cicero de Oratore lib. III [c. 38] : « Ut, baccarum ubertate incurvescere. » Ita et in Tusculanarum lib. I [c. 28].

Infinitatem. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. II, 1, c. 37] : « At

— 21 *et assidua oscit. et... hallucin.* omitt. P. — 23 *aluciones* C. *alutiones* D. — 24 *Hilaretur jucunde* W marg. *jocundetur* ed. 1476. *jucundetur* omitt. Codd. et M, habent AJ. — 25 *loco summo* Codd. *sumo* Edd. *verbis* omitt. CD. *eadem* P. — 26 *voluntatis* Codd. *voluptatis* Bentin. JM, ut habet Cic. *non nosse* omnes. *non* omitt. Cic. *jucundum notum* CD. *hedoneum* Codd., etiam CD. ἡδονήν Edd. — 29 *Habes... habetiora* L. *obtuso* B. *obstuso* W. — 30 *sunt* Codd., vett. edd. *sint, pot.* JM. *potesne dicere* BL. *potestne* PW, Edd. *dicere ne cujus* Codd., vett. edd. *nec cujus* P. *dicere, cujus* JM. *inseniscentis* Codd., M. *senescentis* J. — 31 *hebetiora* B.

2 *Hinnos vel hinnas* vulgo, etiam DMp; ut fit sæpius, frequenti scribentis hæsitatione. *Hinnas* (superscr. *o*) D. — 3 *equis et hinnulis* omnes. *et asinis* emendari vult M ex Varrone, et cj. Guyet. — 5 *bovilla* P. *unde Bovillæ* Bad. — 7 *labititem* Codd., M. *labitatem* (suprascr. *i*) H. *labit atem* L. *labit item* Gerl. *lambit item* Edd. ante M. *si lambit* ultro legam, ut duplex culpa coerceatur. *lavit* cj. Roth. *lavite item hillam! cocus* Ribb. *fragilis* L (et B, sed *fragris* superscr.). *cæditur flagris* solus Ribb. — 9 *neve aliter* omnes. *neque* cj. Lips. Forte *nonne*. — 10 *Quomodo* et *Video* duabus personis tribuunt Roth. Ribb. *cedis illa* P. *cædis illa* Codd. pleriq. *hillas* JM. *cædi hillas* Ribb. — 11 *Hinnibunde pro hinnienter* vulgo. *Hinnibundæ* P. *est* omitt. M. *hinno* Codd. *hinnio* Edd. — 12 *equæ hinnibundæ* Codd., ed. 1476. *equæ hinnibunde* A. *equi* (sed e conj.) *hinnibunde* JM.

hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit. Is enim infinitatem [naturæ dixit esse. » Idem Tusculanarum lib. V, c. 36 : « Quibus infinitatem] rerum atque naturæ, et in hoc mundo ipso cœlum, terras, maria cognoscimus. »

INSANITAS. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 5] : « Insipientia autem, quasi insanitas [quædam], quæ est insania, eademque dementia. » Varro Eumenidibus :

Apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem!

INFRACTIONEM [torporem]. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 7] : « In quem cadat ægritudo, cadere in eum timorem et infractionem quidem animi. »

JUGLANDES, agrestes nuces. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 20] : « Instituitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. »

INGENERARETUR, ut innasceretur. Cicero Academicorum lib. III : « In tanta animantium varietate, homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiæ. »

JUVENILITAS, pro juventus. Varro Tithono, περὶ γήρως : « Quam dereliquit multicupida juvenilitas. »

ITUM, pro incessu. Titinius Setina :

Itum,
Gestum, amictum qui videbant ejus.

IGNAVAVIT, id est ignavum fecit. Attius Æneadis aut Decio :

Fateor; sed sæpe ignavavit fortem in spe exspectatio.

IMPLICARE positum pro ornare. Afranius Brundisinis :

In parte inferiore huic implicabatur caput.

INANIIS, pro inanitate. Plautus Aulularia [I, 2, 6] :

Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.

— 14 *incurviscere* (bis) omnes. *baccarum* HPM. *bacarum* Gerl. *ubertatem* HLWD. *ubertate* Edd. *incurvescere* Edd. Cic. — 17 *popularis... his enim* P. *is enim* * *infinitatem* J. *naturæ.* * *et in hoc* M. — 19 *in hoc ipso mundo* Edd. Cic. — 21 *Tusc. lib.* I Codd.; sed in P spatium ad complendum numerum est. *tib.* III Edd. — 22 *quæ esse* P. — 23 *Varro.* Jam sup. in *Dierectum*, p. 49. — 25 *torporem* Edd. ante M. — 29 *instituit ut* L. *cadentibus* HP. *juglandium* Codd., vett. edd. *juglandum* JM.

1 *adureret* Codd. *adurerent* Edd., ut Cic. 2 *Ingeraretur* P. — 3 *animalium* AJ. *animantium* Codd., J marg. — 5 *tithonia* Codd. *Tithono* Bentin. JM. *qua dereliquid* P. *qua de re liquid* H Gerl. *quam dereliquit* cj. Bentin., JM. *multi cupida* Codd. *multicupida* JM. (*Juvenilitas* melius explicatur inf. p. 433.) — 7 *sedin itucestum* L. — 10 *Ignavit* omnes. (Quod lemma recurrit p. 126; hic omittit J, improb. M.) *facit* omnes. *aut decio. Implicare positum pro ornare. Afran... implicab. caput. Fateor sed sæpe*, etc. Codd. Verba, quæ in sequens lemma irrepserant, retraxere AM. *fateor* in fine verbi *Implicare* exhibent Edd. ante M, improb. M. — 11 *ignavit* omnes, decurtato versu, etiam Both. Ribb. *sed* [*enim*] *sæpe* Bothe 2. *ignabat* Codd. p. 126. (*Ignavit* monstrum verbi : ut *Gnarus* vel *Navus* dat *navavit*, ita *Ignavus*, *ignavavit*. Hujus verbi indicium est var. lect. *ignabat.*) — 12 *brumdisio* Codd. *Brundisio* M. *Brundisin.* J. *Brundisinis* in v. *Deglubsse*, p. 97, ut notat M. — 13 *hic impl.* omnes. *impl. caput fateor sed sæpe*, etc. Codd., ut monui ad præced. lemma. — 14 *inanis* (bis) Codd. *inaniis* JM. — 15 *atque arantes* Codd. *araneis* Bentin.

P. 123-124 M.

INCITÆ [et INCITA] dicuntur egestas. Plautus Trinummo [II, 4, 134] :

Alii exsulatum abierunt; alii emortui;
[Alii se suspendêre]. Hem! nunc hic, cujus est,
Ut ad incitas redactus!

Idem Pœnulo [IV, 2, 85] :

Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.

Lucilius Satyrarum lib. III :

Illud ad incita quum redit atque internecionem.

Idem lib. XV :

Villicum Aristocratem, mediastinum, atque bubulcum,
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

INCERTAT, incertum facit. Pacuvius Duloreste :

Sed me incertat dictio : quam rem expedi.

Plautus Epidico [IV, 1, 18] :

Longa dies meum incertat animum.

ICIT significat percutit : ab ictu. Plautus Truculento [II, 7, 42] :

Frendit, icit femur.

Idem Vidularia :

Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum.

Pacuvius Armorum judicio :

Nam canis
Quando est percussa lapide, non tam illum appetit
Qui se icit, quam eumpse lapidem, qui ipsa icta est, petit.

Afranius Simulante :

Offendit, fregit, rupit, icit poculo.

Cæcilius Demandatis :

Si unquam quisquam vidit quem catapulta aut balista icerit.

Lucretius lib. III [v. 160] :

Esse animam cum animo conjunctam; quæ quum animi vi
Percutsa est, exin corpus propellit et icit.

Turpilius Demetrio :

JM. — 16 *Incitas dicitur egestas* omnes. *Trinummo* omnes. — 17 *exsolati* Codd., J marg. — 18 *hic cujus tuta incitas* Codd. *cujus est, ut ad* AJM. *cuju' st* male Gerl. — 19 *redactus est* omnes. *est* non patitur Plauti contextus. — 21 *profactu* P. *profectu* H. *ad incita* vulgo. *incitas* J, ut Plaut. *leonem* Codd. *lenonem* Bentin. JM. — 23 *cum redit* Codd. *redit* JM. — 25 Iterum citatur p. 143 et 479. *vilicum* Codd. *magistogratem* HLW. *magis togratem* P. *mediastrinum* vulgo, etiam J marg. *mediastinum* J. (De qua voce vid. p. 143.) — 27 *doloreste* Codd. — 28 *set ne* Codd., M. *sed me* cj. J et Voss., prob. Herm. *sed incertat me dictio* cj. Scal. Merul. Guyet. *quam rem* Scal. Merul. Ribb *quare expedi* Voss., et habet ms. Palst., prob. Gebh. *qua re* vel *quare*. Scriv. Herm. Welck.

1 *fuscina vici* Codd. *ici* Edd., prob. Gerl. — 5 *Qui se icit* omnes. *sese* cj. Voss., prob. Both. Ribb. *quam illum eum ipsum lap. qui ipsa* omnes. *eumpse* (pro *eum ipsum*) cj. Voss. *qui se icit quam qui illunc eumpse* cj. Herm. *quo icta est* J. — 6 *simulantem offendit* Codd. *Simulante* cj. Bentin., AJ. — 7 *regit rumpit* Codd. *off. frangit* J. — 8 *de maudatis* omnes. *Demandatis* Both. Ribb. — 11 *esse animum* Codd. *animam* AJM. *conjunctum* W. *animi vis* Codd. *vi* AJM. — 12 *propellite icit* Codd. *propellit et* Edd. — 13

Nam si iceris me posthac, credas mihi velim,
Inquit. — Tum quid censes? — Dolebit scilicet.

Nævius Danae :

Quam quondam fulmine icit Juppiter.

INUNCARE, quasi unco invadere et arripere. Lucilius lib. XV :

Aut qui nummos tristis inuncat.

IN SOLUM, subitum. Afranius Crimine :

Orbitatem senectuti tuæ malam
Metui, quod in solum non vênit cæco ac dementi tibi.

Idem Virgine :

Ne veniret, quod nunc agitur, in solum.

INIBI, pro hic, et mox. Afranius Materteris :

Postquam is videt inibi esse gnatam parvulam,
Sororibus commendat.

Cæcilius Plocio :

Liberne es? — Non sum, verum inibi est.

Pacuvius Iliona :

Profecto aut inibi est, aut jam potiuntur Phrugum.

IGNOTÆ, id est insciæ. Nævius Lycurgo :

Ignotæ iteris sumu'; tute scis.

INJURIE dictum pro injuriose. Nævius Lycurgo :

Oderunt di homines injuros. — Egone, an ille, injurie
Facimus?

INCILARE est increpare vel improbare. Attius Meleagro :

Quis erit qui non me spernens, incilans probris,
Sermone indecorans, turpi fama differet?

Idem Clytæmnestra :

Matrem ob jure factum incilas, genitorem injustum approbas.

demetrio na nam P. *nanam* Gerl. *demetriona nam* H. *Demetrio nam* Edd. — 15 Dialogum induxit Bothe. — 16 *Danæ quandam* P. *quæ quandam* LW. *quæ quondam* JM. *quam quondam* cj. Bergk. — 19 *atqui nummos* P. *at quinum* H. — 20 *Insolum insolitum* vulgo. *isolum insolitudine* C man. pr., sed expuncto fine. *insolutum* P. *in solum* divisim legendum viderunt Steph. Turn. M; Ciceronem et Varronis locum, qui inf. p. 500, apposite laudant Turn. M; sed de Nonio absolvendo nemo cogitat. — 21 *tuæ senectuti* Bothe. — 22 *ac demetibi* Codd. et M. *ac dementi. Idem* J. *dementi tibi* cj. Bothe, prob. Neuk. — 24 *næ* cj. Steph. *veneret* P. *quod num* Codd. *num* omitt. LA. *non* ed. 1476. *nunc* JM. — 25 *pro sic* omnes. — 26 *postquam se vidit* omnes. *esse gignatam* omnes. *ignotam* cj. J, prob. M. *ignaram* cj. Passer. *cognatam* cj. aliquis etiam in marg. Jun. *ingratam* cj. Neuk. *obsignatam* cj. Herm. — 31 *inibi est tam jam* Codd. et Edd. ante M. *aut jam* cj. Lips., habet M. *pot. frugum* vulgo. *Frugum* (pro *Phrygum*) cj. Lips., habet M. — 32 *ignote... inscie* HLW. *ignoctæ... insciæ* P. *ignotæ... insciæ* AJM. *sumus* omnes. — 34 *dictum pro injur.* omitt. P. *ligurgo* P. — 35 *dii homines injuriose* Codd. *di homines* Passer. Both. Ribb. *homines. Injuriose* J. *injurios* cj. Acidal. Passer., habet M. *injuros* Bothe, recep. Ribb. Duas personas inducit Passer., item Bothe, prob. Ribb. — 38 *qui rit qui* L. *nunc me* cj. Guyet. *ingiclans* P.

1 *probris serm. indec.* omitt. P. *differret* Codd. *differet* JM. — 2 *clytemestra* LW. *cliftem estra* H. — 3 *matre meo* Codd. *mater* cj. Palmer. *matrem ob jure* cj. Grotius, prob. Voss. Ribb. *matrem me ob jure* cj.

P. 125-126 M.

Pacuvius Duloreste :

Si quis hac me oratione incilet, quid respondeam?

Lucilius lib. XXX :

Nunc, Cai, quoniam incilans nos lædi' vicissim.

Innubere positum transire, quod hæ quæ nubunt, ad domos maritorum transeunt. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Suam enim invasse atque innubere censent.

Infestum mare haberet, pro latrocinando infestaret. M. Tullius de Republica lib. III : « Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere compulsus mare haberet infestum uno myoparone : Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. »

Imbrices ac Tegulas. Sisenna Historiarum lib. III : « Dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularum. »

Impigritas, pro impigritia. M. Tullius de Republica lib. III : « Nunquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ... »

Intolerabilis, id est quæ tolerare non possit. Afranius Privigno :

Quod si fecissem paulo sæpius,
Didicisset ferre, et non esse intolerabilis.

Inconsulti, quibus consulentibus religio nihil diceret. Virgilius Æneidos lib. III [v. 452] :

Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.

Illuvies, sordes. Virgilius Æneidos lib. III [v. 593] :

Respicimus : dira illuvies.

Lucilius lib. XXX :

Illuvies, scabies oculos huic deinque petigo
Conscendêre.

Varro Manio : « Ac periret squale, scabreque, illuvie et vastitudine. » Lucilius lib. XXVI :

Hic cruciatur fame,
Frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundiile, incuria.

Bergk. — 7 *nunc gai* Codd. *nunc gat* L. *vicissem* L. — 8 *positum transire* Codd., M. *pro transire* Edd. aliæ. *nubunt* vulgo. *nubant* L. *nubuant* P. — 10 *invadere* omnes; nemo autem claudicanti metro medetur. — 11 *infestumnre* P. *infestinnret* L. — 12 *compulsus* omnes. *impulsus* Noster p. 318 et 554; hoc habet Orelli. — 13 In ms. P, post verba *compulsus mare*, unus quaternio (a lemmate *Infestum* ad *Lætare*) in quartum librum irrepsit. *myparone* P. — 16 *fracminibus* CDA. — 18 *fructu caruerunt* addit Orelli. — 19 *quæ tolerari* Codd., M. *qui* Edd. ante M. *qui tolerare* cj. Bongars., quod et ipse conjeceram. — 21 *didicit esse is ferre* HP. *didicitesse is* Gerl. *didicisset is* Bentin. JM. *id* Steph. *didicisset ferre* cj. Scal., prob. Guyet Both. Ribb. *didicissetis* [*id*] *ferre et... intolerabiles* forte legendum. — 22 *religioni hil* H. — 25 *Illuvies* (ubique) HP, Edd. *Inluvies* C, Gerl. *Inluviis* DMp. — 26 *dira illuvie* Codd. *illuvies* Edd. *diræ illuviæ* W. — 28 *huic denique spei consc.* Codd., vett. edd. *denique petigo* Bentin. J. *deinque petigo* cj. J. *deque petigo* Fruter. et M. (Vid. ad v. *Petigo*, p. 160.) — 30 *Varro*, etc. Lemma repetitur p. 168, 185, 226. *neperiret* H. *scenbieque* vulgo. *scabreque* cj. Carrio ex p. 168, recep. M. — 31 *Lucilius*, etc. Iterum p. 226 et 411.

2 *invalnitiæ* H. *invalnitie* vulgo. *imbalnitie* cj. Scal., habet M. *inperfundiæ* P. *imperfundie* vulgo, et cj. J. *improfundie* AJ. *imperfund. imbalnit.* transponit Lucian. Mül-

Invidiosum, quod sit vitabile ad videndum. Lucilius lib. XXVI :

Squalitate summa, ac scabre summa, in ærumna obrutam;
Neque inimicis invidiosam, neque amico exoptabilem.

Indulgitate, pro indulgentia. Sisenna Historiarum lib. III : « Bassus assiduitate, indulgitate victûs. »

Jentare. Afranius Buccone adoptato :

Jentare nulla invitat.

Plautus Curculione [I, 1, 73] :

Quid? antepones Veneri te jentaculo?

Afranius Crimine :

Hæc jejuna jentavit.

Varro Marcipore : « Ut eat, ac rem publicam administret, quod pulli jentent. »

Ignavavit, ignavum fecit. Attius Æneadis :

Fateor, sed sæpe ignavavit fortem in spe exspectatio.

Inaudire, audire. M. Tullius ad Pansam lib. I : « Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum quiddam inaudieram. » Novius Malevolo :

Unde hoc tam repente [tam] jucundum inaudivi melum?

Pacuvius Armorum judicio :

Quod ego inaudivi, accipite, et quid sit facto opus, decernite.

Afranius Divortio :

Novis dictis, quæso, ne ille inaudiat.

Infelicent. Cæcilius Nauclero :

Ut te di omnes infelicent cum male monita memoria!

Plautus Pœnulo [II, 1, 1] :

Di illum infelicent omnes!

Iniquat. Laberius Nuptiis :

Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

ler, ut metro succurrat. *imperfunditie* cj. Guyet; quod ipse videram. — 3 *qui sit* CD. — 4 Quod exemplum etiam est p. 226 et 401. *scutitate summa* Codd. *stultitate* vett. edd. *squalitate* cj. Bentin. JM. *ac scabie* Codd. *a scabie* vett. edd. *summa in re obr.* Codd. *in ærumna* Bentin. JM, ut Noster p. 226 et 401. *ac scabie summa, in re summa* J marg. *ac scabie s. i. re summa* omitt. P. — 7 *assidutate* P. *assidua indulgitate* Perott. — 8 *leientare* (et sic in seqq.) CDL Hamb. Turic., prob. Ribb. *Ientare* Codd. alii, Edd. *bucone* P. — 9 *entare* P. — 10 *curcumlione* P. — 11 *quid antepones* HJM. *qui ante pones* P. *quid, an te pones* cj. Pontan., habet Gerl. *Veneri jentaculi* vulgo. *ieientaculi* CD. *a jentaculo* mss. Plauti. *jam jentaculo* Bothe (qui videndus) et alii. *Quod... jam jentaculum* cj. Acidal. *venerio jentaculo* cj. Turn. — 13 *eientavit* D. *ieeatavit* C. *eatavit* P. — 14 *mancipore* P. — 15 *quod pullienteat* P. *publi ieatent* CD. — 16 *Igaavit* omnes. (Quod lemma jam p. 123 ; ubi vide.) *facit* Codd., M. *fecit* Edd., et Codd. p. 123. *Æneadis aut Decio* JM, ex p. 123. — 17 *sæpe ignabat* Codd. *ignavit* Bentin. AJ. — 20 *malivolo* vulgo. — 21 *tam* iterat Bothe. — 25 *novis dictis* omnes. *dictis* omitt. L. *bonis d.* Ribb. *nobis dictes* cj. Lips. Gebh. *nobis dicatis* cj. Neuk. — 26 *Infelicitent* (ter) omnes. — 27 *infelicent* cj. Guyet (ut stet septenar., ait) Bothe, vulgatam valde repudians; recep. Ribb. Et ipse jamdiu scripseram. *mænita* cj. Spengel. — 29 *dii illum* omnes. — 31 *equum*

P. 127 M.

INTEGRARE, redintegrare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 514]:

Ramoque sedens miserabile carmen
Integrat.

Attius Antenoridis:

Namque huc advenio, ut mea ope opes Trojæ integrem.

Pacuvius Chryse:

Sed cesso inimicitiam integrare.

Sisenna Historiarum lib. IIII: « Ultro citroque integrant in oppido cædem. »

IRASCERE, pro irasci. Pomponius Hetærista:

Noli, quæso, irascere:
More fit, moriri suam quisque uxorem ut velit.

Nigidius Commentariis grammaticis lib. VIIII: « Ita *irascere*, quod nunc *irascitur*. »

JAMDIU, pro olim. Turpilius Hetæra:

Rhodiensi' st, sed istuc commigravit jamdiu.

Ennius Alcmæone:

Factum est jamdiu.

Cæcilius Pausimacho:

Libera essem jamdiu,
Habuissem ingenio si isto amatores mihi.

Livius Ajace:

Mirum videtur quod sit factum jamdiu.

INCURSIM, pro celeriter. Cæcilius Fallacia:

Nullus sum, nisi meam rem jam omnem propero incursim perdere.

INDISCRIMINATIM, indifferenter. Varro de Lingua latina lib. XXVIII: « Quibus nos in hoc libro, proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim [et] promisce. »

INSANUM, pro insane; ut IMMANE pro immaniter. Plautus Nervolaria:

Insanum uterque deamat.

HCD. *indignat* LDMp. *indignant* C. *indigna* Passer. — 33 *ereboque sedens* Codd. *eroboque* W. *ramoque* Edd. *carnem* PW.

3 *huc invenio* Codd. *huic* Edd. ante M. *huc venio* M. *huc id venio* Voss. *n. venio huc ut* cj. J. *huc advenio* Bothe, recep. Ribb. *trogæ* Codd. *togæ* Edd. ante M. *Trojæ* cj. J, habet M. — 5 *set* Codd. *inimitiam* P. — 8 *Pomp. etarista* Codd., etiam V. *et Arista* A. *Pomp. Arista* J. *Citharista* M e conj., prob. Both. Ribb. *Hetærisca* cj. Salmas. *Hetærista*, ἑταιριστής, scil. scortator. — 9 *neli* L. — 10 *More fit, suam moriri quisque ut* cj. Guyet, habet Bothe. Sed finis versus deest, ut censet Ribb. — 11 *commento* omnes. *grammaticos* P (item W, sed expuncto *s*). *grammatico* Edd. *grammaticis* L Gerl. *grammatices* cj. Roth. (Sed titulum rectius exhibet v. *Religiones*, p. 379.) *lib.* VIIII Codd., M. *lib.* I AJ, Rutgers. — 12 *quid nunc* omnes. *irascitur?* JM. *irascitur*. Gerl. *quod nunc irasci dicitur* suspicor. — 13 *hetera* Codd. *Hetæra* Bentin. JM. — 14 *Rhodiensis est* omnes. — 17 *epinausimacho* Codd. et A. *nausimacho* (suprascr. *epi*) L. ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ J. *Pausimacho* M e conj. — 18 *liber essem* Codd. *libera essem* cj. J, recep. M. — 19 *ingenio siston* Codd. *ingenio si isto* M. *si*

Sallustius lib. II : « Immane quantum animi exarsere. » Nomen positum pro adverbio.

Juxtim, pro juxta. Sisenna : « At, urbe condita, juxtim Numicium flumen obtruncatur. » Livius Ægistho :

In sedes collocat se regias,
Clytemnæstra juxtim, tertias natæ occupant.

Inanima, sine anima. M. Tullius Officiorum lib. II [c. 3] : « Quæ ergo ad vitam tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum. » Et in Hortensio : « Nam quum omnis sollertia admiranda est, tum ea quæ efficit ut, inanima quæ sint, vivere et spirare videantur. »

Indolentiam nove M. Tullius, quod sine dolore sit, de Officiis lib. III [c. 3] : « Ut ii qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur. »

Indicare, promittere, addicere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 15] : « Scævola, Publii filius, quum postulasset ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur. »

Ineptitudo, pro ineptia. Cæcilius Harpazomene :

Qui, homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus es?

Igitur positum pro postea. Plautus Amphitryone [I, 1, 54] :

Sin aliter sient animati, neque dent quæ petat,
Sese igitur summa vi virisque eorum oppugnatum ire oppidum.

Involare, irruere, evolare, vel insilire, vel invadere. Plautus Amphitryone [I, 1, 90] :

Cum clamore involant impetu alacri.

Cicero de Oratore lib. III [c. 31] : « Ita prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt. »

Judicatum, [adjudicatum] atque addictum. Plautus Asinaria [V, 2, 87] :

hab. ingenio istoc cj. J. — 24 *Indiscrimiminatim* P. — 26 *promisce* vulgo. *promiscere* vett. edd. *promiscue* alii ap. Bentin. *et promiscue* J. — 27 *Plautus Nervo* omnes. *Nervolaria* cj. Lips., prob. M. — 29 *insanum valde* omnes. *valde* omitti vult Lips., prob. Gothof. — 32 *ab urbe* omnes. *ab* deleri volunt M Guyet. — 35 *Clytemestra* Codd., M. *Clytemnestra* Edd. aliæ. *nate* Codd. *natæ* JM. *nata occupat* cj. Voss.

6 *de officiis ii ut* HPW. *de Offic.* III M. *ut qui* HPW. *li.* II *Ut qui* ed. 1476. *ut ii qui* L Turic. *ut hi qui* D. *Officiis : ut ii qui* Gerl. — 10 *scevola* P. *publi* Codd. *postul. vim sibi* L. — 12 *pro ineptiæ* CD. *arpazone* Codd. *Harpazomene* Bentin. JM. — 13 *qui homo* etiam M (non *quid*, ut contendunt, propter errorem Germanicæ editionis). *cultrum* cj. Bothe. *oblitus est* AJ. — 15 *quæ petant* Codd. *petat* AJM. — 16 *summa viresque eorum* Codd. *vi eorum* A. *vi virisque eorum* ed. 1476, JM. *oppugnatus seoppidum* P. *oppugnatusse opp.* M Gerl. *oppidum expugnasse* vett. edd. *expugnassere* J. — 20 *prudentia* vulgo. *prudentiæ* M, ut Cic. — 21 *caducam quasi* omnes. *quasi cad.* Cic. — 22 *novis* vulgo. *nobis* M, ut Cic. — 23 *Judicatum atque indictum* Codd. *atque addictum* cj. Fab. Passerat. *Judicat., adjudicatum atque* cj. Dücker. ad Flor. (in Indice), et Freinshem.

Male cubandum est : judicatum me uxor abducit domum.

Impendio, pro magis. Plautus Aulularia [Prol. 18] :

Atque ille vero minu' minusque impendio
Curare, miuusque me imperlire honoribus.

Indipiscere, petere, usurpare. Plautus Aulularia [IV, 10, 44] :

Neque partem tibi
Ab eo, quiqui est, indipisces ; neque furem excipies?

Incrustatum. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Lithostrota pavimenta et parietes [in]crustatos. »

Impotens, valde potens. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 7] : « Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti [lætitia] efferantur. »

Inauritum, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est : « Quædam animalium aliud alio carent, et aut [cæc]a natura gignuntur, aut inodora, aut inaurita. »

Infestum aliud, aliud est Infensum. M. Tullius pro Plancio [c. 1] : « Dolebam, Judices, et acerbe ferebam, si hujus salus ob eam ipsam causam esset infestior quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio custodiaque texisset. »

Ignarum, quod nesciatur aut sit incognitum. Virgilius Æneidos [X, 706] :

Ignarum Laurens habet ora Mimanta.

Sallustius Jugurthino bello [c. 93] : « Amore humanæ cupidinis ignara visendi. »

Illatebrare a latebris honestissime dictum. Claudius Annalibus lib. I : « Arma plerique abjiciunt, atque inermi in salebras se illatebrant. »

Inimicitia numero singulari. Ennius :

condemnatum atque cj. Faber. — 25 *uxor ducit* vulgo. *dicit* L. *abducit* Plaut. — 26 *impedio* (bis) Codd. *impeudio* W marg., Edd. — 27 *minus* omnes. — 28 *me* omitt. W et vett. edd.

1 *nec* omnes. *neque* Edd. Plaut. — 2 *adeo cui sit* omnes; melius Plaut. — 3 *tafe menippu* Codd. μεθοστροστα (majoribus litteris) Codd. λιθόστρωτα JM. — 4 *crustatus* Codd. *crustatos* JM. *incrustatos* Laurenb. Riese. [*in*]*crustatos* OEdd. — 6 *nihil agant* omnes. *angantur* vult M ex Cic. *unpotentia* omnes. *impotenti* Cic. — 7 *ecferantur* WM Gerl. *hecferntur* HL. *efferantur* Edd. Cic. — 8 *Inauditum* omnes. *lectu est* P. — 9 *Quædam*, etc. Hoc est ap. Gell. 7, 6. *alin nlio* Gell. *nlio* [*sensu*] J, de suo. *cæca* habet Gell. — 10 *aut inodora aut innudita* vulgo. *aut inodoria* P. *aut inora innuditnve* Gell. ed. Hertz. — 11 *aliud sit* Codd. *sit* omitt. Beutin. JM. *infestum* HPW, vett. edd. *infensum* LJM. — 12 *judicices* P. — 13 *mea salutem* P. — 15 *quod nesciat cur* Codd., J. *nesciat cura ut* PD. *nesciat et cui quid* A. *nesciatur aut* M. e conj. — 18 *in Jug.* M; *in* omitt. PJ. *amore* vulgo. *more* Sall., et Gell. 9, 12; habet M. *cupiditatis* Edd. ante M. *cupidinis* etiam J marg. *humani ingenii* Edd. Sall., et totus locus non satis pronus. — 19 *visenda* L. — 20 *inlatebrare* C. *Coelius* PW. *Caelius* vulgo. *Claudius* Gell. 17, 2 : unde Nonii vel librarii error manifestus. *annalib. libro* II. *Annalibus* vulgo. *primo Annali* Gell. — 21 *abiciunt* Codd. *nt in* L. *inhermis* Codd. *in hermis* P. *inermis* ed. 1476. *inermes* AJ. *inermi* M, ut Gell. *illatebrasse illatebrant* H. *in late-*

Eo ego ingenio natu' sum :
[Æque] amicitiam atque inimicitiam in fronti promptam gero.

Impuratus, quod est impudens. Lucilius lib. II :

... homo impuratus, et est impune rapister.

Infinitio, quasi [spatium] sine fine, et indefinitio. Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. I [c. 6] : « Quarum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus; infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, [tota ab illo est]. »

In populum, pro ad populum. Sisenna Historiarum lib. III : « Servulum ejus, præmio libertatis inductum, magno cum tumultu conventum in populum produxit armatum. »

Immissum, pro demissum, prominens et longius pendens. Sisenna Historiarum lib. III : « Quum complures menses barba immissa et intonso capillo. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 593] :

Respicimus : dira illuvies immissaque barba.

Jusso, pro jussu. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Tamen Tudertibus senaticonsulto et populi jusso dat civitatem. »

Jactuosæ positum pro jactantes. Cicero in Oratore [c. 36] : « Tum sunt [maxime] luminosæ et quasi jactuosæ partes duæ. »

Incisim. Cicero in Oratore [c. 63] : « Hæc quidem duo binis pedibus incisim. Deinde membratim : *Tu dicere solebas.* »

Importatum, pro illatum, quomodo Exportatum pro ablatum. Cicero de Oratore [lib. I, c. 9 : « Plura proferre possim detrimenta] publicis rebus quam adjumenta, per homines eloquentissimos importata. » Idem [eodem] lib. II [c. 12] : « Modo enim huc ista sunt importata. »

Infitiatores sunt falsi criminis objectores. Cicero de Oratore lib. I [c. 37] : « Non intelligebat : ut si ille infitiator probasset judici, ante petitam esse pecuniam quam esset cœpta deberi. »

bras omnes; quod omitt. Gell. *se illatebrant* omnes. *illat. sese* Gell. — 24 *eo ego* omnes. *ego* omitt. Gell. 19, 8. *natus* omnes. — 25 *Æque* addit Ribb., prob. Vahlen; quod ultro recepi, rejecto *juxta*, quod scripseram. *amicit. odo inimic.* L. *inimicit. atque amic.* non bene Ribb. Vahlen, mutato Nonii et Gellii ordine. *in frontem* vulgo. *in fronte* Mp, et Gell., prob. Gothof. (Cf. Sall. Cat. 10, *promptum in lingua.*) — 26 *Impuno quod est unpudens* Codd., AM; sed hoc nemo defendere in se recipit. *impuno impune* W marg. *Impune* J. *q. e. impudenter* cj. J. — 27 *impuratus et impuno est rapister* vulgo. *rapinator* J marg., ut Noster p. 167. *et impudo est et rapax* alii ap. Bentin. *et rapinator* M. *impune rapin.* Codd. p. 167. Quum constet versum esse hexametrum, deest trochæus initio, ut *spurcus*. — 30 *apirian* Codd. ἀπειρίαν Edd.

1 *Inpopulum* PM. — 2 *indictum* Codd. *inductum* Edd. *eum tumaltom* P. — 4 *Inmissum* CD. — 6 *intonsa* Codd. *intonso* Edd. — 8 *pro injussu* Codd., etiam CD. *pro jussu* Edd. *lib.* IIII PLAJ. *lib.* III WM. — 9 *jussu dat* P. — 10 *Jactuose... jactanter* Codd., etiam CD. *Jactuosæ... jactantes* JM. — 11 *cum sunt* Codd. *sint* JM. *jactuosæ* omnes, ut in v. *Luminosæ*, p. 132. *actuosæ* Edd. Cic. sine var. lect., quod probum est. *iactuosæ* W man. pr. p. 132. — 13 *tum dicere* Codd. *tum* omitt. Edd. ante M. *tu* M, ut Cic. — 14 *Inportatum pro inlatum* CD. *quomodo exp. p. abl.* omitt. P. — 15 *in oratore* Codd. *lib.* I *de Orat.* M.

INSIGNITE, cum indicio notæ. Cicero de Oratore lib. II [c. 85] : « Nec improbum notari ac vituperari satis insignite posse. »

INVITIUS, ab eo quod est invitus. Cicero de Oratore lib. II [c. 89] : « Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invitius, nolo enim dicere de tam suavi homine, fastidiosius. »

INEXSTINGUIBILIS. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Mala enim consuetudo, diu inroborata, inexstinguibilis est. »

INNUMERALI, pro innumerabili. Lucretius lib. II [v. 1086] :

Non esse unica, sed numero magis innumerali.

L

LATER. Varro Hecatombe, περὶ θυσιῶν :

Λυδῶν, fluens sub Sardibus, flumen tulit
Aurum, later quod conquadravit regius.

Idem Sesquiulixe : « Ubi et dicuntur barbari, innumerabiles lateres aureos habuisse. » Idem Manio :

Hic ut quadrato latere stipatæ strues.

LUTAVI, pro lui. Varro Hecatombe, περὶ θυσιῶν : « Habes qui et cujus rei causa fecerim hecatomben : in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi. »

LUCUNS. Varro Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας : « Nulla ambrosia ac nectar, non allium et sardæ, sed

Panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multo est. »

Idem Sciomachia, περὶ τύφου :

Vinum, pemma, lucuns, nihil adjuvat ista ministrent.

— 16 *quæ adjumenta* omnes. *quam* Cic. — 20 *si illi* vulgo. *ille* M, ut Cic. *infaciator* H. 1 *impudentius* PLAJ (etiam W, sed *im* expuncto). *prudentius* (lege *pudentius*) M. — 3 *male* vulgo. *mala* M, et scripsit aliquia in marg. J, Passerat. credo. *diu* omitt. Edd. ante M. *improborata* CMp (etiam H, sed expunctis *ba*). *improbata* D. *improrata* Codd. pleriq. *importata* Edd. *inroborata* Riese. — 5 *Inaumera... magis inaunera* omnes. *Innumerali pro... unica, sed... innumerali* cj. Leopard., Lucretium secutus. *Inumeralis... unica... innumerali* M. *se numero* P. — 8 *hecatombe* Codd. ἑκατόμβῃ JM. θυσιον Codd. θυσιῶν M. — 9 *ludon* HVW, ed. 1476. *ludon* (eraso *n*) L. *ludo* CDMp,A. *ladon* JM. *Lydon* Œhl. Riese. *Lydam* cj. M Guyet. — 10 *quod conq. religio* HPCDWMp, Edd. ante M. *regio* (suprascr. *li*) L. *regius* M, ut Noster p. 520. *latere c. regio* Riese. *in lateres... religio* Œhler. — 11 *Idem sexque ubi edicuntur* CD. *edicuntur* et Mp. *educantur barbati* vulgo. *edicuntur barbari* cj. J, prob. M, Guyet. *et dicantur* Œhler. *et dicuntur* Riese; quod ipse scripseram. — 13 *late stipate* P. — 14 ΕΚΑΤΟΜΒΗ Codd. et Edd. — 15 *haecatonbea* Gerl. *in qua* cj. Guyet. — 16 *litavi* scripsit aliquis in marg. Jun. Quod fortasse verum. — 17 *Lucuns* (ubique) Edd. ante M. *periplum* Codd. περιπλοῦ JM. φιλοσοφια Codd. φιλοσοφίας cj. Turn., habent JM. *ac nulla amb.* vulgo. *ac* ultimæ litteræ græci vocabuli; omitt. M. *nulla ambracia ac nector* (*acnector* H, *nectur* A) *non* (*et non* vett. edd.) *alium et sarde* Codd., vett. edd. *ambrosia ac nectar* JM. *alium et sardæ* M. *allium et* J. *non allia* cj. J. *Ac aulla... non allia, sardæ* (deleto *sed*, quod sequitur) ad hexametrum redigunt Turn. Scal. Guyet, improb. Riese. — 18 *set* Gerl. *sed* CMp,M Guyet. — 19 *panis pemma* Codd., cj. J. *penia* Edd. ante M. *pemma culans*

Afranius Fratriis :

Pistori nubat cur non scriblitario,
Ut mittat fratris filio lucunculos?

Longurio, id est longus. Varro Triphallo, περὶ ἀῤῥενότητος : « Ego vero nihil video : ita occæcat, qui ante me est, nescio qui longurio. »

Lotiolente dictum veluti luiulente, a lotio. Titinius Varo :

Lotiolente flocci fiet culorum cultor.

Lenitudine, pro lenitate. Turpilius Philopatro :

Mira lenitudine
Ac suavitate abundat.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 16] :

« Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate? » Et in Verrem : « Quanta me tua non modo lenitudo. »

Lætitudinem, pro lætitia. Attius Alcmæone :

Ut me depositum, immerentem, repenti alacrem nuntio
Reddidisti, atque excitasti ex luctu in lætitudinem!

Idem Bacchis :

Quanta in venando affectu' st lætitudine!

Largitas, pro largitione. Turpilius Paraterusa :

Eho dic mi, an oblita, obsecro, es ejus crebras mansiones
Ad amicam, sumpti largitatem?

M. Tullius de Republica lib. III : « Pyrrhi videlicet largitas Fabricio, aut Samnitium copiæ Curio defuerunt! »

CD. *maculans* Mp. — 20 *sciamacia* Codd. *sciamacu ia* P. σκιαμαχίᾳ JM. (Sed vid. in v. *Ilex*, p. 10.) — 21 *remma* Codd. *pemma* cj. J Turn. Scal., habet M. *adjuvat istam instrat* BPLA. *instrant* (sed altero *n* expuncto) W. *istam* (omisso *instrat*) J. *ista ministrat* J marg. et cj. Turn., habet M. *lucuns : illi nihil ista ministrant* cj. Scal. *adjuvat ista ministrans* Œhler. — 22 *fratris* Codd. *Fratriis* JM. — 23 *Pistori novat* omnes. *Pistori non? at cur non* cj. Scal., prob. Voss. *nubat? cur non* cj. Lips., prob. Neuk. *nubat cur non* Ribb.; quod ipse videram. *scribitnrio* LAJ. *scribilitario* PWJ marg. M. *scriblitario* Turn. Lips. Ribb. — 24 *luculentulus* PWJ. *liculentulentulus* L. *lucunculos* cj. Lips. Turn. Scal., habet M. — 25 *Tripallo* vulgo. *Triphala* J. *Triphallo* cj. Scal. *Ithyphallo* cj. Lambec. *ego nihil varro ideo itn hic* Codd. *Varro* M. *nihil narro adeo ita* J. *ideo* J marg. *Varro* deleri vult Düntz. *ego vero nihil video* cj. Lambec. *hic curnt* omnes; retinet Œhler. *ita hic obscurat* cj. Lambec., prob. Roth. — 27 *Titin. Varro* omnes. *Barathro* cj. J, Guyet. *Varo* cj. Steph., prob. Neuk. Ribb. — 28 *fiet et cularcultor* Codd. *cularultor* M. *cuculator* Edd. ante M. *circulator* cj. J. *cultor gulæ* cj. Turn. *culo adulter* cj. Bothe. *culei* vel *culi cultor* cj. Neuk. *culi cultor* Ribb.

6 *ea sibi bona ducens* P. *si bona ducens* vulgo. *ducemus* M, ut Cic. — 7 *me tua, non mea lenitudo* Edd. ante M. *non modo* J marg. Locum refert M ad librum *de Signis*, c. 61, ubi legitur : *nimin in istum non modo lenitudine*. — 8 *Lenitudine pro* VW (etiam L, sed *t* suprascr.). *Letitudine* HP. *Lætitudinem* Edd. — 9 *ut me repositum* vulgo. *depositum* cj. Palmer. Passer., recep. M. *inmerentem* vulgo. *immerentem* Passerat. *et merentem* cj. J. *et mœrentem* Palm. Guyet Ribb. *repentino nuntio alacrem* omnes. (Docti autem metro varie succurrunt.) — 10 *Redd. adine hesitastis ex* Codd., M. *ad me hæsitastis* A. *ac me excitastis* Bentin. *ac me excitasti* Perott. et J, prob. Voss. *atque excitasti* cj. M. — 11 *idem baccius* Codd. *Bacchis* Edd. — 12 *affectio est* Codd. *affectus est* vett. edd. *affectu' st* J, et cj. Voss. *affecti læt.* M. — 13 *parateruse o dic* Codd. *Paraterusa : eho dic* J. *eo dic* M. — 16 *pyrrhi videt largitas acos* omnes. *videlicet l. a coss* cj. Lambin.

LUMINOSUM positum pro claro. Cicero in Oratore [c. 36] : « Tum sunt maxime luminosæ et quasi jactuosæ partes duæ. »

LAXITAS [laxitudo]. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Simul eos et cunctos jam inclinatos, laxitate loci plures cohortes, atque omnes, ut in secunda re, pariter acre invadunt. » M. Tullius de Officiis lib. I [c. 39] : « Et admittenda hominum cujusquemodi multitudo, adhibenda cura est laxitatis. »

LAMENTAS, pro lamentationes. Pacuvius Hermiona :

Lamentas, fletus facere compendi licet.

LÆTARE et LÆTISCERE, lætificare [et lætificari]. Livius Ægistho :

Jamne oculos specie lætavisti optabili?

Attius Pelopidis :

Et te ut triplici lætarem bono.

Sisenna lib. IIII : « Utrumne divi cultu erga se mortalium lætiscant, an, superna agentes, humana negligant. »

LITTEROSUS, litteratus. Cassius Hemina Annalium lib. III : « Homo mere litterosus. »

LATIBULET et LATIBULETUR, pro lateat. Lævius Erotopægniôn :

Nocte ut opertus amictu latibulet.

Publilius Putatoribus :

Prægredere, et, ne quis latibuletur, perspice.

LUPARI, ut scortari vel prostitui. Atta Aquis caldis :

[Hi] cum meretrice nostro ornatu per vias
Lupantur.

Lucilius lib. V :

Et divos ture precemur.
Consilium forsit placeat : tu impune luperis.

vides ut l. J. *Fabricio* cj. J. *videlicet l. Fabricio* prob. M. *videtur l. a cos* cj. Mai, recep. Orel. — 17 *copia* omnes. *copiæ* cj. J et Mai. — 19 *iactuosæ* (suprascr. *i*) W. *iactuose* L. *jactuosæ* vulgo. (De quo dixi ad v. *Jactuosæ*, p. 130.) — 20 *Laxitas, laxitudo* AJ. Hic bonos codices et Mercerum sequor; alio ordine AJ : *Luminosum, Lusus, Laboriosum, Laxitas.* — 21 Verba deesse videntur. *eos* [*ind*]*et* conjicio. *laxitas et loci* vulgo. *laxitate loci* cj. M. *et laxitas loci* cj. Ciaccon. Guyet. *choortes* P. — 22 *acres* cj. M. — 23 *cuusque modi* P. *cujus modi* L. — 25 *pro lamentatione* CD. — 27 *Letare et letiscere* HP. — 28 *specie* H. *oblabili* C. — 30 *ut te triplici* Perott.

1 *Utrumne viri* Codd., Edd. ante M. *divi* cj. J, recep. M. *erga se* delendum putat Guyet. — 2 *supernæ egentes* Codd. *supernæ gentes* ed. 1476. *superna agentes* AJ, prob. Pontan. *superne agentes* J marg. M. — 5 *Nevius* Codd. *Nævius* Edd. *Lævius* cj. M, prob. Osann. Weichert. *erotopecnion* P. *erotopæcnion* Gerl. — 6 *latibuletur* omnes. *latibulet* Noster ex lemmate voluisse videtur. — 7 *publilili put.* Codd. pleriq. *publili liput.* PM. *publili put.* ed. 1476. *Publilius* J marg., M in Indice, Both. Ribb. *Publius* (*Syrus*) cj. Bothe. *Accius* AJ. *Turpilius* cj. J, prob. M, improb. Bothe. — 9 *acta aquis calis* Codd. *atquis* CD. *acta atquiscalis* P. *atque scalis* vett. edd. *Atta* J marg. *Atta Aquis caldis* M, prob. Both. Ribb. — 10 *cum meretrice e nostro* vulgo. *enostro* P. *cum meretrices nostro* M, prob. Herm. *meretrices in nostro* cj. Neuk. — 14 *consilium fas si placent* vulgo. *fassi* Gerl. *placet* ed. 1476. *fos si placeat* cj. J et Canter. *fors si places, tu* scriptum in marg. Junii. *faxint placeat* cj. Scal. *tune impune superbis* vulgo. *tunc* M. *tu impune* cj. J, Canter. *luperis* cj. Scal. Bongars., prob. M et Reuvens. *luparis* Canter. Chifflet.

LUSUS vel LUSIO, qui ab omnibus ludus dicitur. Varro Marcipore : « Utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui spectant nundinas, ut magister dimittat lusum. » Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Ab hujuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet. »

LABORIOSUM, in quo laboretur. Calvus Poematis :

Durum rus fugit et laboriosum.

LUTESCIT honeste dictum [a Furio] in Poematis, tametsi auctoritatis sit ignobilis :

Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

LIBELLIONEM, ut tabellionem. Varro Manio : « Tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant. »

LIMUM, obtortum. Varro Manio : « Altus alieno s[umptu, neque post respiciens, neque ante prospi]ciens, sed limus intra limites culinæ. »

LACESSERE positum provocare. Cicero in Oratore [c. 19] : « Et Aristoteles Isocratem [ipsum] lacessivit, et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. » Et Tusculanarum lib. V [c. 41] : « Impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verum etiam lacessiti. »

LENTITUDINE, pro lenitate. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 19] : « Eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. »

LEÆ, pro leænæ. Lucretius lib. V [v. 1317] :

Irritata leæ jaciebant corpora saltu.

LIGELLUM, tuguriolum, domicilium breve. Plautus Aulularia [II, 4, 22] :

De suo ligello fumus si qua exit foras.

LICITARI, congredi, pugnare. Ennius :

Pars ludicra saxa
Jactant, inter se licitantur.

fars si places, tu impune luparis? cj. aliquis in marg. Jun. *ture precemur. Consilium fassi, pacem, tum impune luperis* cj. M. — 15 *ab haminibus* L. *Varra*, etc. Iterum p. 214. — 16 *spectant* omnes, et p. 214. *expectant* habent ms. Bibl. Imp. 7579, A, Popma. *nundina* Codd. *nundinam* LAJ. *nundiuns* M, ut p. 214. — 17 *dimit. lusus* AJ. *lusum* pro supina vere habet M. — 18 Quod recurrit p. 211. — 19 *Gallus poem.* omnes. *C. Calvus* Gell. 9, 12. *Calvus* cj. Bentin., prob. JM. — 20 *fugite laboriosum* vulgo. *fugita* cj. vir quidam doctus. *fugit et* ms. Fabri, et cj. Badius. *fugis et* Gell., prob. JM. — 21 *Lutescet* Codd. *Lutescit* W man. sec., Edd. — 23 *lutescit* omnes. *a Furio* scripsit aliquis in marg. Jun., nempe ex Gell. 18, 11. — 24 *Libellonem* PCD. *ad me fuerunt* omnes. *ferunt* cj. Popma. *iverunt* cj. M. — 26 *Linum* P. *Varro*, etc. Cf. v. *Altum*, p. 237, et *Prospicere*, p. 442. *altus* vulgo. *alter* J. *aliena scieus sed* Codd., AJM. *alienos ciens* Gerl. Omissa supplevit Gulielm. ex p. 237 et 442; quod etiam vidit M, non tamen omissa inseruit. — 29 *pro provocare* ed. 1476.

1 *Aristoteles Socratem* PJ. *Socraten* H Gerl. *Isocratem* cj. Bentin., ut est ap. Cic., habet M. *et* e *Xenaphontis* LA. — 2 *locutas fuerunt* P. — 3 *philosaphiæ scriptionem* omnes. *scriptiones* Noster in v. *Scriptione*, p. 174. *philosophicas scriptiones* Cic. — 4 *Lenitudine* (bis) Codd., etiam CD, vett. edd. *Lentitudine* Bentin. JM, ut habet et Cic. (Etiam *Lenitudo* suum lemma obtinet p. 132.) — 5 *vitiose* W, vett. edd., J marg. — 8 *irritate* W. — 11 *Aul. tuo ligello fuisti qua exis*

P. 134 M.

Cæcilius Hymnide :

Quæ narrare inepti est ferventes scutras.
Quin machæra licitari adversum æneum cœpsti sciens.

LONGISCERE, longum fieri, vel frangi. Ennius lib. XVII :

Neque corpora firma
Longiscunt quicquam.

Idem :

Quum sola est, eadem faciunt longiscere longe.

LIGURRIRE, degustare : unde *abligurrire*, multa avide consumere. Horatius [Serm. I, 3, 81] :

Semesos pisces tepidumque ligurrierat jus.

Catullus Priapo :

De meo ligurrire libido est.

LATROCINARI, militare mercede. Plautus Cornicularia :

[Qui regi] latrocinatus annos decem [Demetrio]
Mercede.

..... in Tiberio : « Qui apud regem in latrocinio fuisti, mercedem acceptitasti. » Ennius :

Fortunasque suas cœpere latrones
Inter se memorare.

LAVERNA, dea cui supplicant fures. Plautus Cornicularia :

Mihi Laverna in furtis celebrassit manus!

Lucilius lib. XVII :

Semissis facis, et Musas si vendi' Lavernæ.

foras Codd. *ligillo* L. *tua ligello* W. *De suo l. fumus si exil* AJM, ex Plauto, qui tamen habet *suo ligillo*. — 13 *ludicre* omnes. — 15 *himnidæ* H. *himnide* P. — 16 *quæ narrare* (*quaenarrare* P) *inepti est scutras ferventis* vulgo. *scutras ventis* P. *ferventis scutras* Both. Osann. *ferventi scutra* Ribb. *præcantare inepti* cj. Grauert. *quam versare* conjeceram. *quin armare incepsti scutras* cj. M. *qui te armari inepte justi ferventi scutra* cj. Bothe 2. — 17 Duas personas inducunt Speng. Ribb. *quin macera licitaria adversum* Codd. *machæra licitari* Edd. *adversum cum* Edd. ante M. *aeneum* vulgo. *ahenum* J marg. *cœpisti* omnes. *cœpsti* cj. Guyet Bothe 2, recep. Ribb.; quod ipse conjeceram. — 18 *vel frangere* omnes. — 20 *longicunt* H. *quicquam* vulgo. *quinquam* P. — 22 *faciunt* HW, Edd. *facient* PL (etiam suprascr. *e* in W). — 23 *unde alligurire* HP. *abligurrire* JM. *ligurrire* CD. — 25 *pisces* omnes. *epidum quæ* L. *ligurrier attius* HPW. *atius* (suprascr. altero *t*) L. *ligurrierit. Attius* Bentin. J. *ligurrierit jus* cj. J, ut Edd. Hor., habet M. — 26 *Catulus* Codd. *Catullus* Edd. (De quo bene Victor. 12, 3.) *priopo* Codd. *Priapo* Bentin. JM. — 28 *militari* CD. — 29 Locum compleri vult Victor. ex Varr. L. L. 7, 52. *decem annos* Varr. *annos* x *mercedem* (*merce dem* P, *merec dem* Gerl.) *in liberio* Codd. *decem mercedem. In Tiberio* J. *decem meret. Idem in Tiberio* M. *mercede. Idem* cj. Gerl. *annos decem Demetrio, qui apud regem in latr. fuisti* Bentin., prob. M, qui Nonii explicatiooem subesse putat. *Demetrio* etiam Guyet. — 33 *fortunasque quas cœpere* Codd. *fortunas ecquas* cj. Scal. *quas* J. *fortunasque æque cœp.* cj. Passer. *fortunasque suas* cj. M, recep. Vahlen. *cepere* C Bamb., Merul. Spangenb. — 34 *inter se rare* L. *interserare* AJ. *inter se serere* cj. Scriv. Merul. *int. se memorare* J marg. Vahlen. *memorant* Scal. — 35 *ea cui* P. — 36 *militaveram nam in* Codd., M. *militavi eram nam* L. *litaveram Lavernam* AJ, et cj. Gul. *mihi Lavernam* cj. J, prob. M. *Mihi Laverna in f.* cj. Scal. *in fures* AJ. *celerassit* HL, et cj. Gul. *scelerassit* AJ. *celebrassit* PWJ marg. M. *celebrassis* cj. Scal. *manius* Codd., M. *manus* AJ, Scal. Gul.

1 *si messes facis* vulgo. *semissis facis* cj. Dousa. *facis invisas* cj. J. *si versus facies*,

Luculentitatem, a luculento. Cæcilius Hymnide :

> **Vide luculentitatem ejus et magnificentiam!**

Laberius Thusca :

> **Dominus noster tua**
> **Luculentitate captus.**

Lustratus, luxuriosus : a lustris, abditis locis. Plautus Casina [II, 3, 29] :

> **Unde is, nihili? ubi [fuisti? ubi] lustratus? ubi bibisti?**

Luscitiosi, qui ad lucernam non vident : et μύωπες vocantur a Græcis. Varro Disciplinarum lib. VIII : « Vesperi non videre, quos appellant luscitiosos. » Idem Andabatis : « Edepol idem cæcus, non luscitiosus est. »

Lemures, larvæ nocturnæ, et terrificationes imaginum et bestiarum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se lemures domo extra januam ejicere. »

M

Mollitudinem, pro mollitie. Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων :

> **Sigilla, in mento impressa Amoris digitulo,**
> **Vestigio demonstrant mollitudinem.**

Cicero de Oratore lib. III [c. 25] : « In ipso tactu [esse] modum et mollitudinis et lævitatis. »

Mirius, magis mirum. Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Non subsilies, ac plaudes, et ab Arato posces astricam Coronam? Quid enim hoc mirius? »

Mandare positum pro commendare. Sisenna Historiarum lib. III : « Post principia paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se

Musis; si vendis, Lovernæ cj. M. — 2 *himnide* H. — 4 *Laverius* Codd. *Tuccn* vulgo. *Thucca* L. *Tusco* cj. J. — 9 *unde es nihil ubi lustretur ibi bibitur* Codd. *Unde is nihili? unde? ubi lustrotus? ubi bibisti?* J. *Unde is nihili? ubi bibisti? ubi lustratus?* M. — 10 *Lusciosi* (ter) vulgo. *Lustiosi* CD. *Luscitiosi* cj. Lindem. (Vid. Plaut. inf.) *et moeopes* Codd. pleriq. *meopes* CD. μείωπες JM. *myiopes* ed. 1476. μύωπες cj. Heroald. Scal. M. *vocentur* Codd. *vocantur* Edd. — 11 *non vident* scriptum in marg. Jun. — 12 *Andob.* Varro citat aut innuit Plauti locum, Mil. 2, 3, 51 : *Edepol tu quidem Cæcus, non luscitiosus.* — 16 *se lemurios* vulgo. *lemures* Bent. J, Merul. — 17 *eicere* Codd., M. — 19 *evconiion* Codd. — 20 *sulln iu* Codd. *sigillo* cj. Bentin. Scal. J, recep. M. — 21 *demonstrat* vulgo. *demonstrant* J marg. Scal. Gul. — 22 *M. Tullius Cicero* H. *lib.* VI LAJ. *foctu* vulgo. *tactu* M, ut Cic. — 24 *gnoti senuton* Codd. — 25 *subsilis, plaudis... poscis* omnes. *subsilies, plaudes... posces* reponi vult J, ex eodem loco citato p. 374. *arato* vulgo. *oratro* Edd. ante M (et eraso altero *r* W). *ab Arato* cj. Bentin. ex p. 374, J, prob. Guyet. *oronum* Codd. *oro numquid* Edd. ante M. *astricam coronam? quid* emendant Bentin. et J ex p. 374, recep. M. — 27 *historiæ* Gerl. *historiarum* (sed inducto *arum* et

mandant. » Unde et *procurationem mandare*, vel *causam*, sentire poteris.

Macritudine, pro macie. Plautus Captivis [I, 2, 32] :

Ossa atque pellis sum miser macritudine.

Mustum non solum vinum, verum novellum quicquid est, recte dicitur. Nævius Gymnastico :

Utrum est melius, virginemne an viduam, uxorem ducere?
— Virginem, si musta est.

Maximitas positum pro magnitudine. Lucretius lib. II [v. 498] :

Ne quædam cogas immani maximitate.

Multesima pars nove posita, quantitas infinita. Lucretius lib. VI [v. 652] :

Quam [sit] parvula pars, et quam multesima constet.

Miseritudine, pro miseria, vel misericordia. Attius Astyanacte :

Troja est testis : quæro ex aliis, qui illius miseritudine
Nomen clarum in humili saxo multis memorant vocibus.

Idem Alphesibœa :

Quum ipsa sim, etiam miseritudo meorum nulla est liberûm.

Mœstitudo, pro mœstitia. Attius Telepho :

Quem ego ut adspexi, virum memorabilem
Intui videror, ni vestitus tæter......
Mœstitudo [et] vastitudo prædicent [ignobilem].

Plautus Aulularia [IV, 10, 2] :

Cui tanta mala mœstitudoque obtigit.

Magnitate, pro magnitudine. Attius Bacchis :

Nam neque sat fingi, neque dici potest pro magnitate.

Macellum dictum pro macilentum, Lucilius probat lib. VI :

Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

Macore, pro macie. Pacuvius Peribœa :

superscr. *e*) P. — 28 *posttricipin* Codd. *post principia* Bentin. Victor. JM. — 29 *procur. mandare commendare vel* Codd., J. *mandare, commendare* ' *vel* M. *poterit* P.

2 *pelli sum* Codd. *pellis sum* AJM. *miser* omnes. *miser m., miser a, misern* variant mss. Plaut. — 3 *nov. quidquidem* CD. — 4 *gemnastico* Codd. *Gymnastico* Edd. — 8 *ne queadam* Codd. *quædam* AJM. — 11 *quam sit* J, ex Lucr. *consteat* P. — 13 *illius* omnes, prob. Voss., etsi *ejus* conj. Forte *illi*, antique. *miseritudinem* Codd. *miseritudine* Edd. — 14 *tumuli saxo* cj. Düntzer. — 16 *cum ipsa simeta* Gerl. *sim eta* M. *sim et* ed. 1476. *sum et* A. *sim et si* J. *sim etiam* egregie P. *similu* Bothe 2, Ribb. *eorum* omnes. *meorum* cj. Voss., recep. Both. Ribb. — 17 *Mestitudo* (et sic deinceps) Codd. — 18 *vir memorabilem* Codd. *virum* Edd. — 19 *intuiderer* P. *vestitus tæter*, [*horridus*,] aut aliquid simile. — 20 *mæstitudo* H. *mestitudo* CD. *prædicarent hominem esse* omnes. *ignobilem esse* scripsit aliquis in marg. Junii; adjectivum ipse conjeceram. Exemplum non ad numeros redigunt Herm. Bothe; quinque verba addit Ribb. — 22 *qui tanta mala* omnes. *cui* J marg., ut Plautus. *optigit* H. — 23 *accius uacces* Codd. *Bacchis* Bentin. JM. — 24 *nam quæ sat* Codd. *namque sat* M. *nam neque sat* Bentin. J. *nunquam sat* Ribb. *ne dici* L. *Quod neque sat f. neque satis dici potest Pro magn.* cj. Scal.

Corpusque meum tali
Mœrore, errore, macore senet.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Noster Atticus rivalis homo, item lectus in curiam, commacescebat. »

MATRESCAM, matri similis fiam. Pacuvius Duloreste :

Utinam nunc matrescam ingenio, ut ulcisci patrem queam!

MUNIA, officia. Sallustius Historiarum lib. III : « Ac tum maxime, uti solet in extremis rebus, sibi quisque carissimum domi recordari, cunctique omnium ordinum munia [ex]sequi. » Plautus Mercatore [I, 1, 104] :

Dico ejus pro meritis gratum me et munem fore.

METARI, parare : unde et *metatores*. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 274] :

Si pinguis agros metabere campi,
Densa sere.

Cœlius Annali lib. VI : « Omnes simul terram cum classi accedunt, navibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt. » Unde hodieque *metatores* dicimus.

MAMMEATA, mammosa. Plautus in Pœnulo [I, 2, 181] :

Hujus amica mammeata.

MUSIMONES, asini, muli, aut equi breves. Lucilius lib. VI :

Prædium emit qui vendit equum [et] musimonem.

Cato de Lætorio : « Asinum, aut musimonem, aut arietem. »

MŒSTAS, pro mœstificas. Laberius Tusca :

Concitatam mobilitata mente mœstas.

MICTILIS, paupercula. Lucilius lib. XXX :

Pulmentaria, ut intybus, aut aliqua id genus herba,
Et jus mænarum, bene habet : sed mictilis hæc merx.

1 *tali* vulgo. *tabe* Bentin. J. *tero* ms. Voss. *tetro* cj. Voss. — 3 *sereno peri arceresio* Codd. *Serrano*, etc. Bentin. JM. *noster antiquus riv.* cj. Gul. *antiquus ruralis* Popma. — 4 *homo iturus in curiam* Edd. ante M. *domo iturus in* cj. Gul., prob. M. *lectus* etiam J. marg. *cummacescebat* Codd. *commacescebat* cj. J et Gul., habet M. *macore macescebat* Œhler, improb. Vahlen. — 8 *recordavi* Codd. *recordari* Bentin. JM. — 9 *ord. extrema sequi* Codd. *extrema munia sequi* J marg. M. *ordinum munia sequi* AJ (iterato sane verbo *extrema* ex præced. *extremis*). *exsequi* vir doctus in marg. Jun.; quod ipse scripseram. — 11 *dicens pro* omnes. *dico ego pro* Plaut. — 12 *Metare* Codd. et A. *Metari* ed. 1476, JM. — 16 *Colius* P. *Cælius* W. — 17 *castrametatis* H. — 19 *Mammeatam, mammosam* omnes. *in* omitt. JM. — 20 *cujus amicam mammeatam* vulgo. *hujus* M. *hujus amica mammeata* Plaut. — 22 *pretium* omnes. *prædium* cj. Dousa. — 23 *Cato deletorio* Codd. *Deletorio* JM. *de Lætorio* cj. J Turn. Catonem vero dixisse pro *Lætorio*, auctor est Gell. 14, 2. *de L. Thorio* primo scripseram. — 24 *Mestas pro mest.* Codd. *Mæstas pro mæst.* JM. *Tusco* omnes. *Tusca* Both. Ribb. (Variat enim nomen alibi citatum.) — 25 *concitata* omitt. L. *mobilitate* Edd. ante M. *mobilitata* etiam J marg. *mente mesta* P. — 26 *mictyris* HLAJ. *myctiris* P. *myctyris* CDMp. *mictiris* (expuncto *r* et superscr. *l*) W. *mictiris* M. *mictilis* ms. Fabri, ed. 1476. *mictilis pauper apparatus* W marg. *mictilis*, i. e. vilis, Guyet. (Cf. *Commictilis*, p. 83.) *paupercula pulmentaria. Lucil.* omnes. — 27 *pulmentar. aut* cj. Scal. Dousa, ex p. 209. *pulmentaria* versui adnectit Passer., etiam ex p. 209, sed *pulmentarius intybus* legit. *utentibus aut aliquod genus*

Mœstaret, pro mœrentem faceret. Attius Myrmidonibus :

Quod si, ut decuit, stares mecum, aut meus [te] mœstaret dolor,
Jamdiu inflammari et uri naves vidissent suas.

Madore [infusione]. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Quasi par in oppido festinatio; et ingens terror erat ne ex latere nova munimenta infirmarentur; nam mœnia oppidi stagnabant, redundantibus cloacis adverso æstu maris. »

Mercatis, pro mercatibus. Sallustius Historiarum lib. V : « Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum, et pars sua, commeatibus [et] mercatis. »

Maceries [maceratio]. Afranius Excepto :

Si ille hæc nunc sentit, facere illi satis
Vis, quanta illius mors sit maceries tibi!

Manubias, manus exuvias. Nævius Danae :

Manubias suppetat pro me.

Mutuum, pro mutuo. Lucilius lib. XXVII :

Et si maxume, quod spero, mutuum hoc mecum facis.

Mordicus [mordendo]. Lucilius lib. XXVI :

Mordicus petere aurum ex flamma expediat, e cœno cibum.

Plautus Menæchmis [I, 3, 12] :

Jamdudum oportuit nasum ademptum mordicus.

Monstrificabile. Lucilius lib. XXVI :

Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.

Mendicari, pro mendicare, et Mendicabulum pro mendicatione. Plautus Vidularia :

Malim moriri meos quam mendicarier :
Boni miserantur illum, hunc irrident mali.

herba Codd. *ut intybus, aut aliqua id genus* M ex p. 209. — 28 *bene habet; sed* cj. Scal. Dousa. *myctiris* seu *mictyris hæc est meri* Codd. *mictilis hoc est meri* ed. 1476. *hoc* Edd. ante M. *hoc est merx* Scal. Dousa., Gerl. ed. Lucil. *hæc est Mers* M. *est meriaret pro merentem* L; unde *meri* delcudum cj. Roth. — 29 *Mertaret pro merentem faceret* vulgo. *Meriaret* L. *Mœstaret* P Bamb. *Mœraret pro mœrentem* vett. edd., prob. Gifan. Voss. — 30 *quod sicut decuit* omnes. *quod si, ut decuit*, cj. Fruter. Gifan., prob. Voss., habent M Ribb. *istares mecum* Codd., M. *ista res* Edd. ante M. *stares* cj. Gifan., prob. M Voss. Guyet Herm. Ribb. *aut meus mertaret* omnes. *aut me ejus* cj. Fruter. *aut meus te* cj. M, prob. Herm. Ribb. *aut te meu'* cj. Voss. *mertaret* Codd. *mertraet* P. *mœraret* vett. edd., prob. Frut. Gifan. M Voss. Herm. *mœstaret* cj. Guyet.

1 *inflammari et re navis* Codd. *infl. et ardere* Bentin. Gifan. Steph. J. *infl., ardere* cj. Fruter. *ardore* cj. Voss. *infl. Atridæ* cj. M, prob. Voss. Herm. Ribb. *navis* omnes. — 2 *Madore, infusione* Edd. ante M. *historiæ* Codd. *quas par* CD. — 4 *nam omnia* Codd. *mœnia* AJM. — 6 *pro mercantibus* PCDAJ. *citeri negot.* HPL. — 9 *Maceria est afran.* Codd. *Maceries maceratio* W marg., Edd. ante M. *Maceries. Afran.* M. — 10 *sentit* vulgo, etiam M in Erratis. *scutit* PM. — 11 *tibi?* Gerl. Ribb. — 12 *manus exubiæ* Codd. *exuviæ* Bentin. JM. *Nævius dane* Codd. — 14 *pro mutuum* W. — 16 *Mordicus a mordendo* P marg., ed. 1476. *lib.* XXVI *lucilius* Codd. *Lucil. lib.* XXVII Edd. — 17 *et flamma* Codd. *ex flamma* J marg. Gul. Sciopp. *e flamma* cj. Bentin. Dousa, habet M. *ecenobum* CDMp. *aurum e cœno, e fl. cibum* cj. Doua. Sciopp. — 19 *adeptum* Codd. *ademptum* Edd. — 21 *ac mortificab.* Codd. *monstrific.* Edd. — 22 *Mendicarier* vulgo. *Mendi-*

Idem Aulularia [IV, 8, 3] :

Memorare nolo hominum mendicabula.

MERTARET, mergeret. Attius Antenoridis :

Fortassean sint quos hic non mertaret metus.

Idem Deiphobo :

Vel hic qui me aperte effrenata impudentia
Præsentem præsens dictis mertare institit.

MUGINARI, murmurare. Lucilius lib. VII :

Muginamur, molimur, subducimus.

Atta Aquis Caldis :

Aquæ ita muginantur hodie; atque ego fontem occlusero.

MEDULLITUS, a medullis. Varro Cras credo, hodie nihil :

Atque ut igni fervido medullitus
Aquiloniam intus servabat frigedinem.

Plautus Truculento [II, 4, 85] :

Ostendit sese jam mihi medullitus,
[Se mi] infidelem nunquam, dum vivam, fore.

Ennius Satyrarum lib. III :

Enni poeta, salve, qui mortalibus
Versus propinas flammeos medullitus.

MERITISSIMO. Turpilius Paraterusa :

Meritissimo te magni facio.

Cæcilius Asoto :

Meritissimo hic me ejecit ex hac decuria.

MINITABILITER, pro minaciter. Attius in Æneadis :

Gal[li] læti voce canora
Fremitu peragrant minitabiliter.

Pacuvius in Antiopa :

Minitabiliterque increpare dictis sævis incipit.

MORSICATIM [a morsu]. Nævius Pullis :

Sic incedunt, et labellis morsicatim lusitant.

caries PC. *Mendicares* D. — 25 *boni ministrantur illum* Codd. *ministrantur, illum nunc* J. *immiserantur illhunc* M. *boni im miserantur, illunc* cj. Lips., prob. M. — 29 *fortasse an* Edd. ante M. *sit* omnes. *sit quod* LAJ. *quod hic nos* cj. Lips. *ausint quos* cj. J. *mertet* omnes. *mertaret* J marg. (Sic enim in lemmate.)

2 *qui mea parte* Codd. *qui in ea parte* Edd. *qui me aperte* cj. Roth, prob. Ribb. — 5 *molimus* Codd. *molimur* Bentin. JM, ut Noster v. *Moliri*, p. 346. *subdicimur* P. — 6 *attaqui scaldis* P. *atta quis scaldis* H. *atta quis caldis* ed. 1476. *Atta Aquis caldis* Bentin. JM. — 7 *atque eia mug.* HPL, M. *atque eta* W. *atque ea* J. *ita* J marg. *atque etiam* cj. Herm. *atque ego oculsero f.* Codd. *occulsero occuluero* P marg., eadem manu. *occlusero* Edd. ante M. *clusero* M. *fonte me* LA. *fontem occl.* Bothe. *fore me* cj. Dousa. — 9 Quod iterum et simili modo laudatur in v. *Frigus*, p. 206. Senarios agnoscunt Buchel. Rieso. — 10 *servat* omnes. — 12 *ostendisse sciam mihi* Codd. *ostendit sese* Bentin. M. — 14 *Ennius*, etc. Jam sup. p. 33. — 17 *paraterus* CD. — 18 *magni ficio* L. *magnificia* CD. — 20 *hic me ejecit* vulgo. *me hic* M (forte typothetarum errore). — 22 *calleti* Codd. *calle* (superscr. *ti*) W. *Caleti* Ribb. *Calleci* J. *Gallei* cj. Lips., habet M, prob.

P. 139 140 M.

Mutabiliter, a mutando. Varro Cras credo, hodie nihil : « Quibus instabilis animus ardens mutabiliter avet habere et non habere. »

Mordicitus et mordicus, pro morsu, morsibus. Plautus Aulularia [II, 2, 57] :

Asini me mordicitus scindant, boves incursent cornibus.

Cicero Academicorum lib. III [Edd. II, 1, c. 16] : « Perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicamus. »

Mæander est picturæ genus, a simili opere labyrinthorum ortum, claviculis illigatum. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Περιεχονταριαν mihi facies mæandrata et vinculata, atque adeo junges orbem terræ. » Virgilius lib. V [v. 250] :

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Mansum, [a] mandendo, ut manducatum. Varro Γνῶθι σεαυτόν :

Dein certe alii fluctu, ut siccum
Pareret mansum, quo venarum
Sanguine rivos compleret.

Lucilius lib. XXX :

Sperans ætate eadem me
Hæc proferre potesse, et mansum ex ore daturum.

Mulieravit, ut effeminavit. Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Et rex, et misellus ille pauper amat, habetque ignem intus acrem : hic ephebatum mulieravit ; hic ad mœchada adolescentem cubiculum pudoris primus polluit. »

Herm., improb. Passer. *Gallei v. c. ac fremitu* cj. Voss. — 25 *quæ increp.* Codd. *que* Edd. — 26 *a morsu* Edd. ante M. *A morsu morsicatim* P marg. *Morsicatim suis pullis* Codd., etiam CD. *Varro : Sicut pulli sic* Bentin. J. *Nævius Pullis : Sic* M; qui etiam cj. *Lævius*, hæsitante Weichert. — 27 *et in labellis* omnes. *et labellis* Bothe. — 28 *Mutabiliter* (bis) HPL, vett. edd. *Mutobiliter* (expuncto *b* et suprascr. *t*) W. *Mutabiliter* JM Gerl. Œhl. Riese, et sic Codd. eodem loco cit. p. 112, v. *Fastidibiliter*. — 29 *habet habere* vulgo. *avet habere* cj. Bentin. *havet* Bongars. Popma. *animus, ard. mutabiliter, avet* Gebh. — 30 *Mordicibus* (bis) vulgo. *morsicicus* W marg. *mordicibus morsicicus* P marg. *Mordicitus* cj. Sciopp. *pro morsu, pro morsibus* vulgo. *pro m. prosibus* P. — 32 *asiais* PL.

2 *meander* H. *adsimili opere* Codd. *a simili* Edd. *hortum* HL. *ortum* omitt. CD. — 3 *claviculis* vulgo. *chlamydulis* Edd. ante A. *ialig.* CD. *tafe menippu* Codd. Quod sequitur, nequit alter titulus esse, ut volunt Scal. JM; non vero Œhler. περιεχονταριαν Codd., M. περιεχοντα ριαν P. ἡ περίεχον τὴν γαῖαν J. περὶ ἔχοντος ταριχείας A. — 4 *et vinculata* Codd., J marg. M. *vermiculata* Edd. ante M. *atque etiam adeo* omnes. *et in media* Vahl. Riese. *inges* Codd., M. *ingens* Edd. ante M. *cingens* cj. Scal. J marg. *pingens* Dous. Popm. *pinges* Roth, Œhl. Riese. *Virg. lib.* I Codd. *lib.* V AJM. — 7 *melibea* H. — 8 *Mansum mandendum aut mansatum* omnes. *Varro*, etc. Libros exscribo : conjecturæ enim nihil lucis afferunt. *alufluctu utsicum* P. *certo alvi fl.* Herm. Œhler. *aluit* Riese. *alluit* scriptum in marg. Jun. *si cum* Codd., M. *siccum* Herm. Œhl. Riese. *ficum* J. — 13 *ætutem eamdem* Codd., M. *ætatem eadem* P. *eadem* cj. Gul. Dousa. — 14 *proferro* Codd. *proferre* Edd. *perferre* cj. Gul. Dousa. *posset mansum* Codd. et M. *potisset* cj. Dousa. *potesse et* cj. Gul. — 16 *acrem* vulgo. *ac rem* PM. *effebitum* W, J marg. M. *effebitum* (priore *f* expuncto) P. *efebitum* HL. *ephebetum* Edd. ante M. *ephebatum* cj. Scal., prob. Guyet. *ephebum* cj. Caucbus ap. J, prob. Laurenb. Lessing. Riese. *effetum* cj. Lips. J, prob. M Œhler. — 17 *hic ad me deca adoles.* V, Edd. *ad medeca* W. *ad mecada* HPL. *mœchada* Laurenb. *apud mœ-*

Memordi, Peposci, Pepugi, Spepondi, in veteribus lecta sunt. Atta in Conciliatrice :

Ursum se memordisse autumat.

Laberius in Gallis :

De integro patrimonio
Meo centum millia nummum memordi.

Ennius :

[Meum] non est : at si me canes memorderit.

Cetera in obscurioribus invenimus.

Metus nove et eleganter positum. Sallustius Historiarum lib. I : « Id bellum excitabat metus Pompeii victoris; » hoc est, quod de Pompeio metueretur.

Mendicimonium et Mœchimonium, Laberius in mimo quem *Cophinus* inscripsit : in eo verba hæc inveniet qui doctrinæ studium putaverit adhibendum. In eo quoque libro *manuatus*, quod est furatus, inveniet.

Medioximum mediocre dictum. Varro Modio : « Quid aliud est quod Δελφικὴ canit columna litteris suis : Ἄγαν μηδέν, quam nos facere ad immortalium modum medioxime, ut quondam patres nostri loquebantur? »

Masculum, pro forti ac vehementi. Varro Ὄνος λύρας : « Si non plus testiculorum offenderis quam in [non] castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem. »

Mancum, debilem. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. III [c. 9] : « Sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem. »

chada cj. Scal. *hic Ganymedeo adolescenti* cj. Lips., prob. M. — 19 *Memordi, Peposci,* etc. Cf. Gell. 7, 9. *spopondi* HLCD. *Accius in honilia atrice* P. *homliaatrice* H Gerl. *Accius Conciliatrice* JM. *Atta in Concil.* cj. Carrio ex Gell., prob. Roth. Ribb. — 22 *in callis* Codd. *Callis* M. *incallis* P. *in Gallis* Bentin. J marg., ut Gell. — 24 *nummum* omitt. P; quod ipse delendum conjeceram; sed habet Gell. — 26 *meum* est ap. Gell., habet J. *ut si me* Codd. *at si* Bentin. JM, ut Gell. — 28 *Sallustius*, etc. Cf. Gell. 9, 12. — 29 *ad bellum* LAJ. *id* PM, ut ap. Gell. *excitabat metus Pompeis.* Inde, completa quidem pagina, deest in cod. P finis hujus libri, et totus liber tertius, usque ad Merceri p. 232. — 31 *Mendicimonium*, etc. Cf. Gell. 16, 17. *Medimonium* CD. *et moecimonium* Codd. *mœchimonium* Bentin. JM, ex Gell. *in libro quem cropium* omnes, etiam Mp. *Cophinum* cj. M, ex Gell.

2 *in eo libro quoque* Codd., A. *quoque libro* JM. *maustus* Codd. *manstus* Edd. ante M. *manuatus* Bentin. J marg. M, ut Gell. *inventre* Codd. *inveniet* Edd. — 4 *Med. medio acutum modo varro* Codd. *medie acutum* CD. *medio actum modo* M. *medio actum* (omisso *modo*, quod est iteratum nomen fabulæ) O, vett. edd. *Varro modo* Codd. *Modio* Edd. — 5 *quod delfice* Codd. *Delphice* M. *Delphicè* J. *Delphis* cj. Bentin. Palmer. *Delphica canit* scriptum in marg. Jun. αγαν μεοεν Codd. μέθην AJ. μηδεν cj. Bentin. Palmer., J marg. μηθέν M. *iudnm nos* Codd. *viduam nos* Edd. ante M. *vitam* scriptum in marg. J. *quum nos* cj. Bentin. J, habet M. *adit mortalem* HM. *aditmortalem* W. *ad izmortalem* L. *ad mortalem* J, cj. Palmer. *ad inmortalem* cj. Roth. — 8 *sin* vel *si enim plus* cj. Ribb. — 10 *ad rem* vulgo. *Arem* cj. Palmer. *Heraclem* cj. Barth. — 13 *virtutum* W. — 15 *majoris* HWM. *maforis* L. *ma-*

Minutum positum pro brevi. Varro Epistola latina : « Si venisses Capuam, quod et pueros minutos vides libenter, et majores animadvertere non vis. » M. Tullius Verrinarum lib. III [Edd. lib. V, de Suppl. c. 11] : « Reticulumque ad nares [sibi] admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. »

Maceriæ [parietes]. Sisenna Historiarum lib. III : « Post villarum macerias ac parietinas, quinque cohortes in insidiis reliquit. »

Manipulatim, collecta manu. Sisenna Historiarum lib. III : « Requiescendi spatium nacti, quum densiores manipulatim resistere hostibus instituissent. »

Multifariam, partibus multis. Sisenna Historiarum lib. III : « Quod loca, palustria quæ erant, et alte multifariam confossa. »

Marsupium, sacculum. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Ex quo perspicuum est majorem curam habere nos marsupii quam vitæ nostræ. »

Molimentum, pro conatu. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Galli contra magno cum molimento ac perpetuo sonu procedunt. »

Modimperatores, quasi modum imperantes. Varro Rerum humanarum lib. XX : « In conviviis qui sunt instituti potandi modimperatores ; » [id est] magistri.

Magniloquentia. Cicero in Oratore [c. 57] : « Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. »

Ministratrix positum pro ministra. Cicero de Oratore [lib. I, c. 17] : « Sed omnes comites ministratricesque esse oratoris diceres. »

Male audiam [maledicta feram]. Cicero de Oratore lib. II [c. 75] : « In quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia causam non libenter remitto, nimium patiens et lentus existimor. »

Multitudo positum pro frequentiâ aut copia. Cicero de Oratore lib. III [c. 19] : « Sed ut pontifices veteres, propter sacrorum multi-

jores AJ. — 17 *ad naris* Codd., M. (Sed *nares* exhibent omnes eodem loco citato p. 350, v. *Maculosus.*) *sibi*, hic omissum, habet Noster p. 350 et 411. — 19 *Maceriæ* Codd. *Maceries paries* O, ed. 1476. *Maceria, paries* AJ. — 20 *cohartis* Codd. pleriq. et M. *cohortes* CDAJ. — 21 *collecta manus* Codd. *manu* Edd. — 22 *condensiares* vulgo. *quum densiores* M. — 25 *palustriaque* M e conj. *erant alte et multif.* cj. aliquis in marg. Jun. — 26 *marsuppium* HL. *et quo* Codd. *et quod* Bentin. Popma. *ex quo* JM.

1 *marsupii nostri* O, ed. 1476. — 3 *Galli* H ; quod vulgo omittitur. *perpetuo sona* Codd. *sono* Edd. *sonu* cj. Roth ; quod placet, quum Sisennam hac voce usum pateat ex p. 491, v. *Saniti* et *Sonu*. — 5 *modiperatores* (bis) omnes. *modimperatores* Popma. — 6 *quis instituti* WM. *qui sunt inst.* HLJ. *putendi* Codd. *putandi* Bentin. AJ. *modiperatores, magistri* Gerl. *potandi* M. *modip. potandi magistri* cj. Passer. *potandi modiper.* cj. Gothof. *magistri* forte glossema delendum. — 8 *dactilus* vel *dactylus* Codd. *dactylicus* JM, ut Cic. — 11 *ministrasque* Edd. Cic. *esse de aratoris diceres* Codd. *de* omitt. Edd. — 13 *maledicta feram* O, ed. 1476. — 15 *sed quia ega c. n. l. relinquo* Edd. Cic. — 17 *ut ponitficis* L. *propter saccorum* Codd. *sacrorum* Edd. — 18 *tres vero* Codd. *tresvi-*

tudinem, tresviros epulones esse voluerunt. » [Et] in eodem [c. 19] : « Hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est. »

Mulierositas, cupiditas femineæ voluptatis. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 11] : « Similiterque ceteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam quæ græce φιλογύνεια dicitur. »

Memoria positum pro vetustate. Pacuvius Chryse :

> Perque nostram egregiam unanimitatem, quam [non] memoria
> Dejugat.

Murmurillum, murmuratio. Plautus Rudente [V, 3, 48] :

> Nolo ego murmurillum neque susurrum fieri.

Idem :

> Quid murmurillas tecum, et te discrucias?

Mediastinos, non balnearum, sed ministros et curatores ædium, legimus. Lucilius lib. XVII :

> Villicum Aristocratem, mediastinum, atque bubulcum.

Cato in Præceptis ad filium : « Illi imperator tu; ille ceteris mediastinus. »

N

Nuperum pro recenti positum, ab eo quod est nuper, id est, ante non multum temporis. Plautus Captivis [III, 5, 59] :

> Quid? tu una nocte postulavisti et die
> Recens captum hominem, nuperum, novitium.

Neminis positum pro nullius. Plautus Captivis [III, 5, 106] :

> Neminis
> Me miseretur, nam mei miseretur neminem.

Lucilius lib. XXX :

> Neminis ingenium tantum confidere oportet.

Noxitudo, pro noxia. Attius Armorum judicio :

> Occule : noxitudo......
> Oblitteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.

ros JM. *epulonis* L. *Eodem* (omisso *in*) J. — 23 *filogenea* Codd. φιλογύνεια Edd., etiam ed. 1476. — 24 *chrisse* H. — 25 *Perque*, etc. Vid. ad v. *Dejugat*, p. 101. — 26 *defugat* LA.

4 *Mediastrinos* vulgo. *Medias trimos* H. *Mediastinos* J e conj.; vox enim recte ita scribitur. — 5 *Lucilius*, etc. Etiam p. 123 et 479. — 6 *mediastrinum* Codd. *mediastrinus* Bentin. M. *mediastinus* J. — 13 *nuperum non vitium* L. *et novitium* Edd. Plaut., improb. M. — 14 *Neminis itum* W (et in L, suprascr. *pos*). *Nemini situm* CD. *Neminis situm* O. *positum* Edd. — 16 *me miseret nam me miseret* Codd. *nam mei* Edd. *misereri certum est, quia mei miseret* Edd. Plaut. (Sic etiam laudat Diom. p. 323.) *Miseretur me, pro miseret*, est inf. p. 477. — 18 *ingenio* Bentin. J marg. Dous. Guyet. *ingenio quemquam* Prisc. p. 683. — 20 *ocule* omnes. *occule* cj.

P. 143-144 M.

Nubere veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis :

Sed meus
Frater major, postquam vidit me vi dejectum domo,
Nupsit posterius dotatæ, vetulæ, varicosæ, vafræ.

Nitiditate, pro nitore. Attius Bacchis :

Formæ, figuræ nitiditatem, hospes, geris.

Numen, pro ornatu. Virgilius Æneidos lib. II [v. 396] :

Vadimus immixti Danais, haud numine nostro.

Nenu, pro non. Lucilius lib. XXX :

Sed tamen hoc dicas quid sit, si nenu molestum est.

Varro Epistola ad Fufium : « Si hodie nenu venis; cras quidem si veneris, m[ihi] erit dies natalis Fortis Fortunæ. »

Nevult, pro non vult. Titinius Setina :

Ipsus quidem hercle ducere [hanc] sane nevult.

Plautus Trinummo [V, 2, 32] :

Filiam meam tibi desponsatam esse audio. — Ni tu nevis.

Nigret, nigra fit. Pacuvius Chryse :

Solisque exortu capessit candorem, occasu nigret.

Attius Bacchis :

Idem splendet sæpe, ast idem nimbis interdum nigret.

Nitidant, abluunt : dictum a nitore. Ennius Cresphonte :

. . . . . opiæ eam secum advocant,
Eunt ad fontem, nitidant corpora.

Attius Thebaide :

Jun.-Maius et Scriv., prob. Voss. *occulte* cj. J. *hodie* cj. M. *ocule* omitt. Ribb. Post *noxituda* vocem trisyllabam, ut *pristina*, deesse suspicor. — 21 *santescat* Codd. *sanctescat* Edd. — 23 *ita ut nunc*, etc., pro glossemate habet J. — 25 *me in dejectum* Codd. *me indejectum* V, ed. 1476. *me inde ejectum* J. *me vi dejectum* M. — 26 *nfræ* umnes. *vafræ* cj. J, prob. M Guyet Ribb. — 28 *farma figuræ* Codd. *figura* cj. Scal. *nitiditatem* vulgo. *nitutate* CD. *nitiditate* AJ. *hospes regis* omnes. *forma, figuræ nitiditate h. regius* primo cj. M, prob. Guyet. *hosp. Phrygius* cj. Scal. *formæ, figuræ nitiditatem h. geris* cj. M, recep. Botb. Ribb. *formam* equidem malui. — 29 *pro arnatum* C. — 30 *haut* Codd. *aut in num.* CD. — 31 *Noenum* (ter) Codd., M. *Noenon* C, ed. 1476. *Nenum* AJ. *nenu* J marg., prob. Gifan., nec rejicit M.

1 *quid est si* Codd., M. *quid est i* (sed *i* expuncto) L. *quid est nænum* AJ. *quid id est* Schneid. Corpet. *quidnam est* Dousa. *quidquid' st* cj. M. *quid sit* cj. Santen. *nenu mal.* J, et Scal. Dousa. — 2 *ad Fuffium* Codd. *Fufium* J marg. *Fusium* Edd. *nenu venis* J. — 3 *si veneris meridiem die natalis* Codd., JM. *veneris* (deleto *si*) *meridie, natali fartis* cj. Scal. *natali* J marg. *erit dies natalis* cj. M. *meus erit d. natalis* scriptum in marg. Jun. *fortis* omitt. LAJ. — 5 *ducere eam* Botb. Ribb. — 8 *Nigel... nigra facit* CD. *nigra facit* (suprascr. *fit*) H. *nigra fit* (suprascr. *ac*) L. *facit* CDA. — 9 *solis quæ* cj. Scal. (assuto versu ejusdem, ubi est *specua*), prob. Voss. *ex ortu* ed. 1476. *rapessit* Codd. *exortura pessit* O. *capessit* Bentin. AJ. *nigri* Codd. *nigrel* Edd. — 10 *bacchidem splendet* Codd. *Bacchide : Splendet* A. *Bacchis : Spl.* Bentin. JM. *Bacchis : Idem spl.* cj. M. — 12 *Nitidant aluunt* CD. *cresponte* Codd., M. *Cresphonte* Bentin. Palmer. J. — 13 *a pie eam secum advocant* omnes; quod servat Ribb. invitus. *opie* ed. 1476. *pie deam* cj. Gul. *obviam eam* cj. Palmer. *propere* Delrius. *pure* Columu. *appido* aliquis in marg. Jun. *Opem Cansivam adv.* cj. Grot., prob. Voss. Bothe. — 14 *ad fontem* H, et vulgo. *ad for-*

Quando ad Dircæum fontem adveniunt, mundule
Nitidantur vulgo quadripedantes sonipedes.

Nixurire, niti velle. Nigidius Commentario grammatico XXV : « *Nixurit* qui niti vult, et in conatu sæpius aliqua re perpellitur. »

Notificem, notum faciam. Pomponius Atreo :

Nunc te obsecro ut stirpem evolvas meorum [at]que notifices mihi.

Numellæ, machinæ genus ligneum, ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes immittunt. Plautus Asinaria [III, 2, 5]:

Nervos, catenas, carcerem, numellas, pedicas, boias.

Nugivendos Plautus dici voluit omnes eos qui aliquid mulieribus vendant; nam omnia quibus matronæ utuntur, *nugas* voluit appellari. Plautus in Aulularia [III, 5, 51] :

Ubi nugivendis res soluta est omnibus.

Nidus, pro poculo. Varro Quinquatribus :

Quam lympham melius, e lacuna fontium
Allatam, nido potili permisceat !

Nidulantur. Varro Hebdomadon primo, « Dies deinde illos, quibus halcyones hieme [anni] in aqua nidulantur, eos quoque septem esse » dixit.

Nescium, pro incognito. Plautus in Rudente [I, 5, 17] :

Quæ in locis nesciis nescia spe sumus.

Noctescere, cæcari. Furius Poematis, etsi est auctoritatis incertæ :

Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Nepam aliqui cancrum putant, ad illud Plauti [Cas. II, 8, 7] :

Recessim cedam [ad parietem] : imitabor nepam.

tem Gerl. — 16 *quin id Circæo* vulgo. *idcirco* (suprascr. *e* in fine) H. *idcirco* O, ed. 1476. *Quin de Dircæo* cj. M. *Quin ab* cj. Guyet. *Quando a Dircæo* Passer. *Cum e Dircæo* Delrius. *Cum de Dircæo* Voss. *Dein ad Dircæum fontem* cj. Voss. *Qui ubi ad Dircæum f.* Both. Ribb. *mundulæ* vulgo. *mundule* cj. Voss., prob. Both. Ribb. — 17 *nitidantur vulgo quadripedantur soni pedum* Codd., M. *pedum* omitt. LAJ. *qua pripedantur sonipedum* O. *vulgo pripendantur soni* AJ. *quadripedantum sonipedum* cj. M, prob. Guyet. Voss. Both. Ribb. *qua præpediuntur soni pedum* Bentin. J marg. *nitidantur pulvere* cj. Voss., prob. Bothe. *vulgus (quadrupedum)* cj. Ribb. — 18 *commento grammaticæ* omnes. *Commentario* sic solet. XXV Codd., M. XXX AJ. XXXV J marg. — 20 *notam* HCD. *nota* LWJM. *notum* scriptum in marg. Jun. *Pomponius* (*Secundus*, scilicet). — 21 *stirpem ut* omnes. *ut* abesse possit. *meorumque notif.* vulgo. *meorumque genus* Steph. J, prob. Munk. *meorumque [nomen]* Ribb. *genusque meorum* Bothe. — 22 *lineum* C. *discrutiandos* CD. *discruciendos* W. — 23 *Aulularia* Codd. *Asinaria* AJM. — 24 *nervus* Codd., M. *nervos* O, ut Plaut. *boias* omitt. L. — 26 *appellare* CD.

1 *nidos* C. *pro oculo* CD. — 2 *lymfam* Codd., AJ. *nympham* ed. 1476, M. — 3 *nidos potili* vulgo. *nido* cj. M Guyet. *lympha... allata nido* cj. Scal. *nidus poculi* J marg. *permisceas* cj. Gerl. — 4 *Nidulantur* Codd. *Nidulatur* JM. *Varro pro hepdomadon prima dies* Codd. *Varro primo hebdomadon : Dies* J. *hebdomadon primo : Dies* Bentin. M, ut Gell. 3, 10. — 5 *olcyones* Codd. *halcyones* ed. 1476, M. *hiemanni qua* Mp. *in qua* W. *hieme anni in aqua* Gell. *tentem esse* Codd., etiam CD. *septem esse* Bentin. JM, ex Gell. — 8 *quæ in loco si nescis nescias pessumus* H. *nescias pessumus* etiam ms. ap. Gul. *nescin spes sumus* Gerl. (litteras ad arbitrium suum digerens). *quæ loca si nescis : ne scius pessimus* ed. 1476. *quæ in locis nesciis nescia spe* cj. Bentin. Canter. Gul. (ex Plauto et Gell. 9, 12), habent JM. — 9 *Notescere* D. *Noctescere* (priore *c* expuncto), L (priore *c* suprascr.) C. — 10 *notescunt* W. — 12 *retrovorsum cedam* vulgo. *retrover-*

Et illud aliud :

Aut cum nepa es.

Sed dubium in utroque. Nam vere *nepa* scorpius dicitur. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 15] : « Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas; cornibus uti videmus boves, nepas aculeis; suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem. »

Nex, pro nece. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Quoniam neque mea nex, neque intercessio, posse videtur illorum dementem reprimere audaciam. »

Nænia, ineptum et inconditum carmen, quod conducta mulier, quæ *præfica* diceretur, his, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet. Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Ibi a muliere, quæ optuma voce esset, perquam laudari; dein næniam cantari solitam ad tibias et fides. »

O

Obscævavit, quasi scævum, malum, omen attulit. Plautus in Asinaria [II, 1, 18] :

Metuo, quod illic obscævavit meæ falsæ fallaciæ.

Opimitas, ab opimo. Plautus Asinaria [II, 2, 16] :

Maximas opimitates, gaudio effertissimas.

Idem Captivis [IV, 1, 2] :

Maximas opimitates opiparasque offers mihi.

Obba, poculi genus, quod nunc *ubba* dicitur. Varro, Est modus matulæ, περὶ μέθης : « Dolia atque apothecas, tricliniares melicas, Calenas obbas, et Cumanos calices. »

sum C. *recessim* Edd. Plaut. — 14 *aut cum* vel *quum nepa esses dubium* omnes. *quum nepa' esset dubium in* M. *cum nepa is* cj. aliquis iu marg. Gothof. — 17 *nnguigulos* Codd. *nare* Edd. Cic. *anaticulos* Codd., ed. 1476. *anaticulas* Bentin. JM, ut Cic. *uti videamus* omnes. *uti videmus* Cic. — 23 *Nenia* Codd. *adducta mul.* omnes. *conducta* cj. Guyet; quod ipse scripseram. — 25 *exhiberetur* CDLA. — 26 *obtutnma* Codd. *obtutam a voce* O, ed. 1476. *abtutum a voce* J. *optumn voce* cj. Canter. Turn. Scal. Passer. *obtunu* M. *perquam* Codd. *per quum* JM. *Pergama laudari* cj. Scal., prob. M. *esset, præfica laudari* cj. Gronov. *dein neneniam cantari* L. *nemium* W. *at tibias et vides* Codd. *attibias et vides* O. *ad tibias* Edd. *et fides* Bentin. JM (ut in v. *Præficæ*, p. 67). — 29 *obscevavit* ... *scevum* DW. *obscenavit* CO. *obscelavit* L. *abstulit* Codd. *attulit* AJM.

2 *et uocum illic* H, ed. 1476. *etuo cum* Gerl. *metuo quum illhic* M. *metuo quod illic* AJ, ut Plaut. *ecquo nunc illic* cj. Gul., ex Nonio. — 3 *Optimitas ab optima* Codd. *Optimas* C. *Obtimitas* O. *Opimitas ab apima* JM. — 4 *max. optimitas et* Codd. *opimitates gaudio* JM, ut Plaut. *exfertissimas* Codd. — 6 *optimitas* Codd. *opimitutes* JM. — 7 Quod lemma iterum p. 545. *nunc ubba dicitur* vulgo. *nunc cubba* C. *nunc uba* ed. 1476. — 8 μεθες Codd. *tricliniaris* vulgo.

OPULENTITAS, pro opulentia. Plautus in Milite glorioso [IV, 4, 35]:

Quasique ejus opulentitatem reverearis.

Cæcilius Plocio :

[Ex] opulentitate nostra factam injuriam sibi.

ORBITUDINIS, pro orbitate. Attius Amphitryone :

Miseret lacrimarum, luctuum, orbitudinis.

Turpilius Thrasyleone :

Hoc te oro, ut illius commiserescas miseræ orbitudinis.

Pacuvius Duloreste :

Vel quum illum videas sollicitum orbitudine.

OCQUINISCERE est proprie inclinari. Pomponius Prostibulo :

Ut nullum civem pædicavi per dolum,
Nisi ipsus orans ultro qui ocquinisceret.

Idem Pistore :

Nisi nunc aliquis subito obviam occurrit mihi,
Qui ocquiniscat, quo compingam terminum in tutum locum.

OBLITTERARE est obscurefacere et in oblivionem ducere. Attius Agamemnonidis :

Inimicitias Pelopidum
Exstinctas [et] jam oblitteratas memoria
Renovare.

OFFENDO, offensio. Afranius Vopisco :

Quòque nunc offendo sæpe procul nostra sit mala.

OLAT, pro oleat. Afranius Fratriis :

Non potest quin illa stactam longeque et multis olat.

Pomponius Aleonibus :

[Si] alea ludam, sane meæ male olant manus.

OBSORDUIT, obsolevit. Cæcilius Hypobolimæo rastraria :

Obsorduit jam hæc in me ærumna miseria.

triclinares J, et Noster p. 545. — 9 *Cumanus* Codd., M. *Cumanos* J, et Noster p. 545. *decumanos* cj. Palmer. — 11 *quasi quæ* Codd. *quasi qui* J. *quasique* M. ut Plaut. *opulentitate* Codd. *opulentitatem* Edd. *revereare* M. — 12 *Potio* Codd. *Plocio* Bentin. JM. — 13 *sibi injuriam faciam* Codd., J. *sibi i. factam* M. *inj. factam sibi* (sed male rejecto *Nostra*) Bothe. *sibi* [*ne*] *injuriam Faciam* Ribb. — 16 *treseleone* H. *Thraseleone* Gerl. — 17 *misere* H. — 20 *Oquiniscere* (et deinceps) Codd. *Ocquin.* Edd. *inclinare* omnes. — 21 *ut nullum* cj. Bothe. *pedicavi* Codd. — 22 *ipsius* W. *ultro qui* vulgo. *ultra, qui* A. *ultroque* J, et cj. Aeidal. *obquinisceret* O. — 25 *obquiniscat* O. *in tutum in totum locum* L. *in tuum* O, ed. 1476. — 26 *oblitterare* Codd. *obliterare* JM. *obscurare facere* W. *obscura facere* AJ. *obscure fac.* ed. 1476, J marg. — 28 *Pelopidarum* omnes. *Pelopidûm* cj. Voss., recep. Both. Ribb. — 29 *extincta tam obl.* Codd., ed. 1476, M. *exstinctas et obl.* Bentin. *extinctas jam atque* J, prob. Voss. Both. Ribb. — 31 *Offedo* cj. M, ut est *absumedo*; quod non spernendum. — 32 *sæpe* vulgo. *sepæ* L. *semper* cj. Bothe, prob. Neuk. *æde* cj. M. *sint* H. *quoque n. offendo, semper sint procul nostra mala* Ribb. *quoque n. o. ub æde nostra sit pr. mala* forte leg.

1 *fratris* Codd. *Fratriis* JM. — 2 *illa tacta* Codd., Edd. ante M. *stacta* cj. Bentin. Lips. Passer., recep. M. *qui in illa est acta* corrupte Prisc. p. 838. *multis* omnes. *cunctis* Prisc. — 4 *aleo ludam* omnes; retinet Ribb. *alea* cj. Guyet et Bothe. [*non*] *ludam sane*

Obstringillare, obstare. Ennius Satyrarum lib. II :

Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant.

Varro Manio : « Lex neque innocenti propter simultatem obstringillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit. » Idem de Re rustica lib. I [c. 2] : « Tu, inquit, invides tanto scriptori, et obstringillandi causa [figlinas reprehendis], quum præclara quædam, ne laudes, [prætermittas]. » Idem de Vita populi Romani lib. IIII : « Quod Curio quum fecisset, dicebat amicis ut illi renuntiaretur se obstringillaturum ne triumphus decerneretur. »

Obvarare, pervertere, depravare : dictum a varis. Ennius Achille :

Nam consiliis obvarant, queis tam[en]
Concedit hic ordo.

Obsecundanter, obsequenter. Nigidius de Diis lib. I : « Quum autem, id quid sit, quærimus, obsecundanter naturæ vivere. »

Oculitus, ut *animitus, medullitus*. Plautus Cornicularia :

Qui amant ancillam meam Phidylium oculitus.

Ossiculatim, ut si minutatim. Cæcilius Fallacia :

Ossiculatim Parmenonem de via liceat legant.

Officere, obesse. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 16] : « Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. »

Olivitatem, fructus oleæ. Varro Gloria, περὶ φθόνου : « Tum denique quum omnis lucerna combusta est in lucubrando, olivitasque consumpta. » Idem de Re rustica lib. I [c. 59] : « Non modo integra eximi, sed etiam majora quam in arbore unquam pependerint. De olivitate, oleas esui optume condi scribit Cato. »

Occepso, cœpero. Plautus in Amphitryone [II, 2 41] :

Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.

[ne] *meæ* cj. Bothe, recep. Ribb. *oleant* Codd. *olant* Edd. — 5 *hypovoli ristraria* Codd. *Ipovoliristraria* ed. 1476. *Hypobolimæa rastr.* Scal. JM. — 7 *Obstrigillare* CD. *Enn. lib.* III J, reprehensus a Casaub. — 8 *ovagitant* Codd. *obagitant* Bentin. JM. — 10 *de republica lib.* V : *qui quod* (*quique* O) *invidis* Codd. Ex Varrone emendant AJM. — 12 *obstrigilandi* L. *et cum præclara* Codd. — 13 *prætermittunt* AJ, non habet M. — 14 *quum id fecisset* vulgo. *quum rescisset* cj. quidam in marg. Jun. — 16 *Obvarrare* L. *dictum avaris* H. — 17 *consilius* W. *obvarant omnia quibus* Perott., auctore Voss. *omnia quis tamen* cj. Voss. *obvarnut quibus tam* Codd. *quibus tamen* Hessel. *queis tamen* J. *quis tamen* Bothe. — 19 *Obsecundantur* WO. *obsequuntur* O. *cur autem* vett. edd. — 20 *viverent* vulgo. *vivere* cj. Rutgers.; quod ipse scripseram. — 21 *Plautus Corni : Qui* Codd., M. *Plautus : Corni qui* ed. 1476. *Cornicularia* J. — 22 *Fedulium* Codd., M. *Hedylium* J. — 23 *utsi* Gerl. *ut si* M et J marg. *ut simulatim* Edd. ante M. *ut si minulatim* O. *ut sit minut.* cj. J. *Cæcilius*, etc. Iterum p. 332. — 25 *lib.* IIII vulgo. *lib.* III ed. 1476, JM ; et sic bene p. 346.

1 *olei* omnes. *in glorio* Codd. *Inglorio* M. *in glotto* ms. J. *in gloriperitontum* O. *iper toton* L. *peri toton* (priore *t* inducto) W. *peri oton* Codd., J marg. *Varro Gloriam* J (ut inf. p. 325). περὶ φθόνου JM. *Gloria* περὶ Laurenb. Œhler. *tum denique* Codd., Œhl. Riese. *tum* J marg., omitt. AJM. — 2 *omnes cum* Codd. et Edd. *omnis* Œhler. *lucernæ* L. *lucubrandi* Codd. *lucubrando* JM. — 3 *consumpta est* omnes. *de Republica* vulgo. *de re rustica* Lips. Muret. M. — 4 *major* vulgo. *majora* M, ut Varr. *rependerit* L (etiam W manu pr.). *pependerit* H, ed. 1476, J. *penderit* O. *pependerint* M. — 5 *De olivitate* (ut sit titulus). *Oleas*

Osa sum, pro odi. Plautus in Amphitryone [III, 2, 19] :

Inimicos semper osa sum obluerier.

Orbicum, ductum per orbem. Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Ut sidera cœli divum circum terram atque axem quæ volvuntur motu orbico. »

Opulescere, ab opulento, dictum decore. Furius Poematis :

Quo magis in complis possint opulescere campis.

Occule, occulta. Cicero de Oratore lib. II [c. 41] : « Interjuncta argumentorum pleruinque occulas, ne quis ea numerare possit. » Virgilius Georgicorum lib. II [v. 346] :

Quod superest, quæcumque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, et multa memor occule terra.

Opinabile. Cicero Academicorum lib. I [c. 8] : « Itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabant. »

P

Pænularium, quasi theca et vagina pænulæ. Novius Philonico :

Non multo post zonam accipit,
Abscedit, [et] consequitur pænularium,
Psilothrum petit.

Plebitatem, ignobilitatem. Cato pro Veturio : « Propter tenuitatem et plebitatem. » Hemina in Annalibus : « Quicumque propter plebitatem agro publico ejecti sunt. »

Petilum, tenue et exile. Lucilius lib. XII :

Insignis varis [est] cruribus atque petills.

Gerl. M., et quædam Varronis edd. *De olivitole, oleas* Varr. ed. Schneid. *esut* L. — 6 *Occepso* vulgo. *Occœpso* CD. *cœpero* vulgo. *copero* D. *cepero* O. — 10 *Orbitum* vulgo. *Orbium* J. *Orbicum* M1, cj. Bad. Guyet. Chifflet, et scripsere duo viri docti in marg. Jun. *dictum* vulgo. *ductum per* cj. unus ex his doctis, et Chifflet. *gnothi seauton* Codd. — 11 *caeli* vulgo. *eo cum terrom* H, vett. edd. *eacum* Gerl. *circum* Bentin. JM. *motur* Codd. *moventur* cj. Gerl. *motu* Edd. *orbito* vulgo, etiam Herman (El. D. M. p. 388), Œhler. *orbico* J, et Laurenb. Popm. Guyet. Forcell. Osann. — 12 *Opulis̃cere* (bis) omnes. *Opulescere* J, ut Gell. 18, 11. — 13 *in campis* Codd. *in complis* ed. 1476, AJ; quod Steph. memorat, non reprehendit. *in comtis* M. *in patriis* cj. Bentin. (ex Gell.), prob. M. *possunt* O, ed. 1476. *opulescere* HJ et Steph. — 14 *deinde quod agitur, adjungas; puncta argumentorum ut occulas* Edd. Cic. — 18 *fumo* W. — 20 *partem rerum* Edd. Cic. *appellabat* vulgo. *appellabant* Cic. — 22 *Poenularium* Gerl. *Penularium* CDJM. *pendulæ* Codd. *pendule* O. *penullæ* ed. 1476. *penulæ* AJM. *Filonico* Codd., M. *Philonico* J marg. *Fullonico* vett. edd. J, Ribb. — 23 *post sonarum* Codd., M. *sonorum* ed. 1476. *sonoram* AJ. *zonulam* cj. J. *zonarium* cj. Munk, prob. Ribb. *accepit* vulgo. *soracum* vel *sarracum accepit* vel *ascendit* cj. Bothe. — 24 *obscedet* vulgo. *obsedit* cj. J. *abscedit* cj. Guyet. *abscidit* cj. Munk, recep. Ribb. *adsidet* cj. Bothe. *pænul.* Gerl. *penul.* JM. *paenul.* C. — 25 *cilotrum* Codd., M. *chilotrum* Ribb. *psilotrum* vel *psilothrum* ed. 1476, Steph. J Guyet. Munk.

1 *Plevitatem* (ter) omnes. *Plebitatem* cj. J. Bad. Guyet. *pro Vecturio* ed. 1476. *in L. Veturium* cj. Meyer. *pro L. Turio* cj. Popma. — 2 *in annos* Codd. *in Annalibus* AJM. — 5 *variis cracibus* Codd. *variis crucialibus* O. *varis cruribus* Bentin. JM. *varis est c. atque* cj. Dousa *et crur. atque* cj. Scal. — 6 *Plocino* Codd., J marg. M. *Plotino* J. *Plocio* cj. J, recep. Bothe. *na*

Plautus Plocino :

> Nam coloratum frontem habet,
> Petilis labris.

Paces plurali numero nove positum. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Animadvertendum primum, quibus de causis et quemadmodum constituerint paces ; secundum, qua fide et justitia eas coluerint. »

Pondo mille octogintum nove Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Itaque retulit auri pondo mille octogintum septuaginta quinque. . . . . Græci enim ἡρῷον a mole dixerunt. »

Panus, tramæ involucrum, quam deminutive *pannuculam* vocamus. Lucilius lib. VIIII :

> Foris subtemini' panu' st.

Tumor quoque inguinum, ex formæ similitudine, sic vocatur. Afranius Materteris :

> [In] inguine plenam papulam, panum, tympanum.

Novius Optione :

> Qui me miserum miseriorem reddidit
> Quam panus puerum.

Quod pueri ægrius patiantur hoc genus morbi.

Peniculamentum a veteribus pars vestis dicitur. Ennius lib. XI Annalium :

> Pendent peniculamenta unum ad quemque pedulem.

Lucilius lib. XVIIII :

> Peniculamento vero reprehendere noli.

Cæcilius Feneratore :

> Volat exsanguis, simul anhelat, peniculamentum et pallio
> Datur.

colorat. L. * Plociana : Colorat.* cj. Scal. (Sed diserte legitur *nam* in v. *Frontem*, p. 205.) *namque* Bothe e conj. — 8 *petilis habis* Codd. *habris* JM, improb. Schott. *petitus, hnbrus* cj. Scal. *labris* cj. Gifan. J, quod ipse scripseram. Sex voces quæ in Codd. et Edd. sequuntur, pro scioli cujusdam interpretamentis habet J. *Petili* (*Petilis* H) *tenuis dicit, habris mollis* (*mollibus* velim) *dici* vulgo. *Petilis... dicit* AJM. Hæc delevi, Junii mentem secutus. — 9 *Pocis* vulgo. *Pnces* OJ. *Parces* CD. — 14 *auro* Codd. *auri* JM. *rettutit* vulgo. *retulit* H. — 15 *heron n mole* HLW. *heronn mole* J marg. *enim tterona mole* M. *herona mille* ed. 1476, J. *heroa a mole* cj. J. *eum heroa male* cj. J. λίτραν *a mole* cj. Canter. — 16 *quam dimin.* vulgo. *quem dim.* M. *panuclam* Codd., M. *panullam* A. *panulam* ed. 1476, J, cj. Scal. — 18 *sublegminis* O, ed. 1476, J, improb. Cujac. *sub tegmine* cj. Dousa. *panus est* omnes. *panu' st* scriptum in marg. J; quod ipse videram. — 19 *Tumor* quasi novum lemma in Edd. ante M, improb. Chifflet, et quodam ap. Jun. — 20 *Matertera* vulgo. *Materteris* cj. Passer. — 21 *in quem plenam* omnes. *inguen plenum papula* cj. Passer. *inguen* vel *in inguine plenam papulam* cj. Neuk. — 27 *Annalis* Codd., ed. 1476. *Annalium* JM. — 28 *quemque pedum. Luceret.* omnes. *pedum illi* cj. aliquis in marg. Jun. *ad quodque pedule* cj. Scal. — 29 *lib.* XXI O, ed. 1476. — 30 *peniculamentum* AJ. *vero* cj. Dousa. *vere* omnes; quod Guyeto non placet. *vero* cj. Dousa. *repræhendere* H.

1 *fæneratore* Edd. ante M. — 2 *volat sanguis* omnes. *exsanguis* Both. Speng. Ribb. *anhelat penicul., et pallio datur* Edd. vulgo.

Prognaviter, strenue, fortiter et constanter. Plautus Persa [IV, 4, 39] :

Ego scio utrumque velle. — Age, indica prognaviter.

Ennius Annalium lib. VI :

Divi, hoc audite parumper,
Ut pro Romano populo prognaviter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

Perperos, indoctos, stultos, rudes, insulsos et mendaces. Attius Pragmaticis :

Describere in theatro perperos
Populares.

Idem eodem :

Et eo plectuntur poetæ, quam suo vitio, sæpius,
Ducti vilitate nimia vestra aut perperitudine.

Præcox et præcoqua, quod est immatura. Ennius Annalium lib. VIII :

Præcox pugna est.

Lucilius lib. III :

Anicula aspera atque præcox.

[Varro in Ephebo, περὶ ἐμμονῆς : « Ea præcox] est fuga. »

Novius :

Huic puellæ præcoquis libido inest.

Populatim, per populos. Pomponius Maccis geminis :

Poema placuit populatim omnibus.

Præmiatores, nocturni prædones. Novius Agrypnuntibus :

Nam in scena vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

Populacia, ut nugalia, pucrilia. Laberius Latiloquentibus :

Et dum populacia
Agimus per ludum.

avolat penic. J. *et pallialatur* cj. J. *penic. tenet Palliolatim* Ribb. — 4 *Prognariter* (et sic deinceps) omnes; quod etiam videre est p. 154, prob. Scal. Ritschl. Vahlen. *prognaviter* cj. Lambio. Guyet. Od. Müller. *prægnaviter* Acidal., et exhibeot Forcell. Freund. *Plautus persecor scio* H. *perse cor scio* LW. *Perse : Cor* A. *in Perse : Ego scio* ed. 1476. *Persa : Ego* JM. — 6 *utrum* (*virum* O) *belle ate indica* Codd. *utrumque velle age* Edd. *prognariter* Edd. Plant. — 8 *diu hac* vulgo. *dii hoc* cj. Bentin. Column. *divi hoc* cj. J, habet M. — 10 *anima* Codd. *animam* Edd. — 11 *rudis et insulsos mend.* vulga. *rudeis et* J. *rudes insulsos* D. — 13 *discribere* H. — 14 *popularis* vulgo. *populares* J. — 17 *ductabilitate* omnes. *ducibilitate* W marg. — 18 *præcoca* vulgo. *Enn. Annali* vulgo. — 22 *anicula* Codd., AJ. *annicula* M. *amicula* ms. Fabri, ed. 1476, et cj. Palmer. — 23 *Varro*, etc. Hoc inserendum vidit Palmer. ex v. *Præcox*, p. 157, prob. Vahlen. — 25 *livida* Codd. *libido* Edd. — 26 *Pompon. magnius* Codd., M, etiam J marg. *Maccis geminis* cj. J, prob. M. *poema* Codd. *poeta* M. *magnus poeta* Edd. ante M, prob. Munk. *Maccis : Magnus poeta* Bothe 2. — 28 *Nevius* vel *Nævius* omnes. *Novius* cj. Scal. M. *amnagremnuntius* Codd. *amnagrenuntius* J. *Agrypnuntibus* cj. J et Scal., recep. M. — 30 *Populatia* Codd. *Populacia* Edd. *late loquentibus* omnes, et J marg. *late coquentibus hædum* Edd. ante M. — 31 *e dum* Gerl. *et dum* OM. *dum* (*amisso et*) cj. J, Passer. *puerilia* Codd. *populacia* AJM, et cj. Passer. — 33 *Afr. aliber totius* HJ (et

Possestrix, a possidendo. Afranius Liberto :

Ejus monilis possestricem...

Ita *tonstrix*, ita *impulstrix*, ita *cursrix*, ita *plaustrix*, ita *assestrix*.

Perpetuassit, perpetuet, æternet. Ennius Annali[um] lib. VIIII :

Libertatemque ut perpetuassint,
Maxime.

Præcisum et Omasum, partes carnis et viscerum. Nævius Ervillaria :

Præcisum, omasum, callum, glifis, glandia.

Lucilius lib. XX :

Illi præciso atque epulis capiuntur opimis.

Pisculentum positum piscosum, ut *pulverulentum*. Cato Originum lib. V : « Origine fluvium Naronem magnum, pulchrum, pisculentum. » Et lib. VII : « Fluvium Hiberum : is oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, pisculentus. »

Pasceolus, ex aluta sacculus. Plautus Rudente [V, 2, 27] :

Præterea centum philippei in pasceolo seorsum.

Lucilius lib. XIII :

Adde Syracusis sola, pasceolum... alutam.

Cato in Pansam : « Pueri in ludo talos [et] pasceolos furari. »

Piem, colam, custodiam. Plautus Asinaria [III, 1, 3] :

Ubi piem Pietatem, si istoc more môratam tibi
Postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis?

uno verbo LWA). *aliber totus* V, ed. 1476, J marg. *aliberto* Gerl. *Afran. Liberto* M, et scripsit aliquis in marg. Jun. — 34 *tius monilis* Gerl. M. *tui* cj. M, prob. Guyet. Both. Neuk. *totius* cj. J. *ejus* Scal. Ribb. *hujus* aliquis in marg. Jun. *ocius* conjeceram. — 35 *impulsatrix* LA. *cursrix* dedi, suadente Charis. p. 30; *curatrix* enim, quod vulgo exhibent, non ceteris respondet : unde *rostrix* cj. Lindem. *plautrix* Codd. *plaustrix* Edd. — 36 *Perpetuitas sit perpetua æterna* Codd., A. *sit* omitt. O, ed. 1476. *Perpetuitassit, sit perp.* JM. *Perpetuassit* cj. Passer. Guyet. *Annali* omnes. Sed *lib.* abesse deberet. — 37 *Libertatemque ut perpetuitas sintque maxime* Codd. *ut perpetuassint* (in medio suprascr. *uit*) L. *perpetuitassint quammaxime* JM. *ut quam maxime perpetuitassent* cj. Columna. *ut perpetuassiat maxime* cj. Bentin. Laurenb. *perpetuassintque max.* ms. Merul. *perpetuassint Maxime* Merul., prob. Spengel. Vahlen.

1 *Nævius* vulgo. *Novius* cj. M. *Ennius* J. *Herularia* H, J marg. *Erularia* vulgo, improb. Bothe. *Aulularia* O, Steph. Edd. ante M. *Nervolaria* Ritschl, prob. Ribb. *Plautus Nervol.* cj. Ritschl. *Ervillaria* (ervillarum venditrix) conjeci, litteris fidelius servatis. Scriptura *ervilia* vulgatior; sed Noster p. 204 : *Ervum, ervilla.* — 3 *gallus* Codd. *callus* M. *callum* Bentin. Steph. J. *glifis* HWM, *clifis* L. *glisis* Ribb. *glires* Bentin. Steph. J, Planck, Bothe. *gliscis* vett. edd. *glisceis* cj. Turn. *glifis* improb. Goth. (quod non habet Fest. v. *Spetile*). *grandia* Codd. *glandia* Edd. — 5 *illi prætioso* HW (etiam L, sed priore *o* expuncto). *præciso* Edd. — 7 *origine* omitti volunt M1, Gothof. — 8 *excatinatis* H. *ex catin.* Codd. pleriq. *ex Cntinatis* JM. *Cantabris* cj. J, prob. M. — 11 *centum denaria philippea* omnes, etiam Edd. Plauti; sed metrum valde turbatum vidit Bothe, qui *philippeæ minæ* edidit. *seorsus* Edd. Plaut. — 12 *lib.* XIII vulgo. *lib.* XXX M. — 13 *sola* omnes. *soleas* cj. Palmer., recep. Gerl. *alutnmen* Codd., M. *alutam* ed. 1476, J. *aluta* Palm. Gerl. — 14 *pueris* Codd., A. *pueri* JM. *in ludos tellos* HMO, ms. J, ed. 1476. *in ludo stellos* Gerl. *in ludo solent p.* Bentin. J. *talos* cj. J. *stilos* cj. Roth. *furare* vulgo. *furari* Bentin. Palmer. J. — 15 *Piencolam* H. *Pien colam* LWCD. *Piemcolam* ed. 1476. *Piem* AJM. *Plautus Asinaria.* Iterum in v. *Postulare*, p. 375. — 16 *ubi piencolam* H, ed. 1476. *pien colam* W (etiam L, superscr. *colam*). *colam* omitt. AJM, ut Plaut. *isthoc*

Portisculus proprie hortator est remigum, id est, qui emadem perticam tenet, quæ *portisculus* dicitur, qua et cursum et hortamenta moderatur. Plautus Asinaria [III, 1, 4] :

> Et meam partem loquendi et tuam trado tibi :
> Ad loquendum atque ad tacendum ut tute habeas portisculum.

Ennius lib. VIII Annalium :

> Tonsam ante tenentes,
> Parêrent, observarent, portisculu' signum
> Quum dare cœpisset.

Laberius Hetæra :

> Nec palmarum pulsus nec portisculi.

Perplexabile, figuratum : quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Plautus Asinaria [IV, 1, 47] :

> Nec ullum verbum faciat perplexabile.

Præsegmina proprie Plautus in Aulularia [II, 4, 34] dici voluit quæ unguibus eminulis præsecantur :

> Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat;
> Collegit, omnia abstulit præsegmina.

Pipulo, pro convicio. Plautus Aulularia [III, 2, 32] :

> Ita me bene amet Laverna! Te jam, nisi reddi
> Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædes.

Picos veteres esse voluerunt quos Græci γρύπας appellant. Plautus Aulularia [IV, 8, 1] :

> Picos divitiis, qui aureos montes colunt,
> Ego solus supero.

Percellere, evertere, percutere. Varro Parmenone : « Alius teneram abietem solus percellit. »

Pinsere, tundere vel molere. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam. » Idem

M. — 18 *Posticulus* CD. *idem qui* Codd. *id est q.* Edd. *eamdem* omnes. *eam* cj. aliquis in marg. Junii. — 19 *qua excursum* vulgo. *excussum* cj. Gronov. *et ortamenta* O. *et hortam.* ed. 1476. — 21 *et tum tardo* Codd. *et cum trada* O, ed. 1476. *et tuam trada* AJM, ut Plaut. — 22 *ad iacendum* Codd. *tacendum* Edd. *tu ut habes* Codd. *tute ut habes* ed. 1476. *tacendum tute hobeas* J, et vulgo Plaut. *ut tute habeas* Plaut. Bothii. *tu ut habeas* M. — 24 *tusante* Codd. *thus ante* Edd. ante M. *tunsamque* cj. Carrio, recep. M. *tonsasque* Columna. *tonsum ante* cj. Scal. ; quod et ipse scripseram. — 27 *cythera* Codd. *in cithara* ed. 1476. *Citheri* J. *Hetæra* cj. Carria, habent JM. — 28 *palmularum* cj. Carria. — 29 *perpexabile* (bis) Codd. *perplexabile* Edd. — 31 *neque* Plaut.

1 *quin ipse* vulgo. *ipsi* OJ (ut Noster p. 273, v. *Colligere*) et Plaut. *ungues* omnes, etiam M. *ungues deserat* Codd. *demserat* vel *dempserot* AJM (et sic Noster p. 273). — 5 Iterum inf. in v. *Differre*, p. 284. *te hic differam* Codd. *te diff. hic* M. *te* omitt. AJ, ut Edd. Plaut. *ædis* vulgo. *ædeis* J. — 6 *grypas* CD Gerl. *gryppos* H. *griphus* O. γρυπας AJM. — 8 *Pici* omnes, prob. Scal. Grut. *Pici* vel *Picis* mss. Plaut. *Picis* Bothe. *Picos* Plaut. ed. Junt., prob. Lambin. Dousa, improb. M. *divitis* Codd. *divites* vett. edd. *divitiis* Bentin. JM. — 9 *eos solus* Codd. *ego* Bentin, JM. ut Plaut. — 12 *vel molere* omitt. O, ed. 1476. — 13 *in pristina* Codd. *in pistrino* Edd. *pinseret far* cj. Schneider. — 14 *de vita P. R. lib.* Codd. *populi romani* H, ut semper. *patrum* ed. 1476. *qui nisi*

de Vita populi Romani lib. I : « Nec pistoris nomen erat, nisi ejus qui ruri far pinsebat. »

Porcas. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Non vides in publico nocte tabernas, quas populus ambulando perinde ut in arato porcas reddit? »

Putridum, putre. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Inde putridas uvas, acinis electis et comestis, extendit in lectis quondam. » Cato Originum lib. II : « Si inde in naves putridas atque sentinosas commeatum onerare volebant. » Cæcilius Andria :

Conducit navem putridam.

Afranius Auguribus :

Et fallaci aspectu paries pictus putridus.

Pœnitudine. Pacuvius Teucro :

Quæ, desiderio alumnûm, pœnitudine
Squales scabresque inculta vastitudine.

Præbitio, a præbendo, id est exhibendo. Varro Eumenidibus : « Quod ea die mea erat præbitio, in janua Cave canem inscribi jubeo. »

Pueros, pro servis. Varro Eumenidibus : « Vix vulgus confluit non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum. »

Paxillus, diminutivum a palo. Varro Eumenidibus : « Ubi dicatur primus Zenon novam hæresim novo paxillo suspendisse. » Idem Bimarco : « Ut novum cribrum novo paxillo pendeat. »

Proximi, id est proximo. Cato, contra Furium, *die proximi* dicit; sed ea declinatione a veteribus et *crastini*, et *pristini*, et *præfiscini* dictum. »

ejus ruri far Codd., vett. edd. *nisi ejus qui ruri* JM. *far pinsebat nominati* (*nominat* W) *ua quod eo pinsunt* Codd. *nominat a* H. *nomina tua quod eo* O, ed. 1476. *pinsebat, nominati ab eo quod* JM. *quod pinseret* cj. Scal. Equidem vanum delevi glossema verbi *pistoris*, quod male pro *pistores* habuerunt. — 16 *menippo* Codd. *in publica nocte te tabernas* Codd. *in * publica* Riese. *publica nostra taberna* cj. Scal., prob. Schneid. *publico nocte tabernas* cj. Gerl., quod et mihi succurrerat. *publico ante tab.* Vahlen. *publica porticu tab.* cj. Schneid. Beier. *qua* omnes. *quas proinde ut* LA. — 18 *Putidum* (et fere in seqq.) omnes. *putidas uvas* omnes. *putridos* cj. Guyet; quod ipse videram. — 19 *in lectis quondam* HLAJ. *quandam* WM. *quondam* omitt. O. *in lectis* (ut repetitum ex *electis*) deleri vult Düntz. — 20 *si inde ignavis* Codd. *ignavus* J. *si uim ignavis* O. *si inde navis* ed. 1476. *si endo naves* cj. Palmer. Lips. *indu naves* cj. Scal. *indu navis* Putean. M. *inde in navis* cj. Roth. *atq. sentinotas* L. *commeatum onere* Codd. *commeatu monere* OJ. *commeatum manere* cj. Putean. *com. ponere* cj. Lips. Scal. *onerare* cj. Scal., habet M. *nolebat* cj. Lips. *Cæc. andrea* Codd. *Andria* Edd. — 22 *putridam* Codd. *putidam* Edd. — 23 *augurius* Codd. *Auguribus* Edd. — 24 *pictus, putidus* Edd. — 25 *Penitudinem* H. *Pœnitudinem* vulgo. *Pacuvius*, etc. Quod citatur et p. 169, 185, 243. — 26 *pœnitudini* Codd. *pœnitudine* Edd. — 27 *penitudinis quales caverisque* HD. *pœnitudine squale scaverisque* LW. *squaie* J. *squales* COM. *squale scapreque* Bentin. J, et cj. Cujac. *scapresque* M, ut inf. p. 169 et 185. — 29 *præbitioni* Codd. *præbitio* Bentin. JM. *in januam* omnes.

2 *Varro*, etc. Laudatum denuo in v. *Atrum*, p. 242, et *Vix*, p. 421. — 4 *diminut.* Codd. *diminut.* Edd. — 5 *Idem in marcho* H. *vimarco* LWM. *Bimargo* AJ. — 7 *Cato*, etc. Cf. Gell. 10, 24. *die proxumo* HW (etiam L, sed in fine suprascr. *i*). *proximi* Edd. *hoc dicit* omnes. *die proximi dixit* Gell. — 10 *Properatim*, etc. Quod lemma abundare

PROPERATIM, id est properanter. Cæcilius :

Properatim in tenebris istuc confectum est opus.

PERNICIES, periculum, exitium. Lucilius lib. XXVIIII :

Nunc tu contra venis, vel qui in nuptiis vel sese negeste,
Nec sine pernicie.

Plautus Asinaria [I, 2, 7] :

Perlecebræ, pernicies.

PARCUIT, pepercit. Nævius Quadrigeminis :

Suo labori nullus parcuit.

PERBITERE, perire. Pacuvius Peribœa :

Nam me perbitere
Quovis exitio cupio, dum possim illis opitularier.

Titinius Fullonia :

Jam pridem egressa, ut perbiteres.

Livius Tereo :

Ergo puerum interea ancillæ subdam lactentem meæ,
Ne fame perbitat.

Ennius Hecuba :

Sed nunquam scripstis, qui parentem aut hospitem
Necasset, quovis cruciatu perbiteret.

PIGRARE, retinere. Attius Epigonis :

Fateor; sed cur propter te pigrem hæc, aut hujus dubitem parcere
Capiti?

Idem Chrysippo :

Melius pigrasse quam properasse est [id] nefas.

PROVEHERE, movere, efferre. Pacuvius Teucro :

Aut me occide, [aut] illa abhinc sine usquam proveham gradum.

videtur : idem enim, et plenius, recurrit p. 154. *Prop. id est* vulgo. *dictum est* LAJ. *Cæcilius Plocio* J. — 12 *permitiis* HD. *permities* LW. *permitus* C. *pernicies* W marg., Edd. *lib.* XXVIII VW, ed. 1476, M. *lib.* XXVIIII HLAJ. — 13 *vel sese negeste* H, ed. 1476. *neges te* WO, J marg. *vel sese neces te* Gerl. *vel se seneces* JM. *te* omitt. AJ. *contra juvenis... vel si senex es* cj. aliquis in marg. Jun. *vel tu Contraheris veluti in nuptiis versere necesse* cj. M. *vel si nuptiis, vel sine, certe* cj. etiam M, et ducit potius. — 14 *pernitiæ* Codd. *pernicie* Edd. — 16 *pellecrebre* H, Gerl. *pelle crebris* AJ. *pellecebris* M. *perlecebræ* vel *pellecebræ* cj. Gul. Roth, ut Plaut. *permitiis* Codd. *perniciis* JM. *pernicies* Plaut. — 17 *Parcivit* (bis) O, vett. edd. — 18 *taboris* Codd. *labori* Edd. — 19 *Pervitere* (item in seqq.) Codd. *Perbitere* JM. — 20 *nam me perb. illis opitulerier quovis exitio cupio dum prosim* (*possim* M) vulgo. *nam me mihi p.* Jun.-Maius, prob. Voss. *dum possum* Voss. *dum prosim modo* J, et cj. Gul., prob. Voss. — 25 *ego puerum* omnes. *ancillai* cj. Bothe 2. *lætantem* omnes. *lactnntem* cj. Palmer. Badius, habent M. Ribb. *lactentem* cj. Bongars. Voss., prob. Bothe. — 28 *set* Codd. *scripsistis* vulgo. *scripsisti* cj. Scal. Lips. *scripstis* cj. Voss., prob. Herm. Both. Ribb. *quis* vulgo. *qui* cj. Voss., prob. Osann. Ribb. — 29 *necassat* Codd. *nec assat* J. *necasset* cj. J et Scal., prob. Voss., habet M. *quo quis* omnes; sed ejusdem verbi repetitio non ferenda. *quo is* recte Scal., si metro satisfaceret. *cruciatur* vulgo. *cruciatu* ms. Fabri, Scal. Voss. Osann. Both. Ribb. *perviteret* Codd. *perbiteret* Edd. — 30 *Pigrare pertinere* VWM. *retinere* HLJ, prob. M. *Erigonis* Codd., M. *Epigonis* cj. M, prob. Guyet. Welck. Ribb. *Erigona* Bothe. — 31 *pateor* L. *propter re* Codd. *te* Edd. *re* vel *te* delet Ribb.

2 *quamde prop.* cj. Bothe. *quam proper. est* [*hoc*] *n.* Ribb. *properavisse* cj. Guyet,

P. 151 M.

PUELLASCERE, effeminari vel revirescere. Varro Baiis : « Quod non solum innubæ fiunt communes, sed etiam veteres, et multi pueri puellascunt. »

PALÆSTRICOS, quasi ex usu palæstræ. Afranius Excepto :

Etiam depellis mihi manum palæstricôs.

POPULATIM. Cæcilius Obolostate :

Ego perdidi te, qui omnes servos perduo
Populatim : quæso ne ad malum hoc addas malum.

PRÆSENTE vel PRÆSENTIBUS. Pomponius Syris :

Quidam apud forum præsente testibus mihi vendidit.

Attius Menalippa :

Est res aliqua, quam præsente his prius maturare institit.

Fenestella Annalium lib. II : « Et quædam extra, præsente suis, quædam absente, projecissent. » Novius Mania medica :

Te volumus donare dono pulchro, præsente omnibus.

PRIMITER pro prime, et PRIMITUS pro primo. Pomponius Maccis geminis :

Quin bono animo es! video, erepsisti primiter de pannibus.

Lucilius lib. V :

Sicuti, quum primus ficos propola recentes
Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos.

PROGNAVITER, audaciter. Plautus Persa [IV, 4, 39] :

Age, indica prognaviter.

de quo ipse cogitaram. — 3 *Providere* omnes. *Probitere* cj. Stewech. Reuvens. *Provegere* cj. Gifan. *Provigere* Guyet. *et ferre* omnes. *efferre* cj. Stewech.; in quod ipse incideram. — 4 *illahinc* Codd. *illa hinc* AJM. *si ne* Codd. *sine* Edd. *illinc si usquam* cj. Voss. *aut hinc sine* cj. Gerl. *aut* deesse ipse videram. *provideam* Codd. et Edd. præter M. *provegeam* cj. Gifan., prob. Voss. *provigeam* M e conj. — 5 *ecfeminari* Codd., M. *effœm.* vett. edd. *effem.* J. *revirdescere* HLA. *revirdiscere* WM. *revirescere* J. *bais* Codd. *Baiis* JM. — 6 *veteres puellascunt et m. p. puellascunt* omnes, etiam Œhler. *veteres* omnes. *vetulæ* legendum puto. — 9 *manumpape palestr.* H. *manum paper pal.* VWM. *paper alestricos* L. *per palæstr.* Edd. præter M. *paper palæstricôs* J marg. *pater pal.* cj. M. *perpalæstricos* cj. Roth. *manum palæstr.* Both. Ribb. — 11 *perdo* omnes, prob. Ribb. *perduo* Bothe; quod ipse conjeceram. — 12 *ad malum, hoc addas* J. — 13 *Præsente coram vel* LDAJ. *coram* omitt. W, ed. 1476, M. — 14 *quidem apud* Codd. *quid est* vett. edd. *quidam* JM. — 15 *Menalippo* Edd. præter M, prob. Ribb. *Menalippo* Noster in v. *Maturum*, p. 349. — 16 *quæ* omnes, etiam p. 349. *quam* cj. Grot., prob. Bothe. *præsente te his* Codd. pleriq. *præsentem* L. *præsente his te* vett. edd. *præs. his* JM. *matura* vulgo. *mature* J, prob. Voss. *prius maturare* cj. Bentin. Grot., recep. Ribb. *instili* cj. Grot.; quod non displicet. — 17 *Annali* Codd., M. *Annalium* ed. 1476. *extra* cj. Palmer. *præsente exuis* HL. *exsuis* WM. *præsente suis* Edd. ante M. — 18 *projecissem* vulgo. *porrecissem* cj. Palmer. *mania : Medicate* Edd. ante M. *mania* med.* J. *meditatè* cj. J. *Mania medica : Te* cj. Gifan., etiam Gothof., ob ejus fabulæ titulum in v. *Pistillus*, p. 221. — 21 *accius geminis* Codd. *Maccis g.* Beutin. JM, et Charis. p. 187. — 22 *animo est* Codd. *es* Beutin. JM, ut p. 488 et 506; etiam Charis. *eripis* omnes, et sic Charis. *derepis* Noster ex Codd. p. 506. *erepisti* Codd. in v. *Es*, p. 488, prob. Voss. Ribb. *eripuisti* ms. J, prob. Both. Munk. — 23 *Lucilius*, etc. Iterum in v. *Dare*, p. 481. — 24 *cum primos* Codd. *primus* Scal. M, ut p. 281. *propola* vulgo, et p. 281, prob. Gifan. Gatak. Gronov. *propula* LA. *populare sentis* ms. J. *propala* cj. J et Turn. *recentis* vulgo. — 25 *protuli item* Codd. *pirotulit* Codd. p. 481. *protulit*

[Propere,] properatim et properiter, celeriter, properanter. Quadrigarius Annalibus lib. II : « Eo consules propere exercitum reducunt. » Pomponius Buccone adoptato :

Pergis properatim.

Cæcilius Plocio :

Properatim in tenebris istuc confectum est opus.

Pacuvius Teucro :

Mihi classem imperat
Thessalam nostramque in altum ut properiter deducerem.

Attius Telepho :

Remisque nixi, properiter navem in fugam
Transdunt.

Præfractum, durum, inflexibile. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 22] : « Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi : nimis mihi præfracte videbatur ærarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare. » Et in Hortensio : « His contrarius Aristo Chius, præfractus, ferreus, nihil bonum nisi quod rectum atque honestum est. »

Pulchritas, pro pulchritudo. Cæcilius Harpazomene :

Dii boni! quid illud est
Pulchritatis!

Proletarii cives dicebantur qui in plebe tenuissimi erant, et non amplius quam mille et quingentos æris in censum deferebant. Ennius Annali :

Proletariu' publicitus scutisque feroque
Ornatur [ferro].

Prospica et Despica, intenta et contempta. Nævius Assitogiola :

Ac sibi prospica, ac despica.

et cj. J Gifan. Turn. Gul., habet M. *ingenti at* Codd. *dat* Noster p. 481, et cj. J Gifan. Scal., habet M. — 26 *Prognariter* (bis) omnes. (Hoc lemma jam p. 150 : ubi vide.)

1 *annal : lib.* H. *Annal.* vel *Annali* vulgo. *in Annalibus* O. *Annal.* omitt. M. *consules properatim* cj. aliquis in marg. Jun. *reiducunt* Codd. *reducunt* O, Edd. — 4 *Cæcilius*, etc. Jam sup. p. 153. — 5 *tenebris istuc* (expuncto *is* et suprascr. *n*) H. *tunc* Codd. *nunc* O. *istuc* JM, ut sup. p. 153. — 7 *impetrat* vulgo. *imperitat* vel *impernt* cj. Passer. *imperut* M Voss. — 8 *Thessatum* Codd. *Thessalam* Bentin. JM. — 9 *Telepho*, etc. Iterum p. 307 et 347. — 10 *in figuram* (expunctis *i*, *u*, *r*, et suprascr. *u* initio) H. — 11 *tradunt* vulgo. *transdunt* ms. Cujac., habet M. — 14 *præfractum* videb. Codd. et Edd. *præfracte* Edd. Cic. — 15 *his contr.* vulgo. *hic* (suprascr. *s*) W. *huic* perperam fragm. Cic. *aristo tius* W. *cius* (suprascr. *t*) L. *aristocius* O. *Aristotius* H, ed. 1476, J. *Chius* J marg. *Aristo Chius* M. — 16 *ferreus* omnes, etiam M1. *severus* M (e conj., seu errore operarum). — 17 *arpaiomene* Codd. *Harpazomene* Bentin. JM. — 20 *Proletari* L. *proletarii* C. *proletarii* HW, Edd. (Cf. Gell. 16, 10.) *in pleve* CD. *tenuissima* omnes. *tenuissimi* cj. M, ex Gell. — 21 *et quingentos* omnes. *mille quingentum* Gell. l. cit. — 22 *Annali* III vett. Gellii edd., prob. Merul. — 23 *proletari ut* HL. *proletariut* W. *proletarii ut* O, ed. 1476, J. *proletarius publ.* J marg. M, ut Gell. *scutaque ferique ornatus* Codd. *ferrique* O, ed. 1476, J. *scutis ferroque ornatur* J marg. *scutis ferroque ornatus* M. *scutisque feroq. Ornatur ferro* cj. Merul. et M, ex Gell. — 25 *contempla* omnes, etiam CD. *contempta* Gifan. M Both. Ribb. *Assitogiola* omnes. *Agitatoria* cj. Steph. et J. *Astiologa* Ribb. e conj. *astrologa* idem conj. — 26 *ac*

Potest ergo *prospicus* ac *despicus* dici.

Pollentia, potentia : a pollendo dicta. Plautus Rudente [III, 2, 4]:

Ne impiorum potior sit pollentia.

Pollere ergo commune est.

Propitiabilis, a propitiando. Ennius Cupiuncula :

Huic est animus propitiabilis.

Ita et *adulabilis*.

Pauxillisper, a pauxillo. Plautus Truculento [V, vs. 21] :

Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidi.

Id est, per particulas.

Ponderitatem, a pondere, ut gravitatem. Attius Pragmatico lib. I : « Et cuncta fieri cetera imbecilla, non quod ponderitatem gravitatemque hominis... »

Puritia, puritas. Varro Rerum divinarum lib. I : « Quæ puritia est infrequens polluta. »

Prælumbare, lumbos præfringere. Novius Vindemiatoribus :

Cœpit unumquemque prælumbare fustibus.

Pueræ, pro puellæ. Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας : « Properate vivere, pueræ, quas sinit ætatula ludere, esse, amare, et Veneris tenere bigas. » Idem de Vita populi Romani lib. II : « Sic in privatis domibus pueri liberi et pueræ ministrabant. »

Pupæ et Pupi. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως : « Itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum et sigillorum veniebat. » Idem Tithono, περὶ γήρως :

Ac mammam lactis sugentem pascere pupum.

Pipare proprie gallinæ dicuntur. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως : « Mugit bovis, ovis balat, equus hinnit, gallina pipat. »

Procudere dixit prolatare, producere, Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον,

---

sibi omnes. *ac sit* equidem malim. *hac tibi prospica, hac* cj. Bothe. — 28 *Polentia p. a potendo* HLWCO. *pollentia... pollendo* Edd. — 29 *ne ineptorum* Codd., Edd. ante M. *impiorum* M, ut Plaut. — 30 *pollire* H. *potere* Codd. alii. *pollere* Edd. — 31 *ad propitiandum* Codd. (*ad propit.*) *facilis* scripsit aliquis in marg. Jun. *a propitiando* CD, Edd. *Cupiuncula* omnes. *Cupuncula* Vahlen Ribb. *Capeduncula* cj. Bentin. J. *Capruncula* cj. Bothe 2. — 32 *hinc est* Codd., prob. Ribb. *huic est* Edd. — 33 *adolabilis* LAJ. *adulabilis* etiam O, J marg. M. *id est sine dolore* addunt O, Edd. ante M, quod deleri vult aliquis ap. Jun. — 34 *pausillo* LCD.

1 *pausillisper* (suprascr. *x*) L. *perdidit* vulgo. *perdidi* M, ut Plaut. — 3 *pracmatico* Codd. *prugmatico* Edd. præter J. *Pragmaticon* J, cj. Osann. — 4 *imbecilla ob ponderitatem... nominis* cj. Madvig. — 6 *Pueritia* (bis) omnes. *Puritia* cj. Passer. Schott.; quod ipse facile videram. *id est* Edd. ante M, omitt. Codd. et M. — 7 *in frequens* Codd. *infrequens* Edd. — 8 *perfringere* vulgo. *præfingere* O. *præfringere* ed. 1476. — 10 *devictis* Codd., prob. Œhler. *de victis* O, ed. 1476. *Væ victis* Bentin. JM. φιλονικιας Codd. et J. φιλονεικίας AM. — 11 *quas sinit* W, Edd., prob. Œhler. *qua* HL. — 14 ανθρωπον Codd. ἀνθρώπων AJM. — 16 *veniebant* ed. 1476. — 17 *mammam iactis* L. *et pupum* Codd., M. *et* omitt. O, ed. 1476, J et Scal. *sugentem pupum pascere* A. — 19 ανθρωπον Codd. *bos* ed. 1476, J. *equi hinniunt* vulgo. — 20 *to ep te facem* ρυρον Codd. τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον AJM. — 21 ευτεριας Codd., M.

περὶ εὐετηρίας : « Legendo autem et scribendo vitam procudito. » Virgilius Georgicorum lib. I [v. 261] :

Durum procudit arator
Vomeris obtunsi dentem.

Præcox, id est præcoqua. Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς : « Verere ne manu non mittat; quum toctro mendicari hos honestos audissemus. Dare possis, mittet; quod si non mittet, fugies, si me audies. Quum tempus revocat, ea præcox est fuga. »

Pauperat, pauperem facit. Plautus in Milite glorioso [III, 1, 13] :

Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Idem Acharistione :

[Ec]quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia?

Titinius Privigna :

Nam quid ego feci te advorsum aut patrem meum,
Quem pauperetis ambo vestris sumptibus?

Idem Varo :

Æquum est me habere quos meo sumptu pauperem.

Potus, a potando. Lucilius lib. XXX :

Seriu' quum e medio et ludo bene potu' recessit.

Pauciens pro raro dici, veterum auctoritas docet. Titinius Gemina :

[Nam] postquam factus [es] maritus, hac domo
Abhorres, tuam etiam uxorem video pauciens.

Idem in eadem :

Tu facis inique : venire in urbem pauciens soles.

εὐετηρίας Bentin. J Guyet. εὐτελείας Turn. Popma. εὐγηρίας Riese. — 22 *lib.* II M. — 24 *obtusi* Edd. — 25 *in eiybo* W. *in eridebo* LA. *Synephebo* (H, ut credo) Bentin. J, improb. M, sed confirm. Œhler, prob. Vahl. Riese; et sic in v. *Seplasia*, p. 226. *in Ephebo* J marg. M. — 26 *mittat? cum* Gerl. Œhler Vahlen. Hac aliam personam inducit Œhler. *cum toctra* Codd., M. *trocto* O. *octo* Edd. ante M. *tot Romæ* Œhl. Riese. *mendicarios* Codd., M. *medicarios* Edd. ante M. *vicarios* cj. Œhler Riese. *honestos* vulgo. *honestoc* L. *honestos aut HS semis dare* cj. Palmer., prob. Popma. *audissemus dare possis* (sine distinctione) Edd. *honestos avidissumo dare p.* Œhler.

2 *Quum tempus* novæ personæ tribuunt vir doctus in marg. Jun. et Vahlen. Hæc autem pro senario habet Vahlen. (Lemma *Præcox* jam sup. p. 150 : ubi vide.) *præcox es fuga* Codd. *effuga* WO, vett. edd. *est fuga* Bentin. JM. — 3 *Pauperavit* omnes. (Sed aliquid mutare necesse est.) *facit* Codd. *fecit* Edd. — 4 *pauperet* Edd. Plaut. — 5 *item* Codd. *idem* AJM. *Acaristione* Codd., M. *Acharistione* J marg. *acaristudio* L. *Acari studio* AJ. — 8 *fecit et advorsum* H. *feci et adv.* O, Edd. ante M. (*feci*) *te* cj. J, habet M. *ted.* cj. Roth. — 9 *pauperatis* ed. 1476, Neuk. — 10 *Varro* Codd., M. *Varo* Bentin. J, prob. Neuk. Ribb. — 11 *æquum est* H, et Edd. *æcum* Codd. vulgo. *eos* vulgo. *quos* cj. Lips., recep. M. *habere me* cj. Guyet. Bothe 2. *pauperem sumptu meo* omnes. *quos meo sumptu pauperem* cj. Ritschl; in quod ipse incideram. — 12 *Potus a bibendo* omnes. (Sed Noster aliter solet : *Pollentia* a pollendo, *Prœbitio* a præbendo, *Sutrina* a suendo; etc.) — 13 *secus cum* vel *quum eo medio ac ludo* omnes. *cum e medio* cj. Dousa. *serius comœdo e ludo* cj. Scriver. *cæcus cum medico ac claudo* cj. Passer. — 14 *Paucies* (item sqq.) vulgo. *Pauciens* CD, et sic Fest. v. *Pauciens*. — 16 *factus es* Both. Neuk.; quod ipse conjeceram. *hanc domu* Codd., M Ribb. *hanc domum* O, Edd. præter M, Both. Neuk. — 17 *paucies video* omnes. *uxorem pauciens videbo* Fest. — 19 *tu sac iniqui* Codd. *tus ac iniqui* M. *tu aut iniqui* ed. 1476. *tu autem*

Cœlius Annali lib. VI : « Consulto non pauciens arcessitum. »

Pollinctores sunt qui mortuos curant. Varro Mutuum muli scabunt, περὶ ψωρισμοῦ : « Itaque si plures dies inter medicorum discessum et adventum pollinctoris interfuerunt, et id æstate media. » Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου : « Propter cunam capulum positum nutrix tradit pollinctori. » Plautus Asinaria [V, 2, 60] :

Ecquis currit pollinctorem arcessere ?

Putamina non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta ; nam quidquid ex quacumque re projicitur, *putamen* appellatur. Plautus in Captivis [III, 4, 122] :

Nucleum amisi ; reliqui pigneri putamina.

Pestilitas, pestilentia. Lucretius lib. VI [v. 1099] :

Atque ea vis omnis morborum pestilitasque.

[Lucretius lib. VI, 1124 :

Hæc igitur subito clades nova pestilitasque.]

Pœniturum. Attius Epinausimache :

Quod si procedit, neque te neque quemquam arbitror
Tuæ pœniturum laudis : quam ut serves, vide.

Pausa est quies alicujus rei. Attius Epigonis :

Sed jam Amphilochum
Huc vadere cerno, et nobis datur
Bona pausa loquendi.

Lucilius Satyrarum lib. I :

Hæc ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.

Prosperari, impetrari. Lucilius lib. XXVI :

Nec enim prosperatur pax, quod Cassandram sinu [deæ]
Deripuit.

A. *tu autem inquit* Bentin. J. *iaique* J marg. *ruras iaique* cj. Bothe. *tu sol inique* cj. Roth. *in urbem paucies venire soles* vulgo. *venire in urb.* Bothe. *qui enim in u. ven.* Ribb. — 20 *Cœlius Annali lib.* De quo monui in v. *Pedetentim*, p. 29. — 21 *Pollictores* Codd. *Pollectores* CD. *Polliactores* W, Edd. — 22 χωρισμοῦ Codd., M. ἀγορασμοῦ J. (Vid. in v. *Gralllatores*, p. 115.) *itaque si* vulgo. *si* omitt. JM. *inter medicos* vulgo. *medici* J. *medicorum* cj. Guyet. Gerl. ; quod et mihi in mentem venerat. — 23 *pollictores* vel *pollinctores* vulgo. *pollinctoris* J. *pollinctorum* cj. Guyet. *interfueriut* valde suspicor. — 24 *Varro motorene* Codd., vett. edd. *Cosmotyrine* J. *Cosmotoryne* M. Exemplum quod jam supr. p. 5. — 26 *et quis* Codd. *ecquis* Bentin. JM, ut Plaut. *accersere* omnes. — 27 *arboris* D. *arbores* C. — 28 *proicitur* vulgo. *projicitur* ed. 1476, J. *prosicitur* cj. Putean. — 30 *nuculeum* Codd., M. *nucleum* Edd. aliæ, ut Plaut. *reliqui* omnes. *reliquit* Plaut. — 31 *Lucilius* Edd. ante M. *Lucretius* Codd., et cj. Leopard., habet M.

1 *atque vis omnium* Codd. *ea vis omnis* Bentin. JM, ut Lucr. — 2 *Lucretius*, etc. Hoc Edd., præter M, omisso *subito*, exhibent. *hæ* vulgo. *hæc* Lucret. — 4 *Peniturum* H. *epinausimnce* Codd. — 5 *procedet* cj. Lips. — 6 *penturum arb. tuæ laudis* O. *arb. pœnit. tuæ laudis* ed. 1476. — 7 *Epigono* omnes. *Epigonis* Steph., et cj. M Herm. Both. Ribb. — 9 *cerno : Est nobis data pausa l.* cj. Guyet, qui primus anapæsticos agnovit, quod et viderunt Herm. Ribb. *bona* omitt. O, vett. edd. *cerno : [ita] Nobis data pausa l.* Herm. [*ita*] *Nobis datur bona p. l.* Ribb. — 12 *pausam facit* Edd., præter M. *facit* omitt. Codd. et M. — 13 *Prosferari* vulgo. *proferrari* W manu pr. *proferari* O, ed. 1476. *propetrari* cj. Gifan. *prosperari* cj. Guyet ; quod ipse conjeceram. — 14 *nec mi-*

PUELLOS, pueros. Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν :

Sic ille [sic] puellus
Veneris repente Adonis
Cecidit cruentus olim.

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Quumque hic tam formosu' tibi ac te dignu' puellus.

Lucretius [lib. IV, 1248 :

Et nactæ] post sunt tamen unde puellos
Suscipere, et partu possent ditescere dulci.

Ennius :

[Sic mos ille] suos diis sacrificare puellos.

Varro Marcipore : « Peliam Medeæ permisisse ut se vel vivum degluberet, dummodo redderet puellum. » Idem Sexagessi :

O stulta nostri pectoris dormitio,
Vigilabilis, quæ me puellum impuberem
Cepisti !

PECUS non solum quadrupes animal, verum omnia animalia *pecudes* dicuntur. Plautus Rudente [IV, 3, 5] :

Non vides referre me uvidum retem, sine squamoso pecu?

Livius Ægistho :

Tum autem lascivum Nerei simum pecus.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 168] de apibus :

[Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

Et in eodem, v. 327] :

Et pecudum custodia sollers.

Lucretius lib. II [v. 342] :

nimo et prosferatur pax vulgo. *et proferat* O, ed. 1476. *nec mihi Oilei proferatur Ajax* cj. Scal. *nec minor proferatur Ajax* cj. Passer. *Ajax* cj. etiam Delben. *signo deripuit* omnes. — 16 διαθηκως Codd. — 17 *sic puellus ille* cj. Guyet, manco tamen versu, etsi metrum iamb. anacreonticum agnoscit; hoc ipse videram. — 18 *repente vadon* Codd. *vada* Edd. ante M. *fato* cj. J. *Adon* cj. Passer, habet M. *apri dente Ado* cj. Carrio. *Adonis* cj. Guyet. — 21 *tam formosus homo* Fest. (in v. *Puelli*). — 22 *Lucretius nos tamen unde* Codd. *lib.* IIII : *et natæ possunt tamen inde* J. *et nactæ sunt post tamen unde* emendat Leopard. *nactæ post sunt tamen* M. *puellum* vulgo. *puellos* Leopard. J, ut Lucret. — 24 *partus* Codd. *partu* Edd., ut Lucr. *posset* Codd. *possent* JM. *ditiscere* vulgo. *ditescere* J, ut Edd. Lucret. — 26 *Ennius : suos divis sacrif.* Codd. *sic mos ille suos sacr.* ed. 1476. *ille suos divis mos sacr.* AJ, Steph. Hessel. *Pœni soliti suos sacr.* Fest. (v. *Puelli*). — 27 *pelianme et* H. *Peliam meet* Gerl. *Peliam me et* O, Edd. ante M. *Pelian* (*Peliam* M) *Medeæ* cj. J, recepit M. *ut se vel vivum* Codd., M. *seu eluvium* ed. 1476. *seu eluviem* J. *dummodo re addere p.* Codd. *dum madore addere* O, ed. 1476. *dum madore puellum* J. *addere* omitt. LAJ. *dummoda puellum redderet* cj. J. *dummoda redderet puellum* M. *Idem* omitt. Codd. — 29 Jam sup. in v. *Dormitio*, p. 100. *sexagesimos ultra* HLWO. *in sexagesimo ultra intra pectus* ed. 1476. *Idem sexagesi : ultra intra* J. *O stulta nostri* cj. J, ex p. 100, habet M. — 30 *vigilabilis* vulgo. *invigilabilis* cj. J. (Cf. p. 100.) *impubere* Codd. *impuberem* O, Edd. — 34 *rete* omnes, et Edd. Plaut. *retem* Prisc. p. 759. *squamoso* vulgo. *squammoso* M. — 35 *Livius*, etc. Quod recurrit p. 335, v. *Lustrare*. — 36 *lascivium* Codd. *lascivum* O, Edd., et cj. Turn. *rei simum* Codd. *reissimum* O, ed. 1476. *Nerei simum* Bentin. JM, et cj. Turn.,

P. 158-159 M.

Præterea genus humanum, mutæque natantes
Squamigeræ pecudes.

Lucilius Satyrarum lib. V :

Lascivire pecus nasi rostrique repandum.

PERCITUM dictum est percussum. Plautus Amphitryone [II, 2, 95] :

Delirat uxor. — Atra bili percita est.

PECUA et PECUDA, ita ut pecora, veteres dixerunt. Nævius Gymnastico :

Homines, pecua belluasque.

Idem Lycurgo :

Sine ferro pecua manibus ad mortem meant.

Attius Astyanacte :

In celsis montibus
Pecua atque inter colles pascunt Danai, in Phrygiæ terminis.

Idem Medea :

Vagant pavore, pecuda in tumulis deserunt :
Qui nos pascet postea?

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Quum adhibent in pecuda pastores. » Attius Diomede :

Passimque, præda, pecua balabant agris.

Cæcilius Imbriis :

Et homini et pecudis omnibus.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Jumenta, pecuda locis trepidare compluribus. »

PUTRET [putridum est]. Pacuvius Teucro :

Quanquam annisque et ætate corpus putret.

Attius Erigona :

Quanquam exsangue est corpus mihi, atque annis putret.

PROTOLLERE est differre. Lucilius Satyrarum lib. I :

Si non amplius ad lustrum hoc protolleret unum.

prob. Scal. Voss. *nereissimum* Codd. p. 335. — 37 *de apibus*. Hoc lacunam indicat. — 43 *squamigerùm* J, Edd. Lucr.

1 *nisi rostrique rep.* vulgo. *iussi nostrique* ed. 1476. *jussit rostrique* cj. Criuit., habent Bentin. J. *jussit dorsique* cj. Dousa. *simum rostrique* cj. Gebhard. Schmidt. *nasi rostrique* cj. Barth. Venator ap. Gebb.; quod ipse conjeceram. — 6 *beluasque* Codd. — 8 *pecora manibus* Codd. *pecuda* Edd. ante M. *pecua* M. *manibus ut ad* vulgo. *mnnibus, Pecna ut* cj. Grauert. Bergk Düntz. *ut pecuda Mænades* cj. Bothe. *meant* vulgo. *meent* cj. Grauert. *eant* cj. Düntz. *ut* delendum cj. aliquis in marg. Jun. — 10 [*ubi*] *in celsis* cj. Düntzer. — 11 *froegia et term.* H. *froegiaet* Gerl. *Phrygia et* ed. 1476, J. *Phrygiæ term.* J marg. M, prob. Voss. Düntz. — 13 Quod repetitum p. 467. *Vagant, pavore pec.* Gert. JM, Ribb. *tumulis sederunt* Codd. *deserunt* Bentin. JM, ut est p. 467. — 14 *quis nos* HLJ Gert. *qui nos* WM, ed. 1476. — 17 *passim quæ* vulgo. *passinque* Gul. M. *vellebant* HL. *vallebant* W. *valebant* ed. 1476. *balabnnt* AJM. — 18 *Himbris* Codd. *Umbris* ed. 1476, J. *Imbris* M. *Imbriis* cj. J (in indice) Spengel. — 19 *homini et pecudibus omnibus* vulgo. *et pecudis* (omisso *omnibns*) cj. Grauert; *pecudis* ipse videram. — 22 *putridum est* addunt O, Edd. præter M. — 24 *Epigonis* cj. M. — 27 *si non* Codd. JM. *no non* W. *nono* O, ed. 1476.

Priva significat singula. Lucilius Satyrarum lib. I :

Ad cœnam adducam : et primum bis abdomina thunni
Advenientibu' priva dabo.

Lucretius lib. III [v. 722] :

Quod si forte animas extrinsecus insinuari
Vermibus, et privas in corpora posse venire
Credis.

Prodigitas dicta profusio. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Nequitia occupat hos, petulantia prodigitasque.

Porcet significat prohibet. Pacuvius Atalanta :

Mi gnate, ut verear, eloqui porcet pudor.

Attius Epigonis :

Queis oculis quisquam nostrorum poterit illorum obtui
Vultus, quod jam ab armis anni porcent?

Ennius Telamone :

Deûm me suadet facere pietas; civium porcet pudor.

Varro Manio : « Hunc Ceres, cibi ministra, [a] frugibus suis porcet. » Lucilius lib. VI :

Non te porro procedere porcent.

Prolixitudinem [a prolixo]. Pacuvius Duloreste :

Here mi, [oro,] ne plectas fandi [in] me prolixitudinem.

Perfica, perfectrix. Lucretius lib. II [v. 1116] :

Denique ad extremum crescendi perfica finem
Omnia perduxit rerum natura creatrix.

Petiolus, a pede, diminutive. Afranius Excepto :

Atque adeo nudo petiolo es, pus.

ad iustrum WO, ed. 1476. *amplius ad lustrum* J. *amplius, ad* M Gerl. *at lustrum* cj. Passer. — 29 *coenom* vulgo. *cenom* J. *cœnam* ed. 1576. *isce* Codd. *misce* O, ed. 1476. *hisce* Edd. vulgo. *addominat hymni* H. *thymni* WL. *thyuni* Bentin. J. *thunni* OM. *tunni* Codd. supra, v. *Privum*, p. 35. — 31 *Lucilius* (*Idem lib.* O, ed. 1476)... *invadi vermibus... in eorum* (*meorum* ed. 1476) *posse* Gerl. O, ed. 1476 *Lucretius ... insinuari ... in corpora posse* AJM, ut Lucr. — 36 *occupat hoc* vulgo. *hos* J marg., et cj. Dousa Guyet. *os* Bentin. J. *penulentio* HWOM. *peculantia* LA. *petulantia* Bentin. J.

1 *mi gnate* tHLJ marg. Ribb. *magna te* W, Edd. ante M. *magnate* O, ms. Voss., habet M. *mi gnate* vel *mea gnata*, *vereor* cj. Voss. *me gnatæ* cj. Lips. *loqui* vulgo. *eloqui* J, Scriv. Voss. — 2 *accius ligones* Codd. *in ligone* vett. edd. *Erigona* AJ. *Erigonis* M. *Epigonis* cj. J, prob. M Voss. Bergk. — 3 *Quibus oculis* omnes. [*At*] *quibus* cj. Voss. [*Et*] *quibus* Welck. [*Nam*] *quibus* Bergk. *nostrum* omnes. *optui* Codd. — 4 *quod jom* omnes. *quos jom* cj. Scal., prob. M Voss. Both. Ribb. — 6 *me sentit* vulgo. *sentis* O, ed. 1476. *incendit* cj. Lips. *suncit* cj. Bergk. — 7 *hunc ceris tibi ministra* Codd., vett. edd. *hunc Cereris* JM. *hunc Ceres, cibi* Popma. — 8 *porcit* Codd. *porcet* Edd. — 10 *Prolixit. a prolixo* Edd. ante M. — 11 *oro mi ne* (*oromine* H) *flectas fandi mi prolixitudinem* vulgo. *ero* (suprascr. *o*) *mi* W. *prolixitudine* ms. Palat. *flandimi* ed. 1476. *oro, nive plectas fandi mi prolixitudinem* (junctis duobus fragmentis) Lachm. Ribb. — 12 *Perfica* (item inf.) Codd., M. *Perfice* W marg., Edd. ante M. *perficeris* tHLWCDO. *perfeceris* J. *perficiens* cj. J, Lamb. ad Lucr., recep. M. — 15 *Pediolus* (bis) AJ. *petiolus* J marg. *peciolus* C. *diminutive* Codd. *dimin.* Edd. — 16 *petiolo es pus* omnes. *p. æstu* cj. Salm. *ire rus* cj. Neuk. *est opus* cj. Guyet. *petiolo ambules*

P. 160-161 M.

Petigo, genus morbi. Lucilius lib. XXX :

> Illuvies, scabies oculos huic, deinque petigo
> Conscendêre.

Porrigo, genus morbi. Lucilius lib. XXX :

> Tristem, et corruptum scabie, et porrigini' plenum.

Profligare, verbum, pessimum ad usum trahi cœptum est. Nam quum sit *profligatum* perditum et ad interitionem adductum, nunc perfectum [et] absolutum aut ædificium aut aliquod utile inceptum dicendum putant; quum *affectum* dici debeat, non *profligatum*. M. Tullius tamen, Tusculanarum lib. V [c. 6] : « Profligata jam [hæc] et pæne ad exitum deducta quæstio est. » Idem de Provinciis consularibus [c. 8] : « Bellum affectum videmus. » Et infra [c. 12] : « Nam ipse Cæsar quid est quod in provincia commorari velit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reipublicæ tradat? » Et in Œconomico : « Quum vero affecta jam prope æstate, [uvas] a sole mitescere tempus est. »

Patrium, ut avitum. Varro Manio : « Funere familiari commoto, avito ac patrio more precabamur. » Idem Reipublicæ lib. XX : « Secundum leges avitas et patrias. » Cicero Tusculanarum lib. I [c. 19] : « Patriam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam. »

Pertisum, ut *decisum*. Cicero in Oratore [c. 48] : « *Concisum*, non *concæsum;* ex quo quidam *pertisum* etiam volunt. »

Popinones, vel hi quos nunc dicimus tabernarios, a popinis, vel luxuriosi qui se popinis dedunt. Varro Modio :

> Quis poculis argenteis chorum intro ibit popino?

Lucilius lib. I :

> Infamem, turpem atque inhonestam odisse popinam.

Perott. *pus* delet Ribb. — 17 *Lucilius*, etc. Jam sup. p. 125. *denique petigo* Codd. et Edd. præter M, ut sup. 125. *deque petigo* cj. Fruter., prob. Carrion. Scal. Weichert, habet M. *inque petigo* (pro *impetigo*) cj. Passerat. Vocabulum *petigo* agnoscit Turn. Adv. 7, 5, et alia vindicant. — 22 *passivum ad usum* AJ. — 23 *internitionem* DO. *internecionem* J. *interemptionem* ed. 1476. *interitionem* J marg. — 24 *perf. solutum* vulgo, J marg. *solum tum* AJ. *et absolutum* cj. Cauchius ap. J; quod ipse scripseram, ex Gell. 15, 5. *nunc prope absolutum* (deleto *perfectum*) cj. M. *incœptum* M. *inceptum* alii. — 25 *odfectum* (item seqq.) vulgo. — 27 *pene* vulgo. *pæne* M. *odducto* Edd. Cic. — 29 *quid est cur* Edd. Cic.

1 *tradat* omnes (et Gell. 15, 5). *tradantur* Edd. Cic. *Œconomicis* omnes. *Œconomico* Gell. l. cit. — 2 *ætote* vulgo. *æstote* cj. Leopard.; habent Gell. loc. cit., Steph. in Lexico Ciceron. et M in Emendandis. *uvas* omnes omittunt; suppeditat Gell. *mitiscere* vulgo. *mitescere* Edd. ante M, Edd. Cic. et Gell. — 4 *Patritum* (item sqq.) omnes. — 5 *abito at patrito* Codd. *hobito atque* LO. *avito ac* Edd. *Idem de Re rustica* cj. Lips. *Rerum humanorum* cj. Popma; quod verum puto. — 6 *leges habitasset patritas* omnes. *avitas et* cj. Roth. — 7 *patritam* omnes. *patriam* Cic. — 8 *Percedere* omnes. *vel* Codd., AJ marg. *ut* ed. 1476, JM. *decedere* vulgo. *Percœdere, valde cædere* cj. Passer. Conject. p. 21. *Pertædere ut distædere* cj. Leopard. — 9 *concisum non concessum... percessum* Codd. *non concæsum... percæsum* M. *concessum... percessum* O, Edd. ante M. *pertisum* cj. Leopard. Passer. ined. (qui Festum laudant). *et quod* omnes. *ex quo* cj. Leop. Passer., ex Cic. — 11 *luxuriosi* Codd., M. *luxuriosos* O, Edd. ante M. — 12 *argenteum chorum* vulgo. *argenteis* cj. J Lau-

Putidum, non putrem, sed odoris mali. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 13] : « Non inscite illud dictum videatur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret. »

Percursionem [excursum]. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 13] : « Propter animi multarum rerum uno tempore percursionem. »

Præfestinatim [festine]. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Iidemque perseveraverunt, uti lex perveniret ad quæstorem, ac judices, quos vellent, instituerent præfestinatim et cupide. »

Præstolari est exspectare vel manere. Sisenna Historiarum lib. III : « Occulti tacitique adventum cohortium præstolari occipiunt. »

Permittere, pro mittere, incitare vel præcipitare. Sisenna Historiarum lib. III : « Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. » Idem lib. IIII : « Multi, præmissis armis, ex summo se permitterent. »

Projicere honeste positum. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Tum postquam apud Iguvinos ac Perusinos ejus facti mentionem projecit. »

Petulantiam, pro improbitate. Cicero de Oratore lib. II [c. 75] : « Illud assequor ut, si qui mihi forte maledicat, petulans aut plane insanus esse videatur. »

Pressu, quasi compressione. Cicero de Oratore lib. III [c. 11 : « Q.] Valerium Soranum lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat. »

Paupertates nove positum numero plurali. Varro de Vita populi Romani lib. I : « [Inde] quod inter eos Joves intersit, et hos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere et horum temporum divitias et illorum paupertates. »

renb. Guyet. Gerl. *ardentium* Œhl. Riese. *in chorum* J. *introibit? popino* JM. *intr. popino?* Gerl. Septenarium iambic. vidi, ut Meineck. — 14 *infamam* Codd., M. *infamem* Edd. aliæ. *honestam turpemque* omnes. *inhonestam* cj. J. *inf. inhonestam, turpem od.* cj. Schmidt. *incestam turpemque* cj. Corpet. *fœdam* scriptum in marg. Jun. *turpem atque inhonestam od.* cj. Passer. — 17 *in suave* Codd. *insuave* O, ed. 1476. *in sue* AJM, ut Cic. *animum... datum* omnes. *animam datam* Cic. (Sic etiam de Nat. Deor. 2, 64.) *ne putisceret* vulgo. *putesceret* O. *putresceret* J marg., et Codd. Cic., ut notat Bentin., prob. Leopard. Gothof. — 18 *excursum* addunt O, Edd. ante M. *Tuscul. lib.* v omnes. *lib.* IIII legi vult M. — 20 *festine* addunt O, ed. 1476. *idemque* omnes. — 24 *occulte tacitique* vulgo. *taciteque* cj. J Popm. Guyet. *advenientium* omnes. *adventum* cj. J. *accipiunt* omnes. *occipiunt* cj. Passer. Roth; quod ipse videram. — 26 *Perm. promittere* Codd., J. *pro mittere* cj. Gul., habet M.

1 *ecum* Codd. *concitatum* vulgo. *incitatum* M. — 3 *ex summo permitti* L. — 4 *Proicere* Codd. *Projicere* Edd. *Proj. effundere honeste* O, Edd. ante M. — 5 *apud eginus* Codd. *æginus ac perusi nos æginus* ed. 1476. *eginus ac pusinos eginus* O. *Æginos* AJM. *Iguvinos* cj. Popma. — 8 *si quis* Edd. ante M, ut Edd. Cic. *forte* omitt. Edd. Cic. *aut sane insanus* omnes. *plane ins.* Edd. Cic. — 11 *levitate* omnes. *lenitate* J marg. Guyet, et Edd. Cic. *lev. focis* Codd. *faucis* O, ed. 1476. *vocis* AJM. *ipso vocis pressu*

P. 162-163 M.

Paupertinum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Ut in cetero cultu, quæ sunt consentanea, quod sunt paupertina, sine eligantia ac cum castimonia. »

Plumarium. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Etenim nulla, quæ non didicit pingere, potest bene judicare quid sit bene pictum [a] plumario aut textore in pulvinaribus [et] plagis. »

Purpurascit. Cicero Academicorum lib. II : « Quid? mare nonne cæruleum? At ejus unda, quum est pulsa remis, purpurascit. » Et quidem aquæ tinctæ quodam modo et infectæ.

Perpendicula et Normæ. Cicero Academicorum lib. II : « Atqui, si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. »

Pingue positum pro imperito et inepto. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. II, 1, 34] : « Quod ipsi Antiocho pingue videtur, et sibi ipsum contrarium. »

Probatu difficile. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 1] : « Quod etsi difficile est probatu, propter tam varia et tam multa tormenta fortunæ. »

Palpo, quasi palpando. Plautus Mercatore [I, 2, 42] :

Palpo percutis.

Pæminosum, mali odoris : a pædore dictum. Varro de Re rustica lib. I [c. 51] : « Solida terra pavita, maxime si est argilla, ne situ pæminosa in rimis ejus grana oblitescant. »

Pisare, frangere vel tundere. Varro de Re rustica lib. I [c. 63] : « Promendum hieme, ut in pistrino pisetur ac torreatur. »

Præcidaneum est præcidendum. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Quod humatus non sit, heredi porca præcidanea suscipienda Telluri et Cereri : aliter familia pura non est. »

Palangæ dicuntur fustes teretes qui navibus subjiciuntur, quum

vulgo. *oris pressu* Edd. Cic. — 14 *libro quid* (suprascr. *xi*) *inter* L. *lib.* xi *quid* AJ. *lib.* i *quid* Codd., ed. 1476, M. *inter hos... et eos* omnes : quæ intervertenda mihi visa sunt ex seqq. — 17 *Paupertin.*, *pauperum* addunt O et ed. 1476. *ut inciter occultuque* HJ. *ut in ceteroccultoque* LW. *ut inciter eo cultu quod* cj. J. *ut in cetero cultu quæ* cj. Scal., recep. M. — 19 *at cum* cj. Chifflet. — 20 *Plumarium a plumando* O, ed. 1476. *aplumando* J (sed inter uncos). — 22 *pictum plumario* vulgo. *a plumario* J. *aut textore* HW, Edd. *au textore* L, Gerl. *a textore* cj. Roth. *pulvin. plagiis* Codd., J marg. *plagis* O, Edd. — 23 *Purpurascit, purpureum sit* O. *fit* ed. 1476. — 25 *aquæ* vulgo. *aqua* J. *et quidem*, etc., vulgo Ciceroni tribuunt; sed displicet *aquæ* post *unda* : vocem *purpurascit* exponit Nonius. *tinctum... infectum* omnes. *tinctæ, infectæ* cj. Guyet. — 26 *Perpendiculi* omnes. (Simili errore *Tormines*, p. 32.)

1 *atqui sub crederemus* W. *subcred.* ed. 1476. *si id cred.* vulgo. *non egeremus* HAJM. *non egerimus* LW. — 3 *impedito* vulgo. *impedimento* CD. *imperito* cj. Gul., ut ap. Cic. — 4 *videtur* omnes. *videbatur* Edd. Cic. — 6 *Probatur diffic.* Codd. *Probatu* AJM. — 9 *quasi a palpando* omnes. — 10 *percutit* omnes. *percutis* Edd. Plaut. — 11 *Peminosum* H. — 12 *solidam* Edd. Varr. *ne æstu* Edd. Varr. — 13 *oblitiscant* Codd. *oblitescant* JM, ut Edd. Varr. — 15 *promendum diem* Codd. *hieme* JM, ut Edd. Varr. — 17 Cf. Gell. 4, 6. — 19 *Palange* H. *Palangæ* Edd. *Plance*

attrahuntur ad pelagus vel quum ad littora subducuntur : unde etiamnunc *palangarios* dicimus qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Quum Pœnus in fretum obviam venisset nostris, et quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros. »

Pondo ducentum, nove Varro sæpe; de Vita populi Romani lib. III : « Delphos Apollini munera missa, corona aurea pondo ducentum. »

R

Rotunde positum eleganter, concinne, vel collecte. Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. IIII [c. 3] : « Regem, dictatorem, divitem, solum esse sapientem, a te quidem apte ac rotunde; quippe habes enim a rhetoribus. »

Ruta dicuntur diruta. Cicero de Oratore lib. II [c. 55] : « Sed dicet te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solium tibi paternum recepisse. » Virgilius Georgicorum lib. I [v. 105] :

Cumulosque ruit male pinguis arenæ.

Ravum, fulvum. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. II, 1, 33] : « Quia nobismet ipsis tum cæruleum, tum ravum videbatur; quodque nunc, [quia] a sole collucet, [albescit]. »

Ravis est raucitas. Plautus Aulularia [II, 5, 10] :

Ubi, si quid poscam, usque ad ravim poscam prius.

Idem Cistellaria :

Expurgabo hercle omnia [usque] ad raucam ravim.

Rurant, pro rusticantur. Plautus Captivis [I, 1, 16] :

Dum [ruri] rurant homines quos ligurriant.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Dum in agro studiosius ruror, adspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas. »

W marg. *Plage* C. *Plagæ* D. — 20 *subducantur* L.
2 *Rutunde* (bis) Codd., vett. edd. *Rotunde* JM. *Ista ipsa, quæ tu breviter regem* addit J. — 4 *ad equitem apte* Codd. *et equitem* ed. 1476. *a te quidem* AJM. *rutunde* (initio superscr. *o*) H. — 5 *quippe habes enim* M. *enim* omitt. J. *quippe enim habes* ed. 1476. — 6 *et dicis te* vulgo. *et dices te* Edd. Cic., et Noster supr. p. 54. *tecum* H. *ædis* vulgo. *ædes* O. *ædeis* J. *solum tibi* Codd. et Edd., defendente M. *solium* Edd. Cic., et Noster p. 54 et 384. — 8 *Virgilius*, etc. Inscite interpolatum exemplum modo non delevi. *lib.* II LAJ. — 11 *ravum videtur* vulgo. *modo cæruleum videbatur, nunc flavum, quodque nunc, quia a sole c. albescit* Cic. *nunc* [*quia*] *a sole* J. *qua a sole* cj. M. — 14 *poscamus quæ at* Codd. *poscamus queat* ed. 1476. *poscamus, ad ravim posc.* J. *poscam, usque ad* M. — 15 *Cistellaria* omnes, prob. Od. Müller. *Clitellaria* cj. Scal., prob. M. — 16

RARENTER, pro rare. Cæcilius Plocio :

Tu nurum non vis odiosam tibi
Esse, quam rarenter videas.

Pomponius Ergastulo :

Longe ab urbe villicari, quo herus rarenter venit,
[Id] non villicari, sed dominari, est meâ sententiâ.

RUCTUS a ructando dictus. Plautus Pseudolo [V, 2, 9] :

Pergin' ructare in os mihi?
— Suavis ructus mihi est : sic sine, Simon.

Lucilius Satyrarum lib. III :

Exhalas tum acidos ex pectore ructus.

RESUPINAS, honeste, id est ab incepto revocas, vel pervertis, significat. Attius Antigona :

Quid agis? proturbas rem omnem ac resupinas, soror.

RINGITUR, irascitur. Terentius in Phormione [II, 2, 27] :

Quum tibi sit quod placeat : ille ringitur, tu rideas.

RISCUS, loca in parietibus angusta. Terentius Eunucho [IV, 6, 16] :

In risco. Odiosa cessas!

[RECIPROCARE].......

Reciproca animum, inquam, odiose.

Ennius Andromeda :

Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.

REPEDARE. Lucilius lib. XXVI :

Rediisse ac repedasse, ut Roma invitat gladiatoribus.

Idemque :

Sanctum ego a Metello Romam [tum] repedabam munere.

omnia usque ad Plauti fragm. palimps. ap. Maium; et sic conjecerat Barth. — 24 *Pomponius*, etc. Cf. p. 186 et 515. *ergostilo* Codd. — 25 [*Nam*] *longe ab urbe villicarier* cj. J, ut sint octonarii. *herus* H. *erus* vulgo. — 26 *Non villicari* (*vilicari* Codd.), *sed dom. est mea* vulgo. [*Id*] *non vill.* Bothe. [*Nam*] *non vill.* Ribb. *villicariae* Codd. p. 515. *men est sent.* Codd. p. 186. *Non est vill. s. d., mea sent.* cj. Munk. — 28 *percin* Codd. *pergin'* JM, ut Plaut. — 29 *sic sine simon* H. *Simon* M. *sic sines imon* Gerl. *sic. sine simodo* OJ. *sic sine modo* Edd. Plaut., prob. M.

3 *sorori* Codd., vett. edd. *soror* JM, prob. Voss. Ribb. — 5 *Cum tibi sit* omnes. *Dum* J, ut Edd. Terent., prob. M. — 6 *eunocho* H. — 8 *Reciproca* pro lemmate dat M, ratus id cum nomine auctoris excidisse. *Reciproca, recipe* jam addiderat J. — 9 *in quam odiose* Codd. *inquam* JM. *odiose* delendum putat Düntz., tanquam dittograph. — 11 *riscus prorsus* WO, Edd. ante M. *rursus* H. *rursus* (suprascr. *i*, ut sit *risus*) L. *rursus* etiam Steph. Passer. Voss. *risus* J marg. *rusus prosus* cj. Palmer., habet M. Sed *rursus prorsus* habet Noster in v. *Rursus* p. 384. *fructus* Codd. *reciprocat fluctus* AM, et cj. Palmer. — 12 *Repedare, pede iterare* ms. Fabri, ed. 1176. — 13 *rediisse* omnes. *redisse* cj. Guyet. Dübner, prob. Vahlen. *Roma* W, Edd. ante M. *Romam* HLM. *vitet* vulgo, prob. M, habet Gerl. in ed. Lucil. *Romam bitat* cj. Scal. *Romam bitet* cj. Palm. — 14 *Idemque sanctum ego a metello romam* Codd. *Idemque secundum ego* O. *Idemque : santum ego* Edd. *Idem : queis nctis ego* cj. Gul. *Idem : post quod factum* cj. J, improb. M. *Idemque : sune tum* cj. Dousa. *nam tum ego* cj. Vahlen. *Romam* delendum cj. Gul., cui adstipulor. *repedabam numero* cj. Gul., prob. Dousa. *repedabam cum munere* cj. Vahlen. *Sancto ego a* cj. Guyet. *tum* idem addi vult, ut stet versus. — 16 *Redantruare* J, ut

Redandruare, reddere. Lucilius lib. VIIII :

Ut vulgu' redandruet inde.

Pacuvius Chryse :

[Simul quum videam] Graios nil mediocriter
Redandruare.

Redhostit, reddit. Attius Amphitryone :

[Cedo, ec]quid hic redhostit vim, quo tibi eam objectet facilius?

Idem Didascalicôn lib. II : « Ut, dum velint brevitatem consequi verborum, aliter ac sit relatum, redhostiant responsum. »

Repuerascere, in puerum redire. Novius Agricola :

Quid ita? — Quia enim repuerascis : fugit has personas, pater.

M. Tullius de Oratore lib. II [c. 6] : « Cum Scipione solitum rusticari, eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus ex urbe, tanquam ex vinculis, evolavissent. » Et de Senectute [c. 23] : « Et si quis deus mihi largiatur ut ex hac ætate repuerascam, et in cunabulis vagiam. »

Rhetorissat [rhetorice loquitur]. Pomponius Medico :

Dolasti uxorem ; nunc eapropter me cupis
Concidere. — Etiam rhetorissas?

Ramices dicuntur pulmones, vel hernia. Plautus Mercatore [I, 2, 27] :

Tui causa rupi ramices, atrum dum sputo sanguinem.

Idem Pœnulo [III, 1, 37] :

Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat;
Tua causa nemo nostrorum est suos rupturus ramices.

Varro Trihodite, περὶ ἀρετῆς κτήσεως : « Priusquam in orchestra

Fest. *redire* omnes. *reddere* aliquis in marg. Junii; quod ipse videram : Festus enim *referre invicem* vertit. — 17 *redantruat* cj. Scal. *redantruet* Herm. — 19 *Græcos* vulgo. *Graios* Fest., qui plenius citat. *nihil* omnes. — 21 *Redostit* Codd. *Redhostit* JM. *redit* Codd., M. *redhit* Edd. ante M. *reddit* C, et cj. J, prob. M. — 22 *Cedo* exhibet Fest. *redostit* (*redhostit* H) *viam* omnes. *cometem* Codd. *vnm? cometem* Gerl. *vnm : comitem* ed. 1476, M. *cometet* AJ. *redhostit? iterum cura ne se* cj. Keil. *obiet facitius* Codd. *obbiet* W. *obhiet* ms. J. *cum meassem obiectet facit.* Fest. *Cedo ecquid hic redhostit eam, quum mi assem obhiet fac.* cj. J. *Cedo quid mihi red.* Ribb. *Quid hic redhostit? an quo me temptet facilius?* cj. M. *redhostit ut cum ea se oblectet* cj. Voss. *redhosti, quum ea seni objectet* cj. Scal. — 23 *didascalico* omnes. — 24 *aliter ac sit elatum* cj. M. *redhostire sponsum* HJM. *redhosti responsum* Gerl. *redhostit resp.* cj. M. — 25 *in puerum redire* addunt CDAJ; omitt. Codd. pleriq. et M. — 26 *quod ita* Codd., M. *quid* AJ Guyet. *fugit has* omnes. *fugitas* cj. Passer. M et Munk, recep. Both. Ribb. *fugito* Bothe 2. *personas pater* vulgo. *personas, pater* cj. M, habent Both. Ribb. — 27 *cum Scipione solitum rusticari* addidi, quod vulgo est in fine lemmatis, et habet Cic. Idem exemplum oscitanter paulo infra iterum scripserunt. — 29 *ex vinculis* vulgo. *e vinc.* Edd. Cic. — 30 *Quod* vel *Et si quis* Edd. Cic. — 31 *in cunabulis* vulgo. *incunabulis* H. *in cunis* Cic. *vagiam. Et de Orat. lib.* II : *Cum Scip. solitum... repuer. esse solitos* hic omnes exhibent. Quod delendum, ut supra monui.

1 *Rhetorissat, rhetorice loquitur* O, Edd. ante M, *Pompon. Macco* cj. J. — 2 *dolasti* Codd., vett. edd. *dolasti* JM. — 3 *et jam* vulgo. *etiam* ed. 1476. Huc novam personam induxi, ut Bothe. — 4 *pamones* LCD. *hirnea* Codd. *hernia* Edd. — 6 *tun causa r. ramices. Jamdudum sp.* Edd. Plaut. — 9 *nemo nostrum* omnes. *nostrorum* Plaut. *rupturos* HW. — 10 περι ατησκαιτησεως H. ἀτῆς

P. 166-167 M.

pithaules inflet tibias, domi suæ ramices rumpit. » Lucilius Satyrarum lib. VIIII :

Quod deformi' senex, arthriticus ac podagrosu' st,
Quod mancus, miser, atque exilis ramice magno.

Varro Gerontodidascalo : « Rapta a nescio quo mulione, raptori ramices rumpit. »

RUSPARI est scrutari. Attius Nyctegresia :

Jube nunc attentare, jube nunc animo ruspari Phrygas.

Idem Meleagro :

Vagent ruspantes silvas, sectantes feras.

REGREDERE, revocare. Ennius Achille :

Quo nunc, incerta re atque inorata, gradum
Regredere conare?

RUMINARI dictum in memoriam revocare. Varro Tanaquile : « Non modo [non] absens quicquam de te sequius cogitabit, sed etiam [tuam] ruminabitur humanitatem. » Livius Ægistho :

Nemo hæc vestrorum ruminetur mulieri.

RUSTICATIM, pro rustice. Pomponius Aleonibus :

At ego rusticatim tangam, [nam] urbanatim nescio.

RUMIFERARE dictum honeste, rumoribus ferre. Plautus Amphitryone [II, 2, 46] :

Quamque adeo cives Thebani vero rumiferant probam.

RETURARE, aperire, contra id quod dicimus *obturare*. Varro Agathone : « Pueri obscenis verbis novæ nuptulæ aures returant. »

RUTUBA, perturbatio. Varro Sexagessi :

Ergo tum Romæ parce pureque pudentes
Vivere, [et] in patriam : nunc sumus in rutuba.

κτήσεως Gerl. ἀρετῆς J. ἀρετῆς κτήσεως M. — 11 *tibihas* L. — 13 αρθρititus HW. *apopititus* L. *appetitus* O, Edd. ante M. *ac pædidus* cj. Scal. Lips. *arthriticus* J marg. M. *as potagrosus* Codd. *aspota grossus* O, ed. 1476. *ac podagrosus* AJM. — 14 *podagr., Quod* (omisso *est*) J. *podagr. Est, quod* M Gerl. *miserque exilis* vulgo. *miser, exil.* J. *miser atque* scriptum in marg. Jun. — 15 *gerontod.* Codd.; græce JM. *an nescio* Codd., vett. edd. *a nescio* cj. Lips. Passer. J, babet M. *rapturis* Codd. et J. *raptoris* cj. Passer. Popma, habet M. *raptori* cj. Lips. — 16 *ramicis* Codd., M. *ramices* J marg. Lips. — 17 *Nycteresia* Codd. et A. *Nyctegresia* JM. *Nyctegersia* ms. V, M (in Notis). — 18 *Juve... juve* Codd., Ribb. *Jube... jube* JM. *Tunc... tunc* A. *Jubet... jubet nunc animus* cj. M. *Lubet... lubet n. animo* cj. et præfert M, etiam Scriver. Bothe. *adtemptare* Codd., Ribb. *nunc, anime, rusp.* Ribb. *frygas* Codd. — 20 *rospantes* L. *silvas sextamtes f.* Codd. *sextantes* O. *sexta tessaras* ed. 1476. *sextam tesseras* J. *sectantes* ms. Fabri, cj. Scal. *sectantes feras* M Both. Ribb. *sect. in silvis ferus* cj. J. — 22 *atque morata* W, ed. 1476. *ignorata* cj. Turn. (Adv. 13, 24), Guyet, Chifflet. — 24 *Ruminare* omnes. *Ruminari* cj. Bothe. — 25 *cogitavit* Codd. *cogitabit* Turn. Laurenb. Steweeb, M. — 27 *hæc voster* vulgo; retinet Bothe. *nostri* cj. Voss. *nostræ* Perott. Delrius. *vostræ* J marg. *vostrum* Almelov. Ribb. — 29 *ad ego* Codd. *at ego* Edd., et Noster, p. 408. *nam urban.* cj. Guyet, et Ribb. sed non edidit; quod ipse perdudum scripseram. — 30 *rumores* O, ed. 1476.

2 *ideo* Codd. *adeo* AJM, ut Plaut. *civis* vulgo. *cives* J. *sebani* H. *rumificunt* Edd. Plaut. — 3 *Redurare* Codd. et J. *Returare* cj. J et Turn., habet M. *opturare* Codd. *obturare* JM. — 4 *nuptæ* omnes. *nuptulæ* Nos-

Revocare positum, per vices mutuo vocare. Varro Sexagessi : « Qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride : qui nos provocare quum audeant, nos illos revocare timemus ! »

Recentari honeste positum pro novari : quod est græce ἀνανεοῦσθαι. Mattius :

> Jamjam albicascit [Phœbus], et recentatur
> Commune lumen hominibus [voluptasque].

Rapinatores [et Rapistri] pro raptoribus. Varro Bimarco : « In invidiam veniant hoc ipso rapinatores. » Lucilius lib. II :

> Homo impuratus, et est impune rapister.

Rheda, vehiculum. Varro Epistola ad Varronem : « Quod si tuam heri rhedam non habuissem, varices haberem. »

Recentiorum, novorum. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 26] : « Horum recentiorum, nunquam dictum ab illo, quod sciam. »

Rumam veteres mammam dixerunt. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Dis Semonibus lacte fit, non vino; Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, id est prisco vocabulo mammam : a quo *subrumi* etiamnunc dicuntur agni. »

Rejiculas oves, aut ætate aut morbo graves. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Et ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas *rejiculas* appellant, sæpe etiam unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum. »

S

Saltuatim et Vellicatim. Sisenna Historiæ lib. I : « Nos una æstate in Asia et Græcia gesta litteris idcirco continentia manda-

ter in v. *Obscenum*, p. 357; quod potius ducunt Œhler Riese. *aures habennt* Codd. *redurant* Edd. ante M. *returant* M, ut est p. 357. — 6 *purequæ* H. *pudentis* vulgo. *pudentes* J marg. Voss. *putantes* cj. Lips. *pure atque pudenter* conjiciebam. — 7 *vivere in patriam* vulgo, retinet Œhler. *tum in patriam* J, et ms. Gul. *in patria* J marg. *cum patria* cj. Lips. *vixere in patria* cj. Gul. Laurenb. Riese. — 10 *nos provocare advocare cum aud.* vulgo. *advocare* omitt. O, vett. edd., prob. Bentin. Turneb., et deleri vult cum altero *qui* Œhler. *prov. ac vocare* cj. Gul. et J. *qui nos primo vocare cum* cj. Stewech. *nos illo rev.* vulgo. *nos illos* Edd., ante M, prob. Stewech. *rev. timemus.* JM. *timemus?* Gerl. Œhler. — 11 *Recentare* Codd. *Recentari* Edd., ut Gell. 15, 25. *græce ananeutem accius* H. *ananeute maccius* CD. *maccius* (expuncto *m*) L. *accius* W, A. ἀνανεοῦσθαι Edd. — 13 *Phœbus* addunt AJ ex Gell. 15, 25. — 14 *et voluptas* A. *voluptasque* J et Scal., ut Edd. Gell. *voluptatis* Hertz e l. Gell. — 15 *Vimarco* Codd. et M. *in Marco* ed. 1476. *Varro Marco* J. — 16 *in hoc ipso* omnes. — 17 *Homo impudicus et impune est rapinator* Codd. *et* omitt. J. *impuratus, et impuno, et* Bentin. M. Locus emendatur ex lemmate *Impuno* vel *Impune*, p. 129; ubi *rapister* habet J. — 18 *Reda* Codd. *vehiculum* addunt CO, Edd. ante M. *ad Varronem* vulgo. *Verronem* (superscr. *a*) W. *ad Neronem*, vid. notata in v. *Vari*, p. 26. — 20 *novorum* addunt CDO, Edd. ante M. — 21 *ab ipso illo* Edd. Cic. — 24 *hisce manibus lacte* omnes. *Maniabus* cj. Lips.

vimus, ne, vellicatim ac saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. »

Scapum. Varro Bimarco : « Mihique diui dum stilo nostro papyrino levu scapos capitio novo partu poeticon. »

Sutrinas, a suendo. Varro Hercule Socratico : « Qui, sutrinas facere inscius, nihil homo agis. »

Scabre. Varro Manio : « [Ager] derelinqueretur, ac periret squale scabreque, illuvie et vastitudine. »

Strigosus apud veteres morbus dicitur jumentorum, qui corpora stringat aut fame aut alia vitii causa, quasi stringosus. Masurius Sabinus lib. VII : « P. Scipio Nasica et M. Popilius quum equitum censum agerent, equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum viderunt. »

Suspiciosum, qui in suspicione sit. Cato de Re Floriana : « Sed si qui palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locavisset, etsi famosus et suspiciosus esset, vim in corpus liberum non æquum censuere afferri. »

Subices nove positum, non a subiciendo, sed [ab] altitudine. Ennius Achille :

> **Per ego deum sublimas subices, humidas,**
> **Unde oritur imber.**

Virgilius in Bucolicis [10, 74] :

> **Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.**

Popma. *his* vel *dis Semonibus* cj. Lips. *dis Sem.* probat Zinzerl. *cunina* Codd. *Cuninæ* Turn. Lips. Scal. JM. — 25 *rumine* H.

2 *Reiculas* vulgo. *reiiculas* C. *rejiculas* Guyet. — 4 *appellat* vulgo. *appellant* O; quod ipse suspicabar. — 5 *inquit* Codd., M. *inquinat* AJ Popm. Guyet. Mai. *puerorum* abesse possit. — 7 *et vellicatim* omitt. Codd. et M, uncis includit J. *et bellicatim* O. *salt. bellicatim* ed. 1476. — 8 *ætate* Codd., J marg. *æstate* AJM, ut Gell. 10, 15. — 9 *bellicatim* Codd. *vellicatim* AJM. *ac saltuatim* vulgo, et J marg. *aut salt.* J, et Gell. l. cit. — 11 *Vimarco* Codd., J marg. M. *Marco* A. *Margo* J. *mihique diui dum* Codd. *divitum* Edd. ante M. *dividum* M. *stilo n. papiri noterii* (vel *notevu*) Codd. *papyrina levii* J. *levu* M. *livii* ed. 1476. *inlevi* cj. Roth, prob. Œhl. Riese. *poeticon* Codd., M, Riese. *poetico* AJ. *Mihique diutini s. nostro, papyrina levit scabitio, n. p. poetico* cj. Scal. in Auson. p. 245. *novam partum poeticon* Œhl. Riese, quod verum videtur. Locus hactenus immedicabilis. — 13 *Subtrinas* (bis) Codd. *Sutrinas* Edd. *qui* vulgo. *quid* M. — 14 *nihila magis* cj. Roth. — 15 *Derelinquere quam perire* Codd. *Derelinqueretur ac periret* AM, ut Noster p. 226. *Ager derelinqueretur* J, ut Noster p. 226. *sicuale* Codd. *sic uale* O, ed. 1476. *squale* AJM, et Noster p. 125 et 226. *scabre atque* Codd., J marg. *scabreque inluvie* AJM, et Noster l. cit. — 18 *scabrius* Codd. *Sabinus* AJM, ut Gell. 4, 20. *lib.* XVII Codd. et M. *libro septima* Gell. l. cit. *lib.* VII AJ. — 20 *ecum n. stricosum equitum et male* Codd. *strigosum* Edd. *equitum* omitt. Edd., ut Gell. l. cit. — 21 *habitissimum* Codd., J marg. *habitissimum* AJM, ut Gell. *viderunt* Codd., item Gell. *videre* M. *viderent* J. — 22 *re Floria* habet Gell. 9, 12, prob. M. *sed qui* LA. *sed nisi qui* malit M ex Gell.— 23 *torpore* Codd. *torpore* (suprascr. *c*) H. *corpore* Edd., et Gell. l. cit. — 24 *et si fam.* vulgo. *esset* omnes. *fecisset* Gell. *tiberam* Codd. *liberum* Edd. et Gell. *non æcum* Codd. *equum* H. *censueri acferri* Codd. *censuere adferri* AJM, ut Gell. — 26 *Subicis* (bis) vulgo. *Subices* Gell. 4, 17. *Subiices* J. *subiciendo* Codd., M. *subitiendo* C. *subiicienda* ed. 1476, J. *sed ab* cj. Badius.

2 *sublimes* J, Edd. Gell. 4, 17. *umidas* H. *humidus* (*imber*) Edd. Gell. Sed *humidas* etiam Fest. (v. *Subices*). *subicis* omnes. *subices* Guyet. — 4 *Virgilius Georgicorum lib.* IIII LA. (Sed *in Bucolicis* Noster p. 387,

Scraptas, Scrupedas, Strictivellas, exprobratio vitii aut deformitatis meretricum. Plautus Nervolaria :

> Scraptæ, scrupedæ, strictivellæ, sordidæ.

Sabulum. Varro Ταφῆ Μενίππου. « Non vides in magnis peristyliis, qui cryptas domi non habent, sabulum jacere a pariete aut e xystis, ubi ambulare possint? »

Suctu. Varro Γνῶθι σεαυτόν :

> Ut cremento fierent corpora
> Majora parvo, ut suctu lactis candido.

Super, valde, vehementer. Virgilius Æneidos lib. I [v. 27] :

> His accensa super, jactatos æquore toto
> Troas.

Et lib. III [v. 489] :

> O mihi sola mei super Astyanactis imago!
> Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Scabres, pro scabra es. Ennius Andromeda :

> Scrupeo investita saxo, atque ostreis squamæ scabrent.

Pacuvius Teucro :

> Quæ desiderio alumnûm, pœnitudine
> Squales, scabresque inculta vastitudine.

Secundare, prosperare. Virgilius lib. VII [v. 259] :

> Di nostra incepta secundent!

Propertius Elegiarum lib. III [21, 14] :

> Jam liquidum nautis aura secundat iter.

Simat, deprimit. Lucilius lib. VII :

> Si movet ac simat nares, delphinus ut olim.

Scurrile, quasi vulgare : ab scurris. Cicero de Oratore lib. II

v. *Subjicere.*) — 5 *subicit* Codd. *subjicit* Edd. — 6 *stritabilas* J. *strictivellas* J marg. *exprobratio lutio* Codd. *expr. vitii* AJM. *meretricum vitia atque deformitates significantium* Gell. 3, 3. — 7 *Aulularia* Codd., vett. edd. *Frivolaria* J. *Nervolaria* M ex Gell. — 8 *escratæ* Codd. *escraptæ* O, ed. 1476. *scraptæ* Edd., ut Fest. *strateæ* Gell. *scraatiæ*, *scranctiæ* vel *scractiæ* Varr. L. L. 7, 65. *scraciæ* cj. Turn. *screacins*, *screatias* vel *screaptas* cj. J. *crupedæ* Codd. *scrupedæ* AJM, ut Gell. *strictibilæ* Codd. *strictibile* O. *strictibullæ* cj. Turn. *strictivellæ* J marg. M. *strictivelæ* ed. Mediol. 1500. *strictipelles* cj. Guyet. *strativolæ* Edd. Gell. — 9 *tafe menippu* Codd. *magnis perstilis* Codd. *peristylis* Edd. *peristyliis* cj. Scal. Popma. — 10 *aut egistis* H. *aut e yistis* Gerl. *aut cryptis ubi* Edd. ante M. *aut e xystis* cj. Scal., habet M. — 12 *Gnothi seauton* Codd. — 13 Senarios aliter constituit Herm., prob. Œhl. Riese. *crementa* vulgo. *cremento* J marg. Guyet, Herm. Œhl. Riese. *corpora fierent* omnes. — 14 *candida lactis* omnes. *candido* (*candidi* Guyet. Riese) *Lactis* Herm. Œhl. Riese. — 17 *Troas* omitt. M; habet Noster in v. *Jactare*, p. 328. — 20 *sic manus* Codd. *sic ille manus* Edd. *ora ferebat* Codd., ut Edd. Virg. *gerebat* AJM. — 21 *Scrapres pro scabres* vulgo. *Scaptes pro scabres* O, ed. 1476. — 22 *ostreis quam excabrent* Codd. *excrubent* ms. ap. Voss. *excuprent* A. *excaperent* J. *ostreis squamæ scabreat* M Guyet, prob. Voss. Both. Ribb. — 24 *pœnitudines quales scabres qua inculta* H. *squale* J. *scabresqua* Gerl. *scupresque* AJM. (Cf. sup. ad p. 152.) — 30 *Sunat* Edd. ante M. *Simat* cj. J et Turn., habet M. — 31 *si movet aximad nares* Codd. *suaavit tuxim ad* J. *simavit taxim ad n.* cj. Turn. J, habet M, prob. Wesseling. *si movet ac simat* cj. Roth, prob. Corpet Gerl.

P. 170 M.

[c. 59] : « Vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. »

SORDET, sordidata est. Attius Ægistho :

Cui manu' materno sordet sparsa sanguine.

SUBLABRARE, cibum intra labra mittere. Novius Decuma :

Jam ego illi subiens sublabrabo esui illud sinciput.

SUBLIMARE, extollere. Ennius Medea :

Sol qui candentem in cœlo sublimat facem.

SUPERSTITENT, salvent. Ennius Menalippa :

Regnumque nostrum ut sospitent, superstitent.

SÆPTUOSE, obscure. Pacuvius Antiopa :

Ita sæptuose dictio ab deo datur,
Quod consecutura ægre sapiens contulit.

SEMPITERNE [semper]. Pacuvius Medo :

Populoque ut faustum sempiterne sospitent!

SEPTEMFARIAM, ut *multifariam*. Santra de Verborum antiquitate [lib.] III : « Quod volumen unum nos lectitavimus, et postea invenimus septemfariam divisum. »

SIMULTER, pro similiter. Plautus Pseudolo [I, 3, 148] :

Exossabo ego illum simulter itidem ut murænam cocus.

SCRIPTA, puncta tesserarum. M. Tullius in Hortensio : « Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet. »

SUCCIDIAM, succisionem necessariam. M. Tullius de Senectute [c. 16] : « Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram vocant. » Dicitur et *suicidia* quod est laridum.

1 *jocussit* H. *aut amicus* Codd. *aut amicus* (suprascr. *mimi*) H. *aut mimicus* AJM, ut Cic. — 3 *sordida est* O, ed. 1476. — 4 *cum manus* LAJ. *cui* vulgo, et J. marg. *sparso* Codd. *sparsa* AJM. *sordet sanguine sparso* ed. 1476. — 8 *in* omitt. Columna. *sublimas* Column. marg., prob. Osann. — 9 *Menalippo* J. — 10 *ut* omittit Noster p. 176. *superstitentque* omnes, ut etiam p. 176. *que* deleri volunt Acid. Guyet. — 11 *Septuose* Codd. et J. *Sæptuose* M. *Livius Ant.* vulgo. *Pacuvius* ms. ap. Scriver., et cj. Bergk. Welck., recep. Ribb. — 12 *dictio abs te* omnes. *hæc abs te* cj. Voss. *abdo* ms. ap. Passerat. *ab deo* cj. Passer. M Voss. — 13 *consecutura* HWVM. *consectura* L. *consecutam* Edd. ante M. *consecutum* cj. Passer. M, prob. Voss. *conjectura* cj. Roth, prob. Ribb. *sapiens ægre* (*egre* H) *contulit* omnes. *Quod consecutum s. æ. consulit* cj. Voss., prob. Düntz. *ægre contuit* potius ducit Voss., recep. Ribb. — 14 *semper* habent Edd. ante M. *Pacuvius*, etc. Herum p. 176. — 15 *populoque* (litteris *po* expunctis) W. *puloque* vett. edd. — 16 *Septemfariam* Codd., J marg. M. *septecfariam* L. *septifariam* O, Edd. ante M. *satra* Codd. *Santra* AJM. — 16 *antiquitate in quod* omnes. *idque vol.* cj. Bentin. *lib.* II vel III : *quod* cj. Lersch. Libri numerum ibi latere ipse videram. Vocem *in* tribuit Nonio Gerl. — 19 *Simulter* Codd., M. *Simulte* J. — 20 *similiter* pleraque edd. Plauti ; *simulter* ed. Bothe. — 21 *Scriptat cunctat esse rarum* H, Edd. ante M. *Scripta tcuncta tesserarum* Gerl. *Scriptat constat esse rarum* O, Edd. *Scripta* vel *Scriptas* cj. Bentin. *Scriptas* JM; hic tamen *scripta* conjicit. *Scripta, puncta tesserarum* cj. Roth. — 22 *tibicon cedo* H. *scriptis solimus ut* Codd. *solemus* AJ. *scr. olim ut* W, J marg. M. (Locum docte illustrat Petr. Vict. 5, 13.) — 24 *Succidiam* vulgo. *Succidam* CD. *successionem* omnes. *succisionem* cj. aliquis in marg. Jun. — 25 *ortum* Codd., M. *hortum* Edd. aliæ, ut Cic.

Signatam, integram virginem vetustas voluit dicere. Lucilius lib. XXVIIII :

Primum Chrysi eam negat signatam reddere.

Superbos veteres mortuos dixerunt. Plautus Amphitryone [I, 1, 201] :

Faciam ego hodie te superbum, ni hinc abis.

Et post [202] :

Auferere, non abibis.

Suggillare, occludere. Varro Lege Mænia : « Contra lex Mænia est in pietate, ne filii patribus luci claro suggillent oculos. »

Satullem, pro saturem. Varro Περὶ αἱρέσεων :

Neque in polubro mystico coquam carnes,
Quibus satullem corpus ac famem ventris.

Singulum, pro singulare. Plautus Cistellaria [IV, 2, 34] :

Atat singulum video vestigium.

Varro Περιπλοῦ lib. I : « Tu vero doces historiam necessariam : semel unum singulum esse. » Idem Octogessi, περὶ νομισμάτων : « Hoc erat incommodi, quod nesciebamus semel unum singulum esse. » [Et] apud alium auctoritatis incertæ : « Nisi dixerat, nummo singulo multabatur. »

Sperem veteres pro spem dixerunt; unde et *prospere* dicitur, hoc est pro spe. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως :

Ita sublimis speribus
Jactato volitantes, altos nitens trudito.

alter. vocant omnes. *appellant* Edd. Cicer. 1 *el suicidia* HLA Gerl. *succidia* WJM. *el succidum* O. *et succidium* ed. 1476. *et succidam laridum* CD. — 2 *Signatam integram virg.* CDAJ. *integram* omitt. alii. *voluit dici* ed. 1476. — 4 *primam* omnes. *primum* cj. Dous. Guyet. *crisicum* Codd., M. *Chrysicum* AJ. *Chrysi cum* cj. Scal. Dousa, prob. M. (*Chrysi* dativo, ut alias *Oresti*, etc.) *Chrysæ cum* cj. J. *cum* metro officit. *se gnatam* cj. M. *redire* Codd. *redere* L. *redire* (suprascr. *e*) W. *reddere* Edd. — 7 *nisi hinc* omnes, ut pleræque edd. Plaut. *ni* J, Meurs., et Plaut. ed. Bothe. — 9 *auferre* WO, ed. 1476. *non abiis* Codd. *abibis* Edd., ut Plaut. — 10 *Sugillare* Edd. ante M. *obcludere* vulgo. *Varro geminia* HL. *geminn* VW, ms. J, ed. 1476. *geminis* AJ. *lege Mævia* cj. Turn. *lege Mænia* cj. Passer. Popma, recep. M. *contra lex Mania* A. *lex minus est impia ne* cj. Stephan. — 11 *sigilleat* cj. Turn. Steph. Popma. — 13 *pulvere mutico coquam* Codd., AM. *miti concoquam* mihi in mentem venerat. *mythico* ed. 1476, J, et Gul. Œhler. *Libyco* cj. Mercurialis. *nec in polubro mystico* cj. Scal. Laurenb. Riese, qui scazontas agnoscunt, ut etiam Guyet. *carnem* Codd., M. *carnes* AJ, Scal. Œhler. — 14 *satulem* Codd. *satullem* Edd. *corpora* omnes. — 16 *ad singulum* Codd. *atat* cj. Bentin., habent JM, ut Plaut. — 17 *Varro periplu* Codd., M. περιπλοῦ J. *tum vero* vulgo. *tu* O, ed. 1476, et cj. Roth. *necessariam* omitt. LA. — 18 *simul* vulgo. *semel* M post viros doctos, et cj. Guyet. *esset* Codd. *esse* JM. — 20 *apud album* Codd. *alium* Edd. (Scilicet is est Gell. 18, 13.) — 22 *veteres pro spem* WM. *pro* omitt. HLCDJ. *unde et speres dicitur pro spe* ed. 1476. *hoc est* omitt. OJ. — 23 *aborigine* Codd. *Aboriginibus* Edd. — 24 *ita* omitt. O, Edd. ante M. *sublimis* omnes, etiam Œhl. Riese. *sublimes* Popm. Reuvens Grauert. — 25 *Iactato* cj. vir doctus in marg. Jun.; de quo ipse cogitaveram vel ex seq. exemplo. *iact. nominativo* Codd., M. *nominatuo* L. *nomina tuo* J. *nomine tuo* cj. Reuvens. *notin* ms. Dorvill., Edd. ante M. *nomen ac* cj. Vahlen. *nominativo* omnino delevi, tanquam verbi *sublimis* glossema. *volitantis* vulgo. *volitantes* ms. Basil., Popma. *altos nitens trudito* omnes. *alios* cj. Preller, prob. Riese. *alto nido extrudito* vel *excludito* cj.

Idem Ὄνος λύρας :

Quibus suam delectet ipse amusiam,
Et aviditatem speribus lactet suis.

Scalpurrire, scalpere. Plautus Aulularia [III, 4, 8] :

Ubi erat hæc defossa, occepit ibi scalpurrire unguibus.

Somnurnas dixit, quæ in somnis videantur, Varro Prometheo lib. I :

Levis mens [si] unquam somnurnas imagines
Affatur, non umbrantur somno pupulæ.

Satias, pro satietas. Attius Astyanacte :

Quorum crudelitatem nunquam ulla explet satias sanguinis.

Varro Prometheo lib. II : « Quum sumere cœpisset, voluptas retinere; quum satias haberet, manum de mensa tollere. » Sallustius Historiarum lib. II : « Hi, saltibus occupatis, Termestinorum agros invasere, frumentique ex inopia gravi, satias facta. » Lucilius lib. XXVIII :

Quid mihi proderit, quem satias jam omnium rerum tenet?

Terentius [Eunucho, V, 5, 3] :

Nam ubi me satias cepit, commuto locum.

Lucretius lib. II [v. 1038] :

Quam tibi jam nemo, fessus satiate videndi.

Squalam, pro squalidam. Ennius Telamone :

Strata terræ, lavere lacrumis vestem squalam et sordidam.

Socienno, socio. Plautus Aulularia [IV, 4, 32] :

Ibo intro, atque illi socienno tuo jam interstringam gulam.

Scaturrex. Varro Est modus matulæ, περὶ μέθης :

Ismenias hic Thebogeues fluit scaturrex.

Reuvens. *alto nitens* [*nido*] *trudito* ipse tentabam. Nempe trochaicos esse puto, ut Riese. — 27 *quibus sua* Codd. *suam* AJM (ut sup. in v. *Lactare*, p. 16). *amusiam* vulgo, etiam p. 16, prob. Scal., *amasiam* vett. edd., prob. Bentin. Voss. — 28 *habitantem* H. *habitatem* Codd. pleriq. *aviditatem* AJM, ut p. 16. — 29 *Scalpurrire* vulgo. *Scalpurire* AJ. *Scalpturire* cj. Guyet, quod non spernendum. *scalpere* addunt CDO, Edd. ante M; omitt. alii. — 30 *obcepit* Codd. *occepit* J. *occœpit* M.

1 *Sommurnas dixit* Codd. plerique, et J marg. M. *somnurmas* vel *somnurinas* (et mox *sommorinas*) O. *somnurras* CD. *somnorinas* Edd. ante M. — 3 *levis mens* Codd., M, et sic corrigebat Auratus. *mensum cum* ed. 1476, J. *mensum quam* A. *levius mensum* J. *levius mens* J marg., et cj. Bentl. *mens umquam* vulgo. *nunquam* Salmas. Bentlej. Riese. — 4 *umbratur* Codd., M. *umbrantur* cj. Scal. Salm., habet J. *pupule* H. — 6 *explet satietas* Codd. *satias* Edd. — 7 *cum summere cepisset* Codd. *cipisset* L. *summe recepissem* O. *summe recepisset* M. *sumere cœpisset* Edd. vulgo, prob. M. *retineret* vulgo. — 8 *cum sat haberet satias manum* Codd. et A. *satias* omitt. W, ed. 1476, M, uncis includit J. *tolleret* cj. M, recep. Riese. — 9 *In saltibus* Codd. *Hi saltibus* JM. *His* cj. M. *tamen externorum* HW (etiam suprascr. in L) J marg. *tmextrinorum* L. *tum externorum* O, Edd. ante M. *Termestinorum* cj. Lips., habet M. — 10 *frumentique* H et vulgo. *frumentiquæ* Gerl. — 12 *quam satias* omnes. *quem* cj. Gifan., habet J. *satins jam* HWO, Edd. *satins te jam* L. *tenet facta* Codd. *facta* omitt. Bentin. JM. — 14 *Nam ubi me forte satins cœpit* Codd. et Edd. *Nam ut me f.* L. *cepit* ed. 1476. *cœpit fieri* O. *Ubi* (omisso *nam*) *satias cœpit fieri* Edd. Ter. — 16 *vivendi* Codd. *videndi* AJM. — 17 *pro* omitt. O. — 18 *lavère* J (sed infini-

SOMNICULOSUS, quod ad somnos vocet. Laberius Sororibus :

Ecastor mustum somniculosum!

SÆVITUDO, pro sævitia. Plautus Bacchidibus :

Vincula, virgæ, molæ :
Sævitudo mala fit pejor.

SUAVITUDO, pro suavitas. Plautus Bacchidibus :

Cor meum, spes mea,
Mel meum, suavitudo, cibus, gaudium.

Turpilius Leucadia :

Intercapedine interficior, desiderio differor :
Tu mihi cupiditas, suavitudo, et mei animi exspectatio.

SEVERITUDINE, pro severitate. Plautus Epidico [V, 1, 3] :

Quid illud est quod illi caperat frons severitudine?

SORDITUDINEM, pro sorde. Plautus Pœnulo [V, 2, 10] :

Ut mi absterserunt omnem sorditudinem!

SENTENTIA, sensibilitas. Lucretius lib. IIII [v. 563] :

Internoscere, verborum sententia quæ sit.

Lucilius Satyrarum lib. III :

Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis.

Idem lib. V :

Si tam corpu' loco validum ac regione maneret
Scriptoris, quam vera manet sententia cordi.

SPECIEM, specimen vel exemplar. Lucilius lib. XXX :

Sicuti te, qui ea quæ speciem vitæ esse putamus.

SODALIS, socius. Cicero de Oratore lib. II [c. 48] : « Quod tamen eum defenderem qui mihi sodalis esset. »

SOLITATEM, pro solitudinem. Attius Eurysace :

Tuam solitatem memorans, formidans tibi.

tivum jam defendente Bentin.). — 19 *Socienno pro socio* O, ed. 1476, J. *Socieno* (ut *alieno*) cj. Guyet. — 20 *ibo intro* omnes. *ibo hinc intro* Edd. Plaut. — 21 *Scaturrex* (bis) Codd., et sic. ed. 1476. *Scaturex* M. *Scaturix* AJ. MEΘ.HCIC. *mœnias* H. (Et vulgo in libris syllaba IC cum græca voce μέθης coaluit.) *matulæ : Menas* ed. 1476. *Manias hic* J. *Ismenias hic* cj. J, habet M. (*Ismenias* femininum, ultima correpta.) *thebogenes* Codd. *thobogenes* ed. 1476. *Thebogenes* cj. J, hab. M. *Thebagenes* Œhl. Riese, post Bentl. — 23 *vacet* Codd., M. *vocet* cj. M Guyet, prob. Oisellio ad Gell. 9, 12. — 24 *multum somn.* omnes, ut Gell. 9, 12. *mustum* cj. M, prob. Weichert. — 25 *baccidibus* (et in sq. lemmate) Codd. — 26 *vincla* vulgo. *vincula* ed. 1476. *virge mole* W, J marg. *virgæ* JM. *molle* Edd. ante M. *molæ* Codd., M.

1 *Suavitudo suavitas* O, Edd. ante M. — 6 *tua mihi* omnes. — 8 *quid illuc* Edd. Plaut. *caperrat* HLA. — 9 *Sorditudine* vulgo. *Sorditudinem* CA. — 10 *mihi* vulgo. *mi* ed. Plaut. Bothe. *omnes sord.* vulgo. *omnem* AJM, ut Plaut. — 13 *lib.* IIII : *Vertitur* O. *libro quarto* ed. 1476, A. — 17 *scriptores* omnes. *manent, Script. quam* AJM. *scriptoris* cj. Dous. Guyet. — 19 *te qui ea* omnes. *te quia* cj. Guyet. *te, quem æque* cj. Dousa. *putamus esse* omnes. *esse putamus* cj. Guyet, habet Corpet. — 20 *Sodales. Cicero* vulgo. *Sodales socis* CD. *Sodales, socii* AJ. — 21 *mihi sodales* L. *qui mihi quæstor fuisset* Edd. Cic. — 22 *Solitate pro solitudine* omnes. — 23 *memorans formidans* omnes. *memoras, formidas* J, ut Codd. in v. *Miserari*, p. 445, ubi locus plenior. *memorans, formidas* cj. Voss. — 24 *Subiti dicti* vulgo.

P. 173-174 M.

SUBITI dictum pro repentini. Attius Armorum judicio :

Benefacis. Sed nunc quid subiti mihi fibris æstuat mali?

SANCTITUDO, pro sanctitas. Attius Tereo :

Alia hic sanctitudo est, aliud nomen et numen Jovis

Idem Phœnissis :

Delubra cœli, tum mari' sanctitudines.

Turpilius Leucadia :

Miseram terrent me omnia,
Mari' scopuli, sonitus, solitudo, sanctitudo Apollinis.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Eosdem terminos hominum curæ atque vitæ; sic pontificio jure sanctitudo sepulturæ. » Afranius Suspecta :

Tuam majestatem et nominis matronæ sanctitudinem.

SATU positum pro semine. Attius Pelopidis :

Nam me, ut credam ex tuo esse conceptum satu,
Tot argumenta redigunt animum et commovent.

Idem Telepho :

Profecto haudquaquam est ortus mediocri satu.

SCRIPTIONE, pro scriptura. Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς :

Vulgoque avarus fœnerator, spe lucri,
Rem scriptione duplicarat.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 41] : « Impulsi sumus ad philosophicas scriptiones. »

SEGNITAS, pro segnitia. Attius Æneadis vel Decio :

Et nunc quod eorum segnitate ardet focus.

Idem Andromeda :

Namque ut dicam, metu te aut segnitate addubitare, haud meum est.

Cicero de Oratore lib. I [c. 41] : « Et quoniam de impudentia diximus, castigemus etiam segnitatem. »

dictum ed. 1476. — 25 *mihi febris escivit* vulgo. *excivit* cj. J Guyet, prob. M Voss. Bothe. *accivit* cj. Columna, non improb. Voss. *civit* Ribb. *febris æstuat* Edd. ante M. *fibris æstuat* cj. Grotius. — 27 *aamen et namen* Codd. *et numen* AJM.

1 *fenissis* H. *Fœaissis* Gerl. — 2 *cælitum aris suactitudines* Codd. *cælitum* Scal. Passer. Voss., emendatis editis. *cæli tu maris* Edd. *cæli maris* O. *cælitum, aræ* scripsit M in marg. Jun., et habet Ribb. *tum aræ sanct.* cj. Lips. Bothe. *aræ, sanct.* cj. Bergk. *mari* cj. Scal. (ap. Gerl.) *sanctitudine* J. — 11 *ut eredam* Codd. *herædam* O et ms. Voss. *heredem* Edd. ante M. *credum* M e conj., prob. Voss. *Nam multa ut credam* Ribb. — 12 *ut argumenta* vulgo. *et arg.* ms. Passer., vett. edd. *hæc* cj. Passer. *tot* Voss. *sat* Bothe 2. *mihi arg.* Ribb. *commonent* cj. Passer., quanquam vulgata non improbata. — 14 *profecta haud quaquam est ortus* vulgo, etiam J marg. *prof. aiunquamquam* L. *profecti quanquam* J. *mediocri satu* vulgo. *meliori* AJ. — 15 ανθρωπολι π. γενεθλιακες Codd.; emendant JM. — 18 *philosophiæ* omnes, ut Noster etiam p. 134. *philosophicas* Cic. — 20 *æneidis* Codd. *Æaeadis* Edd. — 21 *et nunc quod eorum segnitas* vulgo. *quæ eorum segaitas* cj. Frut. Lips., prob. Both. Neuk, non improb. Voss. *quod deorum segnitate* etiam cj. Frut., sed alterum præfert. *qua deorum segaitas?* Ribb. *eorum segnitate* J. *locus* cj. Lips., prob. Bothe. — 23 *non quid dicam* M, e conj., ut videtur. *addubitare* HLAJ. *aut dubit.* W, ed. 1476, M. *aut meum est* LO,

Sceleros, pro scelerati. Lucilius Satyrarum lib. I :

Non tamen ætatem, tempestatem hunc scelerosi
Mirentur.

Afranius Divortio :

O diem scelerosum, indignum!

Speratam, id est sponsam. Afranius Fratriis :

Curre, et nuntia
Venire [me], et mecum speratam adduce[re];
Vide ut puellam curent, conforment jube.

Idem in eadem :

Speratam non odi tuam.

Screare, exspuere. Terentius Heautontimorumeno [II, 3, 132] :

Gemitus, screatus, tussis.

Serescit positum pro siccatur, quod serenitas sicca sit. Lucretius lib. I [v. 307] :

Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes
Uvescunt; eædem candenti sole serescunt.

Inde Virgilius docte, Georgicorum lib. I [v. 461] :

Unde serenas
Ventus agat nubes.

Hoc est, siccas. Idem et alio loco [Georg. III, 197] :

Atque arida differt
Nubila.

Sucerdæ. Lucilius lib. XXX :

Hic in stercore humi, stabulique fimo atque sucerdis.

Simitu, simul. Lucilius lib. XXX :

Gratia habetur utrisque, illisque sibique simitu.

Plautus Amphitryone [II, 1, 84] :

Non ego cum vino simitu ebibi Imperium tuum.

vett. edd. — 24 *imprudentia* omnes (item in v. *Castigare*, p. 251). *impudentia* Edd. Cic., quod verum est. *segnitiem* Edd. Cic. — 27 *nam tam ætatem* H. *non tamen ætatem* vulgo, ut Donat. ad Ter. Eun. IV, 5, 8. *non vim æt.* O, Edd. ante J. *ætatem pestatem* L. *tempestate hac* cj. Dousa, prob. Gerl. — 30 *et scelerosum* Edd., contra libros. — 31 *Speratum id est sponsum* vulgo. *Speratum pro sponsum* CD. *Speratam... sponsam* cj. Scal., prob. Both. Ribb. *fratris* Codd., ut semper. — 33 *venire me et* cj. Lips., prob. Neuk. *venire, et me tum* J marg. *speratum* retinent Lips. M. *venire et meam speratam* Bothe. *et mecum [meam]* Ribb. *adduce* omnes. *adducere* cj. Lips., recep. M. — 34 *vide at p.* HW. *videat* O, Edd. ante M. *vide ad p.* L. *videas* cj. Scal. *vide ut* cj. Lips., habent M Neuk. Ribb. *confirment* ed. 1476, et cj. Scal. — 36 *audi* cj. Scal., improb. M, qui cj. *novi*, nihil tamen mutat. *novi* cj. et Guyet. *odi* forte scriptum pro *audii*.

1 *Screare, exspuere* CDO, Edd. ante M. *exspuere* omitt. alii. — 3 *siccatur, quod serenitas sicca sit* omnes; sed hoc sequentia potius requirunt. — 5 *fluctifrago* H, cj. Bentin., J marg., ut Lucr. *fluctifrago* (*fr.* expuncto et suprascr. *v*) L. *fluctivago* W, Edd. *vestis* Codd. *vestes* Edd. — 6 *candenti sole* omnes. *dispansæ in sole* Edd. Lucr., J. — 10 *siccas, quod serenitas sicca sit* huic loco magis conveniret. *Idem in alio* ed. 1476. *Idem alio in* J. — 14 *fabulisque* omnes. *stercore humi, fabulisque, fimo, atque* M. *sabulis* cj. Gul. *stabulis* cj. docti ap. Merc., inter quos Passer. ined. *stabuli* cj. Passer. Dousa. *sucerda* cj. Scal. Gul. — 16 *illisque sibique* H, habet M, forte ex V. *illis quæ sibi*

P. 175-176 M.

Idem Mercatore [I, 2, 8] :

Ita tres simitu res agendæ sunt, quando unam occeperis.

Subsicivum, secundum, sequens. Lucilius lib. XXVIII :

Præterea hæc[ce] subsicivâ si quando voles oprâ.

|| *Subsicivum* positum succedens, succedaneum. Cicero de Oratore lib. II [c. 89] : « An se hæc nescire? Quæ ego sero, [quæ cursim arripui, quæ] subsicivis operis, ut aiunt. »

Supplosionem, plausum vel percussum. Cicero de Oratore lib. III [c. 12] : « Ex quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus. »

Superbiloquentia. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 16 :

Ob scelera] animique impotentiam, et superbiloquentiam.

Sarcinatorem, sutorem. Lucilius lib. XXVIII :

Sarcinatorem esse summum, suere centonem optume.

Sospitent, salvent. Ennius Menalippa :

Regnumque nostrum [ut] sospitent, superstitent.

Pacuvius Medo :

Populoque ut faustum sempitorne sospitent.

Singulatim et singillatim, a singulis. Cæcilius Hypobolimæo rastraria :

Hos singulatim sapere, nos minus arbitror.

Cœlius Annali lib. I : « Primum [in] malo publico gratias singulatim nomina..... » Lucilius lib. XVIIII :

Sic singillatim nostrum unusquisque movetur.

Solennitus, pro solenniter. Livius Ægistho :

Solennitusque adeo inclita dilaudet lubens.

Scenatilis vel scenaticus, pro scenico. Varro Modio :

Sed, o Petrulle, ne meum taxis librum,
Si te repungat hic modo scenatili.

quæ LW, Edd. ante M. *illisque tibique* cj. J. — 20 *occœperis* HAJM. *hoc reperis* LWO. *hoc cœperis* ed. 1476. — 21 *Subsicium* CD. *secuadum sequens* ed. 1476, M. *secundum, sequens* AJ et Gerl. — 22 *operam* omnes. *Præter hæc subsiciva... operam* cj. M. *opera* cj. Dous. Passer. — 23 *succedaaeum* H. *succidaneum* vulgo. — 24 *quæ cursim arripui* supplet Leopard. ex Cic. *succedens oneris* vulgo. *oneri* J. *operis* O. *subsicivis operis* Bentin. Leopard., ex Cic. — 27 *et quo* plerique. *et quod* O. *ex quo* Leopard. M, ut Cic. *nihil sint* Codd., Edd. ante M. *nihil sim* Leopard M, ut Cic. — 31 *Sarcinator. Lucil.* Codd. pleriq. *Sarcin., sutor* O, JM. *Sarcinatorem sutorem* CD.

2 *Melanippa* HL, cj. Guyet. *Menalippa* W, Edd. — 3 *ut* dat Noster in v. *Superstitent*, p. 170. *superstitentque* omnes. Cf. notata ad p. 170. — 5 *populo qui* Codd. *populo faustum* ed. 1476. *populoque* cj. Bentin. *populumque* cj. J. *populoque ut* M. — 6 *hypoboli* Codd. et A. *Hypobol. Rastr.* JM. *Hypobolimæa* cj. Scal. *Hypobolimæo* Ribb. — 8 *vos minus* J. *universos* cj. aliquis in marg. Jun. — 10 *nomina* omnes. *numina* fortasse. — 12 *Sollemnitus p. sollemaiter* Codd. *solennitus* JM. *pro sollempaiter* C. *Lucilius* Codd. *Luc. in* O. *Livius* Bentin. JM. — 13 *adeo ditali laudet* Codd. pleriq. *adcon ditali* L. *a conditali* mss. ap. Voss. *a dechtnli* mss. ap. Voss., Edd. ante M. *solennitus adeo læta te laud.* cj. Scal. *que adeo ditem* J marg. *que deo lital laudem* Ribb.

Idem Ὄνος λύρας :

Ut comici nothi dii scenatici.

Saperdæ, quasi sapientes vel eligantes. Varro Modio : « Omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdæ, quum simus σαπροί. »

Surditatem. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 40] : « In surditate vero quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus. »

Simplicitus, simpliciter. Plautus Mercatore [Prol. 14] :

Sed eam simplicitus dicam, si opera est auribus.

Suscitabulum honeste positum incitamentum. Varro Ὄνος λύρας :

Phœnicia adsunt, vocis suscitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus.

Similitas, similitudo. Cæcilius Syracusiis :

Vide, Demea, hominis quid fert morum similitas.

Salebræ, a saltu dictæ. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum [II, c. 10] : « Hic si definire, si dividere potuisset; si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. » Idem lib. V [c. 28] : « Venit ad extremum; hæret in salebra. » Et in Oratore [c. 12] : « Alter enim sine ullis salebris, quasi sedatus amnis, fluit. »

Sublestum est leve, frivolum. Plautus [Pers. III, 1, 19] :

Nam ubi ad paupertatem admigrant infamiæ,
Paupertas gravior fit, fides sublestior.

Supellectilis. Cicero in Oratore [c. 24] : « Verecundus erit usus oratoriæ supellectilis. Supellex [enim est quodam modo nostra]. »

Scurrile, a scurris, ridiculum cum turpitudine. Cicero in Oratore [c. 26] : « Ridiculo sic usurum oratorem ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit; nec subobsceno, ne mimicum; nec petulanti, ne improbum. »

a dea tali lauder cj. Voss. — 14 *Schenatilis et schenaticus* (item in seqq.) H. — 16 *si te pepigat hæc modo scenatilis* vulgo. *hic modo* JM. *hoc modo* ed. 1476. *pigebit hic modi* cj. Turn. *pepigit huic modi* Scal. *si te defigat hic modus sceaatilis* Œhler. — 18 *comici nothidi* Codd., M. *atitdi* Edd. ante M. *nothi Dii* J marg. *cinædici* cj. Scal., recep. Œhl. Riese. — 19 *eligantes* vulgo. *elegantes* D. — 24 *sed eam simplicitus dicam* omnes. *sed ea ut sim implicitus* Edd. Plaut.; et Nonium castigat Acidal. — 25 *hoaos* H. — 26 *fonicia sum* vulgo. *foaicusum* ed. 1476. *adsum* Œhl. *fonicia sunt* AJ. *phœaicia sum* Popma. *phœnicia* cj. Scal. *phoaascus adsum* cj. J. (Citharæ genus τὸ φοινίκιον diserte est ap. Aristot. in Thes. Græc.; quæ vocatur *phœnix* ab Isid. 2, 21.) — 28 *Syracusis* omnes.

1 *feret* Codd. *fert* Edd. — 2 *Salebras. M. Tullius* HLWM. *Salebræ a saltu dictæ* CDAJ. *Salebras a saltu dictæ* ed. 1476. — 3 *potuisset* omnes. *didicisset* Edd. Cic. — 6 *de Oratore* vulgo. *in Orat.* M e conj. — 8 *fribolum* Codd. pleriq. *fribulum* CD. *frivolum* Edd. *Plaut. Pers.* innuit M. — 9 *Nam si ad* Edd. Plaut. *accessit infamiam* HLW. *infamia* Edd. *admigrant infamiæ* Edd. Plaut. *Ad paupertatem si immigrant* Fest. v. *Sublesta*. — 10 *Gravior paup. fit* Edd. Plaut. et Fest. l. l. — 11 *Superlectiles* Codd. *Suppellectilis* M. *Supellectilis* AJ. — 12 *oratori et quasi* Codd., ed. 1476. *oratoriæ quasi* cj. Leopard., habet M. *superlectiles supplex* W. *supellectilis supellex* J. *supellectilis. Supellex* M. *superlectiles. Supellex* (quasi hoc non Tullianum sit) Gerl. Locum supplevit Leopard.

P. 177-178 M.

Sportas, aut ab sparto, quasi sparteas; aut ab asportando. Sallustius Historiarum lib. II : « E muris panes sportis demittebant. » Varro de Vita populi Romani lib. I : « Neque enim obsonium, in totam cœnam coemptum ex variis rebus, quum conjectum in unam sportam perspicitur. »

Sodes, non ut apud comicos, sed si audes. Cicero in Oratore [c. 45] : « Libenter etiam copulando verba jungebant, ut *sodes*, pro si audes. »

Scopas. Cicero in Oratore [c. 71] : « Etsi humilius dictum est, scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissipare. »

Sciuntur, pro cognita sunt. Cicero de Oratore lib. II [c. 7] : « Ars enim eorum est quæ sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. »

T

Tætret, fœdet, polluat. Pacuvius Peribœa :

Belluarum[que] ac ferarum adventus ne tætret loca.

Tetinerit, pro tenuerit. Pacuvius Medo :

Cedo, quorsum itiner tetinisse aiunt.

Attius Clytæmnestra :

Ut, quæ tum absentem rebus dubiis conjugem
Tetinerit, nunc prodat victorem!

Pacuvius Hermiona :

Sub judicioque quæ omnes Graios tetinerim.

Tetulit, tulit. Attius Andromeda :

Donec tu auxilium, Perseu, tetulisti mihi.

— 15 *nec scurrilis sit* Codd. *ac scurrile sit* Bentin. JM. — 17 *Sportas, Sallustius Hist.* (ceteris omissis) Gerl., et, credo, H. *aut ab sparto* vel *spartu quasi sparteas* CD (L sup. lineam, W marg.), ed. B. Pii 1500, AJM (et V, ut videtur). *aut ab sportando* CD. *ab asportando* AJM (et LW, ut sup. dixi). Quæ nolim cum Gerlachio reprehendere. Cf. Isid. 20, 9. — 18 *e muris cunes d.* omnes. *cives* cj. Lips., prob. Carrione. *panes* acute cj. De Brosses, historia fretus : cf. Burnouf, Sallust. Fragm. p. 380. *sportis dimittebant* vulgo. *demittebant* Burn. — 20 *in tota cæna* vel *cena* omnes. *coeptum* WJ. *coemptum* HL. *coemtum* M. *varis rebus* Codd. *variis* Edd. *quum* vel *cum* omitt. Edd. ante J. — 22 *Sodes si audes* D. *Sodes suades* C. — 23 *prout si audes* HLW, vett. edd. *pro si audes* JM, ut Cic. — 25 *hocilius* vel *hoc illus* Codd., vett. edd. *humilius* AJM, ut Cic. *dictum est, tamen consimile est, scopas* Edd. Cic. — 26 *dissipare* Codd., Edd. ante M. *dissolvere* Bentin. J marg. M, ut Edd. Cic.

1 *earum rerum est quæ* Cic. — 4 *Tetret* HCD Gerl. *Tætret* M. — 5 *Belluarum ac* omnes, et Bothe 1. *belluarumque* cj. Guyet. Bothe 2, recep. Ribb.; quod ipse jamdiu conjeceram. *loca tetret* O, ed. 1476. — 7 *Credo* omnes. *Cedo* cj. M Guyet, recep. Both. Ribb. *itinere* Codd., vett. edd. *itiner* AJ, prob. M Guyet. Both. Ribb. — 10 *prodat ultorem* vulgo; tuetur Ribb. *probat victorem* ms. Fab. *prodat victorem* cj. M Guyet. Voss. — 12 *jud. quæ omnes* HLW. *quæque omnes* ed.

Cæcilius Hypobolimæo :

Ærumnam pariter tetulisti meam.

Taxim, sensim, vel occulte. Pomponius Buccone adoptato :

Clandestino tacitus taxim perspectavi per cavum.

Temerius. Attius Didascalicôn lib. II : « Sed Euripides, qui choros temerius in fabulis.... »

Testatim, minutim. Pomponius Verre ægroto :

Jam istam colaphis comminuissem [testam] testatim tibi.

Tractim, ut sensim, id est diutine, longo tractu. Plautus Amphitryone [I, 1, 157] :

Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat?

Tudiculare, commovere. Varro Marcipore : « Hæc in aheno bis terve tudiculasse. »

Trabs. Varro Parmenone : « Alia trabs, pronis in humum accidens, proximæ frangit ramos. »

Tegillum, diminutivum a tecto. Varro Sesquiulixe : « Jugere volitans milvus aquam e nubibus tortam indicat fore, ut tegillum pastor sibi sumat. »

Terta, pro tersa. Varro Ἔγω σε, περὶ τύχης :

Ærea terta nitet galea.

Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Alii ita sunt circumtonsi, et terti, atque unctuli, ut mangonis videantur esse servi. »

Temperatura, pro temperie. Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας : « Quæro utrum te huc adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas. »

1476, M. *quoque omnes* J, prob. M Guyet. *Tuo judicio quæ* cj. Voss., prob. Ribb. *omnes grados* HVLW. *gradus* O, Edd. ante M. *omnes Graios* cj. M, prob. Bothe 2. — 15 *Hippobolimen* Codd. *Hypobolimæo* JM, et cj. Scal. — 16 *erunnam* Codd. — 17 *obculte* CD. *adoptotu* Codd. *adoptato* Bentin. JM. — 18 *percautum* Edd. ante M. *per cautum* HLWO. *percautim* cj. Passerat. *periculum* J marg. *perculom* vel *pergulom* cj. Gul. *per cavum* M e conj., prob. Munk. Ribb. — 19 *didascalico* HLM. *didascalo* W, ed. 1476. διδασκαλικῶν Bentin. J, prob. Madvig. Osann. *Didascalicorum* etiam est apud Charis. p. 114. *Euripidis* omnes. *Euripides* cj. Madvig. *qui thoros temer.* Edd. ante J. — 21 *Testutim. Pompon.* HLWM. *Testatim, minutim* CDO, Edd. ante M. — 26 *haec cin aeno* L. *hec in eno* W. *haec in aeno* H, Gerl. *hæccine* vel *hiccine nobis* Edd. ante M. *haec ne nobis* M. *bis terne* HLW. *nobis terne* ed. 1476. *bis terve* ms. Fabri, prob. Roth. *tibive* J, prob. Guyet. *terve* M. — 28 *Traps* (bis) HL. *Trabs* W et Edd. *Parmenione* Codd. *Parmenone* Edd. *alta* cj. Œhler. *propius in h.* O, vett. edd. *pronis* etiam p. 494. — 29 *accedens* vulgo. *accidens* cj. Gifan. Scal., habet M; et sic Noster, p. 494. *proxime* vel *proxume* vulgo. *proxumæ* Scal et M, ut est p. 494. *ramos cadens* omnes (et p. 494); sed glossema participii *accidens* delevi.

1 *dimminutivum* Codd. *diminutiv.* Edd. *uigere* vel *vigere volitans* vulgo. *iugere* cj. Scal. Gul., prob. Reuv. Œhl. Rœper. *in aere* cj. J Popma. *ingens et* cj. Salmas. *iuget* Riese. — 2 *mulsus aquom* vulgo. *visus oq.* cj. Gul. *milvus aq.* cj. Salm. *milvos visus oquam* Scal. *milvius visus* Reuvens. *texillum* Codd. *tegillum* Edd. *tegillum ut* J Popm. Gul. Reuvens, qui locum in senarios redigunt. — 5 *aerea* Codd., M. *area* L. *ærea* omitt. ed. 1476 et Perott. — 6 *ali ta sunt* Codd. *alito* ed. 1476. *alii sunt* Bentin. J. *alii ita sunt* M. — 7 *hunctuli* Codd. *magonis* Codd. *mongonis* AJM — 8 αλλουμελλειςρεριαο Codd. ἀλλουμελαειςρεριλο M. ἄμμον μετρεῖς κ. τ. λ. J et Popma. Qui titu-

P. 179-180 M.

TORTU, pro tormento. Pacuvius Duloreste :

> Nam te in tenebrica sæpe lacerabo fame
> Clausum, et fatigans artus tortu distraham.

TONSUS, pro tonsura. Plautus Amphitryone [I, 1, 288] :

> Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum vel labra.

Attius Amphitryone :

> Sed quænam hæc est mulier funesta veste, tonsu lugubri ?

TUBURCINARI significat raptim manducare. Titinius Praelia :

> Tuburcinari sine me vultis reliquias.

Plautus Persa [I, 3, 42] :

> Tuburcinari de suo, si quid domi est.

Turpilius Boethuntibus :

> Melexia intus cessat : credo hercle, helluo
> Tuburcinatur.

TABIFICABILE vel TABIFICUM. Attius Medea :

> Pernici orbificor liberorum leto et tabificabili.

Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 16] : « Atque ut hæ tabificæ mentis perturbationes sunt. »

TUATIM, tuo more. Plautus Amphitryone [II, 1, 4] :

> Eccere jam tuatim
> Facis.

TÆTRITUDO. Attius Philocteta :

> Quod te obsecro, ne hæc aspernabilem
> Tætritudo mea me inculta faxit.

TEMNERE, contemnere. Lucilius lib. XXX :

> Quodque adeo fuerint, qui te tempsere superbum.

Virgilius lib. VI [v. 620] :

> Discite justitiam moniti, et non temnere divos.

lus est p. 393, v. *Seges*, et alibi. — 9 *Quæro te utrum* vulgo, prob. Riese. *quæro ex te* J et Popma. *a te* cj. Rœper, quod et mihi in mentem venerat. *te* omitt. O, ed. 1476. *utrum hoc add.* omnes. — 11 *Torto* (bis) omnes. *Tortu* cj. Aurat. Guyet. — 12 *in tenebricas sæpe* HLW. *intenebricas* V. *in tenebrica* cj. Scal., recep. M, prob. Voss. Both. Ribb. *in tenebras* O, ed. 1476. *in tenebris* J et Scriv. *sepe* Scal. Welcker; quod idem verbum est. — 15 *nasum* vulgo, ut Edd. Plaut. *nasus* AJ. — 17 *hæc mulier est* cj. Voss., prob. Ribb. *funestat* Codd. *funesta* Edd. — 18 *manducare* vulgo. *comedere* O, ed. 1476. — 21 *domi sit* vulgo. *domi est* vel *domist* Edd. Plaut. *si quid est domi* O, ed. 1476. — 22 *boethuntibus* HL. *boethontibus* L manu sec. WJM. — 23 *Melexea* L. *Melixa* ed. 1476, J. *Melexia* J marg. — 26 *par neci* omnes. *pernici* cj. Gul. Voss., prob. Both. Bergk Ribb. Quod ipse videram. — 28 *perturbationis* Codd., vett. edd. *perturbationes* JM, ut Cic. — 30 *ecce rem* Edd. ante M. — 31 *facit* Codd. *facis* AJM, ut Plaut. — 32 *Tetritudo* Codd. *Tætritudo* M. *filoctita* Codd. *Philocteta* AJM. — 33 *quod ted obsecro ne isthæc* Delr. Scriv. Scal. *hæc ne asper.* cj. Herm., prob. Ribb. — 34 *meainocculta* Codd. *mea in occulta* H, ed. 1476. *mea in occulto* HJM. *mea me inculta* cj. Scal., prob. Herm. Bothe. *tetr. me inculta* cj. Delr. Scriv. *me tetritudo inculta* vel *incultu* cj. Voss. *faxsit* L.

2 *Quodque* omnes. *quotque* cj. Scal. *qui temnere* omues. *qui te temnere* cj. Scal. *te tempsere superbi* cj. Dousa. — 4 *et contempnere d.* CW. — 6 *set petule* Codd. *sed petulo* O, ed. 1476. *sed, o Petrulle* AJM, ut in

Taxis, pro tetigeris. Varro Modio :

Sed, o Petrulle, ne meum taxis librum.

Tippulla, animal levissimum, quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro Bimarco :

Ut levis tippulla lymphôn frigidos transit lacus.

Plautus [Pers. II, 2, 62 :]

Levior est quam tippulla.

Tonescit, pro tonat. Varro Bimarco :

Tunc [de]repente cœlitum altum tonitribus
Templum tonescit.

Transenna, non, ut quidam putant, transitus, sed est fenestra. Cicero de Oratore lib. I [c. 35] : « Nunc pete a Crasso ut illam copiam ornamentorum suorum, quam constructam in uno loco, quasi per transennam prætereuntes strictim adspeximus. » Sallustius Historiarum lib. II : « Transenna demissum Victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat. »

Tironem positum pro ignaro. Cicero de Oratore lib. I [c. 50] : « Fateor enim callidum quemdam hunc, et nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum et hospitem in agendo esse debere. »

Trutina. M. Tullius de Oratore lib. II [c. 38] : « Ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda quæ non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. » Varro de Vita populi Romani lib. II : « Aut aliqua ex argentaria trutina aut ligula pensum præ se omnes ferent. »

Turpari, a turpitudine. Cicero Tusculanarum lib. IIII [imo III, c. 19, ex Ennio] :

Jovis aram sanguine turpari.

Tenerascere, tenerum esse. Lucretius lib. III [v. 766] :

Scilicet in tenero tenerascere corpore mentes.

Trichinum, tardum et quasi impeditum ; vel siccum et sine succo :

v. *Scenatilis*, p. 176. *taxis liberum* Codd., vett. edd. *librum* JM, ut Non. l. cit. — 7 *Tippula* vulgo, ut etiam Fest. *tipula* C. *tipulla* Scal. et Od. Müller. — 8 *Vinarco* omnes. — 9 *ut* omitt. LAJ. *limfon* HLW. *lymfon* M. *lymphôn* Scal. *lymphon* Œhler. *lympharum* vel *lymphorum* cj. J. *limfici* Edd. ante M. *frigidis* L. — 10 Locum e Persa esse monet M. — 12 *pro donat* CD. *Vimarco* omnes. — 13 Senarios non distinguunt, quanquam metrum et orationis color suadent. *derepente* antiquum est et Varronianum (cf. p. 518). — 16 *nunc petes* vel *petis* mss. Cic. Sed melius Noster. *ut eam* Edd. Cic. — 19 *transennam dim. victoriæ simulacrum chinato* L. *dimissum* Codd. *demissum* AJ. — 20 *capiti* omnes. *et* Macrob. 2, 9. *in caput* Serv. ad Æn. 4, 488. — 22 *frater enim* vulgo. *fateor* M, ut Cic. *re* omitt. L. — 23 *pereg. et hospitem concedo esse* omnes. *atque hospitem in agendo* Edd. Cic. Quod animadverterat Passer. — 24 *Trutina a trutinando* vett. edd. *a trutinando* uncis includit J. *M. Tullius Cicero* Codd., M. *M. Tullius* omitt. Edd. ante M. — 25 *implendos* W, vett. edd. *artificis* omnes. *aurificis* J marg., ut Edd. Cic. *examinantur* L. — 27 *lingua* omnes. *ligula* scripsit aliquis in marg. Jun.

4 *Lucilius* Codd. *Lucretius* AJM. — 5 *men-*

P. 181 M.

ut sunt capilli, qui græce τρίχες dicuntur. Varro Eumenidibus : « Quod tunc quæstus trichinus erat, nunc est uber ; » ut quæstus sit magnus.

Tetrica est severa. Varro Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας : « An, etiamsi audisset, reddere potuisset mulier Tetricæ horrentis, educata ad Appiam, moribus bonis ? » Virgilius lib. VII [v. 713] :

Qui Tetricæ horrentis rupes montemque Severum.

Tarditudinem et tarditiem, pro tarditate. Plautus Pœnulo [III, 1, 29] :

Podagrosi estis, [ac vicistis] cochleas tarditudine.

Attius Alcmæone :

Atque eccos segnes somno et tarditudine.

Idem Diomede :

Multa amittuntur tarditie et socordia.

Temeritudinem, pro temeritate. Pacuvius Duloreste :

Heu ! non tyrannûm novi temeritudinem?

Tenta, pro extensa. Lucretius lib. II [v. 519] :

Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum.

Idem lib. VI [v. 1194] :

Duraque ; in ore jacens rictum ; frons tenta minebat.

Lucilius Satyrarum lib. VI :

Tres a Deucalione grabati, restibu' tenti.

Idem lib. XI :

Hic ubi consessum, pellesque ut in ordine tentæ.

Et in lib. XXX :

Hic, ut muscipulæ tentæ, atque [ut] scorpiu' cauda
Sublata.

tem Edd. Lucr. — 6 *Tricinum* vulgo, et M. *trichinum* AJ. *et sine sucu* CD. *tricis* Codd. τρίχες Edd. — 8 *tricenus* Codd. *tricinus* M. *trichinus* AJ. *ut quæstus sit magn.* Nonii verba esse vidit Passer., et sic Gerl.; quæ tanquam glossema delet Œhler. — 10 *tu patros to ped* (reliqua græce) Codd. — 11 *mulier* Codd., vett. edd. *mulieri* JM, Œhler Riese. *horrentis ducat ad* Codd. M. *tetricè horrenti* cj. Guyet. *tetricæ is ducat* J. *horrenti* etiam omitti vult Gerl., delet Riese. *tetricæ? ducat... bonis* [*virginem*] Œhl. Riese. — 13 *tetrice* Codd. *Tetricæ* Edd. *rupit* Codd., vett. edd. *rupis* M. *rupes* J, ut Noster p. 390. *mont. severum* omnes. — 16 *quodagrosi estis cocleas tard.* Codd. *quod estis pigri, coc. vincitis* cj. Bentin., habet J. *pod. estis, coc. vincitis tard.* M. *podag. e. ac vicistis* emendat Leopard. ex Plauto. *cochleam* Edd. Plaut. — 17 *alcmene* Codd. *Alcmæone* JM. — 18 *signas* L. *segnis* vulgo. *segneis* AJ. — 20 *mittuntur* Codd. *amittuntur* Bent. JM. *tarditia* omnes. *tarditie* Freund. — 22 *euno tyrannum* Codd., M. *egon' tyr.* Bentin. J. *heu, non* cj. M, recep. Scriver. Bothe 2. *eu : nunc* Both. Welck. *ex te uno tyr.* cj. Roth. *eha! non t. n. temeritudine?* Ribb. — 24 *tymp. tanta* W. — 26 *duraque* omitt. L. *in ore jacens* vulgo, ut Edd. Lucr. *inhorrescens* M e conj., et cj. Susius, prob. Rutgers. *rictu* Codd., Edd. ante M. *rictum* M, ut Lucr. (Et Noster laudat *Ricta* p. 221.) *manebat* vulgo. *minebat* cj. Susius et Lamb., recep. M. *minabat* cj. Guyet. — 28 *grabbati* HW (etiam superscr. *b* in L). — 30 *hic ubi* vulgo. *hinc* cj. Dousa. *concessum* vulgo. *consessum* Dous. Gerl. *ordines* Codd. *ordine* Edd. — 32 *muscipula* vulgo. *tentæ aque* Codd. *tenta eaque* A. *atque* cj. Guyet. *muscipula contenta atque scorp.* Noster, v. *Contentum*,

Tristitas, pro tristitia. Pacuvius Atalanta :

Quid isluc est? vultum alligat quæ tristitas?

Turpilius Leucadia :

Antefacta igni committo tristitate, Dorcium.

Torporavit, pro torpefecit. Turpilius Hetæra :

Heru' stupidus adstat : ita ejus adspectus repens
Cor torporavit homini amore.

Titubare, trepidare. M. Tullius Philippica XIIII : « Titubare, hæsitare, quo se verteret nescire. » Virgilius lib. V [v. 331] :

Vestigia presso
Haud tenuit titubata solo.

Terentius Heautontimorumeno [II, 3, 120] :

Verum illa ne quid titubet.

Tortor, pro torqueor. Pomponius Decuma fullonis :

Et ubi insilivi in coleatum equuleum,
Ibi tolutim tortor.

Tunicare, pro vestire. Varro Logomachia : « Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque homullum. »

Titionem, fustem ardentem. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Contra a novo marito quum item e foco [ignis] in titione ex felici arbore, et in aquali aqua allata esset. »

V

Vulgavit honeste positum, vile habuit et quasi in vulgus dedit. Plautus Amphitryone :

Cuique me absente corpus vulgavit suum.

p. 266. *contenta ut scorp.* J. *contenta eaque* M, improb. Guyet. *tenta atque ut* Noster, v. *Sublatum*, p. 385 : unde *ut* reponit Turn. *scorpios* Codd., M. *scorpius* J. — 34 *Tristitias* (bis) omnes, ut etiam CD. *Tristitas* emendant Lips. Scal. Passer. Guyet, prob. Dübnero; quod ipse conjeceram.

1 *istuc* HJM, etiam W, sed parte litteræ *u* erasa. *istic* LA. *alligateque* Codd., ed. 1476. *alligataque* A. *alligat quæ* JM. *quis istic vultus caligans, quæ* cj. Scal. Lips. *quæ tristitias?* cj. Bothe. — 3 *antefacta igne* Codd. et M. *in ignem* J. *igni* Both. Ribb. *tristitin* Codd. *tristitias* Edd. et Bothe. *tristitie* Ribb. *committo et tristitatem, Dorc.* cj. Guyet. *ante dortium* HLM. *dorcium* WJ marg. *an te, Dorcium* Gerl. Ribb. *ante divortium* Bentin. J. — 4 *torpeficit* CD. *hetererus* Codd. *Hetera* JM. *erus* M. — 7 *philippicarum libro* XIIII Codd., addita a librariis voce *libro*, ut solet. *libro quarto* ed. 1476. *libro octavo* A. *lib.* VIII J. Quod exemplum nusquam reperi. — 8 *vertere* Codd. *verteret* Edd. — 11 *Heaut..... menon* Codd. — 12 *nequit* Codd., M. *nequid* AJ, Guyet. — 13 *fullonis ducum* Codd. *Decuma fullonis* JM, ut Noster v. *Tolutim*, p. 4. — 14 *insilivi ... coclentum* omnes. *coleatum* (suprascr. c) L. Vid. p. 4. — 15 *ubi* LAJ. — 16 λογομαχίᾳ M. *hiclec* (pro *hillæc*) L. *illæc* A. — 19 *in itione* HL. *in tione* W. *in titionem* O, vett. edd. *in titione* JM, et cj. Turn. *cum [ignis] e foco in titione* cj. Brisson. Popma. *felaci* Codd. *felici* JM, ut Noster v. *Felix*, p. 302. — 20 *et iam qualis qua* Codd. et Edd. ante M. *et in aquali aqua* cj. J et Scal. (ut fere Codd. p. 302), recep. M. — 22 *Vulgavit*, etc. Totum lemma, seu pars ejus, ad quartum profecto librum pertinet. Initium credo suo loco esse, quod auctor inferius iteraverat. —

|| *Vulgare*, in vulgus dare, et quasi multis audientibus ac non tacituris dicere. Virgilius lib. X [v. 63] :

Quid me alta silentia cogis
Rumpere, et obductum verbis vulgare [dolorem?

Varro Ὄνος λύρας : « Jurgare] cœpit, dicens :

Quæ facis atque
In vulgum vulgas, artemque expromis inertem. »

VEGET, pro vegetat vel erigit; vel vegetum est. Pomponius Maiali :

Animos Venus veget voluptatibus.

Ennius Ambracia :

Et æquora salsa veges ingentibu' ventis.

Varro Manio : « Nec natus est, nec morietur : viget, veget, utpote plurimum. » Idem Ὄνος λύρας :

Quam mobilem divum lyram sol, harmoge
Quadam gubernans, motibus diis veget.

VERECUNDUM est audax et confidens. Plautus Amphitryone [III, 2, 22] :

Sic est, vera prædico :
Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.
— Nimi' verecunda es.

VENOR, circumvenior. Ennius Nemea :

Teneor consipta, undique venor.

VICISSATIM, per vices. Nævius Belli Pœnici lib. IIII :

Vicissatim volvi victoriam.

VISCERATIM, per viscera. Ennius Andromeda :

Alia fluctus differt, dissupat
Visceratim membra; maria salsa spumant sanguine.

UNOSE, simul. Pacuvius Iliona :

Occidisti t ut multa paucis verba unose obnuntiem.

UTRAQUE, pro utrimque. Hemina Historiarum lib. IIII : « In Hispania pugnatum bis : utraque nostri loco moti. » Cæcilius Titthe :

24 *cujusque me* omnes. *cuique med* cj. Gul. *quæ med* (deleto *cujus*) cj. Guyet. — 28 *dolorem. Ennius : Quæ scis* J. Lacunam autem feliciter explevit M, ex lemmate *Vulgus*, p. 230. — 30 *quæ scis* omnes, etiam V. *quæ facis* M, ex p. 230.

1 *vel vegetum est* verbi *vegere* sensum depravat, et delendum credo. — 3 *ambrachia* Codd. *Ambracia* JM. — 4 *et* deleri vult Gebh. *ing. vestis* W. — 5 *veget veget* L. *viget veget* vulgo. Corruptus locus : *veget* enim semper activo sensu. Forte, *vigorem veget*, seu *viget* [*et se*] *veget*, de Mundo dictum, ut putat Œhler. — 6 *Idem*, etc. Jam sup. v. *Diis*, p. 100 : ubi vide. — 7 *mobile* Codd., Edd. ante M. *movile* L. *mobilem* Scal. M. *sol aroge* HL. *arege* (suprascr. o) W. *sola roge* J. *sol hermoge* Codd. p. 100. *harmoge* Bentin. Scal. M. — 8 *quædam* vulgo. *quadam* Scal. M. — 9 *est audax* CDAJ. *est* omitt. ceteri. — 12 *insim. est* Codd. *es* Bentin. JM, ut Plaut. — 14 *Enn. nemea* vulgo. *Medea* cj. Bentin. Steph. J, prob. M Guyet. Hessel, improb. Voss. Ribb. — 15 *consepta* vulgo. *concepta* W. *consæpta* M. *consipta* Columo. Voss., suadente Festo; recep. Ribb. — 18 *Visceratim, per viscera* C, Edd. ante M. *pro viscera* DO. Interpretationem omitt. HLWM. — 19 *dissupat* Codd. *dissuperat* O. *dissipat* Edd. — 20 *sparsa spumant* O, Edd. ante A.

Atque hercle utraque te, quum ad nos venis,
Suffarcinatam vidi.

Vivum, pro vehementi, vel novo. Virgilius Æneidos lib. I [v. 720]:

Paulatim abolere Sichæum
Incipit, et vivo tentat prævertere amore.

Vegrande, valde grande. Lucilius lib. XXVI :

Non idcirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur.

Vanans dictum pro fallens. Attius Alcmæone :

Tanta [ut] frustrando lactans, vanans protrahas.

Vanitudo, pro vanitate. Plautus [Capt. III, 4, 37] :

Pol, ego ut rem video, tu inventus, vera vanitudine.

Pacuvius Duloreste :

Primum hoc abs ted oro, [ni te] nimis inexorabilem
Faxis, ni turpassis vanitudine ætatem tuam.

Variantia, pro varietas. Lucretius lib. I [v. 654] :

Talibus in causis, nedum variantia rerum.

Idem lib. III [v. 319] :

Principiis, unde bæc oritur variantia rerum.

Viscus positum pro viscere [et visco]. Lucretius lib. I [v. 837] :

Visceribus viscus gigni, sanguenque creari.

Virgilius Georgicorum lib. I [v. 139] :

Tum laqueis captare feras et fallere visco
Inventum.

Id est, tactu visci. Lucilius Satyrarum lib. XIIII :

Idne ægri est magis, an quod pane et viscere aprino?.....
Quod viscus dederat, tu quidem hoc in viscera largi.

Vagor dictum pro vagitus. Lucretius lib. II [v. 577] :

Et superantur item : miscetur funere vagor.

— 21 *Uno sesimul* H. — 23 *Utrasque* Codd., M. *Utraque* (ter) AJ, prob. M. *Utraque* etiam Guyet. *pro utrinque vel utrosque* vulgo. *per utrumque* C. — 24 *pugn. vis* Codd. *bis* Bentin. JM. *utrasque* Codd. et M. *cacleus tihe* Codd. *Cæcilius Titthe* M e conj. — 25 *utrasque et cum* Codd. *utraque te, quum* M e conj., prob. Speng. Both. Ribb. — 26 *suffraginatum* HAJ. *subfragin.* Gerl. *suffarcinatam* conj. M, et hoc idem conjecerat Auratus, ut scriptum vidi in marg. Junii; recep. Both. Ribb. — 29 *temptat* Codd. — 32 *Alcmena* omnes. *Alcmæone* cj. M, ex v. *Lactare*, p. 16.

1 *tanta frustr.* Codd. *tanta ut fr.* JM, ut Noster p. 16. *protrahit* omnes. *protrahas* cj. Turn., ut est p. 16. — 2 *Plaut. Captiv.* cj. Bentin. — 3 *vero a van.* vulgo. *verum van.* cj. M. *vera van.* emendat Düntz. ex Plauto. — 5 *abs te oro nimis inex.* vulgo. *minus inex.* cj. Welck. *oro ne mi inex.* cj. Nic. Fab. *ne me* Herm. Bothe. *ni me* Lachm. Ribb. *abs ted oro, ne te nimis in.* cj. Grot., prob. Voss. — 6 *ni turp.* omnes. *ne* cj. Faber. *neu* Grot. Voss., quod etiam mibi placet. *nec* cj. Bothe. — 10 *principis* H. — 11 *Viscus p. pro viscere.* Hoc lemma, passim corruptum, ab omnibus exploditur. Nihil aliud auctor voluit quam ut bomonymum indicaret : quod facit in *Concinnare* et *Concinere*, p. 43. Forte ipsa ejus verba non habemus. — 12 *crearit* L. — 16 *id est tractu visceris* omnes : de nomine autem *viscus, i,* agitur. *tactu visci* cj. Passer. — 17 *privo* vulgo. *aprino* Roth ex Charis. p. 63. — 18 *prico,* * *Quod viscus* M. *Quod viscus dederns tu quidem hoc est viscera largi* Codd., M, ut in v. *Largi*, p. 470. (Hic *tu* corripitur, ut *siquidem.*) *dederns, tu primum hæc* AJ. *dederas tumidum hoc in* cj. Dousa. — 20 *iscetur* Codd. *miscetur* Edd.,

VENUSTUS antiquitus vel felix, vel sapiens, vel mansuetus est habitus. Terentius in Hecyra [V, 4, 8]:

> Quis me est fortunatior venustatisque adeo plenior?

VASTITIES et VASTITUDO et VASTITAS, horror et desertio et contagium. Plautus Pseudolo [I, 1, 68]:

> Distractio, discidium, vastities venit.

Attius Eurysace:

> Sed atratus tætra veste, et vastitudine
> Ita deformatus.

Idem Meleagro:

> Quæ vastitudo hæc, aut unde invasit mihi?

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 5]: « Qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiæ, vastitatis. » Pacuvius Teucro:

> Quæ desiderio alumnûm, pœnitudine
> Squales scabresque inculta vastitudine.

Varro Manio: « Ac periret squale scabreque, illuvie et vastitudine. »

VASTESCANT significat inhorrescant vel deserantur. Attius Phœnissis:

> Jussit proficisci exsilium quovis gentium,
> Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.

M. Tullius de Natura deorum lib. II [c. 39]: « Quid jam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari. » Sallustius in Jugurtha [c. 48]: « Aberat mons fere millia passuum XX, tractu pari, vastus [ab natura] et humano cultu. »

VICISSITATEM, pro vicissitudine. Attius Phœnissis:

> Vicissitatemque imperitandi tradidit.

ut Lucr. — 21 *Venustas et antiquitas vel felix vel sapiens vel mansueta est habita* vulgo. *Vetustas* cj. M Guyet. — 23 *furtunatior* H. *vetustatisque* omnes. *venustatis* Edd. Ter., ut notant JM. — 28 *Sed ut ratus taetra veste* Codd. *Sed ut ralusta et raveste* Edd. ante M. *Sed ut vetusta* cj. Voss. *Sed atratus taetra* M, prob. Roth. *Sed atra veste* cj. Scal. *Atratus* (omisso *sed*) *taetra* Ribb. — 29 *trade formatuis* H. *tra deformatuis* LW. *trade formam* J marg. *tarde forma luis* AJM. *tetra formatus* cj. Scal. *tam deformatus* cj. M, prob. Voss. Both. Ribb.

1 *collegitis* Codd. *collectis* Edd., ut Cic., et Noster, v. *Eluvio*, p. 105. — 2 *Pacuvius*, etc. Jam sup. v. *Pœnitudinem*, p. 152. — 3 *penitudines quales* H, ed. 1476. *pœnitudine quales* AJ. *pœnitudine Squales* M Gerl. — 4 *scabres quæ* HLW. *qua* AJ. *Squale, scabre atque* J marg. *scapresque* M (ut sibi constet. Vid. p. 152). — 5 *Varro Manio*. Hoc vulgo in fine sequentis lemmatis. *asperum valde scabreque* Codd. *scabre atque* J. *ac periret squale* M, ut Noster in v. *Squalor*, p. 226. *scapreque* M, more suo. Locus jam sup. in v. *Illuvies*, p. 125. — 7 *fenissis* H. — 9 *prof. quovis gentium exsulem* cj. Voss. — 11 *Tullius de Oratore* vulgo. *de natura deorum* cj. Passer., habet M, ut etiam Noster, v. *Vastitas*, p. 417. Quod et correxit Passerat. *quid jam* HLAJ. *jam* omitt. WM. — 13 *beluarum* Codd. *ecferari* Codd., M. *efferari* Edd., ut Cic., et Noster inf. p. 417. *vastare* Codd., vett. edd. *vastari* M, ut Noster p. 417, et Edd. Cic. *vastescere* Lamb. J, improb. M Ernest. Orel. — 15 *milia passum* Codd. *vastatus et hum.* LA. *humano cultu. Varro Manio* omnes. Vid. finem præ-

Ullo, pro ultus fuero. Attius Epigonis :

Qui, nisi genitorem ullo, nullum meis dat finem miseriis.

Verruncent, id est vertant. Attius Æneadis aut Decio :

Te sancte venerans precibus, invicte, invoco,
Portenta ut populo [et] patriæ verruncent bene.

Pacuvius Peribœa :

Precor veniam, petens
Ut quæ egi, ago [vel] axim, verruncent bene.

Afranius Divortio :

Et ponito averruncent cum syrmâ simul.

Vilitant, vilem faciunt. Turpilius Lindia :

Quin moneam, quin clamem, et querar tua vitia, quæ te vilitant.

Villicari est rusticari, vel villæ præesse. Pomponius Ergastulo :

Longe ab urbe villicari, quô herus rarenter venit,
[Id] non villicari, sed dominari, est meâ sententiâ.

Afranius Suspecta :

Jam in Hirpinos, quantum potest,
Explodam hominem, ut villicetur.

Turpilius Paraterusa :

Ego nondum etiam hic villicabar, Phædria.

Idem Hetæra :

Hic villicor ante urbem; nunc rus eo.

Vinnulum, sensiloquum, id est illecebrosum. Plautus Asinaria [I, 3, 69] :

Compellando blanditer,
Osculando, oratione vinnula, venustula.

Vitabundus, pro vitans. Sallustius Historiarum lib. III : « Duos quammaxumos utres levi tabulæ subjecit, quam super, omni corpore

cedentis temmatis. — 16 *Vicissitatim* CD. *fenissis* H. — 17 *imperandi* AJ. — 18 *Epigone* vulgo. *Epigonis* M e conj., prob. Both. Ribb. *Erigone* cj. Passer. — 19 *Ulso* cj. Voss., recep. Ribb. *genitore utlo* cj. Delr., prob. Bothe 2. *nullum eis* WO, ed. 1476. — 20 Cf. *Averruncare*, p. 74. *Attius æneidis* Codd. *Æneadis* AJM. — 21 *verans* Codd., AJ. *venerans* cj. J et Scal., habet M. — 22 *verruncant* Codd., JM. *verruncent* ed. 1476, cj. Gul., habent Stepb. Neuk. Ribb. *verrunces* cj. Scal. — 24 *precor veniam* omoes. *veniam precor Petens* Gul. Guyet. Ribb. — 25 *ago exim* Codd. *axim* Bentin. JM, ut p. 505, v. *Axim*. Sed ibi Nouius babet *vel axim*, uode supplevi. — 27 *et ponito avorruncent* Codd., M. *et ponito averruncent* J marg. *et ponito : averr.* Bothe. *ecponito, avorr.* Ribb. *et ponto averr.* O, ed. 1476. *et puncto* AJ. *et ponti aver.* (seu potius *verruncent*) *cursuram simul* cj. Lips. *verruncent* Bothe 2. *cum syrma* Codd., M. *cum siria* O. *cum syriam* Edd. ante A. *cur Syriam* AJ. — 30 *Vilicari* (ubique) Codd., etiam CD. *Villicari* O, Edd. *Pomponius ergastilo* Codd. *Ergastulo* Edd., et sic sup. in v. *Rarenter*, p. 164, et iof. in eadem voce, p. 515.

1 Jam sup. io v. *Rarenter*, p. 164. Illuc adi. — 2 [*Id*] *non* Bothe e conj. *mea est sent.* omnes. *est mea sent.* p. 164, et Botb. Ribb. — 4 *in orpinos jam* Codd. *Orpinos* M. *Harpinos* ed. 1476. *Arpinos* AJ. *Hirpinos* cj. Passer. Rotb. *quantum potes* vulgo. *pote* J, prob. Herm. *potest* Botbe : quod facile defendit. — 5 *explotnm* L. — 8 *etera* W. *hetera* HL. *Hetæra* M. — 9 *huic vil.* HL. *hic* W, Edd. — 10 *sensi locum* Codd. *sensilocum* OJM. *sensiloquum* cj. J. *id est illecebrum* vulgo. *intecebrum* CD. — 13 *venusta* Codd. *venustula* AJM, ut Plaut. — 14 *historiæ*

quietus, invicem tractu pedis quasi gubernator exsisteret : ea, inter molem atque insulam, vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit. »

VOLENTIA, id est, quæ vellent. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur. »

VALENTIA, fortitudo. Nævius Danae :

Omnes formidant homines ejus valentiam.

Titinius Setina :

Sapientiā gubernator torquet navem, haud valentiā.

VOMICA, concava loca, vetustate exesa. Lucilius lib. XXVI :

Tironeo et non mortifero affectus vomicæ vulnere.

VIRIATUM dictum est magnarum virium. Lucilius lib. XXVI :

Contra, flagitium nescire, bello vinci a barbaro
Viriato Hannibale.

VESCUM, minutum, obscurum. Lucilius lib. XXVI :

Quam fastidiosum ac vescum cum Falcidio viveret

Virgilius Georgicorum lib. III [v. 175] :

Nec vescas salicum frondes.

Afranius in Sororibus :

At puer est vescis imbecillus viribus.

VOLUP, pro voluptate. Plautus Asinaria [Grex, 1] :

Hic senex, si quid clam uxorem suam animo fecit volup.

VIRGIDEMIAM, ut *vindemiam*, hoc est virgarum apparatum, vel demptionem vel decerptionem ob verbera. Varro Agathone :

Quid tristiorem video te esse quam antidhac,
Lampadio? Numquid familiaris filius
Amat, nec spes est auxili argentaria,
Ideoque scapulæ metuunt virgidemiam?

Codd. — 15 *quam maximos utris* Codd. *utreis* AJ. *utres* Guyet. *quam super* omnes, *qua* Sall. edd. Burn. Gerl. — 16 *tracto* Codd., M. *tractu* ed. 1476, Edd. Sall. et cj. Guyet. *tracto pede* AJ. *quas gubern.* LA. *extiteret* Codd. *exsisteret* Edd. — 17 *inter inolem quæ* Codd. *mollemque* ed. 1476. *molemque* O. *molem quæ* A. *molem atque* JM. *insulam mari vit.* omnes; manifestum autem glossema delevi, cum Lexic. Forcell. *vitab. classem honestium* L. — 19 *id est quæ vellent a voluntate* OA. *a voluntate* uncis includit J. — 21 *Nevius dane* HW. *dnmne* L. *Danae* Bentin. JM. — 22 *haminis* vulgo. *hamines* Voss. Ribb. — 23 *Titinius*, etc. Quod repetitum p. 19, 87, 249 et 503. *Tit. sedin* Codd. *sed in* ed. 1476. *Tit. Setina* Bentin. JM, ut p. 19 et 503. — 24 *navem torquet, non val.* omnes. *torquet navem, haud* Noster v. *Trua*, p. 19; habent Both. Ribb. — 25 *exæsa* HD. *excesa* C. *excæsa* (expuncto *c*) L. *Lucil. lib.* XXVIIII Codd., M. *lib.* XXIX AJ. *lib.* XXXI O, ed. 1476. — 26 *tyroneo* vulgo. *tironeo* ed. 1476. *Chironeo* cj. Guyet. *Chironico* cj. Dousa. *vomica et vulnera* Codd., M. *vomica et vulnere* O, J, cj. Dous. Guyet. — 27 *Variatim* D. *viratium* cj. aliquis in marg. Jun. (ut est p. 187). — 28 *contra flagitium nescire bello* AJM. *contra flagitium, nesc.* Gerl. Corpet. — 30 *Vescum, nimis obscurum* O, Edd. ante M. *obscurum* delendum puto, scil. *obscuram* vocem innuente librario. — 31 *cum fastidio* vulgo (nempe ob vicinum *fastidiosum*). *cum* omitt. L. *cum fastidio* delet Gerl. in ed. Lucil.; perperam, quum trochaicus requiratur. Versum innuit, nec laudat Gell. 16, 5.

1 *lib.* IIII L, Edd. ante M. — 6 *suo animo* Plaut., et vult Guyet. *voluptare* L. — 7 *Virgindemiam* omnes. *virgidemiam* legunt Scal.

VIRATUM, magnarum virium. Varro Meleagris : « Si non malit vir viratus uxorem habere Atalantam. »

BULGA [scriptum VULGA], capacitas, vel sinus cum laxitate. Lucilius lib. II :

In bulgam penetrare pilosam.

Varro Sexagessi : « Eo ut viaticum ex arcula adderem in bulgam. »

VERRUCA positum pro loco edito. Cato libris Originum : « Censeo, inquit, si rem servare vis, faciundum, ut quadringintos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eamque uti occupent imperes. »

VIBICES, plagarum vulnera. Cato de Falsis pugnis : « Ubi societas? ubi fides majorum? Insignitas injurias, plagas, verbera, vibices, dolores atque carnificinas, per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus [popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse] ! »

VELLICATIM. Sisenna Historiarum lib. I : « Nos una æstate in Græcia et Asia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus. »

VICTURUS, victoriam potiturus, auctoritas prudentium putavit esse. « [Ac si potuisset prædici affirmanter] Pyrrhusne an Manius Curius prœlio victurus esset. »

VIRESCIT, majorum virium fit. Furius Poematis :

Increscunt animi; virescit vulnere virtus.

VIRO etiam pro virtute naturali. Lucretius lib. II [v. 853] :

Concoctosque suo servare et perdere viro.

Guyet; quod et ipse reposueram. — 8 *decreptionem ob verra* Codd. *decerptionem ob verbera* Bentin. JM. — 9 *esse quam nngit hac* Codd. *quem angil hæc* J et Scal. *quam nntidhac* cj. Gabr. Relandius et Carrio, prob. Gul.; recep. M. — 10 *lampadionemquid* Codd. *lampndionem quid* VO. *Lampadione : quid* ed. 1476. *Lampadione? quid* Scal. *Lampadion? quid* J. *Lampndion? quod* cj. Gul. *Lampadio? nunquid* M. *fnmiliares* Codd. *familiaris* Bentin. JM. — 11 *hæc spes est* vulgo. *nec spes est* cj. Gifan., recep. M. *nmatne? spes istæc est* Scal. — 12 *virgarumdemiam* Codd. *virgindeminm* Edd. *virgideminm* cj. Scal. — 13 *Vercium* Codd. *Vertium* O. *Virtium* ed. 1476. *Viratium* JM. *viratum* vel *viriatum* quoquo modo legas, hæc pars esse videtur lemmatis quod est p. 186, cum eadem interpretatione. *meleagro* vulgo. *Melengris* solennis titulus. — 14 *vir viracius* H. *virntius* LWJ marg. M. *viraceius* (*m* supra *s* scripto) L. *viracium* vel *viratium* AJ. *malit viraciam uxorem* cj. Scal. — 15 *Vulga* (ter) omnes. Quæ vox nihili est, et a lexicis latinis respuitur. Haud dubie jungendum cum lemmate *Bulga*, quod est p. 78; utrubique enim *bulga* et *vulga* significant *crumena*. Sed talia vitia facilius deprehenduntur quam curantur, et Nonium refingere non in me recipio. Ceterum Perrott., p. 206, exempla in unum cegit, utramque scripturam exhibens. Tantummodo v. *Bulgn* agnoscunt Guyet. Valhen. — 20 *Cato libris* omnes. *in libris* Gell. 3, 7. — 24 *majorem signitas* L. *injuriam* Codd. *injurias* Edd., ut Gell. *verb. vibices eis dolores* vulgo. *vibices, vis, dolores* Bentin. J, prob. M Guyet. *eos dolores* Gell. 10, 3, J marg. Lips. Reor autem hæsitantes inter *vibices* et *vibicis* librarios superscripsisse *cis*, ut solet, quod in contextum descendit. — 25 *carnificans* Codd. *carnificinas* Bentin. JM. — 26 *popularibus suis*, etc. Quæ, librariorum incuria omissa, ex Gellio supplevi. — 28 *historiarum nos* Codd. *lib.* I : *Nos* Edd., ut sup. p. 186, v. *Saltuatim*, et Gell. 12, 15. *ætate* L, J marg.

3 *positurus* CD. — 4 *Ac si potuisset*, etc. Faverini verba sunt apud Gell. 14, 1, qui

Venerata, pro veneranda. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 460] :

Cursusque dabit venerata secundos.

Uter, pro utero. Cæcilius Imbriis :

Nunc uter
Crescit, non potest celari.

Vicatim, per vicos. Sisenna Historiarum lib. III : « Quum complures menses, barba immissa et intonso capillo, lugubri vestitu, populum vicatim flens, una cum liberis, circumiret. »

Vultuosum, tristem. Cicero in Oratore [c. 18] : « In quo quum effeceris ne quid ineptum sit aut vultuosum. »

Vermiculatum, pro minuto. Cicero de Oratore lib. III [c. 43, nempe e Lucilio :

Quam lepide] lexes compostæ, ut tesserulæ omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato !

Venalicii positum pro venditoribus. Cicero in oratione Corneliana secunda [Oratore, c. 70] : « Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios multi venalicii mercatoresque superarunt. »

Vocare positum trahere, ducere. Cicero de Oratore [lib. I, c. 15] : « Si, de jure civili, tecum serram vocabit, te[que] hominem prudentissimum [et peritissimum] his ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. » •

Verecundari, verecundia teneri. Cicero de Oratore lib. III [c. 9] : « Alterum, cunctantem et quasi verecundantem, incitabat. »

Versutiloquas. Cicero de Oratore lib. III [c. 38] :

« Num non vis hujus me versutiloquas malitias?

Videtis enim et *versutiloquas* et *expectorat* ex conjunctione facta esse verba. »

Uncinatum, ab unco. Cicero Academicorum lib. IIII [Edd. I, 2,

nobis initium sufficit. — 7 *crescunt* Codd., M. *excrescunt* J. *increscunt* J marg., ut Gell. 18, 11. — 8 *virtute naturali* omnes. *liquore, succo* exponit Guyet, Nonium taxans. — 9 *concoctas* omnes. *concoctos* Edd. Lucr. *suos* Codd., vett. edd. *suo* AJM. *suo contactos perdere* Edd. Lucr. — 10 *Virg. lib.* VI Codd., AJ. *lib.* V O, ed. 1476. *lib.* III M ex conj. — 11 *secundos* Codd., M. *sacerdos* O, Edd. pleræque, ut Virg. — 12 *Imbris* vulgo. *Umbris* J. — 14 *non pote* cj. Voss. — 15 *per vicos* CDO, Edd. præter M ; omitt. ceteri. — 19 *ineptum aut vult. sit* Edd. Cic. — 20 *Vermiculatim* Codd., etiam CD. *Vermiculatum* Edd. *pro minuto* cj. Salm. *pro minuto atque miniato* J. *in Orat.* Codd. *de Orat.* Bentin. JM. — 22 *quam lepide* addit J ex Cic. *lexis* vulgo. *lexeis* J. *lexeis* vel *lexes* Edd. Cic. *composui et ut less.* Codd. *compostæ ut* Bentin. JM, ut Cic. *tessurulæ* Codd. *tesserulæ* AJM. — 23 *artaepavimento* H. *arte* vulgo. — 24 *Vernalici* CD. — 25 *Corneliana lib.* II : *Neque* omnes. (Sic *libros* Philippicarum laudare solent Nonii codices.) *orat. secunda* Lips. *in Oratore* innuit M. — 27 *in Orat.* Codd. *de Orat.* M.

1 *sin de jure* Cic. *si de re jure* WO, J marg. *tecum communicabit tecumque* Edd. Cic. *tecum seram vocavit* Codd. et Edd. *serram vocabit* cj. M, et exponit. — 2 *in iis ipsis rebus* Edd. Cic. — 3 *superavit* vulgo. *superabit* M, ut Cic. — 6 *versutiloquax* (ter) Codd., etiam CD. *versutiloquas* Bentin. JM. — 7 *annum novis hujus* Codd. *an num non vis* A. *an num nos vis* M. *num non vis* Bentin. J, ut Cic. *malitia* Codd. *malitias* Bentin. JM, ut Cic. — 8 *et conjunctione* W. — 11 *levibus* omnes. *uncinalisq. corporibus*

38] : « Nec, ut ille qui asperis, et lævibus, et hamatis uncinatisque corpusculis concreta hæc esse dicat. »

Venditationem veteres pro ostentatione posuerunt. Cicero Tusculanarum lib. II [c. 26] : « Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia quæ sine venditatione et sine populo teste fiunt. »

Viere, vincire, inflectere. Varro de Re rustica lib. I [c. 23] : « Ut habeas vimina, unde viendo quid facias. »

Undulatum nove positum, purum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Et a quibusdam dicitur esse Virginis Fortunæ, ab eo quod duabus undulatis togis est opertum, proinde ut olim reges nostri et undulatas et prætextatas togas soliti sint habere. »

Vervecem. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Aut bovem, aut ovem, aut vervecem habet signum. »

Z

Zonatim, per gyrum. Lucilius lib. VI :

1 Zonatim circum impluvium cinerariu' claudus
Ibat.

[LIBER III.]

DE INDISCRETIS GENERIBUS.

A

6 Angiportus generis masculini, ut apud multos. || Neutri. Plautus Cistellaria :

Quæ quasi carnificis angiporta purgitans.

Edd. Cic., minus bene. — 13 *pro ostene* CD. — 16 *Vincere* Codd. *vincire* AJM. — 17 *habeam uimina inveniendo quod f.* Codd. *habeas vimina, unde viendo quid* AJM, ut Varr. — 19 *a quibus* L. *Fort. simulacrum* addit Popma. — 20 *duobus* Codd. *duabus* AJM. *toxis est* L. *ut non reges* Codd., M. *ut olim reges* J et Popma, non improb. M Guyet. *ut tum reges* cj. M. *nostri reges nostri* fuisse suspicor : unde incerta lectio. *nostri eundulatis* H. *nostrie undulatis* LWM. *nostri undulatis* AJ. *nostri et undulatas* ed. 1476. *et* omitt. Edd. et Popma. *et præt.* omnes. *et* ultro deleam. — 21 *thocas undulatas* Edd. *soleti* L. — 22 *Verbecem* (bis) Codd., etiam CD. *vervecem* W marg., Edd. — 25 *per goerum* Codd., M. *per gyrum* Edd. pleræque. *lib.* IIII CD.

1 *per zonatim* vel *perzon.* (repetita præpos. ex præced. *per gyrum*) Codd. *per* omitt. Edd. *cineraris eludebat* vulgo. *cinerari' cluebat* cj. Scal. *cumeram is eludebat* cj. J. *cinerarios eludebat* cj. Lips., prob. M. *Puer zonatim* (cetera ut Lips.) cj. Voss. ad Catul. p. 142. *einerarius ludo Ibat* cj. Corpet. — 4 *Incipit de indiscretis generibus per litteras* Codd., M. *De ind. gen. per ordinem litterarum* AJ. (Desideratur hic liber in pluribus Codd., utputa in PCDMpO, et in excusis libris ante A.) — 6 *Neutri; Plautus Cist.*, et sic deinceps JM; sine distinctione Gerl. — 8 *purgitaris* LA. — 9 *M. Tullius*,

M. Tullius de Divinatione [I, c. 32] *angiporta* dixit. Terentius Adelphis [IV, 2, 39] :

Id quidem angiportum non est pervium.

Idem in Eunucho [V, 2, 6] :

In angiportum quoddam desertum.

Arbitrium generis neutri, sicut sæpe. || Masculini. Plautus Asinaria [IV, 1, 19] :

Ni quatriduo
Abalienarit quod abs te argentum acceperit,
Tuus arbitratus sit, comburas, si velis;
Ne illi sit cera, ubi facere possit litteras.

Armenta genere neutro plerumque. || Feminino. Ennius :

Ad armentas ipsius easdem.

Pacuvius :

Tu pascere cornifrontes armentas soles.

Absinthium generis est neutri. Lucretius lib. IIII [v. 11] :

Absinthia tætra medentes
Quum dare conantur.

|| Masculini. Varro Quinquatribus : « Quid medico mihi est opus, nempe tuo, absinthium uti bibam gravem et castoreum, levemque robur? »

Ærarium neutri est generis, ut sæpe. || Masculini. Varro Gerontodidascalo : « Hoc est magnum censorem esse, ac non studere multos ærarios facere. »

Admonitio usu genere dicitur feminino. || Masculino. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 2] : « Ut acrius aliquanto et attentius de claris viris, locorum *admonitu*, cogitemus. »

Auditus est generis masculini. || Feminini *Auditio*. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 15] : « Libenterque se cum

etc. Exemplum tolli temere vult M, quia *angiportus* hic legitur in Edd. Cic. — 11 *idem angiportum non est portum* L. *parvium* W. — 13 *quodam* L. — 16 *in quatrid.* Codd. *ai q.* Bentin. JM. — 18 *tum his arbitr.* W. *tum is* HL. *cum is* Q. *tuus* Edd., ut Plaut. *comburat si velit* Codd. *comburas si velis* Edd., ut Plaut. — 19 *nulli sit* Codd., M. *ne ulla sit* AJ. *ae illi sit* J marg., ut Edd. Plauti, prob. M. — 21 *ad armentas eosdem ad armenta* Codd. pleriq. et M. *ad armentas, easdem ad armentas* A (item J sine distinctione). *ipsius armentas eosdem* (nec plura) Q. *ad armentas ipsius easdem* cj. Scal., prob. M Hessel. Vahlen. — 22 *vivius* Codd. *vivis* Q. *vivus* AJ. *Livius* cj. J, recep. M. *Pacuvius* cj. Delr. Scal., et habet Serv. ad Æn. 3, 540, ed. Lion, recep. Ribb. *Nevius* cj. Gerl. — 23 *tu pascere cornifrontes* Codd., M. *tu cornifr. pascere* J marg. Scriv. Both. Ribb. *cornifrontes* defendunt M Bothe. *tu pascere curvifrontes* cj. Bentin., habet J. *tu curvifrontes p.* cj. Scal., habet Serv. l. cit. *soles armentas* Codd., M. *armentas soles* J, Scriv. Both. Ribb., etiam Serv. — 24 *absynthium* AJM. — 27 *est opus? nempe ideo* cj. Koch, prob. Vahlen. *opus, Menippe, tuo* cj. M. *ut* Codd. et Edd. *uti* Noster p. 314 et 317. *leveque* Codd. *levemque* Bentin. JM, ut Noster p. 314 et 317. — 31 *ac non striderem* LA.

1 *admonitum* Codd. *admonitu* Edd. — 3 *lubenter* omnes. *libenter* Edd. Cic., et Noster, v. *Fabellæ*, p. 113. — 10 *ego cujus*

his congregant, dantque se ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur. »

ARTUS masculino genere appellamus. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 84] :

Micat auribus, et tremit artus.

|| *Artua* neutro genere. Plautus Menæchmis [V, 2, 102] :

Ita mihi imperas, ut ego hujus membra atque ossa atque artua.

ANGUES masculino genere dici, Virgilius testis est, Æneidos lib. II [v. 203] :

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta,
Horresco referens, immensis orbibus angues.

Et in lib. V [v. 84] :

Adytis quum lubricus anguis ab imis.

Nævius Lycurgo :

Alte jugatos angues in sese gerunt.

Lucilius lib. XXVI :

Nisi portenta, anguesque volucres ac pinnatos scribitis.

|| *Angues* feminino. Plautus Amphitryone [V, 1, 56] :

Devolant angues jubatæ [deorsum] in comptuvium duæ.

Varro Atacinus :

Cujus ut aspexit torta caput angue revinctum.

ACHERONTEM masculino genere dicunt. Virgilius lib. VI [v. 107] :

Et tenebrosa palus Acheronte refuso.

|| Feminino veteres. Plautus Captivis [V, 4, 2] :

Verum enimvero nulla adæque est Acheruns
Atque ubi ego fui [in lapicidinis].

AMNEM masculino genere appellamus. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 141] :

Atque alius latum funda jam verberat amnem.

|| Feminino. Plautus Mercatore [V, 2, 18] :

Neque mihi ulla obstabit amnis, neque mons, neque adeo mare.

Nævius Lycurgo :

vulgo. *hujus* M, ut Plaut. — 11 *testis est* (omisso *Æn. lib.*) vulgo. *Vir. fæn. testis est li.* III Q. — 18 *jugatos* vulgo, etiam J, quod vindicant Both. Düntz. *jubatos* J marg., prob. Voss. Ribb. — 19 *Lucilius*, etc. Iterum in v. *Monstra*, p. 436. — 20 *Nil nisi* cj. aliquis in marg. Jun.; quod, deleto *que*, non displicet. *anguisque volucris* vulgo. *anguesque volucres* J. *pennatos* M. — 22 *jubatæ* omnes. *jubati deorsum* Edd. Plaut. *duo* vulgo, ut Plaut. *due* Q. — 23 *Varro Acinnius* vulgo. *Accinius* Q. *Atacinus* cj. Bentin. J, prob. M Guyet; quod patet ex Charis. versum citante p. 70. *devinctum* Codd. *revinctum* Bentin. JM, ut Char. — 25 *dicunt veteres* vulgo. *veteres* ad femininum rejeci. — 28 *est Acherons* omnes. *Acheruns* Edd. Plaut. — 32 *alius altum* L manu pr. HWQ. *latum* L man. sec., Edd. — 34 *neque ullam* (superscr. *i*) H. *ulla mihi* vulgo. *obstavit* Codd. *obstabit* Edd. *neque mihi ulla obsistet* Edd. Plaut. *mons atque adeo* vulgo. *mons neque adeo* Plaut.

P. 192 M.

Sed quasi amnis vi rapit se, tamen inflexa flectitur.

Attius Epinausimache :

Quum [Scam]andriam undam salso sanctam obtexi sanguine,
Atque acervos alta in amni corpore explevi hostico.

Idem Epigonis :

Apud abundantem antiquam amnem et rapidas undas Inachi.

Varro Periplu lib. I : « In hac civitate agros colunt arenosos : præter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam. »

Araneæ et feminini sunt generis. Titinius Gemina :

Everrite ædes, abstergete araneas.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 247] :

Laxos in foribus suspendit aranea casses.

Ennius : « Bussus araneæ. » || Masculini. Plautus in Sticho [II, 2, 24] :

Ut operas araneorum tergam et texturam improbam,
Dejiciamque eorum omnes telas.

Idem Asinaria [II, 4, 19] :

Jussin' columnis dejici telas araneorum?

Ætas feminini est generis. Plautus Menæchmis [V, 2, 6] :

Ut ætas mala, est merx mala ergo!

|| *Ætas* masculini. Plautus Trinummo [IV, 3, 83] :

Propter eosdem, quorum causa fui hoc ætate exercitus.

Accipiter generis est masculini. Virgilius lib. XI [v. 721] :

Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto.

Feminino. Lucretius lib. IIII [1006] :

Accipitres somno in leni si prœlia pugnasque
Edere sunt persectantes visæque volucres.

Arva neutri generis. Virgilius [X, 78] :

Arva aliena jugo premere.

1 *amnis cis rapit sed tamen* omnes. *amnis rapida, sed* cj. M. *amnis rapida, tamen* cj. Voss., recep. Both. 2 et Ribb. *cum rapida est, tamen* cj. Voss. *sed* delet etiam Ribb. *in flexu flect.* vulgo. *inflexu* M Ribb. *inflexa* AJ, Bothe 2. *in fluxu* cj. M, prob. Voss. *flectitur* veram vocem expulisse videtur. — 2 *epinausimache unandriam* (seu uno verbo) Codd. — 3 *Scomandriam* cj. Fruter. Lips., habent M Guyet. Ribb. *En Scamand.* cj. Scal. Columna. *Et Scam.* cj. Voss. *mundam* Q, ms. Fruter., Steph. J, improb. Steph. *obtexus* Codd., A. *obtesus* Q. *obtexi* J, cj. Fruter. Lips. Guyet. Herm. *obtexui* Steph. M. — 4 *ocerbos* Codd. *acervos* ms. Fabri, cj. Fruter. Lips. Gifan., habent M Ribb. — 5 *Epigono* omnes. *Epigonis* cj. M. — 7 περιπλοῦ J. *in ac* L. — 10 *ædis* vulgo. *ædeis* AJ. *abstergite* male AJ. *abstergete* viderat Passerat. — 12 *casses* (præter morem) omnes. — 13 *buxus* omnes. — 15 *operas* Codd. *operam* M. *operam omnem* AJ, ut Plaut. *tergum* omnes. *perdam* Edd. Plaut. *improbem* omnes. *improbam* mss. Plaut., Guyet. Ritschl. — 16 *deiciam ... deici* vulgo. — 18 *ius incolumem* H. *iussin columem* L. *columen* W. *columnis* Edd., ut Plaut. *telas* vulgo, etiam J marg. *operas* AJ, ut Plaut. *araneorum* Edd. Plaut. — 20 *ut ætas mala est mers mala ergo* vulgo. *merx mala est tergo* Edd. Plaut. (Vid. sup. ad p. 1.) — 21 *trinummi* Codd. *Trinummo* Edd. — 22 *hac ætate* Plaut., prob. Guyet. — 24 *alis* LA. — 26 *leni, sic* J. *pugnas sedere* HW. *pugnas sed re* LQA. *pugnasque edere* Bentin. JM, ex Lucret. — 27 *usæque vol.* LA. *useque* Q.

|| Feminino. Nævius Lycurgo :

Ii quaqua incedunt, omnes arvas obterunt.

Pacuvius :

Postquam calamitas [per] plures annos arvas calvitur.

Anfractum masculino genere [solum] dici putant. || Neutro. Attius Eurysace :

Super Oceani stagna alta patris,
Terrarum anfracta revisam.

Varro Parmenone : « Cavo fonte ut cum irrigavit cavata aurium anfracta, in silvam vocans. »

Ævum generis neutri. || *Ævitas* feminini. Varro Tithono, περὶ γήρως : « Qua voluptate ævitatis extimam attigit metam ! »

Æra, neutri. M. Tullius in Hortensio : « Quid tu, inquam? soles, quum rationem a dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare? » || [*Æra* feminini....]

Acina genere neutro frequenter Varro posuit. || *Acinus* masculino. M. Tullius de Senectute [c. 15] : « Quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo. » Et alius obscuræ auctoritatis :

Pressusque labris unus acinus arebat.

Autumnus generis masculini. || Feminini. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Retinet viatorem meridie prætereuntem fons, quod autumnitas in anni tetrachordo mensum præterierat. »

Alvus generis feminini. Virgilius Æneidos lib. II [v. 51] :

In latus inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit.

|| Masculini. Attius Annalibus :

Ut quam fragilissimus alvus.

Et alius auctoritatis obscuræ :

Maia, nemus retinens, gravido concepit in alvo.

Accubitionem, genere feminino. M. Tullius de Senectute [c. 13] : « Bene enim majores nostri accubitionem epularem amicorum, quia

— 30 *Lycurgo libro* II vulgo. *Lycurgo : Liberi q.* cj. M, prob. Voss. Both. Duntz. Ribb. *quaque* Codd., AJ. *quaqua* cj. M. *quacumque* cj. Voss. Ribb. *omnis* vulgo. *omnes* Q. — 33 *per plures* cj. Bothe, non improb. Ribb.; syllabam desiderabat Guyet.

4 *e cavo* cj. Popma. *fronte* (forte errore typothetarum) M. *cavata aurium* omnes. *amnium* Riese. — 7 *voluntatem* vulgo. *voluntate* ms. Q. *voluptate* Gerl. Œhl. Riese. *extima attigit metam* (*me* H) *ævitas* omnes. *extimam... ævitas* Œhler. *ævitas* delent Luc. Müll. Riese. — 9 *ad dispensatorem* Codd. *a dispensatore* cj. J, habet M. — 10 *ex tis* legitur in fragm. Cic. *Æra* feminino apud ipsum Nonium est, p. 74, ut notat M. — 12 *tantillo* Q. — 13 *ex acini* omnes. *ex acino* Q, ut Cic. *et alii* omnes. — 14 *arebat* vulgo. *herebat* (sic) M. — 15 *Varro*, etc. Jam sup. p. 71. *Serano* Codd., AM. *Serrano* LJ. — 16 *peri arceresion* Codd. περὶ ἀρχαιρεσιῶν AJM. *fontem* omnes. *fons* cj. Guyet, et scriptum in marg. Jun., habet Riese. *mensium* cj. Popma. — 22 *fragilissimus* et Prisc. p. 718. *frigidissimus* AJ. — 23 *alvo; sed alii* H. *alvos ed alii* LW. *fragilissimos alvos sed alii* Q. *alvus. Sed alii* AJ. *alvus. Et alius* M. — 24 *mala* LQAJ. *Maja* HWJ

vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt. » || [*Accubitum*, masculino.....]

B

Bubo generis feminini. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 462]:

Seraque culminibus ferali carmine bubo.

|| Genere masculino. Asellio Historiarum lib. I : « Et quod bubo in columna ædis Jovis sedens conspectus est. »

Balneæ generis feminini. M. Tullius pro Sexto Roscio [c. 7]: « Occisus est ad balneas Palatinas, rediens a cœna, Sextus Roscius. » Plautus Asinaria [II, 2, 90] :

Ille in balineas iturus; inde huc veni[et postea].

Cæcilius Imbriis :

Quid mihi non sunt balineæ?

|| Neutri. M. Tullius in Hortensio : « Primus balneola suspendit, [et] inclusit pisces. »

Balteus masculini generis. Virgilius lib. XII [v. 941] :

Humero quum apparuit alto
Balteus.

|| Neutro. Varro Rerum divinarum lib. XI : « Tragica vincula baltea sunt. » Attius Didascalicôn lib. VIII : « Actoribus manuleas, baltea, machæras. » Livius lib. VIIII: « Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant. »

Buxum generis neutri. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 449] :

Et torno rasile buxum.

|| Feminini. Ennius :

Buxus vi[n]cta, taxus tonsa.

Blandimentum generis neutri, ut sæpe. || Feminini. Cicero de

marg. M, ut Prisc. p. 654, qui eidem Attio tribuit. — 27 *habent* LA. *convivium nominarunt* deest in Codd., sed exhibent JM, et Noster, v. *Convivium*, p. 42.

1 *Incipit per B litteram* Codd.; formulam omitt. AJM. — 3 *soluque culm.* Edd. Virg. et Prisc. p. 639. — 4 *Agellius* Codd., AJM. *Aulugelius* ms. Q. *Cn. Gellius* emendant JM Popm. Meurs. *Asellio* cj. Anton. August. Lambec. — 5 *in culmine* cj. Nic. Faber, improb. Meurs. — 6 *nominis fem.* vulgo. *generis f.* Q. — 7 *occiditur* Edd. Cic. *pallacenas* Codd. *palacenas* A. *Palatinas* Bentin. JM. *cena* Codd., J. *caena* M. *Roscius* omitt. LA. — 9 *unde in balneas cyrus* Codd. *balleneas* L. *currus* Q. *ille in* Edd., ex Plauto. *balineas* Edd. Plaut. *iturus* M. *iturus est* AJ. *ituru'st* Edd. Plaut. *inde hic veni* Codd. *huc veniet* Edd., ut Plaut. *postea* addunt AJ, ex Plauto. — 10 *Imbris* vulgo. *Umbris* J. — 11 *balneæ* omnes. — 15 *umero* Codd. *homero* Q. — 18 διδασκαλικῶν J. *actoribus* HLAJ. *auctoribus* WJ marg. M. *manuleos* omnes. *manuleas* cj. aliquis ap. Gerl., prob. Madvig. — 19 *maceras* Codd. *machæras* Edd. — 24 *buxus victa* omnes. *vincta* cj. J. *icta* cj. M.

Republica lib. IIII : « In cive excelso atque homine nobili blanditiam, ostentationem, ambitionem, ea esse levitatis. »

C

Clivus generis masculini, ut plerumque. || Neutri apud Memmium invenimus; cujus auctoritas dubia est :

Ardua nec nitens fortunæ escendere cliva.

Cato de Tribunis militum : « Loca ardua, et cliva depressa. »

Cyma, neutro, ut Lucilius :

Asparagi molles et viride cyma.

|| Feminino Cornelius Celsus, etsi minoris auctoritatis, posuit : « Lætam formosamque cymam. »

Consitura, generis feminini. M. Tullius de Republica lib. I [c. 17] : « Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur. » || [*Consitus*, masculini......]

Crux generis feminini sæpe. || Masculini. Ennius Annali lib. XI :

Malo cruce fatur uti des,
Juppiter.

Culter et Cultellus generis sunt masculini. Varro Gerontodidascalo : « Noctu cultro coquinari se trajecit; nondum enim inventi erant cultelli eupetasti e Bithynia. » || [*Cultrum* neutro.....]

Cor generis est neutri, ut dubium non est. || Masculini. Ennius lib. XIII :

Annibal audaci cum pectore de me hortatur
Ne bellum faciam : quem credidit esse meum cor
[Suasorem summum et studiosum robore belli].

Cupressus generis feminini, ut dubium non est. || Masculini Ennius :

Capitibu' nutantes pinos rectosque cupressus.

taxis omnes. *taxus* cj. J, prob. M Vahlen. — 26 *nobilis* Codd. *nobili* Edd. — 27 *ambitionem meam esse* vulgo. *meam* omitt. Q. *amb. notam esse* cj. J, prob. M Orel. *nimiam* cj. Sigon. *meram esse levitatem* cj. J. — 31 *ne ardua nitens fort.* Codd. et A. *nec* Q. *ille ardua* JM. *Ardua tum* scriptum in marg. Jun. *fortuna scendere* H. *fortunæ scendere* Codd. pleriq., A. *scandere* J. *escendere* M e conj. *Ardua fortunæ nitens* cj. Guyet.

2 *Cima* (sed inf. *cyma*) Codd. — 3 *molle sed* HWM. *molles sed* AJ. *molles et* LQ, prob. Vahlen. — 6 *genere feminino* M; compendiose scrib. AJ. — 14 *coquinario* cj. Guyet. *nondum enim mihi inv.* omnes. *enim inibi* cj. Lips. Palmer. *enim ibi* cj. Popma. — 15 *empestati æbithinia* H. *empestatiæ bithin.* LA. *empestati e Bith.* vulgo. *tempestati e bith.* Q. *importati* cj. Lips. *exportati* scriptum in marg. Junii. *eupetasti* (εὐπέταστοι), qui replicantur, propius ad scripturam. — 18 *laudacium pectore* Codd. *laudantium* Q. *audaci cum p. dehortatur* Gell. 7, 2, improb. Heusing. *dum pect.* Bentin. JM. — 19 *esse meum cor?* Edd. omnes, ut Edd. Gell. — 20 Qui versus ex Gellio addendus fuit ut lemma refellatur. Recte exponit Gell. — 23 *capitibus nutantibus* Codd.,

CARRA neutri generis esse, consuetudine persuasum est. || Masculini. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Impedimenta collocant omnia, construunt carros, et sarraca crebra disponunt. » Varro [A]taci[nus] lib. II :

Gallica posl carros adcurrant usque politos.

CERTAMEN generis est neutri. || Feminini. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Jaculis celeriter consumptis, ad gladios certationem revocaverunt. »

QUERELÆ generis feminini, ut sæpe. || Masculini. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 553] :

Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

COMPITA generis neutri. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 382] :

Præmiaque ingeniis, pagos et compita circum.

|| Masculino. Varro de Scenicis originibus lib. III : « Ubi compitus erat aliquis. » Cæcilius Titthe :

Ubi adii adjacenlem compitum.

CONSORTIUM neutri generis. || *Consortionem*, feminini. Lucilius lib. XXVIIII :

Dejerat enim [se] scripsisse, et post non scripturum : redi
In consortionem.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 6] : « Dissolvatur necesse est omnis humana consortio. » Titus Livius [VI, c. 40] : « Quænam ista societas? quæ consortio est? »

CHARTAM generis feminini. || Masculini. Lucilius lib. XXVII :

Nec si ubi Græci, ubi nunc Socralici chartæ. Quid? quid quærltis?
Periimus!

CLYPEUS generis masculini. Virgilius [Æneid. II, 734] :

Ardentes clypeos atque æra micanlia cerno.

|| Neutri. Virgilius [IX, 709] :

Et clypeum superintonat ingens.

AM. *mutantibus* Q. *nutantis* Bentin. M, ut Gell. *nutnnteis* J. — 25 *impedimentum c. omni* Codd. *omne* M. *impedimenta c. omnin* AJ. — 26 *sarroca* Codd. *surracra* Q. *surraca* Edd. *Varro caei* HL. *Cæi* M. *cei* VW. *Cæli. lib.* J, o conj. *cæi* omitt. Q. — 28 *Gallica porta carros* omnes. *Gallica petorita* cj. Scal. *adcurat* vulgo. *adcurati* Q. *usque polytos* H. *carros, adcerras, Tusca pilenta* cj. Scal. — 30 *accolis* Codd., AJ. *jacolis* cj. Lips., habet M. *a gladios* W.
2 *Querellæ* H. *Cuerellæ* LW. *Cuerelæ* M. *Querele* Q. *Querelæ* AJ. — 6 *ingentis* omnes. *ingeniis* Virg. — 9 *ubi adicientem comp.* Codd., M. *aducientem* Q. *adiicientem* AJ. *ubi ndjacentem* vir doctus ap. Stephan., et cj. Guyet. *ubi adi nd adjacentem* Spengel. *abi ad adjacentem* Bothe. — 10 *consortione* Codd., A. *consortio* JM, e conj. — 11 *lib.* XVIIII vulgo. *lib.* XXVIIII (altero *x* expuncto) W. XXVIIII Dousa e conj. — 12 *Dejerat*, etc. Vulgo locus in senarios ægro distinguitur, improb. Vahlen; ipse trochaicos jamdiu scripseram. — 14 *dissolvetur omnis* Edd. Cic. — 15 *ista sanitas* omnes. *societas* cj. M, ex Livio. — 18 *Nec sic ubi* vulgo. *sicubi* A. *nec si ubi* Q. *nescis ubi... charti?* cj. Lips., prob. Schmidt. *Nunc ubi Græci* ultro legerem. *charti* omnes. *quicquid* vulgo. *quid quæritis?* cj. Lips. — 19 *perimus* vulgo, etiam J marg.

Licinius Macer : « Pars magna levius clypea portant. » Laberius Sororibus :

Hoc voluit clypeum contra pelvem projici.

Cæmenta neutri, ut est usus. Varro Bimarco : « Non te pudet, Mani, quum domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes servis tuis ministrare cæmenta? » || Feminini. Ennius :

Labant, labuntur saxa, cæmentæ cadunt.

Clunes feminino. Horatius [Serm. I, 2, 89] :

Quod pulchræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.

|| Masculino. Plautus Agroico :

Quam si lupus, ab armis valeo, clunes defectos gero.

Cœlum neutro. || Masculino. Lucretius [lib. II, 1097] :

Quis pariter cœlos omnes convertere, et omnes
Ignibus ætheriis terras suffire feraces?

Varro Rerum divinarum [lib. I] : « Ut deum significas, non partem mundi, sic Pater magnus [et] Mater [mag]na, hi sunt cœlus. » Ennius :

Fortes Romani, [...] quanquam cœlu' profundus.

Idem :

Saturno, quem Cœlu' genit.

Castitas et castimonia generis feminini. || Masculini [*Castus*]. Varro Rerum divinarum lib. I : « Nostro ritu sunt facienda quam his civilibus, græco castu. » Idem : « Et religiones et castus id possunt ut ex periculo eripiant nostros. » Nævius Carmine Punici belli :

Res divas edicit, prædicit castus.

Callis genere masculino. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 404] :

Prædamque per herbam
Convectant calle angusto.

petimus AJ. — 20 *Clipeus* (ubique) Codd. pleriq. *clypeus* HAJM. — 21 *ardentis* Codd., M. *ardenteis* AJ. — 22 *neutro* omnes. — 24 *Licinius in marte* omnes. *Licin. Macer* cj. J, prob. M. *levius* omnes. *leviiis* J. *lævis* (sic) *clypea* cj. M. *laverius* Codd. *Laberius* Edd. — 26 *elipeus* vel *clypeus* Codd. *clipeum* Edd. *proiei* vulgo. — 30 *labat lababuntur* Codd. *labat*, *labuntur* Edd. *cæmenta* Codd. *cæmentæ* JM. — 33 *Abroico* omnes. *Agroico* cj. J et Voss., prob. Both. Osann.

1 *quasi lupus* vulgo. *quas* LQA. *quamsi lepus* cj. Osann. *desertos* omnes. *infractos* ap. Fest. *defectos* cj. Bothe; quod et mihi succurrerat. *fero* male Fest. — 2 *Caelum* (ubique) omnes. — 3 *caelos omnis converterit omnis* Codd., AJ. *omnis convertere, et omnis* M, ut Lucr. — 4 *ignibus aeteris* Codd. *æthereis* Q. *ætheriis* Bentin. JM. *sufferre* vulgo. *suffeire* M. *suffire* Lucr. *ferncis* vulgo. *feraceis* AJ. — 5 *significas* omnes. *divinarum lib.* VI : *Deum significans* cj. M. *deum s. non partem mundi* Nonii esse putat M. — 6 *magnus materna* omnes. *his est cœlus* vulgo. *hist'* WM. *hi sunt celi* Q. *Cœlus, mater magna his est Tellus* cj. J. *ut mater magna hic est* cj. Popma. *magnus Saturni est Cœlus* cj. M. *Cœlus mater magna his est tellus* cj. Gothof. *et mater magna his sunt Cœlus* [*et Tellus*] ultro legerem. — 8 *fortis* omnes. *Romani sunt : q.* cj. Merula, quod non recepit Vahlen. — 10 *genuit* omnes, ut ap. Charis. p. 55, retinet Vahlen. *genit* cj. Scalig. Columna. Guyet. *genuvit* Merul. — 12 *quam his civilibus* vulgo. *quam scivilibus* L. *quam hos civilibus*. *Græco* J. *faciunda civilius quam græco* cj. Scal. *castitu* Codd., M. *castu* AJ, Scal. — 14 *erip. nostro* vulgo.

P. 197-198 M.

|| Feminino. [Titus] Livius lib. XXII [c. 14] : « Nos hic, pecorum modo, per angustos saltus et devias calles [exercitum ducimus]. » Idem sic frequenter.

Culleus masculino sæpe. || Neutro. Varro de Re rustica lib. I [c. 2] : « In singula jugera, dena cullea vini fiunt. »

Corbes [genere masculino]. || *Corbulas* feminino. Varro de Re rustica lib. I [c. 15] : « Cogit aliquot corbulas uvarum, et frondem jucundissimam ministrat ovibus. » Cæcilius Philumena :

Qui panis soli corbulam.

Quis et generi feminino attribui posse, veterum auctoritas voluit. Livius :

Mulier, quisquis es, te volumus.

Cæcilius :

Quæso igitur, quisquis es, mea mulier.

Pacuvius [Medo] :

Quis tu es, mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine?

Ennius :

Et quis illæc est quæ lugubri succincta est stola?

Canalis masculino. Gadullius Gallicanus : « Ego confiteor certo canali cuncta decurrere. » || Feminino Lucilius ὑποκοριστικῶς *canaliculam* dicit.

Cinis masculino. Virgilius in Bucolicis [8, 106] :

Cinis ipse. Bonum sit!

Et Georgicorum lib. I [v. 81] :

Neve
Effetos cinerem immundum jactare per agros.

|| Feminino apud Cæsarem et Catullum et Calvum lectum est, quorum vacillat auctoritas. [Calvus :]

Quum jam fulva cinis fueris.

Colus generis feminini. Cicero de Oratore lib. II [c. 68] : « Quid tu, Decilla mea? quando ad me venis cum tua colu et lana? » || [Masculini.....]

nos cj. Scal. Popm. Guyet. — 19 *lib.* XII omnes. *lib.* XXII cj. Lips., recep. M. *Nisi pecorum modo fert augusto saltu* omnes. *nos hic p. m. per æstivos saltus deviasque* Lips. ex Livio; prob. M, sed *angustos et* tuetur. — 28 *Cuis* HWM. *Cuis* (superscr. *quis*) L. *Quis* Q, et vult Guyet. *Quisquis* AJ. — 34 *quisquis tu et mulier* omnes. *quis tu es mulier?* cj. M ex Charis. p. 240, Diom. 449. *Ut apud Ennium : Quis tu es mulier* Diom. l. cit. p. 449. *Item in Medio : Quis tu es mulier* Varr. L. L. 6, 60. Ex his *Pacuvius Medo* cj. Scal.; alii ad Ennii Medeam referunt. *quis* probat M.

3 *Aquilius* vel *Gurgilius Martialis* cj. J in Indice. — 4 *hypocoristicos* Codd. ὑποκοριστικῶς Bentiu. JM. — 7 *bonus* AJ (etiam L, sed expuncto *s*). — 10 *effectos* W. *effertos* Q. — 11 *Catulum* vulgo. *Catullum* cj. viri docti in marg. Jun. et Voss.; hoc idem exhibet Index Merceri. — 12 *Calvus* addidi ex Charis. p. 78. — 13 *fueris* HLAJ. *fuerit* WM. *fuero* Charis. — 15 *quit tu* L. *Decilla mea* vulgo. *decilia* Q. *egilia* ms. Jun. *quid tud*

Capillus masculini est generis. Terentius in Phormione [I, 2, 56] :

Capillus passus, nudus pes; ipsa horrida.

|| Neutri. Plautus Mostellaria [I, 3, 97] :

Vide capillum, sati' compositum est commode?

Cursus omnium consensu masculino genere dicitur. Virgilius Æneidos lib. I [v. 534] :

Hic cursus fuit.

|| *Cursura* feminino. Plautus Asinaria [II, 2, 60] :

Non vides
Me ex cursura anhelitum etiam ducere?

Idem Cistellaria :

Pol ad cubituram, mater, mage sum exercita
Fere quam ad cursuram : eo sum tardiuscula.

Curriculum neutro genere. Cicero Timæo : « Ratione igitur et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est solis et lunæ. » || [*Curriculus* masculino.....]

Quale est, pro qualis est, neutro positum pro masculino. Plautus Amphitryone [I, 3, 39] :

Edepol condignum donum, quale est qui donum dedit.

Contagio feminino genere appellatur. Sallustius [Catil. c. 10] : « Post, ubi contagio, quasi pestilentia, invasit. » || *Contagia* neutro. Lucretius lib. III [v. 472] :

Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.

Virgilius [Bucol. 1, 51] :

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Catellæ diminutivum est catenarum, et dicuntur genere feminino. Cæcilius Plocio :

Catellæ.....

|| Neutrum, a catulis, similiter diminutivum. Plautus Curculione [V, 3, 13] :

Egilia Lips. M. *Egilia* Edd. Cic. *Ægilia* mss. Cic. ap. Bentin., unde error. *colu et lana* HWJM. *ellana* (superscr. *ab* post *colu*) L. *abellana* A. — 19 *Mustellaria* omnes. — 20 *satin compositum sit* vulgo. *satis compositu'st* Edd. Plaut., defendente Acidal. contra Nonium. — 22 *Æneidos lib* I Q; vulgo omittunt Codd. et Edd. — 27 *Sisennaria* LA. — 28 *pol accubit.* HQ. *ac cubit.* Gerl. *ad cubit.* cj. Muret. Scal., habet M. *a cubitura* cj. J, prob. Roth. *magis* vulgo. *magi* (suprascr. *s*) W. *mage* Scal. *exercita* vulgo. *exercitata* Q. *exercitare* (omisso *fere*) LAJ. — 29 *fere quam* WQ, ms. J, M. *a cursura* vulgo. *accursura* (altero *c* expuncto) L. *ad cursuram* cj. Muret. Scal. Guyet. *eo* omitt. LAJ. *ego sum* cj. Scal. — 30 *rare igitur... temporis curris curriculum* Codd., AJ. *currentis* cj. J. *ratione... temporis curriculum* cj. Victor. Sigon. Leopard., ex Platone, habet M. — 33 *Cul est* H. *cule st* Gerl. *culest* Edd. (Cf. *Cuerela*, *Cuis*, *Cuadrifariam.*) *Qualist* cj. Guyet. — 35 *edepol* vulgo. *adepol* W. *ecastor* rectius Edd. Plaut. *cule'st* Codd. *culest* Edd. *culex* Q. *quale est* ms. Plaut. Camer. *quali'st* Edd. Plaut.

4 *contagia orbi* L. — 10 *Neutrum a catellis* omnes. Festus autem : « *Catulus*, genus quondam vinculi, qui interdum *canis* dicitur. » — 13 *ferro* Codd., A. *ferreo* Bentin. JM,

P. 199-200 M.

Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes,
Ferreo ego dico.

CORIUM neutri est generis. || *Corius* masculini. Plautus Pœnulo [I, 1, 11] :

Tres facile corios contrivisti bubulos.

Varro Eumenidibus : « Nunc corius ulmum tuus depavit. — Pergis? heia ! »

CALX est generis feminini. Virgilius lib. XI [v. 714] :

Ferrata calce fatigat.

|| *Calx* masculini. Plautus Pœnulo [IV, 2, 86] :

Quin prius disperibit faxo quam unum calcem civerit.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς :

Nemini Fortuna currum, a carcere emissum intimo,
Labi inoffensum per æquor, candidum ad calcem, sinit.

CORTEX utriusque est generis. Masculini. Varro Prometheo lib. [II] :

Tum visu' subernus cortex ad cacumina
Morientum in querqueto arborum aritudine.

Idem Tithono, περὶ γήρως : « Sic, invitata a natura, anima corporeum corticem facile relinquit. » Virgilius lib. VII [v. 742] :

Raptus de subere cortex.

|| Feminino. Virgilius in Bucolicis [6, 62] :

Tum Phaethontiadas musco circumdat amaræ
Corticis.

Lucretius lib. IIII [v. 48] :

Quæ quasi membrana, vel cortex nominitanda est.

CALOR generis masculini. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 244] :

Si non tanta quies iret frigusque caloremque
Inter.

ut Plaut. — 14 *generis Corium masc.* Codd. *Corius* Edd. — 16 *tris* vulgo. *treis* AJ. *bubula* L. — 17 *depuvit* Bentin. J Popma. *depavit* etiam J marg.; habet Œhler, qui inde personam mutat. — 18 *pergis hein* Codd., M. *pergis? heia!* Gerl. *pergis hera* AJ. — 19 *lib.* XII vulgo. *lib.* XI M. — 22 *disperivit* Codd. *disperavit* LA. *disperibit* JM, ut Plaut. *unam* Edd. Plaut.; quod emendandum. — 23 *Margopoli* J et Popma. *marcopoli* (superscr. *bi* ante nomen) L. *bimargo* πόλι περὶ A. — 24 *currum a carcere intima missum* Codd., Edd. ante M. *curr. missum a carcere int.* cj. Gul. *a car. anima missum levi* cj. Lips. *a carcere emissum* M. *levi* vulgo. *labi* cj. Gul., habet M, prob. Voss. *per æcor* Codd. *calcem sibit* Codd. *subit* Q, et cj. Fruter, Lips. Scal. *sinit* cj. Gul., habet M. — 27 *lib.* (numero omisso) vulgo. *libus* (*us* expuncto et suprascr. *ro*) L. *in prometheo lipso tum* Q. — 28 *tum ut si supernus* Codd., M. *tum nisu sper* (*sper* expunctum) *subernus* (suprascr. *p* pro *b*) L. *tum visus supernus* AJ. *sum uti supernus* Riese. *dum iis subernus* cj. Scal. *subernus cortex* prob. Roth. *subernus* probat etiam Voss. *aut cacumina* omnes. *ad* cj. Roth. — 29 *querqueto* Codd., J marg. M. *quercu* QAJ et Scal. *et arborum* omnes. *et* omitti volunt Voss. Roth; quod ipse deleveram. *amaritudine* HMW manu sec., J marg. *aritudine* W manu pr., et cj. Scal., prob. Roth. *aritudinem* LQA. *altitudinem* Bentin. *altitudine* J. — 30 *invitatam matura* Codd., M. *invitata mat.* J Turn., retinet Riese. *invitata a natura* cj. M, recep. Œhler ; in quod ipse incideram. — 31 *relinquit* LQAJ. *reliquit* HWM. — 33 *feminina vero in b.* LAJ. — 34 *fetantiadas* Codd.

|| Neutri. Plautus Mercatore [V, 2, 19] :

Neque calor, neque frigus metuo.

Caseus generis masculini. Virgilius in Bucolicis [1, 35] :

Pinguis et ingratæ premeretur caseus urbi.

|| *Caseum* neutri. Novius Macco :

Pecunia
Quid? — Bonum breve est, respondi : Sardis veniens caseum.

Plautus Medico parasito :

Cum virgis caseum radi potest.

Collum neutri esse generis Virgilius docet [XII, 86] :

Et colla comantia pectunt.

|| *Collus* masculini. Attius Epigonis :

[Sed] quid cesso ire ad eam? Hem præsto est : [jam] camo collum gravem.

Lucilius Satyrarum lib. VII :

Caldissima [cyma],
Ac bene plenum vas olerorum, atque anseri' collus.

Idem lib. XXVII :

Modo sursum, modo deorsum tanquam collus cernui.

Cæcilius Harpazomene :

Hunc collum ludo præcidi jube.

Idem Synephebis :

Ad restim res redit. — Immo collus, non res; nam ille argentum habet.

Cato in Sercia : « Accipite hoc onus, si vultis, in vostros collos. »

Nævius Colace :

Utrum scapulæ plus, an collus calli habeat, nescio.

Plautus Amphitryone [I, 1, 289] :

Malæ, mentum, barba, collus.

Varro Sexagessi :

Ut nitens pavonis collus, nihil extrinsecus tumens.

1 *membrana* omnes. *membrana* vel *membranæ* Edd. Lucr. *nominanda est* HWQ. — 5 *neutri Plautus* HL. *neutri* omitt. W, Edd. *neutro* desiderant M Rutgers. *neutri* cj. Roth. — 6 *neque frigus neque calorem m.* vulgo. *neque calor* cj. M Rutgers. *nec calor nec frigus* Edd. Plaut. Aliam tamen constructionem Plauti locum recipere posse, ut *calor* mascul. sit, agnoscit M. — 9 *Caseus neutri* Codd. *caseum* Edd. — 11 *quid bonum quid bonum respondi* LA. *e Sardis ven.* cj. Munk. — 14 *neutri esse generis Virg. docet* LAJ. *neutri est generis. Virgilius et* HWM. — 16 *masculino* Codd. *masculini* M. *Epigono* omnes. *Epigonis* cj. M Voss. Ribb. — 17 *[Jam] quid* Ribb. *em præsto* Codd. *hem* Edd. *en* Ribb. *camo [en]* cj. Voss. *[en] camo* Ribb. *camo* omnes. *quam amo* cj. M, improb. Voss. — 19 *caldissime* Codd. *calidissime* M. *caldissima* AJ et Dousa. *plena iias olorum* HLW. *plenai iasolorum* M. *plenaa solorum* Q. *plena iasolorum* A. *plena jam solorum* J et Dousa. — 22 *collus cernis* Codd. *cernui* Bentin. JM, ut Noster v. *Cernuus*, p. 21. — 23 *sarpazomane* Codd. *Horpazomene* Bentin. JM. — 25 *soenefebis* HW. *soenenebis* L. *synephebis* Beutin. JM. — 26 *cad resum res* L. *cadretim res* QA. — 27 *in Sercia* omnes; quod retinet Jordan. *in Ser. Galbam* cj. Wasse. *in Sergiam* auspicor. — 28 *Nævius cor utrum* Codd. *Cor utrum* JM. *Næv. Colace* cj. J, prob. Herm.; quod ipse videram. — 29 *plus angulus colli* LAJ. *plus an collus calli* HWJ marg. M. — 31

CASTRA generis sunt neutri. || Feminini. Attius Æneadis vel Decio :

Castra hæc vestra est : optume escis meritus de nobis.

COPULÆ generis feminini. Attius Phinidis :

Obtorque proram, ac tortas copulas supa.

|| [*Copulum* neutri.....]

CÆPE generis neutri. Lucilius lib. V :

Flebile cæpe simul, lacrimosæque ordine cæplæ.

Idem lib. XVI :

Hoc aliud longe est, inquit qui cæpe serebat.

Varro Bimarco : « Avi et atavi nostri, quum allium et cæpe eorum verba olerent, tamen optume animati erant. » Idem Manio :

Dulcem aquam bibat salubrem, et esit cæpe flebile.

|| *Cæpa* feminini. Lucilius Satyrarum lib. V :

Lippus edenda acri assiduo cæpariu' cæpa.

Varro Eumenidibus : « In somnis venit; jubet me cæpam esse, et vesci cyminum. » Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Ut cibo utatur modico et idoneo; ut vitet acria, ut est sinapi, cæpa, allium. »

CUBITUS masculini generis. || Neutri. Lucilius Satyrarum lib. XVI :

Lysippi Juppiter ista
Transivit, quadraginta cubita altu' Tarento.

COLUBER generis masculini. Virgilius Æneidos lib. II [v. 471] :

Coluber, mala gramina pastus.

|| *Colubra* feminini. Lucilius Satyrarum lib. XVI :

Jam disrumpetur medius, tam ut Marsu' colubras
Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

barba (scripto *r* supra alterum *b*) H. *barra* LW. *barba* Edd., ut Plaut. *collum* male Edd. Plaut. — 33 *umens* Codd. *humens* Edd. *sumens* cj. M, prob. Œhl. Riese. *tumens* cj. Passer. — 36 *essis meritus* Codd., JM, Ribb. *esses* Q. *est ts m. de* cj. Voss., prob. Neuk. *escis mer. de* Bothe. *estis meriti id a* cj. Herm. — 37 *Finidis* Codd., M. — 38 *abtorque* omnes. *obtorque* cj. Passerat. ad Catull., prob. Lachm. Ribb. *prorum* H. *prorem* (superscr. *a*) L. *prorim* W, prob. Ribb. *suppa* HWM Ribb. *supra* LAJ. *sipa* J marg. Bothe. *supa* Gifan. *stipa* quosdam legere refert Voss. *ac tortas copulas supa* Freund, in v. *Supo*. De quo ipse cogitaram.

2 *Cepe* (ubique) omnes. — 3 *talpæ* omnes; quod nemo defendit. *talbæ* cj. Scal., prob. Column. Dous. Popma. *scillæ* cj. J. *rapæ* vel *napæ* cj. vir doctus in marg. Jun. *salpæ* cj. aliquis ibid. *cæpula*, quod dedi, deminutivum a *cæpa*, pariter *lacrimosa* est. — 6 *Vimarco* omnes. *avi et avi* Codd. *et atavi* Edd. *alium* Codd. *allium* Edd. — 8 *flebile sit cepe* HWQ. *sit* omitt. LA. *esitet* J, recep. Riese. *esit* M. *et esit cæpe flebile* cj. Guyet, ut sit septenar. — 9 *Cepa femin.* Codd. et Edd. *lib.* VI Prisc. p. 681. — 10 *acris* H. *acri* vulgo. *assiduo* vulgo, et cj. J. *assidue* J, cj. Leopard., et sic habet Prisc. *cepa lacrimosa* omnes. Imo *lacrimosa* glossema est, quod omittit Prisc., delent Leopard. J. *cæparius* autem deleri vult M. — 11 *insomnis* H. — 12 *esse et fessiminum* vulgo. *fessissimum* Q. *et sisymbrium* cj. vir doctus ap. Gerl. *et vesci cuminum* cj. J, prob. Popma. *vesci cyminum* cj. Guyet. — 13 *agria* L. *sinape* Codd. *sinapi* Edd. *alium* Codd. et M. *allium* AJ. — 15 *lib.* XVI HLWA. *lib.* XX Q (sed emendatum)

Turpilius Leucadia :

Arripuit colubram mordicus.

Varro Eumenidibus :

Quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci,
An colubræ, an beluæ, an de albu cibus labus Athenis ?

Contemptus generis masculini. || Contemptio feminini. M. Tullius de Republica lib. V : « Quæ virtus fortitudo vocatur : in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemptio. » Idem de Officiis lib. III [c. 33] : « Fortitudo, quæ est dolorum laborum[que] contemptio. » Et in Hortensio : « Magnitudo animi patientia laborum, mortis dolorumque contemptio. » Ita et in Tusculanarum lib. I [c. 40].

Compendium [generis neutri. || Feminini] *Compendiaria*. Varro Sciamachia, περὶ τύφου : « Hoc dico : compendiaria, sine ulla sollicitudine ac molestia, jucunde ad eam eadem voluptatem posse perveniri. »

Crocum generis neutri. Sallustius Historiarum lib. II : « Iter vertit ad Corycum, urbem inclytam pastibus atque nemore in quo crocum gignitur. » || Masculini. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 182] :

Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem.

Conatus masculino. || Neutro. Attius Atreo :

Ego incipio; conata exequar.

Candelabrum generis neutri, ut sæpe. || Masculini. Cæcilius Meretrice :

Memini ibi candelabrum ligneum,
Ardentem.

Cardo generis masculini. Virgilius Æneidos lib. II [v. 493] :

Et emoti procumbunt cardine postes.

|| Feminini. Gracchus in Peliadibus :

Sonat impulsu regia cardo.

JM. — 21 *jam ut* omnes. — 22 *omnis* vulgo. *omneis* AJ. — 27 *an boluæ* Codd., M. *bolvæ* Gerl. *beluæ* J, Œhl. Riese. *belluæ* A. *volvæ* cj. Roth, prob. Vahlen. *an de albu cibus labus* HWAJ. *dealbu cibus* M. *de albucibus* L. *cibus albus* Q. *an attelabus* cj. Steph. *an de Albuci subus* cj. Roth, recep. Œhl. *de Albuci* verum puto. *an vel bucinu' flavus ahenus* Riese. — 28 *Contemptus ... contemptio* vulgo. *contemtus*, etc. M. — 31 *lib.* IIII Codd. *lib.* III Bentin. JM.

3 *Compendium* (non vero *conpendium*) Codd. Duo nomina diversi generis omnes simul exhibent. — 4 *sciamatia* H. *sciamathia* LW. σκιαμαχίᾳ Bentin. JM. — 5 *ducundi ad* Codd., M, quod deleri vult Guyet. *dicundi* AJ. *dicendi* Q. *jucunde* jamdudum scripseram, quod nuper in notis cj. Riese, ut video. *voluntatem* Q. — 7 *Hist.* omitt. LAJ. *inter vertit* Codd. *item v.* Q. *iter* Bentin. JM. — 8 *inclitam pastusque nemore* vulgo. *pastisque* Q. *pastuque et nemore* cj. Aurat. in marg. Jun. *pastu atque* Guyet. *specu atque* cj. Haverc. — 10 *salicis* Codd., M. *salices* QAJ. — 13 *Masculi. Cæcil.* Gerl. — 14 *Meletricem* HLW. *Meletrice* M. *Maletricem* A. *Meretrice* Bentin., prob. M, qui apposite eumdem titulum citat ex v. *Prosumia*, p. 536. *Moletrice* J. *Molitrice* cj. Gul. — 15 *ibi [fuisse]* cj. Ribb. *ibi esse* malim. — 18 *procumbant cardine in p.* L. — 19 *Graius* vulgo. *Granius* cj. J, prob. M Scriv. Bothe.

Census generis masculini. || Neutri. Cicero in Consulatu suo :

Quorum luxuries fortunam et censa peredit.

Crines genere masculino. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 559] :

Et crines flavos.

|| Feminino. Plautus Mostellaria [I, 3, 69 :

Soli] gerundum censeo morem, et capiundas crines.

Atta. . . . . [Cinna] in Epigrammatis :

Prælerea Tuscis resoluta crine capillus.

Cummi generis neutri, ut est usu, monoptoton. || Feminini. Cinna :

Alpinaque cummis.

ut sit genitivus ejus : *hujus cummis,* ut puppis, febris, pelvis.

D

Dorsum neutri est generis. Virgilius Æneidos lib. I [v. 110] :

Dorsum immane mari summo.

|| *Dorsus* iterum masculini. Nam Plautus in Milite [IV, 4, 44] :

Timeo quid rerum gesserim : ita dorsus totus prurit.

Decorem generis masculini. || *Decentiam* feminini. M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 58] : « Colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem, et, ut ita dicam, decentiam oculi judicant. »

Despectus generis masculini. || *Despicientia* feminini. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 11] : « Ergo et hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. » Et Tusculanarum lib. I [c. 40] : « In omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia, [et] in omni virtute ponamus. »

Dominatio generis feminini, ut plerumque. || Masculini. M. Tul-

Gracchus cj. Scriver. et Lange, prob. Weich. Ribb. — 20 *impulsa* omnes. *impulsu* cj. Delr., prob. Scriver. Both. Weich. Ribb. — 21 *Neutro. Cic.* LAJ. — 22 *fortuaata censa peperit* vulgo. *fortunai censa peredit* cj. Lips. *fortunæ censa peredit* M, prob. Voss. Orell. — 25 *Mustellaria* vulgo. — 26 *crines tibi. Attn* vulgo. *tibi* vacare, vel nomen auctoris esse, cj. M, v. gr. *Tibullus*, seu potius *Cinna*, qui in sq. lemmate. — 27 *epigrammatibus* omnes. Verum *Cinna Epigrammatis* sup. p. 87. — 28 *præt. tu sis* omnes. *desoluta* HW man. sec. *de soluta* V. *tesoluta* (superscr. *d*) L. *dissoluta* AJ. *resoluta* cj. M, prob. Guyet. — 29 *monoptotum* Q. *Tamen feminini* omnes; sed *tam* scriptum fuit, hæsitante librario inter *toa* et *tum*. — 31 *cummi* omnes. *cummis* cj. Leopard.

1 *Incipit per* D *litteram* Codd. et Gerl.; formulam omitt. AJM. — 4 *nam Plaut.* L. Recte quidem; vox enim vulgo in sequens lemma perperam irrepsit. — 6 *masc. Nam decentiam fem.* Codd. *nam* omitt. Edd., quod loco movi. — 7 *de nat. deor.* Cic. — 11 *animi* solus exhibet Q; quod est ap. Cic., et in v. *Mirabilitas*, p. 490. — 12 *lib.* IIII *omnium* LAJ. *lib.* II *in omnium* H. *lib.* I *in omn.* WM; quod verum. — 13 *con-*

lius de Republica lib. I [c. 38] : « Quid tum, quum tu es iratus, permittis illi iracundiæ dominatum animi tui? » Et de Officiis lib. II..... [Et de Republica lib. I, c. 17] : « Quorum est levis fructus, incertus dominatus. »

Debitum generis est, ut manifestum, neutri. || Feminini. M. Tullius pro Plancio [c. 28] : « Nam alia est pecuniæ debitio, alia gratiæ. »

Diluvium generis habetur, ut sæpius, neutri. Virgilius lib. VII [v. 228] :

Diluvio ex illo.

|| Feminini. Lucretius lib. V [v. 256] :

Pars etiam glebarum ad diluviem revocatur
Imbribus.

Horatius Carminum lib. IIII [14, 27] :

Horrendamque cultis
Diluviem minitatur agris.

E

Eventus generis est masculini. || Neutri. Lucretius lib. I [v. 450] :

Nam quæcumque cluent, aut his conjuncta duabus
Rebus ea invenies, aut horum eventa videbis.

Idem in lib. I [v. 471] :

Eventum dici poterit quodcumque erit actum.

M. Tullius in Hortensio : « Tu me et aliàs nonnunquam, et paulo ante adhortatus es [ut] aliorum facta et eventa conquirerem. » Idem Consulatus sui lib. II :

Atque animo pendens noctu[rna] eventa timebat.

Error masculini est generis. Virgilius Æneidos lib. X [v. 392] :

Gratusque parentibus error.

|| Feminini. Attius Neoptolemo :

Sati' jam dictum est; neque ego errantiæ
Animi prave morigerabor.

temptione HJ, probante Guyet. *contentione* Codd. plerique, AM. — 16 *cum in es iratus* L. *in* vulgo omittitur. *cum tu es* Cic. ed. Mai, et cj. Roth. — 17 *dominatus animi* Codd., M. *dominantium* Q. *dominatum* AJ, ut Cic. *de Off. lib.* I HW. *lib.* II L, Edd. (Locus est II, 1.) — 18 *Quorum ést*, etc. omnes. *Quod earum rerum videatur ei levis fructus, exiguus usus, incertus dominatus* Ed. Mai. — 21 *Plantio* vulgo. *Plancio* M. *Quanquam dissimilis est pecuniæ deb. et gratiæ* Edd. Cic. Sic etiam citat Gell. 1, 4. — 23 *generis est, ut sæpius hab.* AJ. *Virg. lib.* VIII W. *lib.* VIII HLAJ. *lib.* VII M. — 26 *lib.* VI omnes. — 27 *ad diluvium* Codd. *diluviem* Edd. — 29 *oratius* Codd. — 30 *orendam* L. *cultus* Codd. *cultis* Bentin. JM. — 31 *minatur* Codd. *minitatur* Edd. *meditatur* Hor. — 34 *clunent* L.

3 *eventum ici p. quocumque* Codd. *dici p. quodc.* Edd., ut Lucr. — 5 *ut* vulgo addunt Edd. Cic. — 7 *animi pendens* cj. Aurat.

P. 204-205 M.

|| Neutri. M. Tullius ad Hirtium lib. II : « Qua in re si mediocriter lapsus sum, defendes meum tolerabile erratum. »

Epulum generis neutri est. || Feminini. Lucilius Satyrarum lib. XIII :

Idem epulis cibus atque epulo Jovis omnipotentis.

Qui versus utrumque designat. Virgilius lib. VI [v. 604] :

Epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu.

Ervum generis neutri est, ut plerumque. || Feminini. Varro Longe fugit qui suos fugit : « Sed uti serat hæc legumina arcte parva : cicer, ervillam, ac paregia alia spiria ceteris. »

F

Frontem feminino genere Virgilius ait [VII, 407] :

Et frontem obscenam rugis arat.

|| Masculino. Titinius Setina :

Quasi hermaphroditus, frontem fimbriatum gestas.

Pacuvius :

Voce suppressa, mutato fronte, vultu turbido.

Cato de Re militari : « Una depugnatio est fronte longo, quadrato exercitu. » Cæcilius Subditivo :

Nam hi sunt inimici pessimi fronte hilaro, corde tristi,
Quos neque ut apprendas, neque vitare scias.

Plautus [Plocino] :

Nam coloratum frontem habet, petilis [labris].

in marg. Jun., et Guyet, nec male. *noctu eventa* omnes. *nocturna* cj. J. — 14 *errantia animi* QAJ. *errantiæ* etiam J marg. — 14 *def. mecum* AJ. *intolerabile* QA. — 16 *lib.* XIII vulgo. *lib.* XIIII AJ, prob. Dousa. — 17 *idem epulo* vulgo. *ide* (expuncto *e*) L. *id* A. *inde epulæ* cj. Becker. *atque epulatio* omnes. (Ubi patet litteras *io* iteratas ex voce *iovis*.) *atque epulæ Jovis* cj. Lips. M. *Idem epulæ cibus atque epulum* cj. Dousa. *epulo c. atq. epulæ* cj. M, prob. Guyet. *atque epulo Jovis* (prætermisso initio) Herald. in Arnob.; etiam cj. Becker. — 21 *Erbum* Codd. *Ervum* Edd. — 22 *uti serat* HLW. *ut is erat* AJM. *hæc leg. arte* omnes. *parva pauca* vulgo. *prava pauca* J. *rara* vel *rapa pauca* cj. Palmer. *parva parata* cj. J. *parva paranda* Œhl. Riese. *parva pauca* pro dittogr. habet Düntz. — 23 *ervitium* cj. J. *ac paregia* omnes, retinet Riese invitus. *cepa regia* cj. Palm. J Popma. *asparagos* Œhler. *alia* omnes. *allia Cypria* cj. J, prob. Popma. *allia spireia* vel *ac pyrn* cj. Palm. — 29 *Feminino Pacuv.* vulgo. *Feminino* omitt. M. — 30 *innato fronte* vulgo. *innata* QAJ. *simulata* cj. Gerl. *caperato* Bothe 2. *caperata* Ribb., ex Varr. L. L. 7, 107 (sed in dubio est sitne idem). *turpido* HL. *turpitudo* VWM. *turbido* cj. Bad. Passer. Scriv. Voss. *turgido* Ribb. *turpi, livido* cj. M. — 31 *repugnatio* AJ. *depugnatio* etiam J marg. — 32 *Cæcil.* Cf. Gell. 15, 9.

2 *ut apprehendas* omnes. *apprendas* Both. Ribb., ut Gell. 15, 9. *neque vitare scias* vulgo. *neque ut vitore* Q. *neque est ut v.* cj. Gerl. *neque ut mittas scias* Gell., prob. M. *neque uti mittas* Bothe. *n. ut amittas* Bentin. (ex Codd. Gell.), J marg. *n. uti dimittas* cj. Spengel. Ribb. Hertz. — 3 *Plocino* addidi ex v. *Petilum*, p. 149. — 4 *coloratilem* Codd.

Finem masculino genere dicimus. Virgilius Æneidos lib. X [v. 116]:

> Hic finis fandi. Solio tum Juppiter aureo
> Surgit.

|| Feminino. Lucretius [lib.] primo [v. 108]:

> Et merito; nam si certam finem esse viderent.

Attius Phinidis:

> Neque ulla interea finis curarum datur.

Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 145]:

> Quam fessis finem rebus ferat.

Cœlius Annali lib. V: « At aliquam huic bello finem facere. » Cassius Hemina Historiarum lib. IIII: « Qua fini omnes res atque omnes artes humanitus aguntur. » Varro Meleagris: « Currere, vigilare, esurire, et quando hæc facere oportet? quam ad finem? » Sisenna Historiarum lib. IIII: « Et prope mediam ad finem ripæ pervenerant. » Varro de Vita populi Romani lib. IIII: « Ita hujus belli horribilis finis facta. »

Funis masculini est generis. || Feminini. Lucretius lib. II [v. 1155]:

> Aurea de cœlo demisit funis.

Fretum neutri tantum generis esse volumus. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 127]:

> Et crebris legimus freta consita terris.

|| Masculini. Lucretius lib. VI [v. 364]:

> Nam fretus ipse anni permiscet frigus ad æstum.

Nævius:

> Dubii faventem per fretum introcurrimus.

Ennius:

> Crassa pulvis oritur; omnem pervolat cœli fretum.

Lucilius:

> Serena cœli lumina, et salis fretus.

J marg. *coloratum* Bentin. JM, ut p. 149. *petulis* Codd. *petilis* Edd. *petilis habis* Codd. exhibent p. 149. — 9 *Lucretius primo* Codd. *libro primo* M. *lib. primo* omitt. AJ. — 10 *siceratam* H. *si ceratam* Gerl. *si certam* Edd., ut Lucr. *vident* Codd., A. *videret* Bentin. *viderent* JM, ut Lucr. — 11 *finidis* Codd. — 12 *curas* omnes; habet etiam (scil. genitivo) Bothe. *curis* J. *curai* cj. Passer. Bothe, recep. Ribb. — 13 *lib.* IIII vulgo. *lib.* III M. — 15 *annali lib.* omnes. Quod suspectum habeo: cf. *Exfundare*, p. 108. *ad aliquam* omnes. *id* J. *at* cj. Guyet. Roth. — 16 *qua finem* HLQ. *fine* WJM. *fini* Popma, ut Noster v. *Humaniter*, p. 514; et sic pervulgate. *omnis res* vulgo. — 17 *humanitasquæ* Codd. *humanitusque* JM. *humanitus ag.* Noster, p. 514; recep. Popma, prob. M Guyet. — 18 *hæc quando hæc* Codd. *hæc quando f.* M. *quando hæc f.* AJ. *ecquando* cj. Roth. — 22 *feminino* Codd. *feminini* JM. — 24 *aureas* Codd. *aurea* Bentin. JM. *funes* Q. — 27 *concita* omnes. *consita* Virg. — 29 *frigus et æstum* Edd. Lucr., et vult Guyet. — 30 *Nevius* Codd. *Nævius* M. *Novius* A. — 31 *faventem* omnes. *furentem* suspicor. — 33 *omnem pervolgat*, cj. Scal. Delr. Columna. — 34 *Licinius* legen-

P. 205-206 M.

Varro Gallo Fundanio : « Inter Italiam et Siciliam, qui est fretus inter Rhegium et Messanam. »

Favor est generis masculini. || Feminini. Attius Œnomao :

> Augustam adhibeant
> Faventiam ; ore obscena dicta segregent.

Fetus masculini. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 196] :

> Aut fetus ovium, aut urentes culta capellas.

|| Feminino. Virgilius Bucolicon [7, 36] :

> At tu,
> Si fetura gregem suppleverit, aureus esto.

Idem Georgicorum lib. III [v. 63] :

> Cetera nec feturæ habilis, nec fortis aratris.

Frenos masculini. Virgilius [Georgicorum] lib. III [v. 184] :

> Et stabulis frenos audire sonantes.

|| Neutro. Virgilius lib. VIII [v. 168] :

> Frenaque bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.

Attius :

> Pars frena thensari [or i] equorum accommodant.

Forum generis neutri. || Masculini. Lucilius lib. III :

> Romanis ludis, forus olim ornatu' lucernis.

Sallustius lib. I : « Illum nautis forum. » Pomponius Petitore :

> Balneæ, forus, macellus, fana, portus, porticus.

Frigus generis neutri, ut plerumque. || Feminini. Varro Cras credam, hodie nihil :

> Atque ut igni fervido medullitus
> Aquiloniam intus serva[ba]t frigedinem.

Fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur

dum putat Becker, citante Charisio *salsi fluctus* ex Licinio (Porcio), p. 103. — 35 *serana caecili nomine* HW. *caecaeli* L. *seranacecili* M. *erance cili* J marg. *cœli* A. *cœli* J. *cœli lumen et sali* cj. Herald. ad Arnob. — 36 *Gallo aut Fundania* Codd. *Fundanio* Edd. *aut* delendum diximus ad v. *Aboriatur*, p. 71. *Inter Italiam et Siciliam* pro glossemate habet Guyet ; quod ipse tantum non delevi. — 37 *regium* Codd.

1 *feminina* Codd. *feminini* Edd. *Attius Œnomaa.* Iterum et plenius citatur in v. *Obscenum*, p. 357. — 2 *agustam* Codd. *augustam* Edd., ut p. 357. — 3 *mare obscena dictis segregeas* Codd. *segregans* AJ. *ore ob. dicta segregeat* J marg. M, ut Noster p. 357. — 4 *lib.* III vulgo. *lib.* II M. — 5 *aut ovium fetus* omnes. *fetus ovium* Virg., quod vidit Guyet. — 6 *Virgil. Bucol. feminino* omnes. — 10 *abilis* L. *abilis* W. *habilis* H et Edd. — 12 *sonantis* vulgo. (Sed paulo ante *urentes.*) — 13 *lib.* VIIII vulgo. *lib.* VIII M. — 14 *binam ceus* W. *bina ejus* AJ. *bina meus* HLM. *palles* L. — 16 *accius pary frena* HW. *pari* L. *Accius Pari. Frena* M. *Accius : pari fr.* Gerl. *impari* A. *Paride* J, improb. Bothe. *Pars frena* cj. M, prob. Voss. Guyet. Both. Düntz. Ribb. *frena thesauri* HAJ. *tesauri* (superscr. *h*) L. *tesauri* W. *frenates auri* M. *tensarii* cj. Scal., prob. Voss., improb. Passer. *Paride : Frena* [*immittea*]*tes ori* cj. Passer., ex ejusdem loco non absimili, v. *Ferus*, p. 307. *tersa ari* cj. M. *tensa ari* cj. Voss. *Pars fr. tensæ* [*atque*] *ari* Ribb. — 19 *Sallustius*, etc. Quem locum plenius refert Pompeius, p. 151. — 20 *balnea* omnes. *balneæ* cj. M; quod et ipse videram. — 23 Jam sup. in v. *Medullitus*, p. 139. — 24 *servat* omnes. *eruat* cj. Büchel. — 26 *fulmentum lectum* LAJ. *fulmenta* etiam J

sæpius : « Fulmenta lectum scandunt. » || Feminino. Lucilius lib. XXVIII :

Fulmentas aeneis atque aeneis subducere.

Et lib. IIII :

Subjicit huic solidum; fulmentas quattuor addit.

Plautus Trinummo [III, 2, 94] :

Fulmentas jubeam supponi soccis.

Famulatio, ut *Dominatio*, plerumque genere feminino. || Masculino. Cicero de Amicitia [c. 19] : « Ut in fabulis qui aliquandiu, propter ignorationem stirpis et generis, in famulatu fuerint, [quum] cogniti sunt, et aut deorum aut regum filii inventi. »

Fluvius masculini generis. || Feminini, ut *Amnis*, plerumque Sisenna; Historiarum lib. IIII : « Quod oppidum in tumulo, propter mare, parvis mœnibus, inter duas fluvias, contra Vesuvium, collocatum. » Idem [in] eodem : « Transgressus fluviam quæ secundum Herculaneum ad mare pertinebat. »

Flexus, genere masculino. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 244] :

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.

|| Feminino. Cicero in Oratore [c. 18] : « Quum alter alteri objicit vocis flexiones. » Idem in eodem [ibid.] : « Se ipse moderans, et virili laterum flexione. »

G

Guttur neutri est generis. Virgilius lib. VI [v. 421] :

Ille fame rabida tria guttura pandens.

|| Masculini. Plautus in Milite glorioso [III, 2, 22] :

Nam nimi' calebat, amburebat gutturem.

Lucilius :

Et ventrem et gutturem eumdem.

Nævius :

[Se] ingurgitavit usque ad imum gurgitem.

marg. — 28 *aeneis atque aeneis* vulgo. *eis atque aeneis* QAJ. *fulm. clavis æneis subcudere* cj. Casaub. *senis ac tinis* cj. Salm. *his atque illis* Guyet. — 30 *sucit huic fuldum* vulgo. *sufficit huic dum* AJ. *sufficit huic : clavis fulm.* cj. Casaub. *subicit huic fulcrum* Salm. — 32 *supponi fico* Codd. *supp. foco* QAJ. *supponi soccos* M. *suppingi soccis* J marg., ut ap. Plaut. — 34 *ut in fab.* HM (et W, sed superscr. *a* initio). *aut in* LAJ; quod emendare jubet Passer. — 35 *generis famul.* LA.

1 *cum agniti* cj. M Guyet. *cum cogn.* Edd. Cic. — 3 *tumulo in excelso loco* omnes *loco* omitti volebat M1; majus etiam glossema mihi visum est. — 4 *intra Ves.* omnes (nec M edidit *inter*, ut ait Gerl.; quod Germanicæ editionis mendum est). *vessuvium* Codd. — 5 *in eodem* mihi placuit, quod in seq. lemmate. *fluvium* Codd. *fluviam* Edd. — 10 *vocis inflexiones* omnes. *flexiones* ed. Cic. Orell. sine var. lect. *ipse se* omnes. *se ipse* Edd. Cic. *ex virili* omnes. *et* M, ut Cic. — 15 *masculino* Codd. *masculini* M. — 16 *adurebat* vulgo.

Varro Lege Mænia :

Exercebam [me] ambulando, quo siti capacior
Ad cœnam veniret guttur.

Plautus Aulularia [II, 4, 25] :

Etiamne obturat inferiorem gutturem?

Genu neutri est generis. Virgilius lib. V [v. 432] :

Genua labant; vastos quatit æger anhelitus artus.

|| Masculini. Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Hæret verticulis affixum in posteriore
Parte atque articulis; nam ut nobis talu' genusque est.

Gelu, neutri generis. Titus Livius : « Pisi adtacematico foro præstatur virtuti laus gelu, set multo ocius vento tabescit. » || Masculini. Afranius Epistola :

Quis tu es ventoso in loco
Soleatus, intempesta noctu, sub Jove,
Aperto capite, silices quum findit gelus?

Attius Prometheo :

Tum profusus flamine hiberno gelus.

Cato Originum lib. II : « Qui aquatum et lignatum jubentur ire, securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, [et] eum colligatum auferunt. »

Grando generis feminini. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 449] :

Quam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

|| Masculini. Varro Trihodite trifolio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως :

Nec coruscus imber, alto nubilo multus cadens,
Grandine implicatus albo.

ambur. Edd. Plaut. — 19 *Nævius* omnes. *Novius* Ribb. e conj. — 20 *ingurgitavit* [se] Bothe. — 22 Septenarios nemo agnovit. *ut siti* omnes, quod ignaris placere debuit. *exercebar* cj. Passer. et aliquis ap. Gerl. *exercebam me* hic idem scripsit in marg. Jun.; quod Œhlero et mihi in mentem venit. *quo siti cap.* cum grammatica metroque melius quadrant. — 25 *obturas* vulgo. *obteras* W. *obturat* M, ut Plaut. — 29 *heret* H. *verticulum* L. — 30 *nam* omitt. QAJ. *navis* vulgo. *nobis* J. — 31 *Livius Andronicus* cj. J, et Ribb. Comic. p. XVIII. *pisi adtacematico* HLW. *pisiadtacematico* VM. *Pisia diacematio* A. *Pisia diacemiatico* J. *Pis. anatemaico* ms. Jun. *Pisis diadematico foro* cj. Turn., non improb. M. *Pisæ Panatheaaica* cj. J. — 32 *laus gelu set* HL. *sed* JM. *genu sed* W. *ocius veato* omnes. *verno* cj. J, prob. M. *vento* cj. Bentin *senio* cj. Turn. *Livius Ajace mastigophoro: Virtute laus præstatur, set multo ocius Vento et gelu tab.* Ribb. l. cit. Locus quomodo sanetur non video; sed eum Titi Livii esse arbitror, et legendum *lacus*, pro vulg. *laus*. — 35 *nocte* J. *sub diva* vulgo. *sub dio* M. *sub Jove* mutato glossemate, metro consului; et Horatianum est. Idem vidisse Ribbeckium gaudeo. — 36 *findat* omnes, ut est frequentissimus subjunctivi abusus.

2 *tum* omitt. Prisc. p. 685. *tum porro fusus* cj. Passer. — 3 *libyi* HW. *libri* L. *Libui* cj. Roth. *videntur ire* vulgo. *jubentur* cj. Lips., habet M. — 4 *atque solum* vulgo. *lorum* cj. Lips.; habet M. *exiduat* HW. *exhidunt* L. *excidunt* Edd. *eum loro coll.* omnes. (Sed manifestum glossema. Vel *securi* putide iterandum, vel *loro* eradendum.) — 7 *horroda* L. — 8 *tripolio* HW. *tripolito* LA. *tripylio* M. Vocem omitt. J. χαιησεω; Codd. κτήσεως M. (Vid. ad v. *Tolutim*, p. 4.) — 9 *aub. cadens multus* omnes, et Œhl. Riese. Hic me-

GLADIUS masculini. || Neutri. Lucilius :

Hærebat gladium mucrone in pectore totum.

[GANEA, genere feminino, ut plerumque.] || *Ganeum* neutro. Varro Sesquiulixe :

Qui se ganeum in accensum conjecit amicæ.

GRUES genere feminino. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 120] :

Strymoniæque grues.

Lucilius lib. IIII :

Longior hic quam grus, grue tota quum volat olim.

|| Masculino. Laberius in Fullone :

Virum tune hunc gruem Balearicum, an hominem putas?

GREGES, ut sæpe, generis masculini sunt. || Feminini. Lucretius lib. II [v. 661] :

Lanigeræ pecudes, et equorum duellica proles,
Buceriæque greges.

H

HORREA genere neutro, ut sæpe. || Feminino. Claudius oratione in Quintium Gallum : « Quarum jacent muri, nec ullæ horreæ, curiaque, et tabulariæ publicæ. » Ejusdem generis *tabularias* quo et *horreas* dixit.

I

INTYBA generis neutri. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 120] :

Quoque modo potis gauderent intyba rivis.

1 || Masculini. Lucilius Satyrarum lib. V :

Intybu' præterea pedibus prætensus equinis.

trum agnoscit, non vero ille. — 10 *implicatus* HLQAJ. *implicatur* WM. — 12 *herebat* vel *hærebat muero gladium in* HWVM. *misero* cj. M. *mucro* AJ. *hær. gladium mucrone* scriptum in marg. Jun., et ipse conjeceram. — 14 *sexquiulixes* Codd. *Sesquilysse* AJM. — 15 *se in ganeum a.* omnes. *sese in* cj. Gul. Guyet. Œhler, reclamante metro. *accensum* HAJM, Œhler. *ac censum* LW, ms. Gul., tuetur Riese. — 19 *grus, grege* cj. Dousa. (Quod libenter acciperem, sed versu ad seqaens lemma rejecto.) — 20 *in fullonicis* omnes. *in Fullonibus* cj. Zell. *Fullone* verum titulum exhibet Gell. 16, 7. — 21 *virum tu hunc* vulgo. *tum hunc* Q. *virumne hunc* cj. Bothe 2. *utrum tu hunc* cj. Gul. et Badius, prob. Chiffl. Ribb. *putas esse* omnes. *Esse* (altero versu) Ribb.; quod tanquam glossema delevi. — 23 *lib.* IIII vulgo. *lib.* II M, ut Lucret. et Noster in v. *Bucerias*, p. 80. — 24 *et quorum* W. — 25 *bucerriæ* H. — 27 *Calidius in Quintum Gallium* cj. Meyer, nec male. *in Quintum* A. — 28 *quarum jacent munera* H. *iacem murena* LW. *iaceni, murœna* M. *jacent murena* A. *quorum jacent* J, prob. M Guyet. *muri, villa* cj. J. *villæ* Guyet. *muri nec ulla* cj. Popma. *muri, nulla* cj. M. *jacent innumera villæ horrea* scriptum in marg. J. *nec ullæ horreæ* scripsit alius. — 32 *Intiba* Codd. *Intyba* JM.

P. 209 M.

Idem XXX :

Pulmentaria, ut intybus, aut aliqua id genus herba.

Pomponius :

In placenta rustici
Edunt libenter tristes acros intybos.

INTERITUS generis dicitur masculini. M. Tullius Philippica II [c. 11] : « Cn. Domitium non patris interitus, clarissimi viri... » || Feminini. M. Tullius Verrinarum in Frumentaria [c. 54] : « Quum bis in eadem provincia magnæ fugitivorum copiæ versatæ sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est. »

INSOMNIUM generis neutri. || Feminini. Cæcilius Plocio :

Consequitur comes insomnia :
Ea porro insaniam affert.

INTESTINUM generis neutri. Lucretius lib. IIII [v. 117] :

Horum intestinum quodvis quale esse putandum est?

|| Masculino. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς : « Sensus, portæ; venæ, hydragogiæ; cloaca, intestini. »

INGRESSUS generis masculini, ut sæpe. || Feminini. M. Tullius in Oratore [c. 3] : « Ac video hanc primam ingressionem meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam. »

JOCUS genere masculino. Cicero pro Cœlio [c. 19] : « Ludus, jocus, [convivium,] sermo pæne est familiarium deserendus. » || Neutro. Lævius Protesilaodamia :

2 *pedibus perserpsit* vel *proserpsit* Charis. p. 77. *æquinis* H. — 4 *Pulmentaria ut*, etc. Sic jam in v. *Mictilis* (vel *Mictiris*), p. 137. *ut intubus* Codd. *Pulmentar, aut intybus* M, ut cj. Scalig. ad Catul. *pulmentarius intybus aut* Passer. *aliqua et id genus* Codd. *et* omitt. AJM, ut Noster p. 137. — 6 *in placenta* L. *in Placenta* pro fabulæ nomine habent AJM, Both. Ribb.; non vero Gerl. — 7 *libenter pedibus tristis* vel *tristes* omnes, et Bothe. *pedib. tritis* cj. Guyet. *pædidos* cj. Gul. *dapibus* cj. M, improb. Bothe. *pedibus* omitt. Ribb.; quod jamdiu deleveram, nempe intrusum, ut sæpe fit, ex præced. lemmate. *atros* vulgo, etiam J marg., habent Both. Ribb. *adros* L. *acres* AJ. (Sed *acrus* antique dictum auctore Charis. p. 93.) — 8 *Philippicarum lib.* II omnes, ut solet. *lib.* III W. — 9 *Gneum* Codd. — 10 *in eadem* omnes. *in ea* Edd. Cic. — 11 *tum arat.* omnes. *tamen* Edd. Cic., quod locus reposcit. — 12 *internicio* vel *internecio* pleræque Edd. Cic. *interitio* ex Nonio jure emendant Le Clerc, Orell. Diversitatem jam animadverterat Victor. — 15 *affert* HAJM. *affret* W. *aufert* L. — 17 *quale eis put.* Codd., reprehendente Lamb. ad Lucr. *quale esse* JM. — 18 *marco* (suprascr. *vi*) L. *Margopoli* AJ. *sensus poriæ* LAJ. *portæ* HM, et cj. J. *verro* LAJ. *verre* HW. *venæ* cj. J, habet M. — 19 *idragogiæ* LW. *idragogæ* H. *hydragogiæ* Edd. *clavaca* HW. *clavada* L. *clauca* QA. *cloaca* Bentin. JM. — 21 *in oratore perfectum hanc video hanc primum* HL. *perfectum video hanc* W. *perfecta hac video* AJ. *perfecta ac* cj. J. *Oratore perfecto : Ac video* cj. Nicol. Faber, recep. M. (Vacantem vocem *perfectum* delevi, quod glossema videtur verbi *ductam*, ut suppleatur *esse*. Hoc jam eradi volebat Düntzer, ut dittographiam vocabuli *primum*.) *hanc primum* Codd. *primam* Edd. — 22 *sed de* L man. sec., AJ. — 23 *repetita* L. — 25 *sermone est* Codd. et A. *sermo etiam fam.* J. *sermo pæne est* M. *est pæne* Edd. Cic. *disserendus* W. — 26 *Nevius* omnes. *Lævius* cj. Osann. Weichert, ex Gell. 13, 10. *protesilaodam inunt* Codd. *ineunt* M. *Protesilaa : clam ineunt* AJ, Steph. *irruunt* cj. Carrio. *in eum irruunt* cj. Voss. *cacinnos* Codd. *cachinnos* Edd. *cachinnis* cj. Voss. *joca*

Ineunt, irruunt; cachinno joca, dicteria missitant.

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 96] : « Joca atque seria. »

L

Lentem consuetudo feminino genere dici vult. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 228] :

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

|| Masculino. Titinius :

Lenti calido, heluella, rapula, [aro,] rumice.

Lux feminini est generis. Virgilius in Bucolicis [7, 43] :

Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est.

|| Masculini. Plautus Aulularia [IV, 10, 18] :

Luci claro diripiamus aurum matronis palam.

Varro Bimarco : « Nos ergo nihil egimus quod legem Lucaniam, luci claro latam, auscultamus. » Idem Synephebo, περὶ ἐμμονῆς : « Hodie, si possumus, quod debemus populo, in foro medio, luci claro decoquere. » M. Tullius de Officiis lib. III [c. 24 : « Ei quum testamento sestertium millies relinquatur, ut, antequam hereditatem adeat, luci claro palam in foro saltet. »]. . . . . .

Et quum prior ire luci claro non queo.

Lucrum, secundum consuetudinem, neutri est generis. || Masculini. Plautus Persa [IV, 3, 23] :

Nunc ea narrabo, unde tu pergrandem lucrum facias.

Labium neutri est generis. Serenus in Opusculis :

Labíumque insigne revellit.

|| *Labea* rursum feminini. Plautus in Sticho [V, 4, 41] :

Age, tibicen, quando bibisti, refer ad labeas tibias.

dicta riisitantis LW. *dictari silantis* H. *dicta risitnntis* M. *risitantes* Carrio. *risitant* J. *usitant* cj. Voss. *visitantes* vel *missitnntes* cj. Bothe 2. *dicteriis itatis* Steph. *dicterin ihtnnt* cj. Delr. *dicterin risitant* Guyet.

6 *calido uella trapula* H. *euellet rapula* W. *eluella trapula* LQ. *eluellæ, trapula* M. *duella trapula* AJ, sed *elvellæ* J marg. *elvela, rapula* cj. Scal. Voss. *elvela et rapula* Gerl. *eluella et* Ribb. *rapula* prob. Guyet. *romicæ* HWM. *romice* LAJ. *rumice* cj. Turn. *rumici* cj. J, prob. Neuk. *rumices* cj. Scal. Bothe. — 10 *luce* LQAJ. *diripinmus* QJ. *deripiamus* non bene Edd. Plaut. — 11 *Vimarco* vulgo. *Bimargo* AJ. *quod legem lucaniam* vulgo. *lucanam* Q. *lucani claro* L. *lucaniam* omitt. A, prob. Roth; uncis includit Œhler. *Liciniam* cj. Œhler, recep. Riese. *Lutatiam* forte. *luciclaro* (item in sqq.) H. *luce* AJ. *luci* M. — 12 *scutulans* omnes. *sustulimus* Œhler. *seculi mane* Riese. *efoebo* Codd. — 13 *odie* L. — 14 *dequoquere* HQ. *M. Tullius*, etc. Tullii verba excidisse putat M, et aliud exemplum sequi : hoc verum esse reor. — 17 *non que* L. — 20 *nunc ea* vulgo. *ne ea* LA. *nec ea* Q. *nunc eam* (scil. *rem*) Edd. Plaut. *pergrande* male Edd. Plaut. — 21 *Lavium* Codd. *Labium* Edd. — 22 *laviumque* Codd. *Labiumque* Edd. — 23 *labeare rursum* Codd. et A. *labea* Bentin. *labia* J. *labeæ* M. — 24 *quom bibisti* Bothe, ut metro succurrat. *tibeas* L. *ad labias tibias labeas tibeas* Q. — 25 *macho* Codd. *Maccho* J. *Macco* J marg. M. — 26 *verberatio* omnes. *verberato* Bentin. J

Novius Maeco exsule :

Verberato populus homini labeas pugnis cædere.

Idem Præcone posteriore :

Ego dedita opera te, pater, solum foras
Seduxi, ut ne quis esset testis tertius
Præter nos, tibi quum tunderem labeas lubens.

Lucilius Satyrarum lib. XXII :

Zopyrion labeas cædit utrinquesecus.

LACERTI generis masculini. || Neutri. Attius Atreo :

Concoquit partem vapore flammarum, [et] tribuit veris
In focos lacerta.

LOCA generis neutri. Virgilius Æneidos lib. I [v. 51] :

Loca feta furentibus austris.

|| Masculini. Virgilius Æneidos lib. I [v. 365] :

Devenere locos, ubi nunc ingentia cernis
Mœnia.

Nævius Belli Punici lib. VI :

Convenit, regnum simul atque locos ut haberent.

Cicero in Oratore [c. 35 : « E quibus ea] ducantur, duplices loci : uni e rebus ipsis, alteri assumpti. »

LAPIDES et genere feminino dici possunt, ut apud Ennium :

Sublatæ sunt agmine tanto
Tunc lapides.

ad Homeri similitudinem, qui genere feminino λᾶας posuit.

LUXURIA generis feminini. || Masculini. Varro Manio :

Nec sumptibus [unquam
Nec luxu] lepidus statues finemque modumque.

LUSUS vel LUDUS genere dicuntur masculino. || Feminino *Lusiones*. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 20] : « Quum

marg., prob. Munk Ribb. *exule verberato* jungit Passer. — 28 *ergo ded.* vulgo. *ego* cj. J, habet M, prob. Munk Ribb. — 30 *tonderem* Codd. *tunderem* JM. *labias* (et sic ubique) Q. — 32 *utrimque secus* Codd. *discidit utrumque secutus* cj. J. — 34 *concoquit partem vapore flammam tribuit* vulgo. *concoquit Partem* Ribb. *flamma* Q. *flammeo Tribuit* cj. Delr. Voss. *vapor flammæ* cj. Voss., prob. Both. Bergk. *flammarum* scriptum in marg. Jun. *tribuit veribus lacerta in focos* omnes. *verubus* Bentin. JM. *veris* dedi, quod antiquum (Plaut. habet *verum*, Rud. v, 2, 14 et 16). *lacerta tribuit verubus in focos* cj. Voss., prob. Both. Bergk. *Tribuit verubus lacerta* (deleto *in focos*, tanquam confuso cum *locos*) cj. Voss. 2. Perversam librorum scripturam ad metrum non redigunt JM Both. Gerl.; *veribus* in fine senarii collocat, et longiorem lacunam suspicatur Ribb.

2 *lib.* II Codd. *lib.* I Edd. — 6 *locos non haberent* L. — 8 *assumptis* vulgo. *assumti* M, ut Cic. — 9 *Lapides ex* W. — 10 *tota* (scripto *an* super priore *a*) W. *tanta subl. s. agmine tunc* omnes, etiam Valhen. *augmine* cj. Wakef., nimium patienter prob. Vahlen. — 12 *gen. fem. lapides posuit* omnes. *fem.* λᾶας *p.* J. — 13 Post *Manio* lacunæ signum apponit M. — 14 *nec sumptibus finem lepitus statues* Codd., M. *lepidus* QAJ, *legibus* cj. Roth, recep. Riese. *luxuque nec sumpt.* cj. Popma. *Sumptibus et luxu facies f. m.* (omissa negatione) cj. Schott. *Nec sumptibus luxus statuit f. m.* cj. Düntzer. *nec luxu statues* Lachm. Riese (*nec luxu* ipse jamdiu videram). — 16 *Luxus vel* HWQ. *luxiones* Q. — 18

vero paululum processerunt, lusionibus vel laboriosis delectantur. » Idem de Oratore [I, c. 16] : « Qui pila ludunt, non utuntur [in] ipsa lusione artificio proprio palæstræ. » Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Ab hujuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet. »

Labrusca genere feminino. Virgilius in Bucolicis [5, 7] :

Silvestris raris sparsit labrusca racemis.

|| Neutro. Virgilius in Culice [v. 52] :

Densaque virgultis avide labrusca petuntur.

Liba generis neutri. Virgilius in Bucolicis [7, 33] :

Sinum lactis, et hæc te liba, Priape, quotannis.

|| Masculini. Nigidius de Diis : « Deinde surgat, faciat libos quatuor, et intra, libos duos ad dextram, et duos devexos. »

Lupinum neutro. Varro de Re rustica lib. I [c. 13] : « Lacum esse oportet, ubi maceretur lupinum. » || [Masculino *Lupinus*....]

Lympha, aqua, genere feminino, ut sæpe. || Masculino. Lucilius : « Impermixtum lymphorem. »

Licentiam feminino. || Masculino. Laberius in Paupertate :

Meo licentiatu.

Latrina genere feminino; et est [quasi] lavatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucilius lib. XI :

Qui[n] in latrina languet.

|| Neutro. Laberius Compitalibus :

Sequere [me] in latrinum, ut aliquid gustes ex Cynica hæresi.

Hic *latrinum* ventri ... finem locum dixit. Lucilius lib. VI :

Hoc tu apte credis, quemquam latrina petisse.

Lutum genere neutro. Et apud Ciceronem, in Epistolis ad Hirtium, lectum est plurali numero : « Luta et limum aggerebant. » || Masculino. Claudius Annalium lib. IIII : « Imbri lutus erat multus. »

Lanitium genere neutro. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 384] :

Si tibi lanitium curæ.

---

cum hi vero omnes. *hi* non habent Edd. Cic. *paulum .... laboriosius* Codd. *paululum ... laboriosis* Edd., ut Cic. — 19 *Idem Orat.* omnes. *lib.* I *de Or.* M. — 20 *Varro.* Jam sup. v. *Lusus*, p. 131. — 28 *de dis* Codd. — 29 Duo exempla hic esse suspicatur Rutgers., verbaque *Et infra* grammatici esse. *ad dextra* Codd., M. *a dextra* AJ, prob. Rutg. *ab* cj. Guyet. — 30 *de re P R* Codd. *de re populi romani* H. *de vita po. ro.* Q. *de Re rustica* Edd.

2 *limfa* Codd. *lymfa* M. *limpha* Q. *lympha* AJ. *aqua* sane glossema sapit. — 3 *limforem* Codd. *lymforem* M. *limphorem* Q. *lymphorem* AJ. — 4 *Laberius : In paupertatem* AJ. — 5 *licentatus* Codd. *licentiatus* Edd. *eo liceat.* J. *ea* J marg. *liceatiatu* cj. Guyet, exhibet Gesn. Thes. L. L., quod omnibus probatur. — 8 *qui in* omnes. *languæ* HW. *lanq :* (suprascr. *ae*) L. *lanque* A. *tamque* Q. *languet* J marg., prob. Guyet. *lacuque* Bentin. J. — 10 *sequere me in* Bothe, non improb. Ribb. ; quod et ipse jamdudum scripseram. *gustus* omnes. *gustes* Bentin. JM Both. Ribb. — 12 *hoc tuapte* Codd. *tu apte* JM. *credit* omnes. *hoc tu, apte credit* AJ; non vero distinguit M. *credis* cj. Dousa. *quanquam* J. — 15 *lib.* IIII QAJ; locum vero non innuunt plerique Codd., nec M. *Pluvin imbri lutus* omnes. *pluviæ* cj. Gifan. Guyet. *pluvio* cj.

P. 212-213 M.

|| Feminino. Laberius Paupertate :

Nil refert, mollem[ne] e lanitia Attica,
An ex bircino pecore vestitum geras.

M

Mercatus generis habetur masculini. Serenus Ruralibus [opusculis] :

Ad mercatum eo, villice.

Varro Sexagessi : « Ubi tum comitia habebant, nunc fit mercatus. » || *Mercatura* feminini. Plautus Trinummo [II, 2, 51] :

Mercaturamne an venales habuit, ubi rem perdidit?

Novius in Militibus Pometinensibus :

Instat mercaturam : spero, rem faciet ; frugi est homo.

Lucilius Satyrarum lib. VIII :

Verum et mercaturæ omnes et quæsticuli isti
Intuti.

Turpilius Lindia :

Consilium hoc cepi : litteras misi ad senem
Nostrum, processe nobis ex sententia
Mercaturam.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 2] : « Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus. » || *Mercimonium* neutri. Plautus Amphitryone [Prol. 1] :

Ut vos in vestris vultis mercimoniis.

Turpilius Thrasyleone :

Videre cupio vestrum mercimonium.

Melos genere neutro. Nævius Lycurgo :

Suavissumum melos.

|| Masculino. Attius Bacchis :

Acricrepantes melos.

aliqnis ap. Gerl. Sed hic glossema vidi. — 18 *Laverius* Codd. — 19 *nihil* omnes. *nil* Both. Ribb. *mollem e* omnes. *e lanitia mollem* cj. Muret. — 20 *an pecore ex hircorum vestium* HLA. *vestigium* WJM. *vestitum* cj. Muret. Lips. *an ex h. p. vestitum* Muret. Bothe. *an pectore ex hircorum* cj. Ribb. — 22 *Seren. Opusculis* J marg., ut Noster p. 431, quod notat Bentin. — 24 *vilice* Codd. — 25 *Varro*, etc. iterum in v. *Merx*, p. 431. *sexagesi suptum* H. *sup tum* Gerl. *sumptum* QAJ. *ubi tum* emendant Muret. Faber et M, ut habet Noster p. 431. — 27 *mercaturam eam venalis* vulgo. *mercat. meam* Q. *mercaturamne an* M, ut Plaut. — 29 *instant* vulgo. *instat* Q, et cj. Scal. Fab. Guyet. *peiorem* HWL (sed in hoc, *i* scripto super *r*), J marg. *spero* JM. — 30 *lib.* VI QAJ. — 31 *et quæsticuli instituti* omnes. *quæst. isti* cj. Auratus in marg. Jun. *qu. isti Intuti* cj. Scal. Dousa.

1 *coepi* Codd. *occepi* cj. Gifan. — 2 *prodesse* omnes. *processe* cj. Gifan. Muret., prob. Both. Ribb. *nebis ex* L. — 7 *vostris* JM. *mercimoniis voltis* Q. — 9 *vestrum* HW. *nostrum* L, Edd. — 11 *suave summum* omnes. *suavissumum* cj. Scriver. Voss. *suavisonum* cj. J, prob. Voss. Both. Ribb. — 12 *vaccis* Codd. *Vacci* A. *Bacchis : Vacci, acri,*

Pacuvius Peribœa :

Thiasantem fremitu concidi melum.

Varro Parmenone : « Paci in hujus nascuntur pueri Rhythmus et Melus. » Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Omnes enim qui loquuntur, habere debeant quosdam melos. »

Medimnum generis neutri. || Masculini. Lucilius Satyrarum lib. XV :

Præterquam in pretio, primus semisse, secundus
Nummo, tertiu' jam pluris quam totu' medimnus.

Margaritum generis neutri. Varro Hecatombe, περὶ θυσιῶν :

Ubi illa phalera gemmea, atque ephippia,
Et arma margarito candicantia?

|| Feminino. Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Imperito nonnunquam concha videtur margarita, vitrum smaragdos. » M. Tullius in Verrinis, de Signis [c. 1] : « Ullam gemmam aut margaritam. » Varro Marcipore : « Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum. »

Messem generis feminini. || Masculini. Lucilius lib. XXVII :

Potius quam non magnum messem, non probam vindemiam.

Mendum neutro. M. Tullius ad Atticum lib. II [ep. 7] : « Castricianum mendum nos corrigemus. » M. Tullius in Verrinis [II, 2, de Prætura Siciliensi, c. 42] : « Quod mendum ista denique litura correxit? » || Feminino. Lucilius :

Nam quibu' mendæ
Omnibus in rebus fiunt, fierique potissunt.

Metus masculini. Nævius [Bello Punico] :

Magni metus tumultus pectora possidet.

crep. J. *Vacci* « irrepsit ex superiore voce », ait vir doctus ap. Jun. *Bacchis : Acri crep.* M. *acreis crepanteis* J marg. *acre crepantes* cj. aliquis in marg. Jun., et Bothe. *crepitantes* QAJ. — 15 *thesiantem* Codd. (superscr. *h* in W) et Edd. *thyasiantem* cj. J. *thiasantem* Voss. Guyet Ribb. *fremita* Codd. *fremitu* Edd. *concidi* omnes, prob. Voss. Bothe. *concite* cj. Ribb. *concine* cj. Palmer. *concinui* aliquis ap. Voss. Forte, *cum edit.* — 16 *paci in hujus* vulgo. *paci hujus* J. *palimbacchiis nasc.* cj. J. *paci in*, quasi dittographiam *Parm.* nominis, deleri vult Düntzer. — 17 *et melos* omnes. *cata valde* L. *enim quo* L. — 18 *locuntur* HL. *loquuntur* W, Edd. *debent* J. — 21 *primus seminis* HW. *seminisse* L. *semisse* Edd. — 22 *plures* Codd. *pluris* JM. — 24 *falera* Codd. *gemmeaque eph.* vulgo. *gemme atque esippi* Q. *gemmea atque* cj. Meinek; quod ipse restitueram e vestigiis ms. Q. — 25 *margariti* Codd. *margarito* JM. *candicantia* græce scribunt Codd., latino JM. — 26 *popiapapai* græce Codd. — 27 *conca* Codd. *margaritum ut amisi margdos* H. (Item AJ, sed cum lacuna ante *margdos.*) *margarita mutami simargdos* LW. *mutamisi margdos* M. *margaritum varro* Q. *ut amethystus smaragdus* cj. J. *vitrum smar.* cj. M, recep. Riese. *putamen smar.* cj. Gerl., prob. Œhlero. — 30 *mergaritarum* H. — 32 *magnu messe* Codd. *magnum esse* V. *magnum emessem esse* Q. *magnum messem esse, non* AJ. *non magno messe, non* M. *non proba* vulgo. *vindemedin* Codd. *vindemia* AM. *non probam vindemiam* J.

2 *Castritianum* M. *non corrigeris* Codd. *non corrigeres* AJ. *nos corrigemus* M, ut Cic. *M. Tullius*, etc. Quod exemplum feminino *menda* vulgo attribuitur, reclamante oratore. — 3 *quæ mendosa denique litora* vulgo. *mundosa* W. *quod mendum ista denique litura* cj. Victor. M, ex Cic. *denique*

P. 214-215 M.

|| [Feminini.] Ennius :

Non metus ulla tenet, rectæ virtute quiescunt.

Murmur neutri est generis. || Masculini. Varro Sexagessi : « Acciti sumus ut depontaremur : murmur fit verus. »

Mundus muliebris, generis masculini. || Neutri. Lucilius lib. XVII :

Legavit [quidam] uxori mundum omne penumque.

Miseria, ut sæpe, generis feminini. || Neutri [*Miserimonium*]. Laberius Carcere :

Homo frugi, quod tibi relictum est, miserimonium obtines.

N

Nundinæ generis sunt feminini. Varro Marcipore : « [Utri] magis sunt pueri, hi pusilli nigri, qui exspectant nundinas, ut magister dimittat lusum? » || Masculini. Lucilius lib. XXVI :

Paucorum atque hoc pacto si nil gustat inter nundinum.

Varro Gerontodidascalo : « Quoties priscus homo ac rusticus inter nundinum barbam radebat. » Idem Ταφῇ Μενίππου : « Romani ipsum Μαρεώτην οἶνον qui in urbe inter nundinum calumniarentur. » Idem Rerum divinarum lib. XX : « Decemviri quum fuissent arbitrati, vi nos nundinum divisum habuisse. »

Nasus masculini. || Neutri. Lucilius lib. VII :

Queis oculi non sunt, neque nasum, et qualia sunt [hæc].

Idem lib. XXII :

Nasum rectiu' nunc homini est, suræne, pedes[ne]?

non habet Cic. — 5 *nam in quibus* omnes. *nam ut q.* cj. Dousa. — 7 *B. Punico* conjeceram, ut Klussmann, p. 61. — 8 *magni intus* Codd. *metus* Edd. — 9 *feminini* Edd. — 10 *ni metus ulla* vulga. *nec* cj. M. *metus tilla* W. *tenet rite* vulgo. *tennet riae* L. *tenet teheri virt.* A. *rite in virtute* J. *freti virt.* cj. M. — 12 *iacciti* HW. *siaactiti* (sed ita correctum ut sit *iactati*) L. *acciti* ms. J, prob. J, habet M. *iactati* AJ. *ut depontare murmur* HWM, et ms. J. *deportare* QAJ. *deputare* L. *deportaremur* cj. J. *depontaremur*; *murmur* cj. J, prob. Popm. M. *sit ieris* LQ. *sit verus* AJ. — 13 *mulieris* Codd. *muliebris* Edd. — 13 *libro sextodecimo* Gell. 4, 1. — 15 *legat uxori* omnes. *legavit quidam ux.* Bentin. J et Dousa, ex Gell., qui duo versus laudat. — 18 *miserie munium* H. *miseriae munium* W. *miseri* (suprascr. *ae*) L. *miserimanium* Edd. *retines* omnes. *retines miserimon.* cj. Bothe, recep. Ribb. *retine* cj. Bothe 2. — 20 *maiores sunt pueri* omnes. *utri magis sunt* Noster in v. *Lusus*, p. 133, prob. J. — 21 *pusillini qui* H. *pusilli ni* Gerl. *pusilli nigri* AM, ut sup. p. 133. *pusilluli nigri* J. *spectant* vulgo. *exspectant* QA. — 22 *dimittussum* H. *dimitt ussum* Gerl. *dimittat lusus* Q. *dimittat suus* AJ. *dimittat lusum* J marg. M, ut Noster p. 133. — 23 *nihil* omnes. *inter nundina* Codd. *nundinum* QAJ. *internundinum* cj. Turn., prob. M. — 24 *Gerontod.* græce scrib. JM. — 25 *tafe minippu* Codd. — 26 *romam ipsam marcosioe nan* Codd. *Marcoside* M. *in arcosice* AJ. *Romani ipsam narcosin aenan* J marg. *Romani psammacosioe* (*i. e.* ψαμμακόσιοι) *non qui* cj. M, recep. OEhl. Riese. *in orbe* omnes. *in urbe* cj. M, prob. Guyet. — 27 *arbitrari* Codd. *arbitrati* Edd. *vinos* Codd., M. *binos* QAJ. *ei nos* cj. Guyet.

3 *quos oculi* omnes. *queis* J marg. Dous. Guyet. *æqualia sunto* cj. Scal. *et qualia*

Nepos dici et femina potest, Ennio auctore, quæ nunc *neptis* dicitur :

Ilia, dia nepos, quas ærumnas tetulisti!

Nuntius generis masculini. || Neutri apud aliquos non receptæ auctoritatis lectum est, sed doctos.

Nervi masculini sunt, sicuti plerumque. || Verum *Nervia,* feminini, apud doctos lectum est sæpe. Varro Ὄνος λύρας : « Scientia doceat quemadmodum in psalterio extendamus nervias. » Varro Ὄνος λύρας : « Et ii dicunt, suam Briseidem producere, quæ ei nervias tractare solebat. »

Novalia genere neutro. Virgilius in Bucolicis [1, 71] :

Impius hæc tam culta novalia miles habebit!

|| Feminino. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 71] :

Alternis idem tonsas cessare novales.

O

Obsequium neutro genere habetur. Terentius in Andria [I, 1, 41] :

Obsequium amicos, veritas odium parit.

|| *Obsequentia* feminino. Plautus in Asinaria [I, 1, 50] :

Qui mi auscultabunt, facient obsequentiam.

Turpilius Epiclero :

Sed nequeo ferre hunc diutius
Errare et conqueri, nec esse suæ parum obsequentiæ.

Idem Thrasyleonte :

Quum interea nil quicquam mi est præmii,
Neque, hera, tuæ benignitatis ac tuæ obsequentiæ.

nobis cj. Dousa. — 5 *homini est serene pedes. Nepos* H. *serene pedes dicic* (sed *dicic* expunoto) L. *serene ped'* WM. *sure* (*suræ* AJ) *nec pedes dici* QAJ. *suræve pedesve* J marg., prob. Dousa. — 8 *iliada* HJ. *ilia da* LW. *Ilio dio* cj. J, babet M (et Charis. p. 70, Fest. v. *Recto fronte*). *neptis* L. *netulisti* Codd. *retulisti* QA. *tetulisti* JM, ut Char. et Fest.— 9 *neotro apud* L, Edd. — 11 *sicut* LAJ. — 12 *Nervia femin. n. d. l. e. s. Verum Varro* omnes. — 13 *quem ad modum* Codd. *est tendnmus* Codd. *extendamus* cj. Gul. Passer., babet M. *nervias neutri Varro* omnes; sed *neutri* est dittographia, quam mox v. *nervias* coarguit. — 14 *honos* H. *et id dicunt* omnes. *ei* cj. Ribb. *suambrese idem* H. *breseidem* LW. *Briseidem* Edd. — 15 *ejus* omnes. *ei* malui. *nervias* omnes. *nervia* A, habent Œhl. Riese, cum Lexicis. *traitare* Codd. *tractare* Bentin. JM. — 18 *lib.* II vulgo. *lib.* I M. — 19 *tonsas idem* J. *idem* omitt. LQA. *novalis* vulgo. — 22 *edium* Codd. *odium* Edd. — 23 *Obsequela* (item sexies) omnes. — 24 *mihi* omnes. *faciunt* Codd. *facient* Edd., ut Plaut. *obsequelam* omnes. *obsequentiam* cj. Scal. Grut., prob. Barth. Neuk., et sic Bothe ed. Plaut. (Quod requiritur, quum senarii sint.) — 25 *Turp. etgleros etneque* H. *Etglero : set* Gerl. *Epiclero* cj. Bentin., habent JM. *set* A. *set* omitt. J. *sed* M. — 26 *neque offerre* Codd., J. *nequeo ferre* cj. Canter., habet M. *neque ferre* cj. Gul. — 27 *errari* Codd. et J. *errare* cj. Canter., babet M. *tricari* cj. Gul. *necesse suæ* HAJ. *nec esse suæ* Canter. Gerl. M. *non me esse* cj. Neuk. *parum* Codd. et A; omitt. Bentin. Gul. Canter. JM. *obsequelæ* omnes, etiam Both. Ribb. *obsequentiæ* cj. Neuk. — 28 *Thrasileone* omnes. *Thrasileonte* Both. Neuk., etiam J in Indice. — 29 *nihil*

P. 215-216 M.

Sallustius Historiarum lib. II : « Ibi Fimbriana seditione, qui regi per obsequentiam orationis, et maxime odium Sullæ, grati carique erant. » Afranius Privigno :

Quam mihi sit grata illius obsequentia.

Ostrea generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. III :

Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

Turpilius Demetrio :

In actâ coopertas age inoras ostreas.

Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐετηρίας :

Nec multinummus piscis, ex salo captus,
Helops, neque ostrea illa magna captata
Quivit palatum suscitare....

Afranius Excepto :

Conchas, echinos [et] marinas ostreas.

M. Tullius in Hortensio : « Solertiam eam quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas. » Varro Sexagessi :

Tunc nuptiæ videbant ostream Lucrinam.

|| Neutri. Lucilius Satyrarum lib. VIIII :

Quid ergo? si ostrea cerno,
Cognorim fluvium, limum ac cœnum sapere ipsum.

Idem lib. XIII :

Hoc fit idem in cœna : dabis ostrea millibu' nummum
Empta.

Varro Ἕως πότε, περὶ ὡρῶν :

Non posse ostrea se Romæ præbere et echinos.

Oves generis feminini, ut plerumque. || Masculini. Varro Rerum divinarum lib. XXIII : « Ut etiam mutant ii qui oves *duos*, non *duas* dicunt, Homerum secuti, qui ait [Iliad. Ψ, 31] :

Πολλοὶ δ' ὄϊες. »

quicquam a me est præmii omnes. *præmi* Both. Neuk. Ribb. — 30 *neque erat tuæ ben.* omnes. *atque obsequelæ* omnes, prob. Ribb. *obsequentiæ* cj. Both. Neuk. — 31 *ubi Fimbriane* Codd., M. *Fimbriana* QAJ. *Hi Fimbriann* M. e cj. — 32 *obsequelam* omnes. *absequentiam* omnibus locis requirit Both. Comic. p. 182. *syllæ* (*sillæ* H) *scarique erant* Codd. *Syllæ Scaurique* M. *Syllæ graves carique* QAJ. *Syllæ cari erant* J marg.
2 *illius* HQA, Both. Neuk. *ipsius* WLM. — 6 *cooperta* omnes. *cooperta alga* cj. Palmer. Faber. *age minores* cj. J. — 7 *Varro* ιοπιπη ϛαχη L. τὸ vulgo omittitur. ευιστηριας HWM. ευστηριας L. ἐυετηρίας Bentin. J Guyet. — 8 *multum nummus* Codd., AJ. *multinummus* cj. J et Scal., habet M. *ex sala* HW. *sola* L. *salo* Edd. — 9 *helaps* Codd. *elaps* Q. *helops* Bentin. JM. *elops* Scal. *magna capla* vulgo. *captata* cj. Scal., habet M. — 12 *concas* Codd. *ech. ostreas marinas* omnes, et Both. Ribb. — 13 *eam posset* vulgo. *posse* cj. Nobbe. *qua posset* J. *quæ posset* Edd. Cic. fragm. — 14 *prosem. hostreas* H. — 15 *ostrinam* vulgo. *ostream* L, J marg. M. *ostreas Lucrinas* AJ. Alii aliud metrum suspicantur; saturnium puto cum Meinek. — 17 *quid ego si cerno ostrea* omnes. *si ostrea cerno* cj. Passer. Guyet. — 18 *cognorit* vulgo. *cognorim* Bentin. J Guyet. *cenum* Codd. *accenum* H. — 20 *hoc fit idem* vulgo. *hoc itidem* A. *hoc fit idem, in cœna dabis* M Gerl. *milibus* Codd. — 21 *empta?* M Gerl. *empla.* J. — 22 *eos pote* Codd. ἕως πότε Edd. — 25 *lib.* XXIII HWM. *lib.* XXII Q. *lib.* XXVII LA. *lib.* III J. *ut etiam*

Idem : « [M.] Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ei ego unum ovem mulctam dico. »

Obsidio feminino. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 52] :

Cingique urbem obsidione videret.

|| Neutro. Ennius :

Quum sævo obsidio magnus Titanu' premebat.

P

Putei sunt genere masculino. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 329] :

Ad puteos, aut alta greges ad stagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam.

|| Neutro, Varro Gallo Fundanio, de Miris : « Secundo, de stativis aquis, ut sunt lacus, et stagna, et putea, et maria. »

Piscatio generis, ut sæpe, feminini. || *Piscatus* masculini. Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 8 : « Nemo nostrum] istius generis asotos jucunde putat vivere : mundos, elegantes optimis coquis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione. »

Pulvis generis masculini, ut sæpe. || Feminini. Ennius Anna-li[um] lib. VIII :

Jamque fere pulvis ad cœlum vasta videtur.

Idem lib. VIIII :

Pulvis fulva volat.

Posticam feminino genere consuetudine appellamus. Lucilius Satyrarum lib. III ;

Non peperit, verum postica parte profudit.

nutnntibus qui Codd., M. *est nutnntibus* ms. J. *etiam putantibus* AJ. *ut æstimantibus* cj. J. *notantibus* cj. J, prob. M Voss. *ut et apud antiquos* cj. Canter. *multantibus* cj. Grotof. *ut est a mulctantibus* cj. vir doctus in marg. Jun. — 26 *secotos* omnes. *secutis* cj. Grotof. — 27 *pomoi noes* (prima littera græca) H. πομοι ὁ οες W. HOMOI L. πολλοι ms. J. πολλοὶ δ'ὅιες cj. J, prob. Gothof. Guyet. μῆλ' ὄιές τε Edd. — 28 *Terentio* omnes. *M. Terentio* cj. J *M.*·*Terentius* Edd. Gell. XI, 1 ; sed *Terentio* etiam vett. edd. — 29 *excitatus* omnes. *excusatus* cj. Bentin., J marg. Popma, ut Gell. *eum ego* Codd. *ei* J marg. M, ut Gell. *ei* delet Brisson. *multam* omues. — 33 *eum suo ... Titanum* omnes. *cum sævo... Titana* cj. J et Columna. *magnus Titanus* Passer. — 37 *a puteos* L. — 38 *currente in* HW. *currentem* Edd. *jubet occurrentem* L. *elignis* Codd. *ilignis* Edd. *portnre* LA.

1 *Galla vel Fundanio* omnes. *vel* delendum, ut ex aliis locis patet. Cf. v. *Aboriatur*, p. 71. *De Admirandis* verum nomen est. *de statuis* AJ. *stativis* cj. Bentin., J marg. — 2 *et putei* Codd. *putea* Edd. *et mari* L. — 5 *eligantis* vulgo. *eleganus* L. *elegnntes* QJ. *optumis* Codd., M. *optiinis* QJ. *cogis* Codd. *coquis* Q. *cocis* AJM. — 8 *lib.* VIII *Annalium* omnes ; sed de eodem libro Gell. 20, 10 : *Ex octavo Annali.* — 9 *vesta videtur* ms. ap. Gebh., qui cj. *vecta*. — 10 *Idem ... Jamque fere* improb. Merula, deleri volunt, ut repetitum ex præced. exemplo, vir doctus ap. Jun., Vahlen. — 14 *virum* Codd., A. *verum* Bentin. JM. *profundit* Codd., J marg. M. *protundit* QAJ. *profudit* cj. Gothof., quod ipse scripseram. — 15 *tafe minippu* Codd. *per-*

P. 217-218 M.

Varro Ταφῇ Μενίππου : « Perrepsit [in] interiores partes domuis posticæ, ut ait Plautus, penitissimæ. » || Titinius neutro in Veliterna dici probat :

Atque duo postica, quæ loco
Mercede.

Idem Fullonibus :

Si quidquam hodie, præter hanc,
Posticum nostrum pepulerit.

Lucilius lib. VIII :

Pistrinum appositum, posticum, cella, culina.

Varro Prometheo lib. II : « Retrimenta cibi, quæ exierant per posticum, evallefeci. »

Partus masculini est generis. Virgilius [VII, 321] :

Quin idem Veneri partus suus, et Paris alter.

|| *Partitudo* et *Partio* feminini. Plautus Aulularia [I, 1, 36] :

Probrum, propinqua partitudo cui appetit.

Idem in eadem [II, 3, 9] :

Nam probrum atque partitudo prope adest.

Afranius Vopisco :

Non dolorum partionis veniet in mentem tibi,
Quos [tu] misera pertulisti, ut partum projiceret pater !

Plautus Truculento [I, 2, 93] :

Horresco misera, mentio quoties fit partionis.

Præsepia neutri sunt generis. Virgilius lib. XI [v. 492] :

Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis.

|| Feminini. Plautus in Curculione [II, 1, 13] :

Quin reciperet se huc cessim ad præsepim suam.

Idem [Rudente, IV, 3, 99] :

Ad meum herum arbitrum vocat me hic intra præsepes meas.

rexit omnes, et Noster iterum, v. *Domuis*, p. 491. *pertexit* J. *perepsit* Q. *perr. interioris partis* vulgo. *inferioris partis* A. *interiores* J. *in inter.* M, ut Noster p. 491. *domus* vulgo. *domuis* M, quod jubet Noster, p. 491. — 16 *penitissime* Codd. — 21 *si quis h. præter hos* omnes. *si quisquam ... hanc* Noster p. 366. *si quisquam hic hodie* cj. Herm., metro consulens non ita feliciter. — 22 *pepullerit* H. — 24 *appositum postico* cj. Dousa. *oppositum postico* cj. Gul. *sella* omnes. *cella* cj. J et Dous. Guyet. *Prom. liberato* cj. M. *libero* (deleto II) Œhl. Riese. — 25 *trimenta* L. *qua exierint* HWM et ms J. *quæ exierunt* LAJ. *quæ exierant* cj. Scal. *qua exirent* cj. Ruhnk. Roth, recep. Œhl. Riese. *quæ exirent* Popma. Hæc Guyeto glossema videntur. — 26 *posticum vallem feci* Codd., AJ, Œhl. Riese. *vallem fecerunt* J. *evallefecerunt* cj. Scal. *evalle feci* (sic divisim) M. *vallefeci* cj. Lachmann. *evallavi* Guyet. — 28 *idem venerit* HLQA. *Veneri* WJM. — 29 *Paritudo* Codd. *Partitudo* Edd. — 32 *nunc probrum* Codd., M et J marg. *nam* Bentin. J, ut Edd. Plaut. *pactitudo probe* HW. *paritudo probe* Q. *partitudo prope* L, Edd. — 35 *quos miserula* cj. Bothe, prob. Neuk. *quos [tu] misera* cj. Herm., recepit Ribb.; quod ipse jamdiu scripseram. *quos jam* (aut simile aliquid) cj. Guyet.

1 *quod fit* omnes. *quoties* Edd. Plaut. — 4 *feminino* Codd. *feminini* M. — 5 *huc cessum* vulgo. *cessim* cj. Passer., habet M, qui ap. Plautum perperam legi *esum* notat. *præsepiam* QAJ. — 7 *erum* Codd., M. *herum*

Varro de Re rustica lib. I [c. 13] : « Contra. Illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam, unam præsepim latam, cellam, vinariam. »

PANIS consuetudine masculino genere appellatur. || Neutro. Plautus in Curculione [II, 3, 88] :

Hæc sunt ventris stabilimenta, pane et assa bubula.

PINGUE est, pro pinguis est, neutrum pro alio genere positum. Novius Tripertita :

Si autem pingue est, male cubandum est : pûtent pantices.

PERDIX et masculino genere dici potest. Varro in Admirandis : « Perdicas Bœotios. »

PALPEBRUM genere neutro consuetudo dici vult. || *Palpebræ* feminino. Lucretius lib. IIII [v. 953] :

Brachia palpebræque cadunt, poplitesque cubanti.

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων :

Quos calliblepharo naturali palpebræ
Tinctæ, vallatos mobili sæpto tenent.

M. Tullius de Natura deorum lib. II [c. 57] : « Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. »

PANNUS usu generis masculini. || Neutri. Novius Tabellaria :

Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est.

PURPURISSUM genere neutro. Afranius Omine :

Cedo purpurissum.

|| Feminino. Nævius Sannionibus :

Inlino cretam, cerussam, purpurissam.

QAJ. *hic* omnes. *huc* Plaut. *intra intra pr.* Codd. *præsepias* vulgo. *præsepis* M, ut Edd. Plaut. — 8 *de re rustica* HLWQ, et cj. Lips. *de re publica* AJM. *Contra hic laudab. ab illis is habebat* vulgo. *ab illis. Is habebat* JM. *Contra. hic* Gerl. (*Contra* enim cum præcedentibus jungitur : *Quæ villæ nunc sunt pleræque contra.*) *Illic laudab. villa* Varr. ed. Schneid. — 9 *is habebat* omnes. *si* Varr. *culinam rusticam vinam* Codd. *rusticam, unam præs.* JM. *vinam* delendum cj. Düntzer, ob adject. seq. *vinariam* repetitum. *rusticam* Edd. Varr. *præsepim latam* Codd., M. *præsepiam* J. *præsepis laxas* Codd. Varr. *præsepias* ed. Schneid. — 13 *ventri* Edd. Plaut. — 15 *Novi ustri perdita* H. *Novius Triperdita* AJ Gerl. *Tripertita* cj. aliquis ap. Jun. (ex v. *Desubito*, p. 517), habet M. — 16 *pinguist* Ribb. *cubandum est* omnes. *est* ultro delerem, et *namque* (*putent*) adderem. *putrem* Steph. J. *panticas* HLQJ. *ponticas* WM. *pantices* J marg. Both. Ribb. — 17 *Gallo Fundanio de Adm.* cj. Lips. (Vid. in v. *Aboriatur*, p. 71.) — 18 *veotios* Codd. *vehocios* Q. *vehotios* A. *Bœotios* Bentin. JM. — 19 Post *Palpebrum*, interponuntur *Pannus* et *Purpurissum* in Codd.; *Palpebrum .... Palpebræ* continuantur in Edd. — 20 *lib.* III AJ. — 21 *palpebræ quæ* Codd. *que* Edd. *cavanti* vulgo. *cubanti* AJ, ut pleræque Edd. Lucr. — 23 *calliblepharon* Codd. *calliblepharo* JM, et cj. Scal. Martin. — 24 *tinctæ* omnes. *cinctæ* cj. Scal. *vallato mobilis septos* vulgo. *vallatos* ms. Fabri, Scal. Passer. M. *mobiles* cj. J. *mobili* cj. J Passer., habet M. *septo* vel *sæpto* cj. Scal. Passer. J, habet M. — 25 *de Oratore* vulgo. *de Deorum natura* M. — 26 *quæ tanquam* Codd. *quæ* omitt. Edd. — 27 *Nævius Tabel.* AJ. — 28 [*ei*] *pannum* Ribb. — 29 *Homine* vulgo. Sed. vid. in v. *Præclavium*, p. 64. — 30 *purpurissimum* (ter) Q. — 31 *Nevius* vel *Nævius* vulgo. *Novius* cj. M. prob. Munk, habet Ribb. — 32 *inlino* Codd. *in lino* J marg. M. *in licio* AJ. *creto* L. *purpurissam* HW, et cj. M. *purpurissum* LW man. sec. JM. — 33 *Permities ... permitiem* HL, etiam W man. pr. *Pernicies* ... Edd. *Luci-*

P. 218-219 M.

Pernicies generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. II :

Pestem perniciemque, catax quam et Manliu' nobis.

|| Neutri [*Pernicium*]. Attius Menalippo :

Paratus sum ubivis petere pestem pernici.

Palumbes feminino. Virgilius in Bucolicis [1, 58] :

Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes.

|| Masculino [*Palumbi*]. Lucilius lib. XIIII :

Macrosque palumbos.

Plautus Bacchidibus [I, 1, 16] :

Quia enim intelligo :
Duæ unum expetitis palumbum.

Pomponius Divite :

Quo unum palumbum ex ore tollit.

Pigror generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. X :

Languorque obrepsit, pigror torporque quietis.

|| [Feminini *Pigritia.*]

Pigret. Ennius lib. XVI :

Post ætate pigret sufferre laborem.

Attius Clytæmnestra :

Omnes gaudent facere recte, mali pigrent.

Pali genere masculino. || Neutro. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν : « Quid? tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, *tripales* dici? »

Periculum generis neutri. Terentius in Andria [III, 3, 34] :

At istuc periclum in filia fieri grave est.

|| *Periclitatio* feminini. M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 64] : « Sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. »

lius, etc. Jam sup. v. *Catax*, p. 25. — 34 *manlius novius* Codd. *nonius* Q. *Nov. Neut.* J. *nobis* cj. J, ut est p. 25, recep. M.

1 *Melanippo* L, prob. Ribb. — 2 *pestem permities* HL. *pernities* WM. *pestem, perniciem* AJ. *pernicies* M, Bothe. *pernicium* cj. M. *pestem permiti* cj. Ribb. Vocem *pernicium* hic agnoscit Guyet. — 3 *Palumbi femin.* omnes. — 5 *Palumbi*, quod sup. est. — 6 *palumbes* omnes. *palumbos* ap. Charis. p. 82, etiam ed. Keil. — 8 *qui enim* vulgo. *quia* M, ut Plaut. — 9 *palumbem* omnes, ut et inf. *Palumbus* enim, vetustum Catonis et Varronis verbum, hinc exsulat. — 10 *Pompon. de vitæ* Codd. *de vite* AJM. *Debita* cj. J (in Indice). *Divite* cj. Bothe, prob. Munk, Ribb. : quod et mihi succurrerat. — 11 *palumbem unum* om... *quom pal. ex ore t. unum* cj. Ribb. — 13 *Languor obressit que pigror* vulgo. *obrescit que* A. *obrepsitque* M. *Languor et oppressit*, *p.* J. *et obrepsitque* cj. Dousa. *Languor enim* Guyet. — 14 *Femin. Pigritia.* Hoc in fine erat lemmatis *Pigret*; quod alieno sane loco positum, duo lemmata seu jungas, seu dividas. — 15 *Pigne. Ennius* AJ. *Pigret* J marg. *Pigres* (femin.) cj. Scriver. — 16 *potestate* LQ. *potestate pigne* AJ. *post ætate pigret* J marg. — 17 *tite semestra* H. *tytesemestra* Gerl. *Clytæmnestra* Edd. — 18 *recte boni, mali* cj. Passer. *mali* etiam M (non *male*, ut credit Gerl. ex Germanica ed.). *pignem* AJ. *pigrent* etiam J marg. — 19 *genere feminino* vulgo. *masculino* Q. *Flextabulis* J. — 20 επαρχιων Codd. — 21 *tripalles* Codd. *tripales* Edd. — 23 *at stuc* Codd., M. *istuc* QAJ.

PARATUS generis masculini. || *Paratio* feminini. Afranius Privigno :

Silentio opus est; nulla inest paratio.

PENUS generis feminini. Lucilius :

Magna penus parvo spatio consumpta peribit.

Pomponius Dotata :

Vinum panemque omnem, ceterum aliam præberem penum.

Novius Dotata :

Meam penum componam : satius est.

|| Neutri etiam lectum est apud plurimos quorum auctoritas non probatur.

POLYPUS, generis [masculini]. || Feminini. Lucilius lib. XXVIIII :

Paulisper comedens hæc se[se], ut polypus ipsa.

PAUPERTAS generis feminini. || Neutri [*Pauperium*]. Cæcilius Plocio :

Ibo ad forum, et pauperii tutelam geram.

PAPAVER neutri. Virgilius [Æn. IV, 486] :

Spargens humida mella, soporiferumque papaver.

|| Masculini. Varro Admirandis : « Infriasse seni papaverem. » Plautus [Trin. II, 4, 8] :

Quam si formicis objicias papaverem.

PILEUS generis masculini. Plautus Captivis :

Pileum, quem habuit, deripuit, eumque ad cœlum sustulit.

|| Neutri. Plautus Cornicularia :

Te obsecro, vide
Pileum meum, mi sodalis, mea salubritas.

periculum omnes. — 25 *sirpibus* W. *surpibus* L. *utilitatis* Codd. *utilitates* Edd. — 31 *penus per vos* Codd. *parvo* Edd., ut Prisc. p. 658. — 32 *Pomp. Dogali* omnes. *Dotata* cj. Palmer., prob. M; habet Bothe, qui tamen cj. *Togatis*, prob. Ribb. *Pomp. Do ego alii* cj. Palmer., prob. Neuk. Munk. *Do illi* cj. J. — 33 *unum penum quæ omnem* Codd., J. *vinum penumque omnem* cj. Palm. J, habet M, prob. Neuk. Munk. Lacunam post *omnem* innuit M. *ceteram* cj. Munk. *alium* cj. Palm. Neuk. *Novius Dotata : Ceterum alium pr. penum. Atta : Meum in* cj. Palmer., prob. Neuk. — 34 *Nævius* Bentin. AJ. *da facta* Codd., JM. *Dofacta* Gerl. *Dotata* cj. Bentin. Steph. JM. — 35 *meam penum* H (L et W manu pr.). *mea in p.* L man. sec. *mea impeaum* W man. sec. *meam in pen.* M. *meum in* AJ, prob. Neuk. *componam satius est* JM. *componam; satius* Gerl.

3 *Paulisper cui medemtia medem hæc* vulgo. *me lentia* AJ. *medem* pro dittogr. habet Düntz. *cui me dem, edet* cj. J, prob. Dousa. *comedens edet* cj. Scal. *comedent hæc sese* cj. Luc. Muller. *ipsa* omnes. *ipsum* malim. — 5 *plochio* Codd. — 6 *pauperi* omnes. *pauperio* cj. Guyet. Spengel. *pauperie* Bothe. *pauperii* Ribb., ut ipse jamdiu scripseram. — 8 *umida* Codd. — 9 *Varro adnoprandis* HWM. *noprandis* LA. *Admirandis* J, et cj. Scal., ut est ap. Charis. p. 64. *Gallo Fundanio de Admir.*, cf. sup. p. 71. *infrias seae papav.* HAM. *infrias senem* Q. *infriasse ne* LW. *infriasse* scripsit M in marg. Jun. *infriasse papav.* Scal., ut Charis. p. 64. *infria seni* J. — 10 *Plaut. Asinaria : Formicis* QAJ. — 11 *an si* Codd. *quam si* M, ut Plaut. *q. si tu ob. form. p.* Edd. Plaut. *obicias* Codd., M. — 12 *pilleus* (item in seqq.) Codd. *pileus* Edd. — 13 *diripuit* omnes. *deripuit* ed. Bothe. *tollit* omnes. *sustulit* Bothe; ut ipse correxeram. — 14 *Plautus cornicem te* Codd. *Cornicularia* Bentin. JM. — 15 *obse-*

Prosecta, exta quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis neutri. Æmilius Macer in Ornithogonia :

Vulcani tosta vapore
Cum virgis prosecta ferunt.

|| Feminini [*Prosicies*]. Lucilius lib. XIIII :

Cœnam, inquit, nullam, neque divo prosiciem ullam.

Varro Rerum divinarum lib. XI : « Prosiciem extorum vel in mensam porrigere. »

Pedis, quem nos *pediculum* dicimus, generis masculini est. Novius :

Est pêdis ingens in naso.

|| Feminini. Plautus Vidularia :

Ubi quamque pêdem viderat, suffurabatur omnes.

Pluvia, ut sæpe, generis feminini. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 388] :

Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce.

|| Masculini [*Pluor*]. Laberius Lateloquentibus :

Qui pedem ex taberna tulimus, tantus quum staret pluor.

Pistillus masculino. Novius Mania medica :

Lacrimæ cadent : calet pistillus.

Idem Fullonibus :

Testas, patinas, pistillos mihi cantant.

|| Neutro. Munatius : « Pistillum grande est. »

Propago, propages, ut sæpe, generis est feminini. Pacuvius Antiopa :

Salvete, gemini, mea propages sanguinis.

|| Neutri [*Propagmen*]. Ennius :

Nobis unde forent fructus vitæque propagmen.

Patibulum genere neutro. || Masculino. Licinius Rerum Roma-

cro *nide* W. *lyde* LAJ. *vide* J marg. M, et Bothe. — 18 *Licinius Macer* omnes. *Æmilius Macer* cj. Voss. Et sane *Ornithogoniam* Æmilio tribuit Prisc. p. 371. (Et *Æmil. Macer* in v. *Picumnus*, p. 518.) — 19 *vulgari tosta* QAJ. *vulcani* J marg. — 21 *feminino* vulgo. *feminini* M. — 22 *cenam* Codd., J. *cœnam* M. *inquin* L. *prosectam ullam* omnes. *prosiciem* cj. Scal.; quod ipse videram. — 23 *Varro extipr divinarum* Codd. *Varr. Rerum div.* Q et Edd. *libro* XXI Q. — 24 *in mensam* HL, Edd. *immensam* W, L manu sec. *prosicere, porricere* J marg. *projicere* cj. Turn. Dousa. — 28 *feminino* Codd. *feminini* M. — 29 *videbat* omnes : scil. trochæus in iambico. *suppurabatur* LA. *omnis* vulgo. — 32 *tum* Edd. Virg. *pluvia* Codd. *pluviam* Edd. — 33 *masculino* Codd. *masculini* M. *late loquente* Codd., M. *Laberius : late loquente qui* AJ; sed fabulam intelligit Passer. *Late loquentibus* Noster v. *Populacia*, p. 150.

1 *Pestillus minia nouris* L. *minia* vulgo. *Mania* cj. J Gifan., recep. M. — 2 *cadent* vulgo. *cadunt* (superscr. *e*) W. *calet pist.* vulgo. *cadet* ms. Cujac., prob. Munk. Both. Ribb. — 4 *testis* vulgo. *testas* Munk. Both. Ribb. *pestinas* LAJ. *cantent* QAJ. *cantant* J marg. — 5 *neutro Oratius* HWM. *Horatius* LJ marg. *Muntius* AJ. *Munatius* cj. Voss. — 6 *Pacuv.* Jam sup. p. 64. — 10 *bonis unde* HW. *boni secunde* LAJ. *nobis unde* cj. J et Merul. (sic enim Noster p. 64), habet M. *fructus utæque* Codd. *ut æque* QAJ. *vitæque*

narum lib. XXI : « Deligantur ad patibulos, et circumferuntur; cruci defiguntur. » Plautus Carbonaria :

Patibulus ferar per urbem, deinde suffigar cruci.

R

Rictus generis est masculini. Titinius :

Calve, exporge frontem; labeis semper facito rictu' [sit].

|| Ricta neutri. Lucretius lib. V [v. 1062] :

Mollia ricta tremunt, duros nudantia dentes.

M. Tullius de Signis [c. 43] : « Ut rictum mentumque ejus sit paulo attritius. »

Rogus masculini generis. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 676] :

Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræque parabant?

|| Neutri. Afranius Epistola :

Pulchre hoc incendi rogum :
Ardet; tenetur; hoc sepulcro sepeliet.

Rudens generis est masculini. Virgilius Æneidos lib. III [v. 267] :

Excussosque jubet laxare rudentes.

|| Femini. Plautus in Rudente [IV, 3, 1] :

Dum hanc [tibi, quam trahis,] rudentem complico.

Reticulum genere masculino. M. Tullius Verrinarum [actione] Siciliensi [de Suppl. c. 11] : « Reticulumque ad nares [sibi] admovebat, tenuissimo lino, [minutis maculis,] plenum rosæ. » Fenestella Annali : « Fasceam pectoralis reticulus... » || Neutro. Claudius lib. I : « Prius hisce auctoribus inde[re] reticula galearia. »

cj. J Merul., habet M, ut est p. 64. *propagimen* H. *propaginem* QAJ. *propagen* cj. Columna. *propagmen* LWM, ut p. 64. — 11 *Lucilius rerum humanarum* AJ; quod recte emendat e conj. J. *Luci. re. ro* Q. — 12 *deligat ad patibulos deligantur* vulgo. *deligata* LQAJ. *Ad patibulos deligantur* (deleto *deligat*) cj. Lips. (de Cruce). — 14 *Patibulum ferat* omnes. *Patibulus ferar* cj. Lips., recep. Bothe. *deinde affigat* vulgo. *affigar* J. *suffigar* cj. Lips., habet Bothe. *affigatur* cj. vir doctus ap. Gerl. — 17 *cave exporge* omnes. *Titin. Cæco* cj. Neuk. *frontem, habeat semper facto victus* vulgo. *labeat semper* inf. p. 456. *lateat* cj. Neuk. *ne habeat* cj. Herm. *factos* AJ. *facito* J marg., prob. Herm. Neuk. *labea semper facito* Ribb. *et abeat semper fac cito Rictus* Bothe. *semper factos rictus rideant* Q. — 19 *ricta fremunt* Edd. Lucr. *nudantes* Codd. *nudantia* Edd., ut Lucr. — 20 *rictum ejus ac mentum paulo sit* Edd. Cic. — 25 *pulchræ* H. *inscendi* cj. Guyet. — 26 *hoc sepulcro sepeliet* HL, Both. Ribb. *sepelietur* A. *sepeliar* Guyet. *sæpe licet* WM. *sæpe licetur* Q. *sepeli ilicet* cj. Palmer. *huic se pulchre sepeliet* cj. Neuk. — 28 *excissos* L. *rudentis* vulgo. — 29 *feminino* Codd. *feminini* M. — 31 *verrinarum siciriemsi* Codd. pleriq. *siciliem si* Q. *Siciliensi* cj. Roth. *Verr. actione* VII vel *septima* Bentin. JM. — 32 *naris* vulgo. *nares* inf. p. 350. *sibi* addidi, ut videmus p. 350 et 411. — 33 *minutis maculis* ut p. 350. *pleno* Codd., M. *plenum* Q Bentin. J, ut p. 350, et Cic. — 34 *Annal. Fasc.* JM. *Annalium* Gerl. *fascem* omnes.

P. 222 M.

Ramenta generis neutri, ut sæpe. || Feminini. Plautus [Bacch. III, 4, 15] :

> Ramenta fiat plumea propensior.

Rastros genere masculino dicimus, ut apud Virgilium et Terentium. || Neutro apud Cornelium Celsum : « Omnes rastra et attollunt et adigunt. »

Raptus generis masculini. || Feminini. Terentius in Adelphis [III, 3, 2] :

> Disperii! Ctesiphontem audivi filium
> Una adfuisse in raptione cum Æschino.

Reditus generis masculini. Virgilius Æneidos lib. XI [v. 54 :

> Hi] nostri reditus exspectatique triumphi

|| Feminino. M. Tullius Philippica I [c. 1] : « Exponam vobis breviter consilium [et] profectionis et regressionis meæ. » Varro Rerum humanarum lib. XX : « Omnes Tarquinios ejecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent. » Idem in eodem : « Ad milites facit reversionem. »

S

Sexus masculini generis esse manifestum est. || [*Secus*] neutri Sallustius dixit, Historiarum lib. II : « At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria : concurrens enim undique virile et muliebre secus per vias et tecta domuum visebatur. » Sisenna Historiæ lib. IIII : « Tum in muro virile ac muliebre secus, populi multitudine omni collecta. »

Specus genere masculino. Varro Rerum divinarum lib. IIII : « Ibi quum amissam capream desiderarent, animadvertissentque quemdam specum tenebricosum. » Ennius [Hectoris] Lytris :

> Inferûm vastos specus.

1 *auct. inde* omnes. *priscisque* cj. Passer. *privisque ductoribus indit* cj. Lips. — 4 *fiam* omnes. *fiot* Plaut. *plumbea* omnes, improb. Both. *plumea* Plaut. — 6 *cornel. cessum* W. — 10 *disper recte sifontem* H. *disperre, Ctesiphontem* Gerl. *disperii* Edd. *disperii oudivi thefontem* Q. *filumina offuisse* Codd. *philomenr* Q. *Philomenam* A. *ftium una* JM, ut Ter. — 12 *lib.* III *nostri* HW. *lib.* IIII : *nostri* LQAJ. *lih.* XI : *Hi nostri* M. — 14 *philippicnrum* vel *philip. lib.* I omnes, ut solet. — 15 *et regressionis* omnes; iterumque Noster v. *Exponere*, p. 299. *reversionis* Edd. Cic. *reditionis* cj. aliquis in marg. Jun., et mox *reditionem*. — 16 *omnis* vulgo. *Tnrquilinios* L. *Tarquin. eicerent* vel *eiicerent* vulgo. *nec qunm redditionis* L. — 18 *fncit reversionem* omnes. — 20 *Secus* HQ. *Secus* (sed ubique suprascr. *p*) L. *Specus* (ubique) W. *Sexus* Edd. — 22 *mngnn glorin concurrentium undique* omnes. *concurrentibus* Macrob. 2, 9. — 23 *virile ci mul.* L. *virile ac* ultro legerem. *muliebre sexus* HAJ. *specus* W. *secus* QM. *tectn omnium* omnes, etiam Macrob. — 24 *visebantur* AJ. *ium in oiuro virile* L. — 25 *mul. sexus* HAJ. *secus* M Gerl. *omni collocata* omnes. *collecta* cj. J. — 27 *cum ad-*

|| Feminino. Ennius Annalium lib. XVII :

Concava sub montis latere specus intu' patebat.

Pacuvius Niptris :

Inde advenio montem Œtam, [in] scruposam specum.

STRIGILIM manifestum est esse generis feminini. || Neutri. Varro Bimarco : « Κατάχρησις est enim vera, quum in candelabro pendet strigil. »

SORTES genere feminino. Virgilius lib. X [v. 501] :

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.

|| Masculino. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 323] :

Quæ sortitus non pertulit ullos.

SAL genere masculino. Terentius [Eun. III, 1, 9] :

Labore alieno magno partam gloriam
Verbis sæpe in se transmovet qui habet salem :
Quod in te est.

Plautus in Mercatore [I, 2, 92] :

Quasi in aquam indideris salem.

|| Neutro. Varro : « Commentario veteri Fabii Pictoris legi : Muries fit ex sale, quod sale sordidum frictum est, et [in] ollam rudem fictilem adjectum ; et postea id virgines Vestales serra ferrea secant. »

SOCRUS et masculino genere veteres dici posse voluerunt. Nævius Pellice :

Desine socru tuo, fratri patrueli meo.

SALUM neutri generis est vulgari consuetudine. || Masculini. Ennius Hecuba :

Undantem salum.

SIBILUM neutro, ut apud Serenum :

Suave sibilum.

missam W. *amasam* L. *amissam* H, Edd. *capram* vulgo. *capriam* L. *que* omitt. Codd., habent JM.

1 *lib.* XVI : *Tum cava sub monte late* Prisc. p. 713. *late* H, Bentin. JM. *latæ* A. *latet* LWQ. *latere* cj. Fruter. *petebat* L. — 2 *Accius Nipt.* vulgo. *Pacuvius* cj. Scriver. Voss., ex Prisc. p. 713. — 3 *aetam* Codd. *Oetam* Edd. *scripsam* L. *Advenio in scrupulosam specum* Prisc. p. 713. — 5 *Vimarco* vulgo. *Vimargo* J. *pendet strigilis* omnes. *strigile* cj Guyet. Sed *strigil*, ut *sal*. — 9 *lib.* IIII LQAJ. — 10 *quæsor litus* H. — 11 *Salis genere m.* omnes. — 12 *magno* Codd. M, ut inf. v. *Habere*, p. 318, et Bentl. ed. Terent. sine var. lect. *magnam* AJ, et pars edd. Ter. — 16 *in aqua* vulgo. *in aquam* J, ut Edd. Plaut. *indideris alem* W. — 17 *Neutro vero, Comment.* cj. vir doctus in marg. Jun. *Fabi* Codd. *legimus tes fit et* H. *tesfit* AJ. *legimus : exfit ex sale* cj. Scal. *legi : ausles fit et* Gerl. *legi : muries fit ex* cj. Cujac. Scriv., habet M. — 18 *quo sale* Codd. et AJ. *quod sal* cj. Cujac. Scriv. *quod sale* M. *sord. sustum* vulgo. *siistum* L. *ustum* AJ, et Scal. *si pisum* cj. Ursin. *pinsum* Scriv. *tunsum* Cujac., prob. M (ex Fest. v. *Muries*). *et ollam* Codd., AJ. *et in ollam* cj. Scal. Cujac., Scriv., habet M ; et sic Festus. *facidem* HW. *facile* L. *facilem* Q. *facile* AJ. *fridelem* cj. Scal. *fictilem* cj. Cujac., habet M ; sic enim Fest. — 19 *abjectum* QAJ. *objectum* cj. Scal. *conjectum* Cujac. Scriv., ex Festo. *est* addunt omnes. *id sal* omnes. *quod postea sal* Scriv. *ferreo* W. — 21 *pellico* omnes. *Pellice* cj. Meurs. Both. Ribb. — 22 *desine* omnes. *desim* cj. Bothe. *socri tuo* vulgo, et Ribb. *socrui* Q.

|| Masculino. Virgilius in Bucolicis [5, 82]:

Nam neque me tantum venientis sibilus austri.

Lucilius:

Saxa et stridor ubi acquierunt, dum sibilus institit.

Sagum generis neutri, ut plerumque. || Masculini. Ennius:

Tergum igitur sagu' pinguis opertat.

Varro Virgula divina:

Quum neque aptam mollis humeris fibulam ferret sagus.

Spari masculino genere, ut est apud Virgilium [XI, 682]:

Agrestisque manus armat sparus.

|| Neutro. Lucilius:

Tum spara, tum rumices.

Sanguis masculino genere in consuetudine habetur. Virgilius Æneidos lib. II [v. 638]:

Vos o, quibus integer ævi
Sanguis, ait.

|| Neutro. Ennius Hecuba:

Heu me miseram, interiit Pergunt lavere sanguen sanguine.

Lucretius lib. I [v. 837]:

Visceribus viscus gigni, sanguenque creari.

Attius Amphitryone:

Cum pare parvos patrum hostifice
Sanguine sanguen miscere suum.

Idem Æneadis aut Decio:

Vim Gallicam obduc contra in acie exercitum,
Ne patrum hôstili fusum sanguen sanguine.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου:

Africa terribilis contra concurrere nobis,
Afrumque Æneæ misceri sanguine sanguen.

socro cj. Bothe. *patrui* vulgo. *patri* J. *patrueli* cj. M Guyet, prob. Both. Ribb. — 31 *ubi atque erunt* HAJ. *atqueerunt* Gerl. *acquierunt* cj. Lips., prob. Dousa; recep. M. *dum sibilus institis* omnes. *tum sibilus instat* vel *infit* cj. Lips. *instat* Gerl. Corpet. — 33 *tergus* Codd., M. *tergius* AJ. *tergum* cj. J, Column. Merul. — 34 *Varro*, etc. Iterum p. 538. — 35 *molis umeris* Codd. *mollibus* vett. edd. *mollis* cj. Bentin., habent JM. *sagis* LA. *sagus ferret* vulgo, etiam Œhl. Riese. *ferret sagus* cj. Guyet; quod ipse videram. — 36 *Spari, quod genus est teli.* Glossema delevi, quum nunc de interpretatione non agatur.

3 *rumicis* Codd., M. *rumices* Bentin. J. *murices* scriptum in marg. Jun. — 8 *Ennius* etc. Iterum p. 466 et 504. — 9 *eheu* L. *miserum* cj. Voss. Osann, ut inf. p. 504; sed *miseram* p. 466. *labere* Codd. *lavere* JM, ut 466 et 504. — 13 *Cum patre* omnes. (*Cum pare* est ap. Ov. Fast. 3, 193, et 4, 99.) *patrum* omnes. *patrium* Both. Ribb. *parat* cj. Voss. *hostifica* cj. Merul. Bothe. — 14 *hiscere suo* vulgo, etiam J marg. M. *viscere* J. *miscere* cj. Passer. Voss., prob. Ribb. *suo* omnes. *suum* cj. Merul. Voss. — 16 *exercitum vae patr.* H Gerl. *vae* (expuncto *a*) L. *exercitumve* W. *exercitum Ve* M. *exercituve* Bentin. J, Voss. *exercitu, Ne* cj. J. *Væ patrium* Bothe. *Qui patrum* cj. Passer. *Reparatum* cj. Neuk. Herm. Ribb. *fuso* Codd., M. *fusum* AJ Neuk. — 19 *concurrere ibis atque* Codd. *ibisque atque* Q. *concurrere civis Civi* cj. Delben. Faber. *cives* Guyet. *concurret Iberis* cj. Lips. *concurrere Iberis*

Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 11] : « Quotusquisque est cui, mors quum appropinquet,

Non refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu ? »

Succubonem positum pro succuba, Titinius testis est in Psaltria :

Contemplari ancillas, quam arbitrer
Illarum succubonem esse.

Simile est, pro similis est : pro masculino positum neutrum. Titinius Fullonibus :

Formicæ pol persimile est rusticus.

Nævius Gymnastico :

Pol haud parasitorum aliorum simile est.

Novius in Mitibus Pometinensibus :

Tu pusilli simile es, quia enim ad os fers quicquid nactus es.

Schema feminino genere dici veterum usurpat auctoritas. Plautus Amphitryone [Prol. 117] :

Quod ego processi huc sic cum servili schema.

Pomponius Prostibulo :

Si valebit, plus in buccam betet, si dicin schema.

|| Neutro. Nævius Lycurgo :

Pergite, thyrsigeræ Bacchæ modò, Bacchico cum schemate.

Lucilius lib. XXVIII :

In gymnasio ut schema antiquum spectatores tetinerit.

Scrobes feminino genere. || Masculino. Plautus Amphitryone :

Ibi scrobes fodito sexagenos in dies.

Idem Aulularia :

Ego effodiebam denos in die scrobes.

Merula. *concurreret ibus* cj. aliquis ap. Gerl. — 20 *atque aenea* Codd., M. *neneæ* AJ. *Civi, atque Æneæ* cj. Delben. Faber. *Ac gens Æneæ miscebit* Lips. *Atroque Æneæ* Merula. — 22 *cum mors* L. — 23 *nna fugiat* vulgo. *refugiat* M, ut Cic. Versus autem ex Enniano Alcmæone est. — 24 *Succuboneum* vulgo. *succuboaeuum* Q. *succubonem* M. — 25 *contemplari* omnes. *contemplare* cj. Passer. *contempla anc. q. arbitres* cj. Bothe. *quma arbitrer* omnes. *quam arbitrare ... esse?* cj. Passer. — 26 *succuboneam* Codd., Ribb. *succuboneum* AJ. *succubonem* Passer. M, Bothe. — 29 *persimil* Ribb. *est rusticus homo* omnes. *homo* omitt. Herm., quod ipse deleveram. — 30 *gemnastico pol nut* Codd. *Gymnastico : Pol haud* Bentin. JM. — 33 *Tu pueri pnusilli* vulgo. *pusilli* M. *pausilli* improb. Bothe. *pusilli* Steph. J, Bothe. *pueri* jure delet Bothe : friget enim glossema, et versus non stat. *simile est ... naclus est* H (item L, sed *aanclus* man. pr.). *natus* W. *simile es ... naclus es* Bentin. JM. *simil* Ribb., more suo. *nanctu's* Ribb. — 36 *huc præcessi* L. *siccum* H. — 38 *in buccam vetet* omnes. *si v. puls, in buccnm betet* cj. Palmer., prob. Munk. Ribb. *vetet, si dicin* M, ut Codd. *vetet si* (cum signo mendi) *dicia' sch.* J. *si die ia* cj. J. *sic dicin'* Bothe. *sic dixin* Ribb. *betet fidicinis schemn* scriptum in marg. Jun. *si licium, ia schemam* cj. Palmer.

1 *lycurgo* H, Edd. *lygurgo* WL. — 2 *thyrsigere brehcne* Codd. *thyrsigeræ Bacchæ* Bentin. JM. — 3 *lib.* XXVIIII omnes. — 4 *geranusio* Codd. *schema antiquo* omnes. *schemate* cj. Dousa. *antiquum* cj. Gul. Guyet; quod ipse videram. *et spectatores* HWM. *est peccatores* LAJ. *retineres* Codd., J marg. M *retineren* AJ. *antiquum sp. retinerit* cj. Luc. Müller. (Sed verbum hactenus ignotum; *tetinerit* vero sup. p. 178.) — 8 *hæc fodiebam* LA. *hec fod.* Q. *ecfodiebam* HWJM. *in die denos* omnes. — 10 *quoddam*

P. 225-226 M.

Varro Rusticarum rerum lib. I, *scrobiculum* dicit. Idem Manio : « Qui, dum administrant in scrobe fodiundo, inveniunt arcam. »

Syngraphas feminino genere, M. Tullio auctore, dicimus : « Pro negotiatoribus Achæis syngraphas, quas nostra voluntate conscripsimus. » || Masculino. Plautus Asinaria [III, 4, 1] :

Agedum, istum ostende, quem conscripsti, syngraphum.

Silex omnium consensu feminino appellatur genere. Virgilius in Bucolicis [1, 15] :

Ah! silice in nuda.

|| Masculino. Lucretius lib. I [v. 572] :

Unde queant validi silices ferrumque creari.

Idem lib. V [v. 314] :

Non ruere avulsos silices a montibus altis?

Spicæ generis sunt feminini. Varro Sexagessi :

Sic canis fit e catello, spica sic e tritico.

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. IIII [c. 14] : « Non enim, quod facit in frugibus, ut, quum ad spicam perduxerit. » || Neutri. M. Tullius de Senectute [c. 15] : « Culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur : ex quibus quum [emerserit], fundit frugem spici ordine structam. » Varro Lege Mænia : « Neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non est aliquod bonum. »

Squalor masculini est generis. || Feminino. Attius Eurysace :

Proh di immortales! Speciem humanam [intuor]
Inusitatam, egregiam, indignam clade et squalitudine.

Idem Telepho :

Nam etsi opertus squalitate est luctuque horrificabili.

Varro Manio : « Ager derelinqueretur, ac periret squale scabreque, illuvie et vastitudine. » [Lucilius lib. XXVI :]

Squalitate summa [ac] scabre summa, in ærumna obrutam.

adm. LA. *quodam* Q. *quod dum* HWJM. *qui dum* cj. Bentin. — 11 *syngrafas* (ubique) Codd. *pro* Codd. *præ* Edd. — 12 *qua* Codd. *quas* Edd. — 14 *age dum* H. *conscripsisti* omnes. *conscribsti* (vel *conscripsti*) M, ut Plaut. — 17 *ha silice* H. *a* LWM. *innuda* H. — 19 *unde quaeet* L. — 23 *sic canis* Codd., et cj. Guyet. *si* JM. *sic e tritico spica* vulgo. *spicam* LA. Hic septenarium agnovi, non scazontem ut Meinek. Riese. *spica sic e* ipse scripseram, ut constet versus et verba sibi respondeant, quum Guyetum idem invenisse vidi : quod miror lætorque. — 25 *victum ad spicam* omnes. *ut cum* Cic. — 26 *Masculini* omnes. Aliud est in exemplo; et Cic., *Spicum illustre tenens*, Nat. Deor. 2, 42. *culmo* HM, ut Edd. Cic., quod indicat Bentin. *calmo* (superscr. *u*) W. *camo* L. *calamo* AJ. — 27 *e quibus* HWM, Edd. Cic. *et quibus* L. *ex quibus* QAJ. — 28 *fruges ... structas* omnes; alterum babet Cic. — 29 *in bonam segetem* Codd., M. *in bona segete* QAJ, prob. Guyet. — 30 *aliquid* forte invitus M. — 32 *humanam invisito tam* cj. Bothe. *humanam* (sequente lacuna) Ribb. *hum. contuor* cj. Ribb. *tuor* ipse jamdiu conjeceram.
1 *invisito Tam egr.* Bothe. *invisitatam* Ribb. *ciade* Codd. *clade* Edd. *squaliisdine* Codd. *squalidine* QA. *squatitudine* JM. — 3 *operta* AJ. *horrificali* omnes. *horrificabili* •

Suasione generis feminini. || [*Suasu* masculini....

Servitus generis feminini. || *Servitium*] neutri. Attius Clytæmnestra :

Scibam hanc mihi supremam lucem, et servitii finem dari.

Scutum generis neutri. || Masculini. Turpilius Demiurgo :

Quia non minus res hominem, quam scutus, tegit.

Seplasium generis neutri. Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς : « Doti dato insulam Chrysam, agrum Cæcubum, seplasia Capuæ, macellum Romuli. » || *Seplasia* feminini. Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς : « Hic narium seplasiæ, hic hedichrum Neapolis. » Pomponius Quinquatribus :

Venit, inquit, rogatum nos quando essent nostræ seplasiæ.

Stupor generis masculini. || *Stupiditas* feminini. Attius Epigono :

Ita imperitus stupiditate erumpit se, impos consili.

Statura generis feminini. Lucilius lib. XXVIII :

Quare pro facie, pro statura.

Attius.... || *Status* masculini. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 35] : « In corporis denique motu et statu cernitur. »

Stirpem generis feminini Virgilius Æneidos lib. VII [v. 293] dixit :

Heu stirpem invisam, et fatis contraria nostris
Fata Phrygum !

|| Masculini. Ennius Annalium lib. V :

Nomine Pyrrhus, uti memorant, a stirpe supremo.

Pacuvius Atalanta :

Dubito quam insistam viam,
Aut quod primordium capessam ad stirpem exquirendum [meum].

cj. Voss. Guyet; quod ipse videram. — 4 *Varro*, etc. Cf. sup. v. *Illuvies*, p. 125. — 5 *Lucilius* addunt Bentin. JM, ex v. *Summum*, p. 401. — 6 *summa ac* habet Noster p. 126. *erumna* Codd. *obruta* Codd. *obrutam* Bentin. JM, ut p. 126. — 7 Nomina *Suasu*, *Servitus* et *Servitium* deesse monet M; quod ipse videram. — 8 *clytemestra* Codd. — 10 *et servitutis* omnes. *servitii* cj. Voss. Guyet, prob. Both. Ribb. — 12 *hominem* HLQAJ. *hominum* WM. — 14 *Dotis* Codd., M. *Doti* AJ. *insolam* Codd. *insola* Q. *chriam* HL. *chrynm* Q. *chriam* (superscr. *s*) W. *chrysam* M. *Chium* AJ. *agrum accubum* Codd. et M. *Cæcubum* AJ. — 15 *sinefæbo* vel *synephebo* vulgo. *in Ephebo* cj. M. — 16 *hedycus* HLAJ. *hedicus* WM. *edicis* Q. *hedychrus* cj. Passer. *hedychrum* Forcell. ἡδύβιος cj. Gul. ἡδύπνους Œhler, recep. Riese. *neapolis* Codd. *Neapolis* Edd. — 18 *venit inquit rog. nos* vulgo. *venit nos rog.* Both. Ribb. *inquit* omitt. et Forcel. *veni, inquit, rogatum quando* cj. Ribh. *nostræ sint* cj. Bothe. — 19 *stupiditatem accius* Codd. *stupiditatem femin.* Q *stupiditas fem.* Edd. *aepigona* Codd. *Epigona* AM. *Epigono* J. *Epigonis* cj. M (not. p. 116), prob. Both. Bergk. Ribb. — 21 *consilii* omnes. *consili* Bothe. *consili* Ribb. — 23 *quære* cj. Dousa. *pro statura accius status* Codd. *accius. Status* M. *accius* omitt. Bentin. J. — 25 *metu* L. — 26 *lib.* VIII W. — 29 *frigum* H. *frygum* LW. — 30 *lib.* VI Merula, prob. Spangenb. — 31 *homines Pyrrhus* vulgo. *omnes* J. *nomine* cj. Column. Merul., ut est ap. Fest. v. *Stirps*. *Æmonis* cj. Scal., prob. Merul. Spangenb. — 33 *dubito quam* vulgo. *dubito ad quam* AJ. *dubitam q.* M, forte invitus. — 34 *capissam*

P. 227 M.

Virgilius Æneidos lib. XII [v. 781] :

Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus.

Satio generis feminini. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 215] :

Vere fabis satio.

|| Masculini [*Satus*]. M. Tullius de Senectute [c. 15] : « Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? »

T

Tactus generis masculini, ut sæpe. || Feminini. Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 9] : « Qualis [est] hæc aurium, tales sunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et saporum. »

Tale positum pro talis. Titinius Setina :

Accede ad sponsum audacter. Virgo nulla est tale Setiæt

Tonitrus positum pro tonitru. Plautus Amphitryone [V, 1, 10] :

Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus.

Tergum neutro genere dici, et consuetudo et veterum firmat auctoritas. Plautus Pseudolo [I, 2, 21] :

Nunquam edepol vestrum duriu' tergum erit quam hoc terginum meum.

|| Masculino. Plautus in Asinaria [II, 2, 53] :

Habeo, opinor, familiarem tergum, ne quæram foris.

Textus masculini generis. || Neutri. Lucretius lib. V [v. 95] :

Tres species tam dissimiles, tria talia texta.

Idem lib. VI [v. 996] :

Propter dissimilem naturam textaque rerum.

Attius Nyctegresia :

Scandit aura laterum texta Vulcani* vorax.

Terriculæ generis feminini. || Neutri. Attius Epinausimache :

Ubi nunc terricula tua sunt?

omnes. *capessam* Guyet. *a stirpem* Gerl. *astirpem* M. *ad stirpem* Bentin. AJ, prob. Both. Ribb. *exquirentem* Codd., M. *exquirendum* cj. Bentin. AJ.

2 *in tirpe* W. — 4 *bene fnvis* L. *fuvis* Codd. *fabis* Edd. — 6 *ortus, satus* omnes. *satus, ortus* Cic. *ingrementa gonmemnrem* L. — 9 *qualis est* Edd. Cic. — 10 *et tactionum* HAJ, ut Cic. *etactionum* L. *et* omitt. WQM. — 12 *spnnsnm* scriptum in marg. Jun., habet Ribb. *nudnciter* omnes. *audacter* Both. Ribb.; quod ipse videram. *nulla est tale* QAJM, prob. Steph. Gul. Passerat. *tali* Codd. *tnli* J marg., prob. Both. Neuk. Ribb., nec respuit Gul. *etiam* (pro *Setiæ*) Edd. ante M. *Setiæ* J marg. — 14 *screpitus sonitus* Codd. *crepitus* Edd. — 17 *durum* vulgo. *durius* Bentin. J marg., ut Plaut *terginum hoc* Edd. Plaut. — 19 *queram* Codd. — 21 *tris ... dissimulis* vulgo. *treis ... dissimileis* AJ. — 24 *nyctegresiœ* LA. *Nyctegersia* J. — 25 *scendit* vulgo. *seindit* Q, et cj. Gifan. *senndit* cj. Canter., prob. M. *ascendit* Palmer. J marg. *hora* vulgo. *orn* Q. *aura* cj. Palm. Passer., prob. M. *ira* Canter. *scandit ergo* cj. Guyet. *vulgani* WQ. *vulcnnus* cj. Gifan. *scandit laterum texta aura Vulc.* cj. Voss.: in quod ipse incideram; necdum prorsus damno. *texta* [*flamma*] *Vulc.* Guyet. *scandit orns, laterum texta* [*flamma*] *Vulc.* cj. Ribb. — 26 *epinausimace* Codd. — 27 *terriculata* HM. *terricula ta* Gerl., qui ar-

Idem Telepho :

Proinde istæc tua
Aufer terricula, atque animum iratum comprime.

TORQUEM generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. XI :

Conventus pulcher : bracæ, saga, fulgere torques
Undantes, magni.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 31] : « Atque hic Titus Manlius is est qui, ad Anienem, Galli, quem, ab eo provocatus, occiderat, torque detracto, cognomen invenit. » || Feminini. Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης : « Tela dextra vibrant, russatia emicant, atque insignibus Martis torques aureæ, et scuta cælata Hibero argento gravi crebra fulgent. » Claudius Quadrigarius, describens Manlii Torquati pugnam : « Ubi eum evertit, caput præcidit, torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imponit. » Varro de Vita populi Romani lib. I : « Auri pondo duo millia acceperint ex ædibus sacris et matronarum ornamentis : a quibus postea id aurum ac torques aureæ multæ relatæ Romam, atque consecratæ. »

TIMOR generis masculini. || [*Timiditas*] feminini. Pacuvius Periboea :

Effare, quæ cor tuum timiditas territet?

M. Tullius de Republica lib. II : « Esse autem angores, si miseria afflictas aut abjectas timiditate et ignavia.... » Idem de Oratore lib. II [c. 3] : « Pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti. » In eodem [c. 74] : « Neque illa mihi cautio et timiditas in causis, propter præstantem prudentiam Crassi, negligenda est. »

TRACTUS generis masculini. || [Neutri.] Varro Mutuum muli scabunt, περὶ ψωρισμοῦ : « Ut venalem tuniculam poneret cotidie, ut videret totum, denique etiam suis manibus lanea tracta ministraret inspectori. »

bitratu suo dividit. *terricula cita* AJ. *terr. tua* cj. M, prob. Voss. Both. Herm. — 29 *istahaec* Codd. *ista hæc* M. *hæc ista* J. *istæc* Bothe. — 31 *Lucil.*, etc. Iterum in v. *Fulgere*, p. 506.

1 *braces* HL. *braches* LQA. *bracæ* Bentin. JM. *torquem* vulgo. *torques* cj. Bentin., ut Noster p. 506. — 2 *datis magni* Codd., AM. *datis* deest p. 506, et hic omitti volunt Bentin. Guyet; non habet J. *ducis* cj. Gerl. *magni* omnes. *Maali* cj. Gul. — 4 *Anieaum* omnes. *Anienem* Edd. Cic. — 6 *russa tria* J marg. *russa acie* cj. Œhler. — 7 *torqueas aureas* LQA. — 8 *manli* Codd. — 9 *ubi eam* Codd. *eum* Bentin. JM, ut Gell. 9, 13. *præcidi* L. — 10 *sanguinulentam* Codd., M. — 11 *acceperint* Codd., AM. *acceperunt* Bentin. J. *sacris et* Codd., AJ. *et* omitt. WM. — 16 *et fare* vulgo. *effare* vel *ecfare* cj. Passerat. *ecfare* M Voss. *territet* Codd. *terretet* A. *territat* JM. — 18 *affictas* Codd. *afflictas* Edd. *atque abj.* ms. Vatic., QAJ. *afflictus aut abjectus* cj. Gerl. — 19 *addicendo* HL. *abdicendo* A. *a dicendo* WJM. — 20 *Neque illa*, etc. Quod iterum in v. *Cautio*, p. 491. *illa mihi* omnes, ut p. 491. *illa mea* Edd. Cic. *timiditas ia cauti* Codd *incauti* QAJ. *ia causis* J marg. M, ut Noster p. 491, et Cic. — 21 *crastinate legenda* HQ. *Crasti natelegenda* Gerl. *Crassi neglegenda* JM, ut Cic. — 22 *Tractus est* Q. *Neutri. Varro* Passer. Gothof. M. *motum* Codd. *mutuum* Edd. — 23 χωρισμοῦ Codd. et M. ἀφορισμοῦ A. ἀγορασμοῦ J. (Vid. *Grallatores*, p. 115.) —

P. 228-229 M.

Tribulæ feminino. || Neutro. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 164]:

Tribulaque traheæque et iniquo pondere rastri.

Varro Rerum rusticarum lib. I [c. 52]: « Quod fit apud alios jumentis [junctis] ac tribulo. »

Torpor generis masculini. Lucilius:

Tantus conduxerat omnia torpor.

|| *Torpedo* feminini. Sallustius Historiarum lib. I: « Hæc si placent, si tanta animos torpedo oppressit. »

Tapete generis neutri. Turpilius et Cæcilius: « Glabrum tapete. » || Masculini. Virgilius [Æneid. IX, 358]:

Pulchrosque tapetas.

Tributum neutro. || Masculino. Cato Originum libris: « Ne prædia in lubricum dirigerentur, quum tributus exigeretur. »

Testa genere feminino sæpe invenitur. || Neutro [*Testu*] apud obscuræ auctoritatis, sed summos scriptores legimus.

Turdi masculini sunt generis, ut plerumque lectum est. || Feminini [*Turda*]. Varro Quinquatribus: « Tu, Phedi, contra audes dicere, quum in eborato lecto ac purpura operto cubare videas ægrotum, et ejus prius alvum [....] quam turdam subducere mâlis. »

Tarditas, generis feminini. || Masculini. Varro Bimarco:

Ne me pedatu [primo] versuum tardor
Refrænet, arte quum premo ῥυθμῶν sertum.

24 *ut vieret tortam* cj. Palmer. Gothof. *vieret torum* Scal. *tenea* L. *ministrasset* omnes. — 25 *inpectori* HW. *impectori* M. *iatectori* L. *infectori* QAJ, Turn. Palmer. Scal. — 26 *Tribulæ femiaino. Virg.* omnes: ideo femininum in seq. exemplo. — 28 *tribulaeque* vulgo. *sublmaeque* L. *tribula* Virg. *trahueque* vulgo. *trahequæ* L. *trahcæque* Virg. *pastri* L. *rastri*. *Neutro* omnes; quod superius dedi. — 29 *apud* omitt. L. — 30 *jumentis, hic tribulo fit* omnes. *jum. junctis ac tribulo: id fit e tabulo*, etc. Edd. Varr. Duas voculas loco motas delevi.

1 *Lucretius* omnes. *Lucilius* cj. Roth. — 4 *obpressit* H. *oppressit* W, J marg. M. *obressit* (*p* super *s* scripto) L. *obrepsit* AJ. — 5 *Turpil.* Citatus iterum p. 542. — 9 *dirigerentur* H, Edd. *derigerentur* L. *dirigentur* W. — 13 *Turda*, quod addidi, est ap. Pers. 6, 24, et expresse ap. Serv. Art. gr., p. 493 Lindem. *Varro Quinquotrubus* L. *tu pledi* HLJM. *pleni* A. *phedi* Gerl. Œhl. *Phædi* Popma. *Phædime* suspicor. *contra caudes audes* Codd., A. *contra audes* J. *audes contra dicere* Lips. *contra quid audes dicere?* cj. M. *contra ac vides audes* cj. Roth. *contra turdas audes* cj. Œhler, prob. Düntz. — 14 *cumi* HM. *cum i* Gerl. *cummi* Q. *cum in* Lips. Scal. *purpureo peris* H. *purpure operis toro* W. *to* (pro *toro*) L. *purpuræ operis* M. *purpureæ* Q. *purpurei operis* AJ, Lips. *purpureo peristromate* Œhl. Riese. — 15 *egrotum* Codd. *et ejus* omnes. *nec* cj. Passer. *prius album* vulgo. *alphum* J marg. Popma. *alvum* cj. Scal. Lips. Passer. Guyet. Roth. Riese. Hic verbum deesse credo: *solvere, ciere*; scil. satius habet purgari quam avi delicata gulam privare. *alvum quam typen* vulgo, etiam J marg. *tympen* AJ. *timpen* Q. τρυφὴν Œhler. *olvum quam turdum* cj. Scal. *quam turdam* Passer. Riese. *turdum quom olvum* cj. Lips. — 16 *masculiao* Codd. *masculini* M. *Vimarco* omnes. — 17 *pedatus* vulgo, etiam J marg. *predatus* Q. *prædatus* AJ. Sed ea nullo sensu. (Cf. *Pedatu*, p. 64.) *pedatus* [*iste*] Riese, ut scazontem suppleat. *versuum* [*nimis*] Vahlen. — 18 *aeprenet* HL. *nepænet* W. *ne prenet* AJM. *refrenet* cj. Popma, prob. Œhl. Vahl. Riese. *tarte* omnes. *arte* Popm. Œhl. Riese. *refrenet arte*, c. omnes edd. *orcte* intelligo. *cum prilymon* HLA. *pritimon* Q. *prytimon* J. *prytinon* WM. *arte compari* cj. Vahlen. *comprimo* Riese. ῥυθμῶν vel *rhythmon* Œhl. Vahl. Riese.

TIBIA generis feminini. || Masculini. Varro Modio :

Quæro meas lubidines ad tibias bilinguos.

TARTARA neutro genere. Virgilius lib. VI [v. 542] :

At læva malorum
Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit.

|| Masculino. Virgilius lib. VI [v. 577] :

Tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum.

V

UTERUS masculino genere dicitur. || Neutro. Plautus Aulularia [IV, 7, 10] :

Perii, mea nutrix! Obsecro [te]; uterum dolet.

Turpilius Philopatro :

Disperii misera! uterum cruciatur mihi.

Afranius in Vopisco :

Sedit uterum, non ut omnino tamen.

VENATUS masculini est generis. Virgilius lib. VIIII [v. 245] :

Venatu assiduo, et totum cognovimus amnem.

Et [lib. VIII, 318] :

Sed rami, atque asper victu venatus alebat.

|| *Venatura* feminini. Plautus in Milite glorioso [IV, 1, 43] :

Viden' tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus?

VULTUS masculino genere appellatur. Virgilius lib. V [v. 848] :

Mene salis placidi vultum fluctusque quietos..?

|| Neutro. Lucretius lib. IIII [v. 1208] :

Ut patribus patrio; sed quos utriusque figuræ
Esse vides juxtim, miscentes vulta parentum.

Ennius :

Aversabantur semper nos nostraque volta.

VULGUS neutro genere solum dici putant. Lucilius Satyrarum lib. XIIII :

Dileclum video studiose volgus habere.

certum omnes. *cercum* J marg. *sertum* Œhl. Riese. ἐρίτιμον κέρχον cj. J. — 19 *medio* Codd. *Modio* Bentin. JM. — 20 *qunre meas* Codd. *quate* Œhl. Riese. *quæro* cj. J Gothof. *lubidinis* Codd., M. *lubidines* QAJ. *ac tib.* vulgo. *ad* J Œhl. Riese. *bilinguos* Codd. *bilingoos* W man. pr. *bilingos* Edd. — 22 *ac læva* L. — 25 *tartaris* L. — 26 *tantum t. q. s. u.* (sic, nempe *tenditque sub umbras*) Q. — 28 *genere dicuntur* J.

1 *disperi* Codd. *disperii* Edd. — 4 *lib.* VIII AJ. — 6 *et Georgicon : sed rami* omnes. — 7 *asper victu* L. *vir tu* Q. — 11 *plancidi* L. — 13 *patribus patri* omnes. *patrio* J marg., prob. M, ut habet Lucret. *quod* AJ. — 16 *adversabantur* omnes. *aversabantur*

|| Masculino. Sisenna Historiarum lib. III : « Imperitum concitat vulgum. » Virgilius Æneidos lib. II [v. 98] :

Tunc spargere voces
In vulgum ambiguas.

Attius in Eurysace :

Iphidamantem neci
Dare, turbat vulgum, evitat, mœros dissicit.

Idem Epigono :

Et nonne Argivos fremere bellum, et velle vim vulgum videt?

Varro in Cycno, περὶ ταφῆς : « Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcepit ut [corpora] comburerent, quam Democritus, qui ut melle servarent : quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus. » Idem Ὄνος λύρας : « Jurgare cœpit, dicens :

Quæ facis, atque
In vulgum vulgas. »

Usus generis masculini. Cicero de Oratore lib. I [c. 4] : « Adjungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. » || Feminini. Plautus in Amphitryone [Prol. 108] :

Usuramque ejus corporis cepit sibi.

Attius in Œnomao :

Atque hanc postremo solis usuram cape.

Varro Ταφῇ Μενίππου : « Diogenes litteras scisse, tum usioni quod satis esset. »

Vectis generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Ne agitare manu tu
Pessulum et hunc vectem possis cuneis ipso.

cj. Scal. Columa. Merula. *semper vivos* omnes. *semper vos* cj. Gifan. J, recep. M. *vostraque* vulgo. *nostraque* Q. *aos nostraque* cj. Scal. Columna. — 17 *putat* AJ. — 20 *contat vulg.* AJ. — 22 *tunc* Codd., M. *hinc* AJ, ut Virg. — 25 *diffidnai antem ne cidere turbat vulguin ambigua accius evitat* Codd. et fere Edd. *diffidam amantem cidere* AJ. *dii! fidum amantem* cj. Passer. *diff. autem* J marg. Scal. M. *diffugiam, an mantem* cj. Lips. *Iphidamantem* cj. Roth, prob. Ribb. *ne cidare turbet* J marg. *ac quid ea re turbem* cj. Lips. *occidere tentet* cj. Gerl. *ambigua. Accius* AJ. *ac jus vitat* cj. Scal. *vulgum abigit, civis evitat* cj. M. *ambigua accius* deleri vult Roth; quod ipse conjeceram : nam hæc dua verba repetita animadverti. — 26 *dissicit* H. *disicit* LWA. *disjicit* JM. Duas lacunas in his versibus inesse suspicatur Ribb. — 27 *Epiganis* cj. M. — 28 *velle vi* omnes. *vim* cj. Gerl.; quod ipse scripseram. — 29 *varro Crona* A. *in Crona* QJ (quod etiam legi possit in L). *in Cycna* vulgo, etiam J marg. *pontificos* Codd., A. *Poaticus* Q, Bentin. J. *Panticos* cj. Victor., habet M. — 30 *præcepit* HLA. *precipit* WJM. *combureret* Codd. *comburerent* Bentin. JM. — 31 *sic centum* Codd. *si* Bentin. JM. — 32 *calicem masi* L. — 34 *atque in vulg. vulgas* versum esse videmus ex lemmate *Vulgavit*, p. 182. — 36 *lib.* II vulgo. *lib.* I M.

4 *postremam* cj. Bergk, non improb Ribb. *solic* L. *salit* A. *rape* cj. Bergk. — 5 *Varro*, etc. Iterum et plenius p. 248. *ia tafe* vel ταφῇ Codd., M. *ia* omitt. AJ, et Naster p. 248. *minippu* Codd. *scisse dum* vulgo. *tum* M, ut est p. 248. — 8 *ne agitarem manu tu pessulus* vulgo. *agitare* J. *nam* (pro *manu*) J marg., prob. Dousa. *pessulis* M. *pessulos* cj. Gerl. *ne agitare manu tu Pessulum* Corpet. — 9 *vectem possis cuneis ipso* vulgo. *cuneo* J, Dousa. *possis cuneo ipse* [...] cj. Cor-

Vepres generis masculini. Virgilius [VIII, 645] :

Sparsi rorabant sanguine vepres.

|| Feminini. Pomponius Porcaria, per hypocorisma :

Decedo cacatum. — Vipera [in] veprecula est.

Lucretius lib. IIII [v. 59] :

Nam sæpe videmus
Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

Vadum generis neutri. Virgilius Æneidos lib. I [v. 536] :

In vada cæca tulit.

|| Masculini. Sallustius Historiarum lib. I : « Et mox Fufidius, adveniens cum legionibus, postquam cautes asperas, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt. »

Vespera feminino .... « Optatum germanus meas, vespera oriente, clanculum ferri ad speciem delino. » || Masculino. Plautus in Amphitryone [I, 1, 97] :

Hæc illis est pugnata pugna usque a mani ad vesperum.

Virgilius Georgicorum lib. III [v. 336] :

Quum frigidus aera vesper
Temperat.

Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 16] :

Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum revortor.

Utres usu generis masculini tantummodo deputantur. || Neutri. Livius Andronicus :

Flaccida leget utria.

Vigiliæ generis feminini sunt, ut plerumque. || Neutri. Varro in Endymionibus : « Aliquem mitto speculatum tota urbe, ut, quid facerent homines, quum experrecti sint, me faceret certiorem; si

pet. — 11 *parsi* L. *orabant* W. — 12 *Pomp. Porto* vulgo. *Porco* cj. Bothe. *Porcaria* ejusdem fabula citatur in v. *Cossim*, p. 40. *Porcetra* Ribb., quæ ap. Gell. 18, 6. *Portitore* J marg. *per hipocons* L. *portoperipocons* AJ. *per* ὑποκόρισμα J marg. — 13 *decedo cacatum* omitt. LAJ ; habet in marg. J. *cac. vepra est veprecula* vulgo. *prope est vepr.* cj. Scal. *vide, prope est* cj. Munk. *vipera est in* J marg. Gul. *vipera in vepr. est* Bothe. *ubi est vepr.* cj. Roth. — 18 *in vade* L. — 19 *Masculini* omitt. J. *et vox* LA. *Stipidius* LAJ. *Fufidius* HWMJ marg. *Aufidius* cj. Lips. — 20 *postquam tantas spiras* vulgo. *tantas asperitates* cj. J, Lips. Carrio. *tanta aspera*, aliter *seates asperas* scriptum in marg. Jun. — 21 *pugnantibus suadum* L. *oportuniora* Codd. *oportunio pavidet* L. — 22 *feminino*. Hic signum defectus apponit M. *optatum* omnes. *Optarim germanas* scriptum in marg. Jun. *Turpilius Dotata : Manus* cj. Scal., improb. M. *Oppius : tum* cj. J. *Atta* cj. M, prob. Ribb. *Novius Dotata* ipse valde suspicor, etiam propter v. *feminino* quod præcedit. *germanis* Q. *germanas* cj. J. — 23 *declino* cj. Scal. *ad specum destino* J marg. *masculini* Codd. *masculino* M. — 25 *hæc illic* Edd. *pugnata pugna est* cj. Guyet. *usque ad mane* AJ. — 27 *aethra* Codd. *æthera* A. *aera* Bentin. JM, ut Virg. — 29 *heaut. lib.* VII *nunquam* L. *heaut...menon* HW. — 30 *tam mane domo* omnes. *domo* uncis includit M ; sed vox paulo infer. rejicienda. — 31 *domum* omittunt omnes. — 33 *Lucilius Andronius* omnes. *Livius Andronicus* cj. J Guyet, prob. Düntzer. — 34 *flacchi* Codd. *Flacci* JM. *Androgynus Flacci* cj. Scriver. *teget* Codd., J marg. M. *lege* Bentin. J. *leget utria* cj. Scriver., prob. Düntz. *flaccisceat utria* cj. Bothe.

P. 232 M.

quis melius operam sumeret, ut ejus consilio potius vigilium adminicularem nostrum. Quid vidit aliud curantem extremæ noctis tempore? »

Victus, pro vita positum, genere masculino. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 4] : « Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. »

[LIBER IV.]

DE VARIA SIGNIFICATIONE SERMONUM.

A

Advorsum contra significat. Terentius Adelphis [I, 1, 2] :

Neque servolorum quisquam, qui advorsum iverant.

Plautus in Asinaria [II, 2, 29] :

Quæ illæc præda est? Ibo advorsum, atque electabo quidquid est.

|| *Advorsum* rursum apud significat. Titinius Gemina :

Mulier, credo, advorsum illum res suas conqueritur.

Terentius in Andria [I, 1, 15] :

Et id gratum fuisse, advorsum te habeo gratiam.

Ennius Telepho :

Te ipsum hoc oportet profiteri, et proloqui advorsum illam mihi.

Afranius Excepto :

De vita ac morte domini fabulabere
Advorsum fratrem illius ac dominum tuum.

1 *animum mitto* omnes. *animum meum* cj. Scal. *tota orbe* (sed *u* superscr.) L. *toto orbe* AJ, Scal. *tota urbe* etiam J marg. — 2 *quid facere ne h.* H. *facerene* Gerl. *facerent* Edd. *facerem* cj. Roth. *experrectus essem* cj. Passer. — 3 *opera superet* omnes. *sumeret* cj. Passer.; quod ipse videram. *me melius o. sumeret* cj. Scal., prob. Popma. *potius* omnes. *ocius* cj. Scal. *vigilius* Codd., et L man. pr. *vigilias* L. *vigiliam* Q. *vigilium* Edd. — 4 *amminiacularem* HWM. *amminicularem nostrum* L. *quid vidit aliud* Codd. *qui videt alium* Edd. *curvantem* vulgo. *evantem* J. *turbantem* Popma. *aliud curantem* cj. Roth. *extrema noctis tempori* Codd., M. *tempora* A, prob. Scal. *extremo n. tempore* J et Popma. *quid vidit aliud* [*ac*] *convivantes in extrema n. tempora?* cj. Vahlen, prob. Riese. — 8 *victus figuras. Finit nonii marcelli per i patetici de indiscretis generibus per litteras adfitius* H. — 9 Hic Parisini codicis lacuna desinit. — 10 *Incipit de varia significatione verborum per litteras* H. *per litteras* vulgo omittitur. — 12 *adversum* (ubique) Mp. *adelphis* HP. *adelfis* LW. *in Ad.* MpM. — 13 *ierant* vulgo, ut fere Edd. Ter. *iverant* ms. Bern., et sic Guyet. Bothe. (Quod certissimum, etsi aliud suadere videtur Donatus. In talibus nunquam *i* producitur, et *v* retinere amant antiqui; etiam *petivi* ap. Virg. Vid. *iero* prima correpta, Att. Epinaus. in v. *Anima*, p. 233.) — 15 *quæ illa* omnes. *illæc* AJ, ut Edd. Plaut. *adversum* L. *quidquid* P. — 19 *advorsum te* vulgo. *te* omitt. Gerl. *abeo* L. — 21 *Te ipsum oportet hoc* cj. Guyet. *proloqui et profiteri* malim, ne longior sit

Plautus in Aulularia [IV, 7, 9] :

Egon' ut te advorsum mentiar, mater mea?

|| [*Advorsum*, erga.] M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. III [c. 22] : « Nec vero pietas adversum deos, nec quanta iis gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest. »

Anima, secundum consuetudinem, spiritus quo vivimus. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 238] :

Animasque in vulnere ponunt.

|| *Anima* rursum halitus oris et odor. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 134] :

Animas et olentia Medi
Ora fovent illo, et senibus medicantur anhelis.

Titinius Fullonibus :

Interea nasum oppugnat anima fœtida.

Plautus Asinaria [V, 2, 78] :

Animan' fœtet uxori tuæ?

Idem Mercatore [III, 3, 13] :

Jejunitatis plenus, anima fœtida.

Cæcilius [Plocio] :

Quæ mihi,
Ubi domum adveni, ac sedi, extemplo savium
Dat jejuna anima.

|| *Anima*, aqua. Plautus Amphitryone [II, 2, 41] :

Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.

|| *Anima*, sonus. Varro Eumenidibus :

Phrygius per ossa cornus liquidâ cauit animâ.

|| *Anima* iterum significat iracundiam vel furorem; unde et *animosi* dicuntur iracundi. Plautus Amphitryone :

Animam comprime.

versus octonarius. — 23 *fabulnvere* omnes. *fobula vere* J marg. *fabulabere* cj. Bothe, prob. Ribb.; quod ipse jamdiu scripseram. — 24 *ac dom.* vulgo. *ac domini sui* O. *Ah! dominum* (mutata persona) Ribb. *dominum tuum* cj. Bothe 2. — 26 *ut ea adv.* Codd. *ut te adv.* AJ, cum Edd. Plaut. — 28 *hæc vero* Codd., M. *nec vero* Edd., ut Cic. *advorsum deos* omnes. *adversus* Edd. Cic. *nec qua isti* HLW. *ne qua ista* P. *neque ista* O. *nec quanta us* JM. *nec quanto his* Edd. Cic. — 29 *explntione* HLW. *expuntione* P, ed. 1476, J marg. *explicotione* AJM, ut Cic. *intellegi* plerique. — 32 *vulnern* vulgo. *vulnere* P Gen., ut Edd. Virg.

1 *alitus* Codd. *halitus* Mp, Edd. — 4 *anelis* Codd. — 6 *interea fœt. aa. aas. op.* omnes. *obpugnat* HP. *int. aas. op. animâ fœtidâ* Bothe; in hoc ipse incideram. — 7 *in Asin.* plerique. *in* omitt. PAJ. — 8 *aa fœtet anima tuæ uxori* omnes. *uxori tuæ* ed. 1476. *anima fœtetne uxoris* Edd. Plaut. — 10 *nnimn feldat* H. *animam feldnt* PO, Edd. præter M. — 11 *Cæcilius.* Quod et apud Gell. 2, 23. — 13 *assedi* vulgo. *ac sedi* Gell., ut notat Bentin. *avium* Codd. *saaium* A. *suovium* J. *sovium* M, ut Edd. Gell. — 15 *aquæ* Codd. — 16 *si hoccepsio* Codd., etiam Mp. *si occepso* Edd., ut Plaut., et Noster p. 410. — 17 *Varro.* Iterum in v. *Liquidum*, p. 334. — 18 *frygios* HLW. *frigios* Mp. *frigus* P. *Phrygios* JM. *Phrygius* Herm., ut Noster p. 334. *cornus* vulgo. *cantus* J. *anima* in fine versus omitt. Codd., præter Mp; habent et AJM Turn., ut est inf. p. 334. — 19 *animatum significat* W, prob. Dous. Gerl.

Attius Menalippo :

Egon', auxilio motus, temere ut hosti me animato offeram ?

Idem Epinausimache :

Ut nunc quum animatus iero, satis armatu' sum.

Novius Fullonibus feriatis :

Nihil est periculi :
Dabo tibi virum validum, virum animosum.

M. Tullius de Republica lib. I [c. 38] : « Ergo non probares, [si] consilio pulso, libidines, quæ sunt innumerabiles, iracundiæque tenerent omnia. Ego vero nihil isto animo, nihil ita animato homine miserius ducerem. » Idem de Republica lib. V : « Tum virtute, labore, industria quæreretur summi viri indoles, nisi nimis animose ferox natura illum nescio quo.... » Virgilius Georgicorum lib. II [v. 441] :

Quas animosi Euri assidue franguntque feruntque.

Et Æneidos lib. XI [v. 366] :

Pone animos, et pulsus abi.

Lucilius lib. XXX :

Atque animosam
Thessalam et indomitam frenis subigam ante domemque.

|| *Anima*, ventus. Virgilius lib. VIII [v. 403] :

Quantum ignes animæque valent.

Lucretius lib. V [v. 237] :

Aurarumque leves animæ calidique vapores.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς : « Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo anima : reviviscit. » Idem Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου :

Detis habenas animæ leni,
Dum nos ventus flamine sudo
Suavem ad patriam perducit.

Attius Myrmidonibus :

Classes trahere in salum, atque vela ventorum animæ immittere.

sign. iracundum vel furiosum LWJM. *iracundum* (superscr. *iam*, antiqua manu) P. *iracundiam vel furorem* Mp, ms. Bern., et cj. Gothof. — 23 *auxilio audus* cj. Lips. — 26 *fereotis* Codd. *feriatis* JM. — 28 *tibi verum val. verum* Codd. *virum* (bis) AJM. — 29 *non profecto probares si* Cic. ed. Mai. *si* cj. M. — 30 *iracundiæ quæ* omnes. *iracundiæque* cj. M. *iracundiæve* Cic. Mai. — 33 *quereretur* Codd. *quæreretur* Edd. *tueretur* cj. M. *quæret* cj. Lambin. *indolem* vulgo. *quæreretur indoles* cj. Leop., prob. Mai. — 34 *nescio quomodo* O. *nescio quo* [impelleret] cj. Guyet. — 39 *Lucilius*. Iterum in v. *Subigere*, p. 401. — 41 *et ind.* omnes, *ut* Noster p. 401. *Thessalam* vulgo. *Thessalam* M, ut p. 401. *indotitam* P. *subigantque domentque* Codd., Edd. ante M. *subigam aate domemque* M, ut Codd. p. 401, quod notat Bentm. *bellando* (in fine exempli) omitt. HPLW Gen., ed. 1476, et Noster p. 401. *bellando* JM (et W marg., sed ita ut pertinere possit ad sequentem paginam : *bellando aptus sum*).

4 *marcopolis* Codd. *Marcopoli* M. *Margopoli* AJ. *nocti lucam* H. — 5 *inflo, numa reviviscit* Edd., et Turn. Cant. Lips. Œhl. Riese. *inflo animam* O. κοσμοι Codd. — 7 *Dum nos ventus* HLWM. *Dum ventus nos* O, ed. 1476, J, et cj. Gul. *ventus vos* A,

Plautus Aulularia [II, 4, 24] :

Ne quid animæ [forte] amittat dormiens.

Aptam, necessariam. M. Tullius de Republica lib. IIII : « Eademque objectu suo umbram noctemque efficiat, quum ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem. » || *Aptum*, eleganter ac necessarie compositum. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 38] : « Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat. » Idemque sequentibus [c. 41] : « Facile judicabimus quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. » M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. III [c. 19] : « Itaque natura sumus apti ad cœtus, concilia, civitates. » || *Aptus* significat adeptus. Attius Menalippo :

Obviam ensi, atque advorsum aptus alter in promptu occupat.

Pacuvius Hermiona :

Quod ego, in acie celebri objectans vitam, bellando aptu' sum.

Lucilius lib. XVIIII :

Ut, si quod concupisset, non aptus [foret].

|| *Aptum*, compositum, paratum. Virgilius Æneidos lib. III [v. 472] :

Interea classem velis aptare jubebat
Anchises.

Idem lib. X [v. 587] :

Projecto dum pede lævo
Aptat se pugnæ.

Pomponius [Herede petitore] :

Heus! aptate, pueri, munde atque ampliter convivium.

|| *Aptum* rursum connexum et colligatum significat. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 168] :

Ipsis e torquibus aptos
Junge pares.

Herm. — 8 *sualem* Codd. *suavem* AJM. — 9 *myrmidonibus* HP. *myrmidonibis* LW. — 10 *fossis trahere in* omnes. *classes* J marg. Scal. Voss. *classis* prob. M et Herm. *trahere in salum Classis* (ut metro succurrant) Grot. Both. Ribb. *salum et* omnes. *atque* dedi ne ordo mutetur. — 12 *neque quid* Edd. ante M. *animæ amittat* M. *an. forte* Plaut. *animæ emittat* HPLW. *emittat animæ* Edd. ante M. — 13 *eademque* vulgo. *eadenique* Gerl. — 14 *objectum viro atque umb.* Codd., J. *objectu suo umbr.* cj. Palmer. Turn. Canter., habet M. — 15 *optum ad laborum* HP, Edd. ante M. *aptum, tum* cj. Palmer., habet Gerl. *aptam, tum* cj. Turn. Canter, prob. Mai. *apte, tum* M. — 18 *idemque sed facile* omnes. *sed* non habet Cic. — 19 *quid eorum aliter ab officia* Codd. *q. e. apte fiat, quid ab off.* AJM, ut Cic. — 21 *consilio civitatis* Codd. *concilia, civitatis* M. *civitates* Edd. Cic. — 23 *obvia mens idque adv.* vulgo. *obviam mens* O. *obviamus* J marg. *obviam iens id quidem* A. *obviam est* cj. Bothe 2. *obviam ense* Grot. *alteri* Edd. ante M. *alter* etiam J marg. — 25 *celebro* omnes. *celebri* Steph. *celebra* Both. Ribb. *crebro* cj. M, Passer. Schott. Voss. — 27 *cupisset* P. *optus foret* cj. Dousa. — 35 *eius aptate* Codd. *eius aptare* vett. edd. *heus aptate* JM. *heus apparate huic pueri* cj. Gul. *puer* HP. *Pomp. herede petitore : heus aptate* Noster, v. *Ampliter*, p. 511. *conviviam* P. *convivia* O, vett. edd. — 36 *aptum sursum* P. *conexum* Codd. *conligatum* Mp.

P. 235 M.

Attius [Medea] :

> Demere huic collum minacem, geminis aptum cornibus.

Lucilius Satyrarum lib. X :

> Tonsillas quoque [præ]validis in funibus aptas.

Idem lib. XVI :

> Ibat forte aries, inquit; jam quod genu' quantis
> Testibu'! Vix uno filo hocce hærere putares
> Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens.

Varro Mutuum muli scabunt, περὶ ψωρισμοῦ : « Ubi lucus opacus, teneris fruticibus aptus. » M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 38] : « Quis enim hunc hominem dixerit qui, [quum] tam certos cœli motus, tam statos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa et apta viderit, neget [in] his ullam inesse rationem? » Sallustius Historiarum lib. III : « Quod ubi frustra tentatum est, socordius ire milites occepere, non aptis armis, ut in principio, [sed] laxiore agmine. » Lucilius lib. XXX :

> Unus consternit nobis vetu' restibus aptus.

M. Tullius in Hortensio : « Altera est nexa cum superiore, et inde apteque pendens. » Et Tusculanarum lib. V [c. 21] : « Fulgentem gladium e lacunari, seta equina aptum, demitti jussit. »

ÆQUALES sunt similes et ex æquo. Afranius Vopisco :

> Equidem te nunquam mihi
> Parasitum, verum amicum, æqualem, atque hospitem
> Quotidianum, et lautum convivam domi.

|| *Æquales* rursum æquævi. Virgilius Æneidos lib. X [v. 702] :

2 *accius demer hinc colomenale geminis* HLW. *colomen ala* P. *colomena lege minus* O, Edd. ante M. *lege minus* P marg. *colomena lece minus* ms. J. *colo menalege minis* M. *alageminis* ms. Gen. *Accius Demetrio* AJ, Turn. Barth. *Hinc cola Mænalium* cj. J. *Incolo Mænal.* cj. Guyet. *Hinc columen alæ* cj. Turn., prob. Ribb. *Hinc collo manile* scriptum in marg. Jun. *colli monilia* scriptum ab alio. — 4 *consellas* omnes. *tonsillas* cj. Bentin. J, Dousa. *validis* omnes. *consellas quoque prævalidis* cj. Turn. *in finibus* Codd., A. *funibus* Bentin. JM, Turn. — 7 *restibus* AJ Palmer., prob. M. *testibus* prob. Turn. *aptus* vett. edd. *filio* P. *filo* P marg. *hoc se* Codd. *hos se* cj. Bothe (Comic. p. 218). *hæc se* OAJ, Dousa. *hæcce* cj. Palm., prob. Gerl. *hocce* cj. Roth; quod ipse scripseram. — 8 *periculа* (*pellicula* marg.) P. *ingens onus* O, vett. edd. — 9 *mutum* P. χωρισμου Codd., M. ἀφορισμοῦ A. ἀγορασμοῦ J. (Vid. p. 115.) — 10 *fructibus* A, cj. Turn. *fruticibus aptum* P. *lib.* II vulgo. III LAJ. — 12 *tam status* Codd. *statos* Edd. *ratos* Cic. *statutum ast. ordinem* Mp. *ordine* Codd. *ordines* Edd., ut Cic. *tamque omnia inter* Edd. Cic. — 13 *conexa* Codd. *quænexa* L. *ullam esse* Codd. *inesse* Edd., ut Cic. — 14 *temptatum* Codd. *socerdius* LW. *secordim* P. *secordius* Edd. — 15 *miles* omnes. *milites* cj. JM. *abcepere* Gerl. *abrepere* AJ. *occœpere* cj. J. *occepere* M. *miles occipere* aliter cj. M. *et laxiore agm.* cj. J. — 17 *novis vetus* omnes. *nobis* cj. Turn. Dousa. *unus cum sternitur lectus* cj. Scriver., perperam. *lectus*, pro *vetus*, cj. M (*novus lectus* eum voluisse credo). *pestibus* Edd. ante M, improb. M. — 18 *inde* (*apteque*) omnes. *idonee* conjicio. *aptæque* Codd. *apteque* Edd. *apte dependens* cj. Canter. — 20 *seta equi* Codd., vett. edd. *lacunaris et æqui* P. *seta equina* JM, ut Cic. *dimitti* vulgo. *demitti* J Guyet. — 21 *Afran.* Iterum in v. *Lautum*, p. 337. *vobisco* P. — 22 *et quidem* Codd. *equidem* AJM, ut p. 337. — 24 *cotidianum* Codd. *cottid.* M. *quotid.* Edd. ante M. *convivium* vulgo (sic et p. 337), non improb. M, prob. Reuvens. *convivam* Bentin. Steph. J Guyet. Both. Neuk. Ribb.

Necnon Evantem Phrygium, Paridisque Mimanta
Æqualem.

Lucilius Satyrarum lib. V :

Veterum unum cecidisse tamen, seu
Tiresiam æqualem constat.

Afranius Privigno :

Novi amicum atque æqualem meum.

Virgilius lib. V [v. 468] :

Ast illum fidi æquales.

Terentius in Eunucho [II, 3, 35] :

Patris cognatum atque æqualem Archidemidem
Nostin[e]?

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 1] : « Pub. Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere ejus æqualis. » Et de Senectute [c. 14] : « Ego vero, propter sermonis delectationem, tempestivis quoque conviviis delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate. »

Apertum, purum, serenum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 587] :

Scindit se nubes, et in æthera purgat apertum.

|| *Apertum* dicitur patefactum. Virgilius lib. VIII [v. 585] :

Jamque adeo exierat portis equitatus apertis.

Terentius Adelphis [II, 1, 13] :

Abi præ strenue, ac fores aperi.

|| *Aperit,* mitigat, placat. Virgilius Æneidos lib. I [v. 146] :

Et vastas aperit syrtes, et temperat æquor.

|| *Apertum*, nudatum. Turpilius Demiurgo :

Apertæ suræ, brachia autem procera horrorem mihi
Ex corde exsuscitabant.

Sallustius Historiarum lib. V : « Quibus de causis Sullam in victoria dictatorem uni sibi equo descendere, surgere de sella, caput aperire solitum. » M. Tullius de Officiis lib. I [c. 35] : « Verentur

— 26 *paradisque* P. *minanta* Codd., A. — 29 *Veterum unum cecid.* vulgo. *Aeterum* A. *verum* ed. 1476, et cj. M. *cec. tamen senem* HAJ. *tamen se senem* LWM. *cecidisset ame senem* P. *Verum unum cec. tamen senis Tiresiai* cj. M, prob. Guyet. *Tiresiæ* scriptum in marg. Jun. *a mense* J marg. — 32 *novi; amicum* solus M. *æqualem eum* P, Steph., qui *meum* cj. — 34 *illum fide requales* Codd. *fidi æquales* Edd. — 36 *æqualem te mareidemiden* HLW. *temarcidem iden* P. *Archidemidem* JM. — 37 *nostin* vulgo. *nostine? Quidni?* Ter. — 38 *pae scip.* LW. *P. Scip.* HJM.

1 *qui primo* P, vett. edd. *appellatus sit* omnes. *est* Edd. Cic. — 3 *conviviis d. ne cum* P. — 8 *lib.* VIIII Codd. *lib.* VIII Edd. — 9 *postis* H. — 11 *præstrenue* A. *perstrenue* J. *fores* omnes (præter morem). — 13 *vastes* W. *syrtis* vulgo. *syrteis* AJ. — 15 *brachia autem* vulgo. *br. enim* ed. 1476. *etiam* cj. Voss. *michi* Mp. — 17 *Sallustius.* Iterum p. 377. *historiæ* Codd. — 18 *dictatorem uni sibi* HLWM. *dictatore sibi munin* P. *dicta-*

enim ne, si quo casu evenerit ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. » Virgilius lib. VI [v. 404] :

Aperit ramum qui veste latebat.

Varro Eumenidibus :

Capite aperto esse jubet, ante lucem suscitat.

Sisenna Historiarum lib. III : « Adoriuntur adversos, ut apertis lateribus.... » Varro de Vita populi Romani : « Minores natu capite aperto erant, capillo pexo, utique innexis crinibus. » || *Aperire*, erigere, ostendere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 205] :

Quarto terra die primum se attollere tandem
Visa, aperire procul montes.

Idem Æneidos lib. VIII [v. 681] :

Patriumque aperitur vertice sidus.

Varro Meleagris : « Non modo suris apertis, sed pæne natibus ambulans. »

Autumare est dicere. Pacuvius Peribœa :

Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet.

Idem Hermiona :

Quid benefacta mei patris, cujus opera te esse ultum autumat ?

Lucilius lib. XXVIII :

Socraticum quid ante tyranno misse Aristippum autumant.

Plautus Amphitryone :

Nisi hoc ita factum est proinde ut factum esse autumo,
Non causam dico, vir, quin insimules probri.

|| *Autumare* est sperare. Pacuvius Duloreste :

Aut hic est, aut hic adfore actutum autumo.

Altum non solum aerium, vel profundum, sicuti plerumque. *Altum* ab alendo dictum. Varro Manio : « Habens antepositam alimoniam, sedens altus alieno sumptu. » || *Altum*, magnum, gloriosum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 42] :

Te sine, nil altum meus inchoat.

tore : ni sibi ed. 1476. *uni* omitt. AJ. *surgere de sylta* P. *sella surgere* Noster p. 397. *descendere equo, adsurgere sella* Arusian, prob. Gerl. — 20 *si quod casu* PJ marg. — 21 *non decoreae* Codd. *decorae* ed. 1476. *decore* Edd. aliæ, ut Cic. — 23 Iterum et plenius in v. *Torrere*, p. 452 : ubi vide. Septenarium troch. demonstrat posterior versus. — 25 *aversos* J marg. *vi apertis* cj. M. — 26 *minoris* Codd., AM. *minores* J. — 27 *aperte* P. *utique* omnes. *utrinque* forte. — 30 *montis* P. *mentis* LW. *montes* M. *montes* omitt. Edd. ante M. — 33 *natibus apertis* (hoc iterum) omnes. *apertis* alterum deleri vult Guyet; quod ipse conjeceram.

1 *ambulas* cj. Gul. — 3 *delfis* Codd. *Delphis* Edd. — 5 *quid bene faciam ei* omnes. *benefaciam ei, pater... autumas* scriptum in marg. Jun. *benefacta mei* cj. M, prob. Both. Ribb. *cujus opera opera* Codd. *opera operate* H. *autumat* omnes. *autumant* cj. Both. Ribb. — 7 *socratium* vulgo. *socratum* P Gen. *socrati ut* Edd. ante J. *ut qui* cj. Bentin. *Socraticum* J, Dous. Guyet. *quiddante* H. *quid dante* P. *quid danti* Gen. *quid ante* vulgo. *misisse* omnes. *misse* cj. Guyet. Wasius. —

|| *Altum*, vetus, antiquum. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 385]:

Altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.

Et lib. VIII [v. 395]:

Quid causas petis ex alto?

Attius Armorum judicio:

Cur vetera tam ex alto repetis dissidia, Agamemno?

|| *Altum*, pressum, obscurum. Virgilius lib. X [v. 63]:

Quid me alta silentia cogis
Rumpere?

Idem in eodem [v. 625]:

Sin altior istis
Sub precibus venia ulla latet.

Aditus, interpellatio. Terentius in Andria [III, 3, 2]:

Aliquot me adierunt, ex te aditum [qui aibant].

Virgilius lib. X [v. 149]:

Regem adit, et regi memorat nomenque genusque.

Lucilius lib. XXVII:

Quum pacem peto, quum placo, quum adeo, et quum appello meam.

|| *Aditus* est ingressus. Virgilius lib. VIIII [v. 57]:

Huc turbidus atque huc
Lustrat equo muros, aditumque per avia quærit.

M. Tullius de Suppliciis [c. 12]: « In ipso aditu atque ore portus. »

|| *Aditus* rursum adventus. Attius Diomede:

Tune Diomedes, cujus aditum exspectans, pervixi usquo adhuc?

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I: « Et aut ad consules, aut ad te, aut ad Brutum adissent, his fraudi ne esset quod cum Antonio fuissent. »

Attendere est intendere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 8]: « Sed si, quum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam. » Attius Diomede:

Simul aurem attendo, ut quirem exaudire amplius.

8 *amfitreone* P. — 9 *factum tum esse* P. — 10 *dico verum quin simules* H.W. *qui insimules* P. *verùm qui insimules* J. *quin insim.* M. — 14 *ab alimento* P. *Varro Munio*, etc. Iterum in v. *Prospicere*, p. 412. — 16 *lib.* IIII PJ. — 18 *lib.* III *altius* P, ed. 1476. — 24 *cur veteratam ... adpetissis* H. *veterata* A. *vetera tam e. a. appetissis* vulgo. *adpetisses* Mp. *appetis* vett. edd., prob Voss. Both. Ribb. *repetissis* cj. aliquis in marg. Jun. *discidia* Codd., M. *dissidia* Edd. aliæ. — 25 *lib.* XI Codd. — 26 *quid me*, etc. Exemplum non exhibet M, invitus sane. — 32 *aliquod* P. *adiere* Edd. Ter. *auditum esse* Codd., ed. 1476. *auditum* M. *auditum qui aiebant* AJ. — 36 *cum placito* P. — 38 *atque illuc* Codd. — 40 *atque opere portus* vulgo. *atque ore* M, ex Cic. — 41 *accius meda* Codd. *Medea* Edd., et Passer. Barth. Both. Ribb *Diomede* cj. Scriver.

1 *tunc diomedes et cujus* vulgo, etiam Mp, Steph. *tune Diomedes es* Scriv. *tune* (non vero *tun*) *dia Medea es* cj. Passer., habet M. *tun dia Med.* Herm. Both. Welck. Ribb. *expectant* vulgo, etiam Mp. *expectans* Passer. M Both. Ribb. — 3 *et aut ad te* P. —

P. 238 M.

Lucilius lib. XXX :

Præterea ut nostris animos attendere dictis
Atque adhibere velis.

Idem lib. XXVII :

Item cognoscas simul, et dictis animum attendas, postulo.

Pacuvius Antiopa :

Sed animum quum attendi ad quærendum quid sict.

Pomponius Macco :

Quid futurum est si pol hanc ego discere artem attenderim?

|| *Attendere*, perseverare. Attius Diomede :

Si umquam præpediar, gnate mi, ne attenderis
Petere a me id quod nefas sit concedi tibi.

Appellare est familiariter respondere. Lucilius lib. XXVII :

Quum mei me adeunt servuli, non dominam ego appellem meam?

|| *Appellare*, nominare. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 1] : « Publium Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus est. » || Appellere [vulgo *Appellare*] est applicare. Afranius Excepto :

Abi tu, appellant huc ad molem nostram naviculam.

Lucilius lib. XXVI :

Aggere in jaciundo si quo est vineis actis opus,
Primum id dant operam ut quamprimum appellant.

Æmulus est invidus. Virgilius Æneidos lib. V [v. 415] :

Æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.

Et lib. VI [v. 173] :

Æmulus exceptum Triton.

† || *Æmulus* est sectator vel imitator. M. Tullius pro Marco Marcello [c. 1] : « Illo æmulo atque imitatore studiorum meorum ac laborum. »

5 *adtendere* (ubique) H. — 6 *et si cum* omnes. *sed si* Edd. Cic. *turpidinem* P. *adunatam* omnes. *adjunctam* scripsit Passer. in marg. Jun., ut est apud Cic. — 8 *attendi* cj. Bothe. — 9 *lib.* XXVIIII Codd., M. *lib.* XXIX AJ. *lib.* XXXI ed. 1476. — 10 *nostros* Codd., vett. edd. *nostris* cj. Bentin., habet J. *attendere de re dictis* Codd. *deredictis* P. *de re* omitt. Edd. — 13 *postula* omnes. *postulo* cj. Sciop. Dous. Guyet; sic etiam Noster, v. *Cognoscere*, p. 275. — 15 *sed cum animum* omnes. *attendo* J. *animo attendi* J marg. — 17 *pol ego hanc* omnes. *hanc ego* cj. Munk, prob. Ribb.; quod et ipse videram. — 19 *perpediar gnato puer ne* vulgo. *præpediar* Mp, cj. Guyet. *perpetiar, gnate, tu ne att.* cj. Grot. *perpetiar* prob. Voss. *præpediar, grate, puer, ne* cj. Bothe. *gnate puer.* Hic est glossema. — 20 *concedit* Gerl. *conceditibi* P. *concedi* Mp, et vulgo. — 22 *adeant* cj. Guyet. — 23 *Appellare* nominare. Hoc omnes in fine lemmatis exhibent : nolui autem verbum tertiæ conjugationis interserere, quod a Nonio factum nunquam credam. — 24 *publicum Scip.* P. *M filium* Codd. *M* (superducta lineola) *filium* P. *filium* etiam vett. edd. *Marce fili, eum* JM, ut Cic. *Afric. appellatus sit* omnes. *est* Cic. — 25 *Appellare* omnes. *Appellere* cj. Bentin. *excepto abi tu* HLWM. *excepto habitu* P. *in Excepto : Habitu* vett. edd. *Excepto : Aditu* J. — 27 *Lucilius*, etc. Hoc etiam p. 243 et 327. — 28 *agere* Codd., etiam Mp. *aggere* Edd. *jaciendo* HMp, Edd. ante M. *jaciundo* LWPM. *si quo est in vineis* HLW, Edd. ante M. *si quod* Mp. *in* omitt. M, ut est in locis alibi citatis.

1 *Tullius*, etc. Iterum p. 437, ubi est : *quasi quodam æmulo imitatione* P. *studio-*

Sallustius Historiarum lib. III : « Sed Pompeius, a prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque ejus quidem æmulus erat. » Virgilius Æneidos lib. X [v. 371] :

Spemque meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudi.

|| *Æmulus*, similitudinem vitæ vel instituti sequens. M. Tullius de Republica lib. I [c. 33] : « Qua enim judicatur iste optimus doctrina, artibus, studiis? Audio quando...... »

Argutum significat sonans. Virgilius Bucolicorum [7, 1] :

Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.

Et multa hujusmodi. || *Argutum*, audax, malitiosum. Lucilius lib. XXVIII :

Agite, agite, fures, mendacia argutamini.

Plautus Mostellaria [I, 1, 1] :

Exi e culina, sis, foras, mastigia,
Qui mi inter patinas exhibes argutias.

|| *Argutum*, parvum, collectum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 80] :

Argutumque caput, brevis alvus obesaque terga.

Accipere, tractare, increpare. M. Tullius in Verrinarum actione secunda [de Prætura urbana, c. 54] : « Male accipit verbis Rabonium. » Et ad Cæsarem juniorem lib. I : « Roga ipsum quemadmodum eum ego Arimini acceperim. » || *Accipere* est datum sumere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 486] :

Accipe et hæc, manuum tibi quæ monimenta mearum
Sint, puer.

|| *Accipere*, sentire. Terentius Heautontimorumeno [II, 3, 23] :

Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis.

|| *Accipere*, videre. Virgilius lib. VIII [v. 154] :

Ut te, fortissime Teucrum,
Accipio agnoscoque libens!

rum et lab. meorum inf. p. 437. *ne laborum meor.* Cic. — 3 *adulescentia* Codd. — 4 *rei* (pro *regi*) P. — 5 *æmulatus* omnes. *æmulus* emendant Victor. Carrio, recep. M. Exemplum enim recurrit p. 502; et quanquam in fine truncum, vocem *æmulus* manifesto habere debuit ut lemmati responderet. — 7 *patriæ quæ* H. *patriæque* LW. — 9 *quæenim* Codd. *quid* ms. palimps. Cic. *qui* Mai. *audio quando* desunt in palimps. Mutilum locum suspicatur M, quum *æmulus* desit. — 15 *mendacii* Codd., ed. 1476. *mendacia* AJM. — 16 *mustellaria* vulgo. — 18 *mihi* vulgo. *michi* Mp. *exhiberes* P et Bern. *exiberes* Gen. — 19 *parvum ac lectum* P Bern. Gen., et aliquia in marg. Jun. *letum* HLW. *lætum* AJM. — 23 *abonium* HLW. *habonium* P Bern. Gen. *Habonium* JM. — 24 *rogo* vulgo. *roga* JM, ut inf. p. 383. — 25 *ego eum* Noster p. 383. *arini* Codd. *armis* Edd. ante M. *Arimini* cj. J, ut p. 383; recep. M. *acceperit* vulgo. *acceperim* JM, ut p. 383. — 27 *quæ tibi* P. *mnnuumque tibi* HLW. *tibi quæ* AJM. — 29 *heaut ... meaon* Codd. — 30 *aliter cum amore* Codd. *tuum amorem* Edd. — 31 *Virgilius*, etc. Locum omisit P. — 34 *Varro*, etc. Quod exemplum primus edidit Aldus, recep. JM, uncis includit Gerl.

Varro de Re rustica lib. III [c. 2] : « Quum diceret se nullam accepisse villam qua magis delectatus esset. » || *Accipere*, concipere. Virgilius lib. VIII [v. 449] :

> Alii ventosis follibus auras
> Accipiunt redduntque.

|| *Accipere*, audire. M. Tullius [de Prætura Siciliensi, c. 34] : « Accipite nunc aliud ejus factum nobile. » Lucilius lib. XXX :

> Hoc etiam accipe quod dico; nam pertinet ad rem.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 65] :

> Accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
> Disce omnes.

|| *Accipere*, pascere. Terentius in Eunucho [V, 8, 52] :

> Accipit homo nemo melius prorsum neque prolixius.

|| *Accipere*, decipere. Lucilius lib. XXVIIII :

> Sic inquam veteratorem illum vetulum lupum
> Annibalem acceptum.

|| [*Accipere*, admittere.] Plautus in Aulularia [II, 2, 60] :

> Optumum est : tu conditionem hanc accipe.

Ardere est ignescere, concremari. Virgilius Æneidos lib. V [v. 525] :

> Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo.

Idem lib. II [v. 311] :

> Jam proximus ardet
> Ucalegon.

|| *Ardere*, festinare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 423] :

> Instant ardentes Tyrii : pars ducere muros,
> Molirique arcem et manibus subvolvere saxa.

Idem lib. XII [v. 71] :

> Ardet in arma magis.

|| *Ardere*, fulgorem et splendorem emittere. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 262] :

> Tyrioque ardebat murice læna.

Idem lib. X [v. 270] :

> Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma
> Funditur.

2 *accipere nunc* Codd. *accipite* AJM, ut Cic. — 6 *omnis* vulgo. *omnes* ed. 1476. *omneis* AJ. — 8 *accipit homo nemo* Codd., et Ter. ed. Bothe. *hominem nemo* AJM, ut pars codd. et edd. Ter. *hominum* cj. Guyet. — 10 *sin inquam et vet.* cj. Turn. *vetulumque lupum illum* cj. Passer. *vetulamque lupam illam* cj. Dousa, prob. Barth. — 11 *hannibalem* P. — 12 *accipere admittere* duo verba omitt. Codd., ed. 1476, habent AJM. — 13 *optumus tu* Codd. et Edd. ante M. *optumust tu* M. *optumum est* Edd. Plaut. — 14 *igniscere* vulgo, et J marg. *ignescere* Mp, Edd. ante M. — 16 *harundo* Codd. — 17 *Idem*

|| *Ardere*, dolere, vel irasci. Virgilius Æneidos lib. X [v. 513] :

Proxima quæque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum
Cæde nova quærens.

Acre significat celer, velox. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 119] :

Calidumque animis et cursibus acrem.

Idem Æneidos lib. IIII [v. 156] :

At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo.

|| *Acre*, austerum, acerbum, asperum. M. Tullius in Hortensio : « Quod alterius ingenium, sicut acetum Ægyptium, acre; alterius, sicut mel Hymettium, [dulce] dicimus. » Varro Parmenone :

Demitis acres pectore curas
Cantu castaque poesi.

|| *Acre*, severum. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 31] : « Suum igitur quisque noscat ingenium, acremque se et bonorum et malorum suorum judicem præbeat. » Idem in eodem [c. 38] : « Utendum est fortasse [et] vocis contentione majore, et verborum gravitate acriore. »

|| *Acrem*, fortem. Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 614] :

Aut acrem dubites in prœlia poscere Turnum.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 20] : « In rebusque gerendis virum acrem et industrium, eumdem tamen maleficum natura. »

|| *Acre*, vehemens, sævum. M. Tullius in Hortensio : « Aut Philisto brevius, aut Theopompo acrius. » Virgilius Georgicon lib. III [v. 405] :

Acremque molossum
Pasce sero pingui.

Idem Æneidos lib. V [v. 454] :

Acrior ad pugnam redit, ac vim suscitat ira.

Virgilius lib. II omnes. — 41 *Acrem austerum acerbum asperum acerbum* HPW. *austerum acervum* L Gen. *Acrem* etiam ed. 1476. *Acre* JM. *acerbum* non iterant Edd. — 42 *sicut acceptum* P manu pr. et Gen. *aceptum* (ex emendatione) P. *actum* AJ. *acetum* P marg. J marg., et cj. Turn. *ægyptium alterius sic acre ut mel metrum* L. *mel ymetium* W. *melimetium* P. *sic acrius mel Hym.* AJ. *acre ut mel* J marg. M (et omnes *acre* ad *mel* referunt, quum sit *dulce* ap. Cic.).

1 *dimittis* Codd. *demittisque* AJ. *demitis* Passer. et M, ut Noster, p. 267. *acris* vulgo. *acri* A. *acreis* J. *curas* omnes. *luctus* esse in v. *Castum* p. 267, notat Bentin. — 2 *cantum cantasque poesi* Codd. *tantumque cantasque pesi* ed. 1476. *tantumque cantansque poesim* A. *cantu castaque* JM, ut inf. p. 267. — 3 *suum quisque igitur* omnes. *igitur quisque* Edd. Cic. — 4 *et vitiorum suorum* Edd. Cic., minus bene. — 8 *prœlia* Codd., J. *prœlia* AM. — 9 *in rebus ger.* vulgo. *in rebusque* J, ut Edd. Cic. *gerundis* Codd., M. — 10 *verum acrem* Codd., vett. edd. *virum* JM. — 11 *ortensio* Codd. *Quid enim aut... acrius?* habet Cicero, ut constat ex tribus locis, p. 315 et 343. Cf. Vict. *philippo* HWP marg. AJ. *filisto* PL man. pr. *Philisto* LM, ut Cic. — 17 *acrior apud nam* P. *actum susc.* Codd. *ac vim* Edd. — 18 *Acre, providum, diligens* vulgo Ciceroni tribuuntur, quamvis contra monuerit Bentin. Ciceronis autem locum (*de Sign.* 31) acute,

M. Tullius Verrinarum actione de Signis...... || *Acre*, providum, diligens. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 405] :

Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus.

Aer est medium spatium quod inter cœlum est et terram. Virgilius Æneidos lib. V [v. 839] :

Aera dimovit tenebrosum, et dispulit umbras.

|| *Aer*, altitudo. Virgilius Georgicon lib. II [v. 123] :

Ubi aera vincere summum
Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ.

|| *Aer*, sonus. Varro Andabatis : « Anima ut conclusa in vesica, quando est arcte ligata, si pertuderis, aera reddet. »

Amarum dicitur asperum. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 86] :

Et amara pausia bacca.

Lucretius lib. IIII [v. 15] :

Interea perpotet amarum
Absinthi laticem.

|| *Amarum*, acerbum. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 203] :

Isque amens animi, et rumore accensus amaro.

Admonere, commonefacere. M. Tullius in Verrem de Signis [c. 3] : « Recte admones : Polycletum esse dicebant. » || *Admonere*, percutere. Virgilius lib. X [v. 586] :

Lucagus, ut pronus pendens in verbera telo,
Admonuit bijugos.

Ambire significat circuire et concludere. Virgilius lib. VI [v. 550] :

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

Idem lib. X [v. 243] :

Atque oras ambiit auro.

|| *Ambire*, ambitionibus appetere. Virgilius lib. VII [v. 333] :

Neu connubiis ambire Latinum
Æneadæ possint.

Terentius in Andria [II, 2, 36] :

Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis.

|| *Ambire*, interpellare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 283] :

Quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?

ut solet, divinavit Rothius : *qui apud alium judicem multo acrior quam ego sum... esse deberes.* — 25 *lib.* VII W. — 27 *haud ullo* vulgo. *haud ullæ* ed. 1476, J, ut Edd. Virg. *aut ullæ* A (et sic Virg. ms. Medic.). — 29 *arte* vulgo. *arcte* AJ. *si pertuderis* vulgo, etiam J marg., prob. M Guyet. *pertuderit* M. *percuderis* A. *perculeris* Edd. ante M. — 36 *eisque amens* Codd. plerique. *isque* H et Edd., ut Virg.

6 *Virg. lib.* IIII : *quæ* Codd. *lib.* III AJ. *lib.* VI M. — 9 *oras* H, Edd. *horas* LW. *ambit* Codd. — 11 *nec* Codd. *ne* Edd. ante M. *neu* M, ut Virg. *conubiis* Codd. — 16

AUDACIA consuetudine temeritas dicitur. Sallustius Catilinæ bello [c. 58] : « Audacia pro muro habetur. » || *Audacia,* fiducia. Virgilius lib. V [v. 67] :

Quique pedum cursu valet, et qui viribus audax.

ATRUM dicitur nigrum. Virgilius lib. VI [v. 576] :

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.

Et Georgicorum lib. III [v. 430] :

Hic piscibus atram
[Improbus] ingluviem [ranisque loquacibus explet].

Varro Eumenidibus : « Vix vulgus confluit non furiarum, sed puerorum atque ancillarum, qui omnes me bilem atram agitare clamitantes... »

ALUMNOS consuetudo quos alas vel educes, vel eos qui alunt, dici vult. Virgilius lib. VI [v. 877] :

Nec Romula quondam
Ullo se tantum tellus jactabit alumno.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 66] : « Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio fixum videret. » Varro Sesquiulixe : « Ibi quod lupam alumni fellarunt olim. » Idem in Eumenidibus : « Et ecce de improviso ad nos accedit cana Veritas, Attices philosophiæ alumna. » || *Alumnum,* filium. Virgilius lib. VI [v. 595] :

Necnon et Tityon, Terræ omniparentis alumnum.

Pacuvius in Teucro :

Quæ, desiderio alumnûm, pœnitudine
Squales scabresque inculta vastitudine.

|| *Alumnum,* dominum. Virgilius lib. XI [v. 33 :

Tum comes auspiciis] caro datus ibat alumno.

AGERE, leto dare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 190] :

Tum vulgus, et omnem
Miscet agens telis [nemora inter frondea turbam].

|| *Actum,* rotatum. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 587] :

Ipse ter adducta circum caput egit habena.

quanam omnes, ut etiam p. 23. *quo nunc* Edd. Virg. — 17 *audeat affatu. Agere, gerere. Varro Bimarco... sed copron.* Huc irrepserunt duæ lineæ lemmatis *Agere*, quas in ordinem redegi. Cf. p. 243. — 26 *inluviem* HW. *illuviem* L. *me livem* P. *ingluviem* Edd. Virg., et Noster p. 298 et 327. — 29 *clamitantes.* Integer locus est p. 356, v. *Opinio.* — 33 *tullus* P. *jactavit* Codd. *jactabit* Edd., ut Virg. — 35 *fixum* omnes. *affixum* Edd. Cic. — 36 *sesqueulixe* Codd. *Sesquiulysse* JM. *fellarunt* etiam J marg. *fefellerunt* Edd. ante M. *fellitarunt* ex vet. cod. laudant Tornes. et aliquis in marg. Jun. (Verbum ap. Solin. agnoscit Turn. 24, 13.)

2 *attices* Codd., etiam Mp, prob. Roth. *atticis* Codd. in v. *Caum*, p. 86. *Atticis* J marg. *Atticæ* JM. — 4 *omnipotentis* omnes. *omniparentis* Edd. Virg. — 6 *penitudines quales* H. — 7 *scabresque* Codd. *scapresque* M. *squale scabreque* J. — 10 *Agere*, etc. Quod lemma perturbatissimo ordine habe-

P. 243 M.

|| *Agere,* loqui. Terentius in Adelphis [I, 1, 53] :

Sed estne [hic] ipsus de quo agebam?

|| *Actum* dicitur perfectum. Virgilius lib. VI [v. 236] :

His actis, propere exsequitur præcepta sibyllæ.

|| *Agere,* persequi. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 70] :

Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
Pastor agens telis.

Et Æneidos lib. VIII [v. 118] :

Quos illi bello profugos egere superbo.

|| *Actum,* appulsum. Virgilius lib. VII [v. 199] :

Sive errore viæ, seu tempestatibus acti.

|| *Actum,* infixum. Virgilius lib. VIIII [v. 431] :

Sed viribus ensis adactus
Transadigit costas.

|| *Actum,* coactum, territum. Virgilius lib. VI [v. 379] :

Prodigiis acti cœlestibus, ossa piabunt.

|| *Agere,* fugare. Virgilius Georgicon lib. II [v. 130] :

Et membris agit atra venena.

|| *Agere,* [e]gerere. Varro Bimarco : « Non Hercules potest, qui Augiæ agebat κόπρον. » || *Actum,* admotum. Virgilius lib. VIIII [v. 505] :

Accelerant, acta pariter testudine Volsci.

Lucilius lib. XXVI :

Aggere in jaciundo si quo est vineis actis opus.

|| *Agere,* porrigere. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 12] : « Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. » || *Agere,* intendere, inquirere. Virgilius in Bucolicis [9, 37] :

Id quidem ago, et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto.

|| *Agere,* urgere, impellere. M. Tullius in Verrem actione secunda

mus, quum tribus locis (p. 242, 243, 246) compareat. Hoc refiogere oon io me recepi, sed pauca aptius reposui, quum oecesse visum est. Præcedeotis paginæ exemplum : *Agere, gerere,* etc., initio collocare non potui, quod voluissem, sed *gerere* vitiosum est. — 11 *tune* Codd. *tum* Edd. Virg. *et omne* Codd. *in omne* AJ. *et omnem* J marg. M. — 14 *habenas* Codd. *habena* Edd. — 16 *ipse* vulgo. *ipsus* AJ, Edd. Ter. — 20 *quam pro incautam* Codd. *quam procul* Edd. *inter cresia* Codd., vett. edd. *Cressia* JM. — 23 *profugus* Codd. *profugos* Edd., ut Noster p. 391, et Virg. — 24 Noo *appulsum,* sed *pulsum,* sensus requirit. — 25 *temp. acti. Varro in lege Mænia,* etc. Quod exemplum, ut alieoo loco positum, longius rejeci. — 33 *Agere, gerere* omnes. *egerere* cj. M. (Id exemplum erat solivagum p. 242.) *Vimarco* vulgo. *Bimargo* AJ. *ercules* LW. *Hercules* HP, Edd. — 34 *qui augebes sed copron* Codd., M. *qui Augiæ egit* κόπρον cj. J. *qui Augiæ agebat copron* cj. Turn., recep. Œhler. *qui Aug. egessit copron* cj. M, quod non placet. (Aliæ suot conjecturæ, quas referre supersedeo.) — 36 *test. vuici* Codd. — 37 *Lucil.* Jam supra in v. *Appellare,* p. 238 : ubi vid. not. — 38 *agere* Codd. *aggere* Edd. *in jacendo* HP. *si quos tu vinis* (*tuvinis* P) *actis opust* Codd. — 39 *Agere, porrigere.... civium Romanorum.* Hæc erant post v. *Auscultare,* p. 246. — 43 *urgere* (*urguere* Mp), *impellere* vulgo. *implere* Gerl., ex suis, ut videtur. — 45 *Varro,* etc. Quod exemplum

[de Prætura urbana, c. 13] : « Agunt eum præcipitem pœnæ civium Romanorum. » Varro in Lege Mænia :

Non hos Pactolus, aureas undas agens,
Eripiet umquam [....] e miseriis.

Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Non videtis, unus ut parvulus Amor aridis feta lampade agat amantes æstuantes? »

Asperum significat insuave. Terentius Heautontimorumeno [III, 1, 49] :

Asperum,
Pater, hoc est; aliud [lenius] sodes para.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 277] :

Asper in ore sapor.

|| *Asperum*, nocens. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 434] :

Sævit agris asperque siti atque exterritus æstu.

|| *Asperum*, exasperatum, non læve. Virgilius lib. VIIII [v. 263] :

Bina dabo argento perfecta atque aspera signis
Pocula.

Æquare est cum æquitate dividere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 507] :

Operumque laborem
Partibus æquabat justis.

|| *Æquare*, continuare. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 337] :

Felix, si protinus illum
Æquasset nocti ludum!

Accommodatum dicitur adjunctum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 393] :

Laterique Argivum accommodat ensem.

M. Tullius in Verrem Frumentaria [c. 24 : « Ad Verris] flagitia libidinesque accommodato. » Attius Bacchis :

Tunc silvestres exuvias lævo pictas lateri accommodant.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 21] : « Qui se ad rempublicam et ad magnas res gerendas accommodaverunt. » Et de Republica lib. I [c. 46] : « Expositaque ad exemplum nostra republica, accommodabo

et sequens vulgo supra erant. *in leminia* PL. *in lege Mænia* HW, Edd. *in* omitt. JM. — 47 Hic deesse videtur epithelon. *e me miseriis* P. — 48 *nothi seauton* Codd. — 49 *ardifeta* vulgo. *ardifet alampade* P. *ardifœta* A. *ardifera* ms. Fabri, ed. 1476, Popm. Barth. Forcell. Freund. *ardorifera* cj. Passer. *lamp. arida* omnes : sed hoc verbum pro var. lect. præcedentis habeo. *aride* Forcell. Freund. — 50 *heaut... menon* Codd.

3 *lenius* omitt. Codd., habent AJM, et sic Edd. Terent. *para* Codd., M. *vide* AJM; quam variam lect. probat Bentl. ad Ter. — 8 *leve* vulgo. — 17 *noctis* Codd., A. *nocti* ed. 1476, JM, ut Virg. — 21 *in frumentaria* omnes. — 22 *lubidinisque* vulgo. *libidinisque* Edd. ante M. *accommodat* omnes. *accommodato (homine)* Cic. — 23 *tunc silvestres* vulgo. *sylvestris* M. *tunc pecudum exuv.* Noster in v. *Exuvias*, p. 458. *tunc silvestrum* Ribb. *tum pecudum* Scal. Equidem *pecudum silvestrum* pro vetere glossemate habeo vocis

[ad] eam, si potero, omnem illam orationem quæ est mihi habenda de optimo civitatis statu. » || *Accommodatum*, proclive, propensum. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 24] : « Tum præterea maxime sedati et quieti, præter ceteros ad summum Græciæ otium, potius quam ad ullam vim aut tumultum, accommodati. » || *Accommodare*, adhibere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 10] : « Tantum dabit amicitiæ ut veram amici causam esse malit, ut orandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. » Et de Senectute [c. 19] : « Cetera tempora demetendis frugibus et percipiendis accommodata sunt. »

Aridum dicitur siccum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 175] :

Atque arida circum
Nutrimenta dedit.

|| *Aridum*, horrificum, acutum. Virgilius Georgicon lib. I [v. 357] :

Et aridus altis
Montibus audiri fragor.

Lucretius [VI, 119] :

Aridus unde aures terget sonus.

|| *Aridum*, purum, lucidum. Plautus in Rudente [III, 4, 21] :

Argento arido.

Anceps est dubium. Virgilius Æneidos lib. X [v. 359] :

Anceps pugna diu.

|| *Anceps*, duplex. Lucilius lib. XXVIIII :

Nemo hos ancipiti ferro effringat cardines.

Virgilius Æneidos lib. III [v. 180] :

Agnovit prolem ancipitem geminosque parentes.

Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Cæsar reversionem fecit, ne post occipitium, in Hispania exercitus qui erant, relinqueret; quo se conjiceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello. » || *Anceps*, acutum ex utraque parte. Lucilius lib. XXVIIII :

Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.

nebridum, quæ ut ignota exsulavit. *exsuvias* Mp. *sævo* Codd., Edd. ante M. *lævo* cj. Scal., recep. M, prob. Herm. Both. Ribb. — 26 *expositamque* omnes. *expositaque* ms. palimps. *nostræ reipublicæ* vulgo, ut palimps. *nostra republica* cj. Mai. — 27 *ad eam* cod. palimps. *ad ea* Fronto (ed. Mai, p. 492). *potero* H et Edd., ut Cic. et Fronto. *potuero* PLW, ut palimps. — 29 *actione tertia* Codd. *actione tunc tertia præterea* P. *actione* III vett. edd. *actione* II M. — 30 *tunc* vulgo. *tum* M, ut Edd. Cic. — 34 *orande* Codd. *lites* Codd. *litis* Edd., ut Noster p. 361. *litis* vel *liti* Edd. Cic. — 35 *ceterum et tempora metendis* omnes. *reliqua tempora demetendis* Edd. Cic.

8 *auris et sonus* HLW, ms. ap. Jun., Edd. ante J. *auri* (*nuris* marg.) *topet sonus* P. *auritopet sonus* ms. Gen. *nure sedet* J marg. *nures* vel *auris terget* JM, ut Lucr. — 11 *Anceps est* vulgo. *est* omitt. P. — 14 *ancipites* omnes, etiam Mp. *ancipiti* cj. Passer., Bentl. ad Hor. — 16 *prolem ambiguam* omnes (ut Virg.), etiam M, qui agnoscit Nonium *ancipitem* profecto legisse. *parentis* vulgo. *parenteis* A. *parentes* J. — 17 *reversione* Codd. *reversionem* AJM. — 18 *relinquerent* Codd. *relinqueret* JM. — 19 *coniceret*

Aura est ventorum..... || [*Aura,* odor.] Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 416] :

At illi
Dulcis compositis spiravit crinibus aura.

|| [*Aura,* splendor.] Virgilius Æneidos lib. VI [v. 204] :

Discolor unde auri per ramos aura refulsit.

|| *Aura,* adactus. Varro in Eumenidibus : « Simul ac languido corpori solis calidior visa est aura. »

Argutari dicitur loquacius proloqui. Ennius Phœnice :

Tum tu isti crede, atque exerce linguam, ut argutarier
Possis.

Novius Exodio :

Quando ad ludos vênit, alii quum tacent, totum diem
Argutatur, quasi cicada.

|| *Argutari,* sussilire. Titinius Fullonia :

[At] terra hæc est, non aqua, ubi tû solitus argutarier
Pedibus, cretam dum compescis, vestimenta qui laves.

Attollere significat erigere, ostendere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 552] :

Attollit se diva Lacinia contra.

|| *Attollere,* afferre. Pacuvius Medo :

Custodite istum vos, ne vim quis attulat, neve attigat.

Idem Armorum judicio :

Pro imperio agendum est. — Quis vetat quin attulat?

Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 200] :

Attulit et nobis aliquando optantibus ætas.

Gerl. *coiceret* P. — 22 *ventorum* [*vis*] J. *Aura* [*odor... fulgar... calor*] deesse vidit M. — 25 *spirabit* Codd. *spiravit* Edd., ut Virg. *aura. Idem Æneid.* omnes. — 28 *adauctus* J marg. *adlactus* Rœper. — 29 *corpore* omnes. *corpori* Œhl. Riese; quod ipse conjeceram. *tepore* cj. Guyet. *calidior* P. — 30 *loquacium* omnes. *loquaciter* A, et cj. Guyet. *loquacium more* cj. M. *ennius quœnice tum tu* Codd. *quo enicetum tu* M. *quo enim cœtum tu* ms. Voss., J marg. *quem in certum* vel *incertum tu* Edd. ante M. *Ennius Chœnice* cj. Turn. *Enn. Phœnice* cj. Columu. M, prob. Voss. Both. Ribb. — 31 *tum tu isti crede* HP, et cj. Turn., prob. M. *isti credere* LWJM. *tutum credere* cj. Bothe. *lingua* vulgo. *linguam* Mp et Bern., ed. Mediol., Turn., prob. M, recep. Both. Ribb. *argutarier Possis* non placet : equidem suspicor, *argutari possies.* — 33 *Nevius* Mp Bern. — 34 *tacent* vulgo. *taceant* Mp Bern. — 36 *exissilire* L. *exilire* A. *Fullonia* vulgo, etiam J marg. (quanquam vitiose scriptum *Fallonia*). *Fullonibus* J, et cj. Scal. Cujac. — 37 *terra hæc est navn quæ ubi* Codd., J. *est nava quasi ubi* vett. edd. *hæc nava quasi* Steph. *hæc nova est quasi* Scal. *hæc est, non aqua* cj. Cujac. Passer., habent M Ribb. *hæc, non aqua est* cj. Bothe. *arguturi* vulgo. *argutarier* cj. Scal., prob. Both. Ribb. *saltu's argutarier* Munk. Ribb. — 38 *dum comp. cretam* cj. Scal. *vestimentaque levas* Codd., AM. *vest. quæ lavas* ed. 1476, J. *vestimenta qui lavas* cj. Bothe. *qui laves* cj. Lachman., prob. Ribb.; in quod ipse incideram. *et vestimenta eluis* cj. Scal.

1 *Attollere* (ubique) HP. *erigere, fundere* omnes. — 3 *lacinia* H. *Lacinia* AJM, et Gerl. in Emend. — 4 *afferre* omnes. *efferre* cj. Guyet. — 5 *custodite hunc vos* Diom. p. 378, prob. Bothe. *ne eum qui attollat* Codd., M. *ne eum quis attollat* AJ. *quis attallat* vel *attulat* cj. Voss. *ne quis vim attulat* Diom. l. cit., Bothe. *istunc ne vim qui* Ribb. *neve qui attignt* vel *adtigat* (*adtingat* P) Codd., M. *neve quis attingat* A. *neve attigat* J, cj.

P. 246 M.

Auscultare est obsequi. Pacuvius Chryse :

Magis audiendum quam auscultandum censeo.

Ennius Menalippa :

Mi ausculta, nate ; pueros cremari jube.

Cæcilius Symbolo :

Audire, ignoti quod imperant,
Soleo, non auscultare.

|| *Auscultare*, audire. Afranius Simulante :

Næ ego illos velitantes ausculto lubens.

Pomponius Asinaria :

Atque auscultare disce, si nescis loqui.

|| *Auscultare*, videre, spectare. Afranius Privigno :

Vidi, et ludos hinc auscultavi procul.

Adducere, ducere. Terentius Heautontimorumeno [II, 3, 70] :

Adducimus tuam Bacchidem.

|| [*Adduci*,] cogi. M. Tullius de Senectute [c. 10] : « Nullo imbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit. » || *Adducere*, intorquere, rotare. Virgilius lib. VIIII [v. 587] :

Ipse ter adducta circum caput egit habena.

|| *Adducere*, reducere. Virgilius lib. VIIII [v. 402] :

Ocius adducto torquens hastile lacerto.

Æquor, campus. Virgilius lib. XII [v. 333] :

Illi æquore aperto
Ante notos zephyrumque volant.

|| *Æquor*, mare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 146] :

Et vastas aperit syrtes, et temperat æquor.

|| *Æquor*, fluvius. Virgilius lib. VIII [v. 96] :

Viridesque secant placido æquore silvas.

Voss.; et sic Diom. — 7 *quis vetat quisne attollat* Codd. *vetat quisve* Edd. *attollat* etiam Both. Ribb. — 9 *obstantibus* Codd. *optantibus* Edd. — 10 *Pacuvius qui se* Codd. *quise* P. *quis se* AJ. *Chryse : magis* J marg.; recep. M Bothe. — 13 *mihi ausc.* omnes. *mi ausculta, nata* cj. Bergk. Claudicare versum non Bothium latuit. *cremari pueros*, vel *puerosque crem.* cj. Voss. — 14 *Cæcilius sembono* PL Gen. *embono* HW, Edd. *Emporo* cj. Lips. Turn., recep. Bothe. *Embolo* Scal. *Hypobolimæo* cj. J. *Symbolo* cj. M, prob. Guyet Ribb. — 18 *ne ego* Codd., M. *næ* J Steph. Bothe. *veltantis* HLW. *vel tantis* P, Edd. ante M. *velitantes* cj. J. Turn. *velitantis* M. — 19 *asina* Codd., J marg. *Asia* Edd. ante M. *Asin. Atque* M. *Pomponius : asta atque* cj. Lips. *Asinaria* cj. Passer. M. — 22 *videt ludos hinc* omnes. *vide ut ludos* cj. M. *vidi et ludos, hinc* cj. Bothe. *video* J marg. *Vidisti ludos? - Hinc* Ribb. Post vocem *lubens*, sequebatur *Agere, porrigere*, etc. Quod lemma in unum coegi, sup. p. 243. — 23 *heaut... menon* Codd. — 24 *adducimus ad te tuam* omnes. *ad te* omitt. Ter.; et ea verba sensus non minus quam metrum respuit : totum locum vide. — 25 *Adduci, cogi* Edd. *adduci* omitt. Codd. *imbre* Edd. Cic. — 28 *abena* Codd. — 29 *Adducere, producere* vulgo; quod merito improb. Guyetus, et vertit : « reducto ut porrigatur. » *Add., excutere, prod.* P. (Sed *excutere* ad antecedentem sensum pertinere videtur.) — 33 *zefyrum* Codd. *nothos zefirumque* P. — 35 *syrtis* Codd., M. *syrtes* Edd. aliæ.

2 *viridis* Codd., M. — 3 *plocido* P. *plocio* P marg. — 4 *ut si* (*utsi* Gerl.) *nihil aliud*

Adventire, venire. Cæcilius Plocio :

> Edepol senectus, si nil [quidquam] aliud vili
> Apportes tecum, quum advenis; unum id sat est.

|| *Advenire*, incipere. Plautus Amphitryone :

> Quæso advenienti morbo [medicari] Jovem.

Æstus, solis et æstivi temporis flagrantia. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 331] :

> Æstibus in mediis umbrosam exquirere vallem.

|| *Æstus*, marini impetus vel commotiones. Lucretius lib. IIII [v. 220] :

> Frigus ut a fluviis, calor ab sole, æstus ab undis
> Æquoris.

Plautus in Asinaria [I, 3, 6] :

> Quam mage te in altum capessis, æstus te in portum refert.

Virgilius [Æneid. III, 577] :

> Fundoque exæstuat imo.

Acerbum, horrendum, infandum, immite. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 429] et XI [v. 28] :

> Et funere mersit acerbo.

|| *Acerbum*, incoctum, præcoquum : et de pomis frequentius dicitur. Varro in Agathone : « Virgo de convivio abdicabatur, ideo quod majores nostri virginis acerbæ aures veneriis vocabulis imbui noluerunt. »

Album significatione manifesta est, ut Virgilius Georgicon lib. III [v. 82] :

> Color deterrimus albis,
> Et gilvo.

|| *Album*, mite vel placidum. Varro Sesquiulixe : « [Nondum album est mare, nec] adversi venti ceciderunt. Quod si pergunt diutius

apportes vulgo. *nichil... adportes* Mp. *ut* omitt. vett. Edd. *si nihil quidquam aliud vitii* Cic. (*Sen.* 8); cujus tres versus jure exscribit Passer. *viti* hic non additum, sed est vox *ut* transposita. *adportes* H. *apportes* (præter morem) Gerl. — 6 *Plautus*, etc. Jam supra, v. *Cerriti*, p. 44. — 7 *quæso* omnes. *quasi* Codd. p. 44. *quæse* cj. Acidal. *moribo jure* Codd. *morbo* Edd., ut p. 44. *jure* vulgo. *jube* Gen. Bern. *jure medicabis* AJ. *medicari* hic vulgo omissum. Vid. ad p. 44. — 13 *a pluviis* omnes. *a fluviis* Noster p. 310, ut Lucr. *fluviis* scripsit ipse Merc. in marg. Junii. — 15 *Plautus*, etc. Iterum p. 266 et 381. — 16 *quo magis* omnes, Edd. Plaut. *quo magis... capessis* Noster p. 266 et 381, et locis qui infra. *quam* J marg., ut Plaut., recep. Bothe. *mage* Bothe. *capessas* Codd., sed *capessis* iidem inf. *tam æstus* Edd. Plaut.; sed consequens recte omittitur. *æstus te* omnes, et Plaut.; sed alterum *te* abesse velim. — 20 *lib.* IIII *et lib.* VI vulgo. *lib.* III *et* P. — 21 *mersit acerbo. Et in multis ita* P. — 22 *præcocum* vulgo. *præcoctum* ed. 1476. *præcoquum* J. *ut de* vulgo. *et de* JM. — 23 *abducatur* Codd., ed. 1476, J marg. *abdicatur* AJM. — 24 *auris* vulgo. *aureis* AJ. *veneris* omnes, ut Noster v. *Imbuere*, p. 521. *Veneris* Œhl. Riese. *venereis* Laurenberg. Guyet. *veneriis* scripsit aliquis in marg. Jun. *voluerunt* Codd. *noluerunt* AJM, et p. 521. — 29 *gilbo* Codd. — 30 *Altum mite* Codd. *album* AJM. *vel pladum* P. *Varro*, etc. Quod iterum, sed brevius, in v.

P. 247-248 M.

mare volvere, vereor ne me quoque, quum domum ab Ilio cessim revenero, præter canem cognoscat nemo. »

ADOLERE est urere. Virgilius in Bucolicis [8, 65] :

Verbenasque adole pingues et mascula tura.

|| *Adolere*, augere, honorare, propitiare : et est verbum sacratum, ut *macte*, magis aucte. Virgilius Æneidos lib. I [v. 703] :

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, et flammis adolere penates.

Et lib. VII [v. 71] :

Præterea, castis adolet quum altaria tædis.

|| *Adolescere*, crescere : unde *olescere* dicit Lucretius lib. II [v. 1130] :

Donicum olescendi summum tetigere cacumen.

Laberius in Sororibus :

Laus nomini adolescit.

B

BELLUM est, ut plerumque, pugna. || *Bellum*, elegans, melius, prudens. Lucilius lib. XXVIII :

Ætatem istuc tibi laturam bellum, si hoc bellum putas.

Varro Ταφῇ Μενίππου : « Diogenem litteras scisse, tum usioni quod satis esset, tum quod etiam acroasi bellorum hominum. » Idem eodem : « In charteo stadio ἐπιτάφιον ἀγῶνα quo quis certasset animo, bellus homo, magis delectatus stoicorum pancratio quam athleta-

Cognoscere, p. 276. *adversi venti* omnes. *albescit : venti* cj. Passer. *albescit; adversi venti* mallem. *venti conciderunt; album est mare; quod si* Laurenb. (in v. *Album*). *ceculerunt : [album et more.] Quod* Œhler. [*Albumst mare atque*] *adversi venti* Riese. — 32 *quo domum ub dnlio cossint venero* Codd. plerique. *quo domum abdnlio conssmt venero* P. *ab dalio cessint vereor* ed. 1476. *ab Iho cessim revenero alto* ms. Bapt. Pii. *ab Ilio cæsus revertero* cj. Gifan., habet J. *cum domum nb Ilio cossim revertero* Gerl., habet Œhler. *cossim venero* Riese. *cum ab Ilio cessim revertero* AM. — 33 *præter album canem* cj. Turn., sed repugnante ejusdem loci mentione p. 276, ut notat M; obstante etiam Nonii interpretatione. Ex Homero tamen *Argum* canem laudat M. — 35 *piuguis* vulgo. — 39 *penatis* vulgo. *penateis* AJ. — 41 *cum altaria* omnes. *dum* Edd. Virg.

1 *unde adulescentem* vel *adolescentem* omnes. *ndolesc. dicimus* cj. Guyet. *lib.* I P. — 2 *denique adulescendi* Codd. *adolescendi* vett. edd. *donec alescendi* Lucr. ed. Lachm. *donicum olescendi* Edd. pleræque Lucr., recep. M. *dumque adulesc.* J. — 4 *laus nomine gloria adolescit* vulgo. *gloria dolescit* P. *laus nomine agendi nomine gloria adolescit* Gen. *laus nomen* Ribb. *nominis* cj. Gerl. *gloriæ* J. — 6 *melius prudens* M Gerl. *melius, prudens* AJ. *melius* omitt. ed. 1476. — 7 *lib.* XXVIIII omnes. — 8 *laturam et bellum* omnes. *et* deleri volunt M Guyet. *putat* J. — 9 *tafe minippu* Codd. *scisse dum* vulgo. *tum* J marg. M. *usioni* vulgo. *visioni* WA. — 10 *tunc quod* vulgo. *nunc quod* AJ. *tum quod* J marg. Gul. M. *nero si* P. *acrosi* LW. *acroasi* J marg. Gul. M. *hominem* H. *hominem id est eodem* P. — 11 *carteo* Codd. *epitafion ngoa quo quis certasset* LW. *ago aquoquis* Mp. *ago nquo* P, ed. 1476. *epitofio nago aquo* Gen. *ngo* J marg. *epitaphion agona* cj. Turn. ἐπιταφίων *lego : a quo qui* AJ. ἐπιτάφιον *aquo qui certassit* cj. Passer. Barth. ἀγώνων cj. Guyet. ἐπιτάφιον *ago* ἀγῶνα Œhl. Riese. *quo qui* Œhler. *quom qui* Riese. *ngone certasset animi bellissimo* cj. Gul. *certassit... delectatur* cj. Gerl. *delectatus* [*sit*] Riese. — 12 *quarum atletarum*

rum. » Idem Sesquiulixe : « Quid enim est quod homo masculus lubentius videre debeat bella uxore? » Idem Bimarco : « Socius es hostibus, [et cum] sociis ita bellum geris ut bella omnia domum auferas. »

C

Committere, effigiare. Pacuvius Niptris :

> **Barbaricam pristem sibynis nostris obtulit,**
> **Nova figura factam, commissam infabre.**

|| *Committere*, conjungere, sociare. Lucilius lib. XXVIII :

> **Quid me flet, siquidem non vis te improbis committere?**

Virgilius Æneidos lib. III [v. 428] :

> **Delphinum caudas utero commissa luporum.**

|| *Committere*, donare, relinquere. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 10] : « Is calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. » || *Committere*, facere. M. Tullius in Verrem actione tertia [Divinatione, c. 11] : « Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum. » Virgilius Æneidos lib. I [v. 231] :

> **Quid meus Æneas in te committere tantum?**

Lucilius lib. XXVIII :

> **Commovet se nusquam, neque committit ut pereat sibi.**

|| *Committere* dicitur initiare. Virgilius lib. V [v. 113] :

> **Et tuba commissos medio canit aggere ludos.**

Varro Endymionibus : « Discumbimus murrhati : dominus mature

Codd. *quam* Edd. — 14 *debeat illa uxorem* HLW. *illam* ed. 1476. *illa uxore* VP Gen. *bellam uxorem* A. *quam bellam uxorem* Lips. J. *bella uxore* M, prob. Gerl. *Idem Vimarco* plerique. VI. *Marco* P. *Bimargo* J. *socius es hostibus, socius bellum* vulgo. *socis est* P. *socis es* Gen. *socius es hostis, cum sociis ita* cj. Lips. *sociis bellum* cj. M Guyet. *socius es hostibus cum sociis* ms. ap. Popm. et cj. Voss. — 18 *Pacuvius*, etc. Jam sup. v. *Infabre*, p. 40. *Niptra* vel *Nyptra* omnes. *Niptris* Guyet. — 19 *barb. pestem sabinus* vulgo. *subinis* Gen. *sibynis* cj. Turn., recep. Ribb. *pestem navibus* J marg. M, ut p. 40. (Miror Mercerum, qui codices hic deseerit insolens, non memorare *sibynis*, quum id ipse scripserit ex Turneb. 29, 20.) *optulit* Codd. — 20 *novam figuram factam* HLW. *novam figura factam* P Gen. Bern. *nova figura f.* JM, ut p. 40. — 22 *non juste improbis* vett. edd. — 25 *derelinquere* AJ. — 26 *is calumn.* omnes. *is* non habent Edd. Cic. — 27 *opposuit* vulgo. *obposuit* P. *apposuit* M, ut Edd. Cic. — 28 *actione tertia* vulgo. *Divinatione*, omissis *act. tert.* M.

3 *committet* vulgo. Post *pereat sibi*, vulgo sequitur : *Idem lib.* XXVI : *at enim dicis.. foras*; sed hæc sequens sensus (*credere*) reposcebat. — 6 *eudymionibus* Codd. *Endymionibus* AJM, ut Noster p. 282 et 349. *discumb. multi tu dominus* HW. *multitudo minus* P, Edd. ante M. *multi dominus* L, P marg. *multi : tum dominus* cj. Carrio. *disc. mussati* Codd. in v. *Dominus* p. 282, et *Maturum*, p. 349. *mussati* hic reponi vult J, exhibent Lips. M. *invitati* Riese. — 7 *matura cenam committis* Codd. *mature* ed. 1476. *mature e. committitis* AJ. *committit* suadet J ex locis cit., recep. M. *matura ova ad cœnam committit* cj. Carrio, J. *maturat ova, ac* cj. Lips. *maturo ovo cœnam* cj. Lips., habet M (ut est p. 349), prob. Gerl.

P. 249-250 M.

ovo cœnam committit. » || *Committere*, credere, permittere. Virgilius lib. VIIII [v. 675] :

Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt.

Terentius in Eunucho [V, 1, 16] :

[Scelesta!] ovem lupo commisisti.

Lucilius lib. XXX :

Quod sua committunt mortali claustra Camenæ.

Idem lib. XXVI :

At enim dicis, clandestino tibi quod commissum foret,
Ne mutires quidquam, neu mysteria efferres foras.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 1] : « Quandiu respublica per eos gerebatur quibus se ipsa commiserat. »

CONFUTARE, commovere. Titinius Setina :

Cocu' magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua.

|| *Confutare*, reprimere, convincere. Terentius in Phormione [III, 1, 13] :

Confutavit verbis admodum iratum patrem.

CAPERE, implicare, impedire. Virgilius Georgicon lib. I [v. 183] :

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 25] : « Non ceperunt, sed abduxerunt onere suo plane captam atque depressam. »

CONDERE significat abscondere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 401] :

Scandunt rursus equum, et nota conduntur in alvo.

|| *Condere*, constituere. Sallustius in Catilinæ bello [c. 6] : « Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani. »

|| *Condere*, consecrare. Virgilius Æneidos lib. III [v. 67] :

Animamque sepulchro
Condimus.

|| *Condi*, potiri. Virgilius lib. VII [v. 303] :

Optato conduntur Tibridis alveo.

— 9 *que ducis* Gerl. — 11 *ovem commisisti* omnes, ut fere Edd. Ter. *scelesta* exscripsi ut claudicantem versum, qui exit in *dispudet*, agnoscant. Primo quidem scripseram *commisti*, quod jam a Bentleio, summo viro, citatum nuper vidi, et repudiatum miror. Audacius emendat *commisi*, prob. Bothe. — 13 *quia sua* Codd. *quid sua* J marg. *quod sua* AJM. — 15 Qui versus jam sup. in v. *Clandestino*, p. 38. *ad enim* Codd. *at enim* Edd. *dixi* vel *dixti* cj. Bentin. *tibi quod* vulgo. *t. quid* A. *t. si quid* cj. Bentin. — 16 *ne muttires* vel *mutires* Codd., M. *ne muttiris* P. *neu mut.* Codd. p. 38. *quidquam* Codd. *quicquam* vett. edd. Gerl. *quiquam* M. *cuiquam* cj. M (et *quoiquam* Guyet). *nec mysteria* Codd., M. *neu myst.* Codd. p. 38. *næc ferres* Codd. *ecferres* JM. — 19 *Titinius*, etc. Locus sæpe repetitus : p. 19, 86, etc. *Titin. seti* L. — 20 *aenum* Codd. pleriq., M. *et num* H. *ahenum* Edd. *quando fuerit* P. — 21 *Confut. apprimere* omnes. — 25 *oculos* vulgo. *oculis* H, ut Edd. Virg. — 26 *non ceperunt* P. — 27 *abduxerun.* vulgo. *adduxerunt* ed. 1476, ut Edd. Cic. *honere* P. — 31 *abuere* H.

Colere est venerari. Virgilius lib. XI [v. 785]:

Summe deum, sancti custos Soractis, Apollo,
Quem primi colimus.

|| *Colere*, exercere, ut rustici. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 36]:

Fructusque feros mollite colendo.

|| *Colere*, inhabitare. Virgilius Æneidos lib. III [v. 111]:

Hinc Mater cultrix Cybele.

Et rursum [ib. 211]:

Quas dira Celæno
Harpyiæque colunt aliæ.

Plautus in Asinaria [II, 2, 32]:

O catenarum colone!

Et in Aulularia [Prol. 4]:

Hanc domum
Jam multos annos est ut possideo et colo.

Varro Endymionibus: « Ut Mercurium Arcadon colonum. » Idem in Eumenidibus: « Ut Naides undicolæ. » || *Colere*, diligere. Virgilius in Bucolicis [3, 61]:

Ille colit terras, illi mea carmina curæ.

Item Æneidos lib. IIII [v. 421]:

Solam nam perfidus ille
Te colere.

Terentius in Heautontimorumeno [II, 4, 9]:

Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt.

Lucilius lib. XXVI:

Quare hoc colere est satius quam illam studium omne hic consumere.

|| *Colere*, ornare. Varro Ταφῇ Μενίππου: « At in segetibus post messem colligebant stramenta, quî domicilia colerent. » || *Colere*, pati. Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 85]:

Dum ille vitam colet
Inopem, carens patria.

Cedere significat, secundum consuetudinem, abire superatum, et locum victori dare. Virgilius lib. XII [v. 184]:

Convenit Evandri victos discedere ad urbem.

Et lib. V [v. 467]:

Cede deo.

2 *Condere, potiri* omnes. — 3 *Tiberis* M (sed operarum culpa). — 10 *hic mater* vulgo. *hinc* P, ut Edd. Virg. *Cybeli* Codd. *Cybele* Edd. *Cybelæ* optt. edd. Virg. — 15 *colonæ* LPA. *colenæ* HW. *colone* JM. — 19 *arcadon* Codd. *Arcadum* Edd. — 20 *ut naides* P. *et naides* W. *ut Naindes* vulgo. *et Naiades* M. — 21 *in* omitt. P. — 23 *idem et lib.* P. — 26 *in* omitt. P. — 27 *impulsi nostri* Codd. *nostra* Edd., ut Ter. — 29 *quam illa* Codd. *illam* M. — 30 *Colere, ornare*. Hic omnes editiones ultro sequor. Locus occurrit in libris longius, inter *Castigare* et *Carpere*, p. 251. *tafe minippu* Codd. pleriq. *menippu* P. —

Lucilius lib. XXX :

Quandoque pudos ex pectore cessit.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 11] : « Cui quidem [etiám] exercitus nostri imperatoresque cesserunt. » || *Cedere*, succedere. Virgilius lib. XII [v. 183] :

Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.

|| *Cedere*, dari. Virgilius lib. XI [v. 320] :

Hæc omnis regio, et celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum.

Et lib. XII [v. 17] :

Aut habeat victos : cedat Lavinia conjux.

|| *Cedere*, recedere. Lucilius lib. XXVIII :

Vel si alio opus sit fore, si hinc aliquo cesseris.

|| *Cedere*, obsequi. Virgilius Æneidos lib. III [v. 188] :

Cedamus Phœbo, et moniti meliora sequamur.

Et lib. II [v. 703] :

Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troja est :
Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuso.

|| *Cedere*, evitare. Virgilius lib. V [v. 445] :

Celerique elapsus corpore cessit.

|| *Cedere*, incedere. Plautus in Aulularia [III, 5, 43] :

Jam hosce absolutos censeas : cedunt, petunt.

Varro Parmenone : « Cedit velocibus juvenis membris, lævis, nitidus oleo. »

Cursus est pedum velocitas. Virgilius lib. V [v. 291] :

Hic qui forte velint rapido contendere cursu.

|| *Cursus*, volatus. Virgilius lib. VI [v. 194] :

Este duces, o, si qua via est, cursumque per auras
Dirigite in lucos.

Et Bucolicis [6, 80] :

Quo cursu deserta petiverit.

|| *Cursus*, navigatio. Virgilius Æneidos lib. III [v. 337] :

Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 12 : « Naves]que [in] cursu, frumento onustas, petentes Rhodum viderit. »

31 *qui dom.* vulgo. *quis* ms. Fabri. *queis* conj. aliquis apud Jun. *quo* Bern. — 37 *discere* W. — 41 *quandoque pudore* Codd. *pudor* Edd. — 42 *cui quidam* P. — 46 *Cedere, dare* vulgo. *dari* ed. 1476. — 50 *aut abeat victus* vulgo. *habeat victos* M, ut Edd. Virg. *conjunx* Codd. *conjux* Edd.

2 *vel si alio fugere opus sit, si hinc* cj. Guyet. *alia... aliquó* scribit J. *fore* vulgo. *fores* Bern. Gen. *forte* AJ. — 11 *im hosce absal.* Codd. *jam hasce* JM, ut Plaut. *absolutus* H. *in hoste absolutus cedis* Edd. ante M ; quod ex Plauto emendavit Passerat. — 12 *levis* omnes. *lævibus, nitidis* cj. Bad. — 23

Castigare est increpare vel reprehendere. Virgilius lib. V [v. 387]:

Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

Terentius Heautontimorumeno [III, 3, 31]:

Servas, castigas, mones.

Cicero de Oratore lib. I [c. 41]: « Et quoniam de impudentia diximus, castigemus etiam segnitatem. » Et Tusculanarum lib. V [c. 1]: « Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum, et ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo. » || *Castigare*, vindicare, punire. Virgilius lib. VI [v. 567]:

Castigatque auditque dolos, subigitque fateri.

|| *Castigare*, expedire. Virgilius [Æneidos] lib. IIII [v. 407]:

Castigantque moras: opere omnis semita fervet.

Carpere, attenuare, aperire. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 390]:

Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescivere hiemem.

Et lib. IIII [v. 334]:

Eam circum Milesia vellera nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore.

|| *Carpere*, auferre, decerpere. Virgilius in Bucolicis [9, 50]:

Insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.

Lucretius lib. IIII [v. 3]:

Juvatque novos decerpere flores.

Virgilius [Georg.] lib. III [v. 215]:

Carpit enim vires paulatim, uritque videndo
Femina.

|| *Carpere*, celeriter præterire. Virgilius Georgicon lib. III [v. 141]:

Et acri
Carpere prata fuga.

Idem in eodem libro [v. 191]:

Carpere mox gyrum incipiat.

Lucilius lib. XXVIIII:

Hiemem unamquamque carpam.

|| *Carpere*, pascere. Virgilius Georgicon lib. III [v. 325]:

Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.

de Republ. J. *Que cursu* Codd., M. *Quæ* Edd. ante M. — 24 *petentibus* vulgo. *petentis* M. *petentes* Edd. Cic. — 26 *his gravis* Codd., A. *hic* ed. 1476, JM, ut Noster p. 314, ex Virg. *acestis* Codd. *Acestes* Edd. — 27 *heaut... menon* HP. — 29 *imprudentia* omnes. *impudentia* Cic. — 30 *segnitatem* omnes, ut jam p. 174. *segnitiem* Edd. Cic. — 31 *sed hoc in me ipse* vulgo. *sed in hoc me ipse* Edd. Cic. — 32 *de virtutis probare* P. *robore* P marg. — 36 *fervet. Colere, ornare,* etc. Codd. Quæ supra inserui, editiones secutus.

1 *adtenuare* H. — 8 *dafni* Codd. — 10 *juvantque* Codd., J marg. *juvat* Edd. — 14 *Georg.* addit e conj. M, alii omitt. — 17 *Idem in eo lib.* Codd. *in eodem: Carpere* ed. 1476, M. *Idem eodem* AJ. — 18 *mox virum* Codd. plerique. *gurum* L Bern. *gyrum* Edd. — 21 *lib.* IIII P. — 23 *contari*

P. 252-253 M.

Cunctari est dubitare, hæsitare. Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 388] :

Cunctantem amplexu molli fovet.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Sed cito pœnituit, domumque rediit; ceteri cunctabantur. » || *Cunctari* est manere. Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 107] :

Non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.

Et Æneidos lib. IIII [v. 133] :

Reginam thalamo cunctantem.

|| *Cunctari*, curationem differre. Virgilius lib. VI [v. 847 :

Unus] qui nobis cunctando restituis rem.

Capi, propitiari. Lucretius lib. II [v. 651] :

Nec bene promeritis capitur, neque tangitur ira.

|| *Capere*, facere. Terentius in Andria [IV, 2, 12] :

Non, si capiendos mihi scio inimicos omnes homines.

|| *Capere*, perpeti. Terentius Heautontimorumeno [II, 4, 19] :

Dum abs te absum, omnes mihi labores [fuere], quos cepi, leves.

|| *Capere* est tollere, tenere. Virgilius Georgicon lib. III [v. 420]

Cape saxa manu, cape robora, pastor.

Et lib. IIII [v. 396] :

Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus.

Varro Meleagris : « Quem idcirco terra non cepit, et cœlum recepit. » Varro Eumenidibus : « Stolam calceosque muliebres propter positos capio. » || *Capere*, eligere. Terentius in Hecyra [IV, 1, 23] :

Quum illum generum cepimus.

Virgilius Georgicon lib. II [v. 230] :

Ante locum capies oculis.

|| *Capere*, delectare. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3] : « Quod insit aliquid probi, quod capiat ignaros. » Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 348] :

Carmine quo captæ.

Et lib. VIII [v. 311] :

Æneas, capiturque locis.

(ubique) J. *dub. dissipare* vulgo. *disceptare* ed. 1476. *differre* cj. Guyet. — 26 *penituit* Codd. — 28 *lib.* III P. — 32 *talamo* Codd. — 33 *deferre* HPWJ marg. M. *differre* L Gen. AJ. *cum ratione diff.* cj. Lips. — 34 *quibus nobis restituit* omnes. *restituis* Edd. Virg. — 36 *pro meritis* vulgo. *promeritis* Lucr. — 38 *capiundos* omnes. *scio* omnes. *sciam* Ter. *omnis hominis* Codd., M. *omnes homines* Edd. ante M. — 40 *mihi arbores quos* P. *tabores fuere quos* AJ.

3 *nate pius* P. *capiundus* vulgo. *capiendus* HP. — 4 *terram* J. — 5 *muliebris* Codd. *mulieribus* vett. edd. *muliebreis* J. — 6 *positas* vulgo. *positos* JM. — 9 *capies oculis. M. Tullius*, etc. Quod exemplum ad sequentem sensum rejeci. — 10 *quod insit in his* Edd. Cic. — 16 *in filippicis* (*philippicis* P) *lib.* I

M. Tullius in Philippicis I [c. 13] : « Non possum adduci ut suspicer te pecunia captum. » Lucilius lib. XXVI :

Nunc itidem populo istum scriptoribus
Voluimus capere animum illorum.

|| *Capere*, sustinere, habere. Virgilius lib. VIII [v. 363] :

Hæc illum regia cepit.

Terentius in Heautontimorumeno [II, 3, 13] :

Di boni! quid turbæ est? Ædes nostræ vix capient, scio.

M. Tullius de Signis [c. 4] : « Tot domos locupletissimas domus istius una capiet. » || *Capere*, decipere, circumvenire. Virgilius Æneidos lib. II [v. 196] :

Captique dolis, lacrimisque coacti.

Lucilius lib. XXVII :

At metuis porro ne aspectu et forma capiare altera.

M. Tullius in Hortensio : « Captum me, inquit, fortasse putas, et id quod nollem, confiteri coactum. » || *Capere*, occupare, detinere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 64] :

Certantque illudere capto.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 25] : « Navem quamdam piratarum, præda refertam, non ceperunt, sed abduxerunt. » Varro in Meleagris : « Quid hic venator non cepit? » || *Capere*, satiare. Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 332] :

Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.

|| *Capere*, accipere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 717] :

Tu, genitor, cape sacra manu patriosque penates.

Et lib. III [v. 488] :

Cape dona extrema tuorum.

Terentius in Phormione [V, 3, 6] :

Nam ex his prædiis talenta argenti bina
Statim capiebat.

Lucilius lib. XXVI :

Malisne esse lautum e mensa pura capturus cibum?

Codd. *in Philip. libro primo* M. *adduci et suspicer e pecuniæ* LW. *et suspicere pecuniæ* HP. *et suscipere* Edd. ante M. *adduci ut suspicer te pecunia* correxit Muret. ex Cic., recep. M. — 18 *populum* AJ. *populo* etiam J marg. *istum script.* omnes. *is* (scil. *eis*, ut vertit) *cum* cj. Vahlen. — 19 *volumus* PJ. *voluimus* J marg. — 24 *tot domus* Codd., et Edd. Cic. *domos* AJM. — 27 *coactis* A, ut pars codd. Virg. — 29 *admetuis* H. — 31 *et id quod* vulgo. *id* omitt. M. — 33 *inludere* HP. — 34 *navem quendam* P. — 35 *adduxerunt* Codd. *abduxerunt* AJM, ut Cic.

5 *prædis latent argenti moeniae nam statim* Codd. *prædiis talenta arg. bina statim* Edd. — 8 *malis necesse est* vulgo, ut inf. p. 337. *est* omitt. PAJ. *est* J marg. *malis necem l.* ed. 1476. *lautum* HM, etiam P marg. J marg., ut Noster, v. *Lautum*, p. 337; quod indicat Bentin. *iautum* Gen.

P. 254-255 M.

M. Tullius in Hortensio : « Deinde boni mores et modestiores et ad capienda præcepta molliores. » Plautus in Aulularia [IV, 10, 68] :

Nam tua gnata peperit decimo mense post : numerum cape.

Varro Quinquatrubus :

Cape hanc caducam Liberi mollem dapem.

|| *Capere*, complecti. Varro Marcipore :

Propontis unda qua liquenti cærulo
[....] natantem [....] perfundit, cape.

|| *Capere*, invenire. Terentius Heautontimorumeno [V, 2, 11] :

Rationem cepi, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere.

M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 54] : « Rejecti a Chelidone, capiunt consilium necessarium. » Et de Officiis lib. III [c. 10] : « Quum autem consilium hoc principes cepissent. »

Corripere, comprehendere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 405] :

Verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis.

|| *Corripere*, contorquere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 45] :

Turbine corripuit.

|| *Corripere*, excutere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 176] :

Corripio e stratis corpus.

Certare significat altercari, contendere. Virgilius in Bucolicis [8, 55] :

Certent et cycnis ululæ.

|| *Certare*, prævenire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 548] :

Officio nec te certasse priorem
Pœniteat.

Crepare est sonare. Plautus in Menæchmis [V, 5, 26] :

Dic mihi, en unquam intestina [tibi] crepant, quod sentias ?
— Ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant.

iautume P. *lutum* LW. *luctu* Edd. ante M. *purae* Codd. *puræ* P, p. 337. *pure* Edd. — 12 *quinquatrubus* Codd. *quinquatrubis* P. *quinquatribus* Edd. — 14 *Capere, complecti*, etc. Uno tenore lemma concludo cum Editt.; in libris autem interponuntur *Corripere, Quassum*. — 15 *propintis* Codd. *Propontis* AJM. *undd* Œhler. *quam* omnes. *qua* cj. Gerl. *linquenti* Codd., M. *liquenti* J, Œhl. Riese. *liquanti* vett. edd. *cerula* vel *cœrula* vulgo. *cœrulo* J. *liquante cœrulo* [*Aqua*] *natantem* [*nempe*] *perfundat, cape* cj. Scal. *perfundit* vulgo. *perfudit* Bern. *perfundat* vett. edd. *perfundis* cj. Guyet. Hic epodon scripsisse Varronem putat Meinek, improb. Luc. Müll. Riese; senarium etiam conjecit Scal. — 18 *rationem cape* Codd. *capere* ms. ap. Jun. *cepi* Edd. *Cepi rationem* Edd. Ter. *neque egeris* Codd. *egeres* Edd., ut Ter. *possis* P. — 20 *chellidone* H. *rejecti achillidone... non necessarium est. Et* P. — 21 *principis cepissent* Codd., M. *principes* Edd. Cic. *princeps cepisset* Edd. ante M. — 26 *Corripere, torquere* P. — 30 Post lemma *Corripere*, vulgo sequuntur *Quassum, Capere, Quassare*, et p. 272 *Cuatere* : quæ sub littera Q inserui, ne quærentes fallant. — 32 *cignis* H. *cygnis* vulgo.

1 *in* omitt. JM. — 2 *tibi intestina* Edd. Plaut. — 3 *verum ubi satur* AJ. — 4 *libro*

Virgilius Georgicorum lib. I [v. 85]:

Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.

Terentius in Phormione [V, 5, 12]:

Sed ostium concrepuit abs te.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 13]: « Locum illum littoris percrepare totum muliebribus vocibus cantuque symphoniæ. » Varro in Eumenidibus: « Percrepa bis vocibus volitans aures vulgi. » Sisenna Historiarum lib. IIII: « Conglobati et collecti concrepant armis. » || *Crepare* significat rursum queri vel dolere. Horatius Carminum lib. I [18, 5]:

Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?

Lucretius lib. II [v. 1171]:

Et crepat antiquum genus ut pietate repletum.

|| *Crepare* iterum cantare. Lucilius lib. XXVI:

Percrepa pugnam Popilli, facta Corneli cane.

Turpilius Pædio:

Age tu, hymenæum increpa.

|| *Crepare*, frangi. Virgilius lib. V [v. 205]:

Et acuto in murice remi
Obnixi crepuere.

|| *Crepare*, ferire. Ennius in Thyeste:

Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 19]: « Itaque si vir bonus habeat hanc vim ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen ejus irrepere. »

Comparare est sociare, conjungere. Attius in Amphitryone:

Quin meum senium cum dolore tuo conjungam et comparem.

Plautus in Asinaria [III, 3, 78]:

Prehende auriculis, compara labella cum labellis.

|| *Comparare*, adæquare. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I:

primo M. — 7 *sed hostium* Codd. *ostium* JM. *concr. nihil ad te* omnes. *concr. abs te* cj. M, prob. Guyet, ut est ap. Ter. — 9 *litoris* Codd. *mulieribus* ed. 1476. *muliebribus* vulgo. *mulierum* Edd. Cic. *symphoniæ. Lucil. lib.* XXVI: *percrepa* vulgo. Quod exemplum postposui. — 10 *in Eumen.* HP. *Propter percrepis vocibus* Codd., M Riese. *Propter crepas* Edd. ante M. *Præter* (ut jungatur cum *volitans*) cj. M, prob. Guyet. *Percrepas* J marg. *propter* nihil aliud esse credo quam *per*, hæsitante librario. *aureis* Codd. et vett. edd. *aures* JM. — 11 *conlecti* Codd. — 12 *queri* H et vulgo. *quæri* Gerl. *Horatius* H, et sic vulgo. *Oratius* Gerl., ed. 1476. — 14 *grav. molliciem* vulgo. *militiem* M. *militiam* J marg., ut Hor. — 16 *anticum* P. — 17 *iterum incantare* vulgo. *incitare* ms. Palat. ap. Guebh., ed. 1476. *lib.* XXII M (errore typothetæ, ut credo). — 18 *pugnam Pompili* omnes. *Pompilli* cj. Guyet. *Popilli* cj. Corpet. *facta* Codd. *factam* Edd. ante M. *fata* M. — 20 *hym. increpa* omnes. *crepa* forte. — 25 *auris* Codd., M. *aureis* A. *aures* J. *pulsus pedum* vet. ms. ap. Tornes. *pulsu pedum* in vet. Gloss. Bibl. imp. 7580. *crepat* cj. Delrius. — 28 *inrepere* H. *increpere* P. *irripere* P marg. — 30 *quin meam* Codd. *meum* Edd. — 32 *auriculas* A. — 33 *libro primo* M.

P. 256 M.

« Neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut anteposuissem umquam, aut etiam comparassem. » Terentius in Eunucho [IV, 4, 14] :

Au !
Ne comparandus hic quidem ad illum est.

|| *Comparare*, componere, machinari. Sisenna Historiarum lib. IIII « Eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparaverunt. » || *Comparare* veteres confirmare et constituere dixerunt. Terentius in Eunucho [I, 1, 2] :

An [potius] ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

Idem in Andria [IV, 1, 3] :

Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua ut comparent commoda.

Titinius Gemina :

Ergo, ut [is] sua servat dona, nobis faciendum est ita
Ut cum ea primum blanditer [nos] comparemus colloqui.

Attius Eurysace :

Nihil est : si autem ad te ire tardat, sociûm in portu est copia,
Quæ subsistat; modo tute ipse te confirma et compara.

Idem in Tereo :

Atque id ego semper sic mecum agito et comparo,
Quo pacto magnam molem minuam.

Turpilius in Lemniis :

Nunquam unius me comparavi servire elegantiæ.

M. Tullius de Republica lib. VI : « Quamobrem se comparet hic civis ita necesse est ut sit contra hæc, quæ statum civitatis permovent, semper armatus. » Afranius Epistola :

Nam proba et pudica quod sum, consulo et parco mihi :
Quoniam comparatum est, uno ut simus contentæ viro.

|| [*Comparare*, parare, acquirere.] Cicero de Finibus bonorum et

4 *aut ne compar.* HW. *hou, ne* Edd. *aut me* PL. *aec* Edd. Ter. — 9 *in eun.* H. — 10 *on ita me* Codd., ut Ter. *an me ita comp.* ed. 1476, M. *an potius ita me* AJ. — 12 Id alieno loco videtur, et referendum ad sensum *acquirere*, quem inf. inserui. — 13 *aut malis* PA. — 14 *alterius ut sua* Edd. Ter. perperam. — 16 *servat* vulgo. *servet* ed. 1476, A, Herm. Neuk. *Ergo nobis ut sua servet* cj. Guyet. *dona* vulgo. *faciund.* vulgo. *faciend.* P. — 17 *conloquia* HP. *colloquia* P, Neuk. *colloqui* Codd. v. *Blanditer*, p. 510, Herm. Ribb. — 19 *ad te retardat* omnes. *ad te ire tardat* cj. Lips. Fab. Grot. *socium* Codd. *sotium* M. *copiaque* HAM. *copio, que* Gerl. *copi otque* P. *si otium in portu est copiaque* cj. Lips., improb. Voss. *sociûm in portu copiæ Subsistent* cj. Grot., prob. Voss. *sociûm in promptu copia est* Bothe. — 20 *modo tute ipse te* Codd. *tu te* Edd. *subsistat modo : tu te* Lips. *effirma* vulgo. *te* omitt. M. *affirma* ed. 1476. *offirmo* cj. Lips. *ipsus tete firma* cj. Bothe. *tute ipse efferas arma, et te* Grot., prob. Voss. — 22 *mecum sic* omnes. *sic mecum* Voss. Both. Ribb.; quod ipse videram. — 23 *magnam olem nimiam* Codd. *magnamolem magnimiam* P. *m. molem minuam* Edd. [*hanc*] *molem* Ribb. — 24 *lemnis* P. — 25 *nunc quam* H. *numq. unius me* omnes. *me unius... eligantiam* Mp. — 26 *lib.* v P. — 27 *ita nec est* omnes. *necesse est* cj. J. *ut sint* Codd. *ut sit* Edd. *permovent* omnes. *commovent* Mo-

malorum lib. V [c. 29]: « Omnis auctoritas philosophiæ consistit in vita beata comparanda. » || *Comparare*, emere. Terentius Heautontimorumeno [IV, 5, 29]:

Argentum dabitur illi [ad nuptias,
Aurum atque vestem qui : tenesne? — Comparet.

Idem in eadem, V, 8, 15]:

Des qui aurum, et vestem, atque alia quæ opu' sunt, comparet.

|| *Comparare* iterum æstimare. Attius Epinausimache:

Proin tu id cui fiat, non qui facias, compara.

|| *Comparare*, apparare. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 26]: « Ut erat [in primis] inter suos copiosus, convivium comparat. » Sisenna Historiarum lib. III: « Exercitum dispertiunt, ad confligendum se comparant. » || *Comparare*, dare. M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 45: « Cui] ex omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. »

Componere, finire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 374]:

Ante diem clauso componet Vesper Olympo.

Et in Bucolicis [3, 108]:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

|| *Componere*, reficere, recreare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 438]:

Vix defessa senem passus componere membra.

Idem Æneidos lib. I [v. 249]:

Nunc placida compostus pace quiescit.

|| *Componere*, lenire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 135]:

Sed motos præstat componere fluctus.

|| *Componere*, disponere, constituere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 387]:

Quam tuta possis urbem componere terra.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 20]: « Idque, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. » || *Componere* rursus significat comparare. Attius in Armorum judicio:

Quid est cur componere ausis mihi te, aut te mihi?

ser. — 28 *armatos* L Gen. A. — 30 *contente* H. — 32 *constitit* HLWM. *consistit* P Bern. Gen., vett. edd., ut Cic. *in* omitt. P. — 34 *heaut... menon* Codd. — 35 *argentum dabitur illi* omitt. Codd., ed. 1476, exhibent AJM. *heaut... dis cubia aurum* Codd. *discubia* P. *illi ut vestem* AJM. *illi ad nuptias aurum* ed. 1476. *des qui aurum ac vestem* Edd. Ter. Omissa non supplevit M. — 43 *Sisenna*, etc. Hæc vulgo in v. *Componere* inserta leguntur. — 44 *dispertiunt* Codd. *dispartiunt* Edd. *si comparant* Codd. *se comparant* Edd. ante M. *se componunt* M e conj.

1 *Componere*. Quod lemma quadripertitum exhibent Codd. (p. 255, 256, 260, 264 M); continenter legitur in Edd., quum primum comparet. — 4 *non nostrum est inter* Codd. *est* omitt. AJM. *lites* vulgo. *liteis* A. — 11 *sed motus* P. — 14 *quam tuam possis* W. *tutam* L. *tutam possit* P. *tuta possit* A. *tuta possis* JM. — 15 *atque quod* vulgo. *idque* Edd. Cic. *atque commun*. P. — 16 *dixit*

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque,
Cum Pacideiano componitur : optimu' multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Sallustius in Jugurtha [c. 48] : « Ubi Metelli dicta cum factis composuit. » Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 176] :

Non aliter, si parva licet componere magnis.

|| *Componere*, ornare. Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 417] :

Dulcis compositis spiravit crinibus aura.

|| *Componere*, colligere. M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 14] : « Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio qui ex alienis orationibus compositum dedit. » || *Componere* est simulare vel fingere. Attius Agamemnonidis :

Multi, animus quorum atroci vinctus malitia est,
Composita dicta e pectore evolvunt suo;
Quæ quum componas dicta factis, discrepant.

Sallustius in Jugurtha [c. 85] : « Non sunt composita verba mea : parvi id facio; ipsa se virtus satis ostendit. » || *Componere*, conjungere. Virgilius lib. VIII [v. 486] :

Componens manibusque manus atque oribus ora.

Lucilius Satyrarum lib. VIII :

Quum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
Compono fingens, hoc est quum ψωλοκοποῦμαι.

Idem in eodem :

Tum latu' componit lateri et cum pectore pectus.

Sallustius Historiarum lib. IIII : « Suspectusque fuit, incertum vero an per negligentiam, societatem prædarum cum latronibus

vulgo, et J marg. *duxit* AJ. *edixit* Edd. Cic., prob. M Guyet. — 18 *cur* omitt. P. *aut me tibi* HLW. *an me tibi* P. *aut te mihi* JM, et cj. Martin. — 19 Citatur iterum p. 393, v. *Spurcum*. — 20 *illa dignus homo se* Codd. *dignus homo secum* P. *dignus locoque* AJM, ut Noster p. 393; Cic. Quint. 4, et ad Q. Fr. 3, 4. — 21 *cum paci de ia ne* W. *paci deinne* P. *Pacideiane* Gerl. *Paciduano* AJ. *pacedeiano* Codd. inf. p. 393. *Pacideiano* M, ut Edd. Cic. (Nonnullæ quidem *Placideiano*.) — 28 *in Verrinis in* vulgo. *in Verrem divinatione* ed. 1476. — 30 *simulare* HPAJ, Guyet. *exsimulare* LWM. *eximulare* ed. 1476. — 31 *Agamemnonidis* Codd. *Agamemn.* Sic M. — 32 *sic multi animus quor. atr. vinctus* Codd., M. *atroci junctus* vett. edd., prob. Scriv. Pareus. *sic animus q. atr. junctus est* cj. Sciop., habet ms. Barth. *sic vinctus animus q. a. junctus* J. *Multi, animus q. a. vinctus m. e.* cj. Voss. *militia* P. — 36 *parum id facio* male pleræque edd. Sallustii; *parvi* bene Havercamp. *se* omitt. P. — 37 *Virg. lib.* VIIII Codd. *lib.* VIII Edd. — 39 *Lucil. lib.* VIII Codd. et J. *lib.* VIIII ed. 1476, M. — 40 *cum poclo eodem obvio ampl.* Codd. *cum ploco* (*plotio* A, *plocio* J) *eodem obvio* Edd. ante M. *cum poclo bibo eodem* cj. J, ut Noster p. 308, recep. M. *quum poclo* M, p. 308. — 41 Post *labellis*, signum lacunæ exhibere se ait M quod *fingens* desit. *abra labellis* Codd. p. 308. *labra, labellas fictrices compono* cj. J; nam *fictrices* Codd. p. 308, improb. M. *fingens compono* JM p. 308. *Compono fictrix* forte leg. *hoc est cum ipso loco pomas* HM et ms. J. *cum ipsolocopomas* Gerl. *cum ipso luco pamas* ed. 1476. *cum ipso duco pœnias* AJ. *cum* vel *quum* ψωλοκοποῦμαι cj. J (ex p. 308, ubi ωλοκοπουμη), habet M. — 43 *tuum lutum* HLW. *tuum lutus* P, ed. 1476, J. *tum latus* AJM. *compone* ed. 1476, J. *tum compone latus* cj. Dousa. — 44 *lib.* III P. *ac per* Codd. *an per* Edd. — 45 *prædare* LA. —

composuisse. » || *Componere* pro redimere. Sallustius [Historiarum] lib. I : « Quin lenones, et vinarii, laniique, quorum præterea vulgus in dies usum habet, pretio compositi. »

[Calx, extrema pars pedum terræ proxima.] Virgilius lib. V [v. 324] :

Calcemque terit jam calce Diores.

|| *Calx* est finis. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Hoc est cum.......

Callet significat scit : hoc est [a] calliditate, quæ est urbana scientia. Attius Ægistho :

Melius quam viri
Callent mulieres.

Afranius Abducta :

Nescis? — Num heri mei omnem melius callerent rem quam volo?

Pacuvius Atalanta :

Omnes qui, tanquam nos, serviunt
Sub regno, callent dominûm imperia metuere.

Serenus in Opusculis :

Callet senium arte vivendi.

Attius Æneadis aut Decio :

Quod periti sumus in vita, atque usu callemus magis.

Idem in Neoptolemo :

Satin astu et fallendo callet?

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Lucium Memmium, socerum Caii Scribonii, tribunum plebis, quem Marci Livii consiliarium fuisse callebant, et tunc Curionis oratorem. » || *Callet* etiam dictum a callositate. Cæcilius in Asoto :

Tu jam callebis; ille fessus desidet.

Plautus in Persa [II, 5, 4] :

Plus calleo quam aprugnum callum callet.

46 *Histor. libro* Edd. ante M. — 47 *et vinarii* omnes. *et* omitt. Charis. p. 58. — 49 *Calx est finis. Virg. lib.* v *: calcemque terit j. c. Diores* vulgo. *calcediores* H. *Calx est finis. Lucilius Satyrar. lib.* VII. *calcemque* PL Bern. *Lucil. Satyr. lib.* VII. *hoc est cum ad æneidos lib.* V Gen. *Calx, extrema pars pedum*, etc. Hæc verba, cum exemplo facientia, mutuatus sum ab ipso Nonio, p. 39. — 54 [*a*] *callid.* Guyet., quod ipse videram. — 59 *nescis numeri mei* vulgo. *nescis, Numeri : mei* cj. M, prob. Herm. Both. Neuk. *num heri* A Steph. *nam* J. *callirem quam* P. *calli rem* LW. *callent rem* M Bothe. *cavent hanc rem* cj. Herm.

1 *domitum imperio* Codd., M. *domitum imperium* Bern., vett. edd. *dominum imperium* cj. Faber. *dominûm* Guyet. *dominum imperia* cj. Voss. *imperia* etiam probat Bothe. *domi cum imperio* J. *metueres* Gen. Bern. — 3 *callent senium* Codd. pleriq. Mp et M. *callet* L Gen. AJ, prob. M Guyet. Barth. *vivendi* vulgo, etiam Mp, prob. docto in marg. Jun. *bibendi* cj. Bentin. M Guyet, habet J marg. — 4 *aut detii* P. *decii* vett. edd. — 6 *neoptholemo* Codd. — 8 *lib.* III P. *lib.* IIII *: Lucinium* BWJ marg. M. *Lucilium* PL Gen. A. *Licinium* ed. 1476. — 9 *gai scriboni* Codd. *Scribonii* M. *Caii Scribonii* J. *quem Marcili vii* Ger[1]. *Marcili vij* M. *Marci Livii* cj. M Pontan. Popma, prob. Gerl. *marcilini* ed. 1476. *Marcellini* AJ. —

P. 258 M.

Idem in Pœnulo [III, 2, 2] :

Quid opus verbis? Callum aprugnum callere æque non sinam.

CONTENDERE, festinare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 157] :

Quæ proxima, littora cursu
Contendunt petere.

Sallustius Historiarum lib. IIII : « Rursus, jumenta nacti, ad oppidum ire contendunt. » M. Tullius in Verrinis actione II [de Prætura urbana, c. 26] : « Hæc ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit, ut et vitæ patris et pudicitiæ sororis succurreret. » || *Contendere*, intendere. M. Tullius in Hortensio : « Magna etiam animi contentio adhibenda est [in] explicando Aristotele, si legis. » Cicero Tusculanarum lib. II [c. 23] : « Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. » || *Contentio* est perseverantia vel elatio. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 41] : « Ex contentione vocis et summissione, et ceteris similibus facile judicabimus. » || *Contendere*, continuare. Cicero de Oratore lib. I [c. 61 : « Ut una continuatione verborum,] id quod ejus scripta declarant, [binæ] et contentiones et remissiones vocis continerentur. » Et lib. III [c. 60] : « Nihil perniciosius quam effusa sine intermissione contentio. » || *Contendere*, astringere, intorquere. Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 412] :

Tanto, nate, magis contende tenacia vincla.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Simul et tormenta contenduntur. » || *Contendere* significat comparare. Plautus in Vidularia :

Signum recte comparebat : hujus contendi annulum.

Lucilius Satyrarum lib. I :

Ut contendere possem
Thestiados Ledæ atque Ἰξιονίης ἀλόχοιο.

12 *tum jam* vulgo. *tunc* Bern. *tu jam* AJM. *calebis* cj. Passer. *festus* omnes, prob. Ribb. *fessus* cj. Spengel. Bothe, ut ipse scripseram. *festum* cj. Palmer. Passer. Gothof. — 14 *magis calleo* Edd. Plaut. *aprinum* PM. *aprunum* HLW. *aprugnum* J, ut Edd. Plaut. — 15 *idem* omitt. H. — 16 *quid opust* Edd. Plaut. *oprunum* vulgo. *aprugnum* J, ut Edd. Plaut. Post *non sinam*, sequuntur in Codicibus *Comparare* et *Constituere*, cum singulo exemplo; quæ lemmati suo annectunt Editi. — 17 *Contendere, festinare.* Eadem notio vulgo inf. ad verbum repetitur (p. 264 M). Quam semel delevi, et inde aliquot exempla huc retraxi. — 18 *litora* P. — 19 *Contendunt petere. Contentio est perseverantia vel elatio* omnes. Hæc, ut ordinem turbabant, longius rejeci. — 24 *ortensio* H. — 25 *explicando Aristotele* vulgo. *Aristotelem* PA. *in expl.* J, quod ipse conjeceram. *Aristoteli* Edd. Cic. — 26 *honera* P. — 27 *pessimis opprimuntur* (*obprim.* H) Codd. *remissis opprimunt* Edd., ut Cic. *opprimunt. Contentio est persev.* Quod supra vulgo fuisse monui. — 29 *submissione, ex ceteris* Edd. Cic. — 30 *et de oratore lib.* P. — 32 *continuarentur* omnes, improb. Guyet. *continerentur* Cic. — 33 *quum et infusa* vulgo. *q. ecfusa* M. *effusa* Cic. — 37 *simul et armenia* P. — 40 *comparabat* vulgo. *comparebat* LM. *contendi* omitt. P. *unulum* Codd. — 43 *Thestiados* vulgo. *Lede* Codd. *Ledæ* Turn. JM. *Ixiones alcholocheo* Codd., M. *alchilochio* vett. edd. *Archilochio* J. *iximones alcholocheo* P. *Ixionis* ἀρχολογεῖῳ J marg. Ἰξιονίης ἀλόχοιο cj. M, quod putat ab Homero de-

Idem lib. VII :

Hunccine ego unquam Hyacintho hominem, Cortinipotentis
Deliciis, contendi?

Cæcilius Titthe :

Egon' vitam meam Atticam
Contendam cum istac rusticana [tua], Syra?

Licinius Macer in Epistola ad senatum : « Illi suam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra sunt vulnera vitæ, novæ cicatrici ut locus non sit. » Nævius in Lycurgo :

Cavesis tuam contendas iram contra cum ira Liberi.

Attius in Tereo :

Video ego te, mulier, more multarum utier,
Ut vim contendas tuam ad majestatem viri.

Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Age nunc, contende alterum genus φιλοθέωρον, ne[c] quid ibi videris melius. » || *Contendere*, certare. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 25] : « Miserrima omnino ambitio est honorumque contentio. » Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 107] :

Quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Sallustius in Jugurthino bello [c. 13] : « Fretus multitudine militum, parabat armis contendere. » || *Contendere* significat iterum extorquere. Cicero in Epistola ad Cassium [Famil. XV, 14] : « Hoc a te ita contendo ut in eo fortunas meas positas putem. » Attius in Eurysace :

Jam petere incipiam, et si [impetrari] nequit,
Vi contendam ut hinc comportet secum Salaminem meam.

sumptum Iliad. XIV, 317. Id probat Guyet, et addendum putat seq. versu *Formæ*, aut quid simile. — 45 *huncin* Codd. *hunc in* vett. edd. *hunccine* Scal. JM. — 47 *titthne* Codd. *Titthe* JM.

1 *egone* Mp. — 2 *cum istn* P. *rusticina* Mp. — 3 *Lucilius macer* P. *epistula* Codd. — 6 *contenda syram* LP Gen. — 9 *utcum* P. *ut cum cont. tuam maj. viris* Codd. *ut cont. tuam maj. viris* Bern., vett. edd. et J marg. *ut vim* J. *ut vim c. tuam ad moj. viri* JM, ut Noster p. 519. — 10 *gnoti seautan* Codd. γνῶθι σ. Edd. — 11 *filothoreon* Codd. *philothareon* Edd. ante M. φιλοθέωρον J marg. *phulotheoron* M. *ne quid ibi viderit* omnes. *videris* Ribb. Riese. (*videris*, futuro, et valet *videbis*.) *Contendere recertare* P. — 12 *Miser. est amnino* Edd. Cic. — 13 *bonorumque* P. — 17 *sperabat* omnes. *parabat* Edd. Sall. *armis contendere*. *Cic. Tusc.* II : *Ut onera... contendere, continuare...* omnes : quæ supra dedi. — 18 *epist. cassi* Codd. *Cassii* JM. *ad Cassium* inf. Noster, v. *Delenitus*, p. 278. *hae ait ita* PAJ. *hoc agit ita* VLW. *hoc a te ita* M. — 21 *jam potere* WM, prob. Both. Welck. Ribb., non improb. Guyet. *patero* HPL Gen., Edd. ante M, et cj. Passer. *jam pater* cj. Scal. *jam petere* cj. Scriv. Guyet. Schœll. *jamjam petere* Bergk. *jam patere* Grot., prob. Voss. *etsi nequid vi* LW. *et sine quidvi* P. *et sine quid vi* HJ. *et si nequid vi* M. *et si nequivi* cj. Bergk. *incipe jam et sino : quid vi* cj. Welcker. — 22 *ut hic comportet* HPW. *hinc comportet* L Gen. AJ. *hic compostet* ms. J. *competeret* W. *hie compos et* cj. J. *texum Salaminem habeam* Codd. pleriq., M. *textum* vet. ms. ap. Passerat. *Teucrum Salaminium* scriptum in marg. Jun. *Salamine abeam* ms. Fabri. *ut compote tecum Salam.* cj. Schœll. *uti compate tecum* cj. Bergk Welck. Ribb. *Cytium et Solaminem* cj. J. *Cyprum et Sal.* cj. vir doctus in marg. Junii. *Salaminem abeat* cj. Passer. — 23 *Turp. lemonis*

Turpilius Lemniis :

Habet potestatem. — Ubi? — Potestatem senis.
Pretio contendas ut, redempto Phædria,
Liceat redire antiquam in consuetudinem.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν :

Et petere imperium populi, et contendere honores.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 20] : « Extremum autem præceptum in beneficiis, operaque danda, ne quid contra æquitatem contendas. » || *Contendit* proripuit vel direxit significat. Virgilius lib. V [v. 520] :

Qui tamen aerias telum contendit in auras.

Licinius Macer : « Quo die magistratum obiit, repente celeri gradu per forum se in Capitolium contendit. » Turpilius Philopatro :

Geme meas fortunas, mater. Hem t
Qua causa huc opere maximo contenditur?

Paouvius Duloreste :

Nil conjectura quivi interpretarier
Quorsum flexu viai [se] contenderet.

Cicero de Republica [lib. I, c. 10] : « Sed audisse te credo, Tubero, Platonem, Socrate mortuo, primum in Ægyptum, discendi causa, post in Italiam contendisse. » Afranius Epistola :

Non licet me pervenire qua contendis semita.

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 13] : « Ex prœlio fugit in provinciam, ac deinde Romam contendit. » Varro Quinquatrubus : « Qui Tarentum tuum ad Heraclidem Ponticum contenderet. »

CERNERE significat videre. Virgilius Æneidos lib. III [v. 677] :

Cernimus astantes nequicquam lumine torvo.

|| *Cernere* rursum disponere. Lucilius Satyrarum lib. V :

Postquam præsidium castris educere crevit.

Idem lib. XIII :

Acribus inter se cum armis confligere cernit.

Codd. *Lemniis* AJM. — 24 *potestatem ubi potestat.* Codd. *potest. aisi potest.* vett. edd. *pot. viri* J. *Ubi?* alii personæ tribuunt Both. Ribb. — 25 *fedria* Codd.

1 *danda est* Edd. Cic. — 6 *gemmeas fort.* Codd., M. *gere meas* Edd. ante M. *geme* cj. Passer. M. *gemo* Ribb. *hem meas f. mater!* cj. M Guyet. — 7 *moxumo* Codd. *maximo* Edd. — 9 *nihil* omnes. *ail* J marg. — 10 *flexirice contend.* vulgo. *flexi vice* ed. 1476. *flexa cervice tum* J marg. *cervice flexa* Stiegl. Ribb. *se contend.* Ribb. *quo rursum flexa voce tum c.* cj. Voss. *flexu viæ* cj. M. *flexivia dictio tum* cj. Grot., prob. Herm. Welck. — 11 *audisset credo* Codd. *audisse te credo* Edd., et ita Cic. *tum vero* Edd. ante M. *tu vero* P. *tuvero* HVLW. *Tubero* cj. Cujac., recep. M ; quod confirmavit Reipub. ms. palimps. — 14 *me qua contendissem ita pervenire* Codd., M. *quo contendisset ita* Edd. ante M. *quà* J marg. *quo contendissem ita* Bentin. Steph. *contendissem iter* cj. Passer. *qua contendi semita* cj. Gul. M. *pervenire* vulgo. *contendit... perbitere* cj. Bothe. — 15 *profugit* Edd. Sall. — 16 *contendere* omnes. *contendit* cj. M, ex Sall. *quinquatrubus* Codd. *Quinquatribus* Edd. — 17 *Tarentinum tuum* Codd., Edd. ante M. *Tarentum* scripsit Passer. *Torentum tum* M. *tum* deleri vult Guyet. *ponti* Codd. *Ponticum* Edd. *Ponticoa* Œhl. *contenderit* vett. edd.

2 *astantes* vulgo. *asstantes* H. *nequiquam*

|| *Cernere*, amittere. Varro Gerontodidascalo : « Non vides apud Ennium esse scriptum :

Ter sub armis malim vitam cernere,
Quam semel modo parire. »

|| *Cernere*, audire. Attius in Chrysippo :

Quid agam? Vox illi est certe : idem omnes cernimus.

|| *Cernere*, judicare. Pacuvius Armorum judicio :

Et æquum et rectum est quod postulas :
Jurati cernant.

Ennius Thyeste :

Impetrem facile ab animo [meo] ut cernat vitalem bium.

|| *Cernere* rursum dimicare vel contendere. Attius Epinausimache :

Primores procerum provocavit nomine,
Si esset quis, qui armis secum vellet cernere.

Ennius in Medea exsule :

Nam ter sub armis malim vitam cernere.

Pacuvius Armorum judicio :

Qui sese adfines esse ad causandum volunt,
De virtute his ego cernundi do potestatem omnibus.

|| *Cernere*, rursum adire : unde et *cernere hereditatem* filii patris dicti sunt. Attius Myrmidonibus :

Regnum tibi permitti malunt : cernam; tradam exercitus.

Circumferre est proprie [differre, spargere, vulgare]. Lucilius Satyrarum lib. II :

Tum facta omnia sunto
Circumlata.

Codd. *nequicquam* Edd. — 4 *decrevit* Codd. *decrevi* Mp. *crevit* Edd. — 8 *Ennium* omitt. Codd., habent AJM, et supplendum nomen cj. Scal. Muret. (Cf. Varr. L. L. 6, 81.) Idem locus paulo infra, qui semel, nec cum duplici verbi sensu, exhibendus fuit. « Mira incogitantia, » ait M, hæc omnia Nonio imputans. — 10 *parere* vulgo. *parire* cj. Porson. Planck Osann; quod et mihi succurrerat. *semel quam modo* cj. Porson. — 12 *vox illus* omnes; sed *illi* antique. *certeides omnes* P. *Idem omnes* novæ personæ tribuunt Both. Ribb. — 14 *et necum* Codd. plerique. *æquum* Mp, Edd. — 17 *impetrem* vulgo. *impetrent* J marg. *impetrarim* Bothe 2. *impetret facile* cj. Delr. Vahlen. *ut cernet* P. *vitalem babum* Codd. *habium* ms. Fabri. *Babium* M. *bæbium* vel *Bæbium* Edd. ante M. prob. Scriver. (tanquam versum e prologo). *Atreum* cj. Delr. *vitalem* βίον cj. M. *halitum* cj. J Guyet. *abigeum* Vahl. Ribb. — 19 *procertum* Codd. *procerum* Edd. *revocarit* Codd. *revocarint* vett. edd. *revocarent* JM. *provocarent* cj. Herm. *provocaret* Voss. *provocavit* Both. Ribb. *nomina* vulgo. *nomine* Voss. Ribb. — 20 *nisi esset quis que (quisque P) armis* Codd. *ni esset* ms. ap. Voss. *nisi esset quis qui* Edd. ante M, prob. M Schœll. Herm. *nisi esset qui* M. *vellet* omnes. *esset quis qui* prob. M. *si esset quis qui* cj. Voss. Ribb. — 22 *nam te sub* Codd., vett. edd. — 24 *quis se ad finem* P. *qui sese ad finem* vulgo. *adfinem* cj. M, ut sup. p. 89. *adfines* cj. J, prob. M Guyet. *ad causam dum volunt* P. — 25 *de virtute et ego* omnes. *de virtute is ego* Noster in v. *Causari*, p. 89. *potest. cernundi do* omnes. *cernundi do potest.* Noster p. 89. — 26 *rursum cedere* omnes. *succedere* cj. M. *filii patribus id est cedere dicti* vulgo. *idem cedere dicti* P. Verba autem ad solennem sensum reduxi, ac sustuli glossema. — 28 *molunt?* Both. Gerl. *malim* J marg., prob. Herm., improb. Schœll. *cernam* omnes. *cernant* cj. M, prob. Guyet. *exercitum* AJ. — 29 *Circumferre est proprie lustrare. Lucilius* omnes, et est unica verbi expositio. — 31 *tum facto omnia* LWM. *facta* HP Genev., et cj. Guyet. *facta omnia*

|| [*Circumferre*,] lustrare. Plautus in Amphitryone [II, 2, 143 :

Quin tu] istanc jubes
Pro cerrita circumferri?

Virgilius lib. VI [v. 229] :

Idem ter socios pura circumtulit unda.

CONFIDENTIA est fiducia. Virgilius Æneidos lib. I [v. 452] :

Et afflictis melius confidere rebus.

|| *Confidentia*, duritia, patientia. Plautus in Asinaria [III, 2, 3] :

Scapularum confidentiâ, virtute ulmorum freti.

|| *Confidentia* rursum temeritas, audacia. Pacuvius in Atalanta :

Gradere, atque atrocem coerce confidentiam.

[Lucilius lib. XXX :

Neminis ingenium tantum confidere oportet.]

Idem lib. X :

Improbu', confidens, nequam, malus [ut] videatur.

Turpilius Leucadia :

Viden' tu Phrygis incessum? Quam est confidens! Di istunc perduint!

Idem Hetæra :

Quid illoc homine vivit confidentius?

Attius in Myrmidonibus :

Iram infrenes, obstes animis, reprimas confidentiam.

Afranius Vopisco :

Excludat uxor tam confidenter virum?
Non faciet.

Virgilius Georgicon lib. IIII [v. 445] :

Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras
Jussit adire domos?

Terentius in Andria [V, 2, 14] :

Nescio qui senex vênit modo : ellum, confidens, catus.

|| *Confidentia*, constantia. M. Tullius de Republica lib. III : « Duas

---

sum Bern. *farto* vel *ferto* cj. Bentin. *farto sunt* J, prob. Freund. *ferta* Gerl. *cum ferta* cj. Dousa. *circumlatus* vulgo. *circumlata* J. *circulata* A. — 34 *jube istam* vulgo. *quin tu istum jubes* AJ, ut Plaut. — 35 *pro cerritam* (vel uno verbo) Codd. *proceritam* A. *pro cerrita* JM, ut Plaut.

2 *adflictis* H. — 5 *athalanta* Codd. — 6 *gradere* Codd., M, prob. Voss. *grandem* Edd. ante M. *coercere* Codd. *cohercere* Mp. *coerce* Edd. (Disyllabon innuit Voss.) *porce* cj. Guyet. — 7 Excidisse alterum Lucilii locum cj. M Dous. Scriv. Equidem huc versum retraxi ex lemmate *Neminis*, p. 143. — 10 *nequam malus vid.* omnes. *malus et nequam* cj. Dousa, recep. Corpet. *nequam atque malus* primo conjeceram. Versum Lucilio tribuunt M, Luc. Muller. — 12 *videntur frigus incessum* vulgo. *viden' tu Frygis* cj. Lips., prob. M, etsi *frugis* scribit. *vide tu Phrygis Incess.* Guyet. *videtur Phrygius incessu* cj. J, prob. Passer. *di istunc perdunt* P. *diis tunc perdunt* Edd. ante M. — 13 *Idem Terentius* Codd. pleriq., M. *Idem heterentius* L Gen. *Terent.* (omisso *idem*) *Heauton.* AJ. *heterana* Gen. marg. *Idem hetæra : nam* cj. Roth, prob. Ribb. — 14 *qui illo* vulgo. *quid illo* J. *nam qui* Ribb. — 16 *iram infrenis* Codd. *in frenis* AJ. *infrenes* J marg. M. *obtes... reprimes* P. — 24

sibi res quominus in vulgus et in foro diceret, confidentiam et vocem, defuisse. » Nævius in Danae :

Excidit
Orationis omnis confidentia.

Plautus in Amphitryone [II, 2, 206] :

Quæ non delinquit, decet
Audacem esse, [et] confidenter pro se et prôterve loqui.

Consternari significat dejici....

[Confirmari.....] || *Confirmari* rursum erigi. Pacuvius in Peribœa :

Confirmare, anime : ex pectore [au]de evolvere
Consilium, subiit quod de [re] nata modo,
Qui pacto inimicis mortem, et huic vitam offeras.

Idem Duloreste :

Unde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus?
Quo consilio confirmatur? qua vi? cujus copiis?

Curriculus, ut consuetudo fert, a curru diminutio est : [et] dicitur brevissimum vehiculi biroti genus. || *Curriculus*, cursus. Varro in Epistola Julii Cæsaris :

Quem simul ac Romam venisse mi attigit aures nuntius,
Extemplo meos in curriculum contuli propere pedes.

Calumnia est malitiosa et mendax infamatio. || *Calumnia* rursum calliditas. M. Tullius de Republica lib. II : « Ut Carneadi respondeatis, qui sæpe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet. »

quis senex minus bene AJ, et multæ Ter. Edd. *venimodo* P. — 26 *quos minus* P. *dicere* Codd. *diceret* Edd. — 30 *in* omitt. HM. — 31 *deliquit* Guyet, ex Plauto. — 32 *audacem esse confidenter consternari significat disci pro se et proterve loqui consternari rursum erigi* omnes, præter M. *pro se et prot. loqui* Plauti esse vidit Passer.; turbata verba in ordinem restituit M. [*et*] *conf.* addidi ex Plaoto. — 34 *Consternari, rursum erigi* omnes; quod Guyeto falsum videtur; nam refragatur verbi sensus : uode corrupti loci novum indieium. Multa deesse videntur, prioris lemmatis clausula, et verbi *Confirmare* initium. In eadem conjectura mibi cum aeuto Bothio convenit; sed quum alterum exemplum emendaret, alterum prætermisit : *Consternare, anime.* Serioribus ætatibus scribebaut *confermare* (uunc Itali *fermo*), unde ortus est error. *imperibœa* P. — 36 *Consternare* Codd. et A, prob. Passer. Voss. Ribb. *consterna te, anime* M. *animæ* Codd. *anime* vett. edd. *consternatæ animæ* J. *consternatæ animum* cj. Palmer. *animo* ej. Lips. *ex pectore hac et uoluere* seu *volvere* vulgo. *ex p. hoc evolvere* ej. Passer. Bothe 2, Ribb. *hoc* (ablat., scil. meo) *evolvere* (imper. pass.) seu *evolve te* cj. Guyet. *expectoratæ volvere* cj. Palmer. *expectoratæ hæc voluere* cj. Lips. *expectora hæc et volvere* seu *hæc evolvere* cj. Voss. — 37 *Consitium subit omnes quod* vulgo. *scribit* ed. 1476. *subiit omnes* cj. Lips. *cons. subitum, nec quod* cj. Passer. *quod de nata est modo* vulgo. *subit omnes e re nota modo* cj. Palmer. *natum est modo* Lips. *subeat omne quod natum* Voss. *subito omine quod enatum* cj. Voss. *subitum omnis, quod enatum est* cj. Ribb. *omnes* pro glossemate haboi, quo verbum *subiit* illustretur. Forte, *Consitium quod subiit e re nata.* — 38 *quo pacto* Passer. Ribb. *efferas* vulgo. *offeras* ms. Tornes. *vita offeras* P. *vitam afferas* ed. 1476, Passer. Guyet. — 41 *consternatur* omnes. *confirmatur* cj. Guyet, dedit Bothe de suo.

2 *viroti* Codd. *epiroti* Edd. ante M. *biroti* ej. Beotin., babent J marg. M. — 3 *epistula* H. *juti* Codd. — 4 *venissem* HWAJ. *venisse* L Gen. M, et cj. Gul. *mihi* omues. *auris* vulgo. *aureis* J. — 5 *exemplo* HW, JM. *extemplo* PL Geo. A, et cj. J Guyet. *eas in* omnes. *meos in* ej. Gul. Guyet; quod ipse videram. — 6 *Calumpnia* Mp. *Calumnia* et *Calidum* vulgo in duas partes eadem pagina

P. 263-264 M.

Calidum est fervens. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 414] :

Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen.

|| *Calidum*, citatum et velox. Varro περὶ κεραυνοῦ : « Quum dixisset vetulus, ecce tibi calidis pedibus quidam navicularius semustulatus irrumpit se in curiam. » || *Calidum*, ferox et inconsultum. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 24] : « Sic reperias multos quibus periculosa et calida consilia. »

Cœlum est deorum domicilium. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 247] :

Cœlum qui vertice fulcit.

|| *Cœlum* rursus aer. M. Tullius de Natura deorum lib. II [c. 16 : « Acutiora ingenia et ad intelligendum] aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aer sit purus ac tenuis, quam illorum qui utantur crasso cœlo atque concreto. »

Contentus dicitur cui res etiam parva abunde est. Virgilius lib. VII [v. 736] :

Patriis sed non et filius arvis
Contentus.

Terentius in Eunucho [I, 2, 42] :

Quia
Neque tu uno eras contenta, neque solus dedit.

Lucilius lib. XXX :

Et te his versibus interea contentu' teneto.

M. Tullius ad Brutum : « Sic igitur facies, et me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges. » Idem de Officiis lib. II [c. 12] : « Sed, brevitatis causa, familia contenti erimus una. » || *Contentum* dicitur extensum. Virgilius lib. V [v. 513] :

Tunc rapidus, jamdudum arcu contenta paralo
Tela tenens.

dividuatur : quod repreheadit Mercer., p. 155. — 9 *Calidum*, etc. Post priorem partem lemmatis *Calumnia*, uaum exemplum vocabuli *Convenire* inserunt Codd., totum vero lemma exhibent Edd. præter M ; quod videas p. 270. — 11 *Caldum citatum* vulgo. *Calidum* AJ. — 12 *vitulus* omnes. *Vitulus* AJ Popma (quod est agnomea Pompoaiorum). *vetulus* alii ap. Bentia. *Bibulus* cj. Palmer. Passer. *Duillius* Barth. *tibi caldis* vulgo. *calidis* ms. Fabri. *semustilatus* vulgo. *semiustulatus* AJ, et cj. Palmer. — 13 *inrumpit se* HP. *irrupit in* ms. Fabri. *irrumpit in* J marg. *irrupit se* Edd. ante M. *Callidum, ferox* P. — 14 *repperias* Codd. *reperias* Edd. *reperies* Edd. Cic. — 15 *caltida consitia* HP, ed. 1476. — 16 *caelum* vel *cælum* (ubique) omaes. — 18 *fulsit* JM. — 20 *altiora eorum* vulgo. *aptiora* M, ut Cic. — 21 *incolunt* omues. *incolant* Edd. Cic. *sit rursus ac* Codd., vett. edd. *tersus* ms. Fabri. *rarus* J. *purus* M, ut Cic. *tenues* Codd. *tenuis* Edd., ut Cic.

6 *et is te* Codd. *et iste* P, ed. 1476. *et his te* AM. *his te* cj. Gul., habent J et Freuad Lexic. — 7 *ut amabis* Codd. *aut* Edd., ut Noster p. 421, et Cic. — 8 *quod cont.* vulgo, etiam Noster p. 421. *quo* cj. Gronov., recep. Orell. *aut quid contendi sum* LW. *qui contendisem* P. *contenti sumus* Edd. aate M. *contentus sum* J marg. M, ut Noster p. 421. *diligens* Codd. *diliges* Edd. — 9 *in brevitatis* (omisso *sed*) Codd. *in* et *sed* omitt. Edd. — 10 *Contentum dicitur extcusum... cauda sublata* exbibet M, p. 265, ex Codd. — 11 *hunc rapidus* Codd. *tunc* M. *tum* Edd. ante

Lucilius lib. XXX :

Hic ut muscipulæ tentæ, atque ut scorpiu' cauda
Sublata.

|| *Contentum*, colligatum, conjunctum. Virgilius Georgicon lib. III [v. 536] :

Contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

|| *Contentum*, continuum, perseverans. M. Tullius Tusculanarum lib. V [c. 34] : « Socraten ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo cur id faceret. »

Cogere, corradere. Varro in Eumenidibus :

Furando tamen, ac morbo stimulatus eodem,
Ex sese ipse aliquid quærat cogatque peculi.

|| *Cogere* est urgere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 13] : « Diogenes contra : Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est. » Terentius in Eunucho [II, 3, 98] :

Jubesne? — Jubeo, cogo atque impero.

|| *Cogere*, mollire, subigere. Varro Virgula divina :

Sed pancarpineo cibo coacto
Libamenta legens caduca victûs.

|| *Cogere*, in unum colligere. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Summoti et intra mœnia rursum coacti. » Cicero Tusculanarum lib. I [c. 19] : « Cœlum hoc, in quo nubes, imbres ventique coguntur. » Terentius in Heautontimorumeno [I, 1, 93] :

Quasi talenta ad quindecim
Coegi.

M. Tullius ad M. Catonem [Famil. XV, 4] : « Coactoque in unum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. » Virgilius in Bucolicis [6, 85] :

Cogere donec oves stabulis.

Lucilius lib. XXVI :

Rauco concionem sonitu et curvis cogant cornibus.

M, ut Edd. Virg. — 14 *muscipula contenta* omnes, etiam Mp, et sic in v. *Tenta*, p. 181 ; sed *tenta* Noster p. 385. *muscipula tentæ atque ut* cj. Turn. *atque scorpios* Codd., M. *scorpius* Edd., et Noster p. 385. *atque ut* Noster p. 385. *contenta, ut scorpius* J et Guyet. — 16 *contigatum* H. — 20 *Socraten* Codd., M. *Socratem* Edd. ante M, ut Edd. Cic. *ad epirum* Codd. *ad Piræum* Edd. ante M. *ad vesperum* M, ut Cic. — 21 *quæsitumque esse* P. *cur id* omnes. *quare id* Cic. *facere* Codd. *faceret* Edd. — 22 Ante v. *Cogere*, exhibent Codd. et M lemmatum *Contendere, Companere*, divulsas partes, quas in unum corpus coegi, ut Edd. — 26 *Diogenes contranum te emere* P. *contra nimium temere* VP marg. et vett. edd. *num te emere* cj. Passer. ex Cic., habet M. Sic etiam Gerl., forte ex suis libris. — 30 *pancarpineo* (etiam inf. p. 332) vulgo, J marg. Scal. *pancarpine ocivo* ms. J. *pauca otio* J. *Pan carpineo* cj. Turn., prob. Gerl. *civo* Codd. *cibo* cj. J Turn., habet M, ut Noster p. 332. *ocimo coacta* cj. Scal., prob. Reuvens. — 31 *caduca vetus* Codd. *verus* Edd. *victus* Scal. J marg. M, ut est p. 332. — 32 *submoti* Mp.

|| *Cogere*, mulgere. Virgilius in Bucolicis [3, 98]:

Cogite oves, pueri: si lac præceperit æstus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.

|| *Cogere*, stringere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 35]:

Nam frigore mella
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.

|| *Cogere*, imprimere, coartare. Virgilius lib. VII [v. 509]:

Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebant.

CLAUDERE significat includere. Virgilius Georgicon lib. III [v. 214]:

Aut intus clausos satura ad præsepia servant.

|| *Claudere* rursus obsistere. Virgilius Æneidos lib. X [v. 377]:

Ecce maris magna claudit nos objice pontus.

|| *Claudere*, circumire. Virgilius in Bucolicis [6, 55]:

Claudite, nymphæ,
Dictææ nymphæ, nemorum jam claudite saltus,
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia.

CITUM, celere. Sallustius in Catilinæ bello [c. 15]: « Citus modo, modo tardus incessus. » || *Citum*, divisum vel separatum: unde et *oscitare* dictum est. Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 642]:

Haud procul inde citæ Mettum in diversa quadrigæ
Distulerant.

CITARE est vocare. M. Tullius in Verrem [de Prætura Siciliensi, c. 40]: « Citat reum: non respondet; citat accusatorem. » || *Citare*, incitare, provocare. M. Tullius de Divinatione [lib. II, c. 2]: « Quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies citatur. » || *Citare*, laudare. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 22]: « Citeturque Salamis clarissimæ [testis] victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis. »

CADERE est ruere. Virgilius Georgicon lib. I [v. 119]:

Illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet.

1 *apud conium* P. — 5 *contionem* HLWM. *concianem* J. *contentionem* P Gen. A. — 11 *hyems* JM. — 12 *caaptare* H. *coarctare* A. — 13 *cuneis et* Codd. *ut* Edd., et sic Virg. — 18 *obice* omnes. — 22 *oculi sese* P. — 24 *celer* omnes. *celere* cj. Guyet, et recte. — 27 *haut* LW. *aut* HP. *at* AJ. *haud* M. *mettum* Codd. *Metium* Edd. — 29 Ciceronis locos indicat M. — 30 *respondit* vulgo. *respondet* velt. edd., ut Edd. Cic. — 32 *quorum studium legendi non scrib.* vulgo. *studia l. meum* cj. M, ex Cic. — 33 *in dies citant* omnes. *incitatur* Edd. Cic., quod innuunt Passer. M. — 34 *psalmis* Codd. *Salamis* Edd. *testis clarissimæ* Edd. præter M, ut Edd. Cic. *clarissime* H.

1 Hic vulgo interponitur pars lemmatis *Contentum*, quam supra inserui, secutus

|| *Cadere*, occidere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 426] :

> Cadit et Ripheus, justissimus unus
> Qui fuit in Teucris.

|| *Cadere*, evenire. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3] : « Et, ut iidem dicunt, omnes numeros habet, nec, præter sapientem, cadere in quemquam potest. »

Capessere, perficere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 77] :

> Mihi jussa capessere fas est.

Plautus in Aulularia [IV, 1, 4] :

> In herum matura, in se sera condecet capessere.

|| *Capessere*, immittere. Plautus in Asinaria [I, 3, 6] :

> Quam mage in altum te capessis, æstus te in portum refert.

|| *Capessere*, recipere. Plautus in Amphitryone [I, 1, 106] :

> Nunc pergam heri imperium exsequier, et me domum capessere.

Commodum, sicuti plerumque, utile. || *Commodum*, aptum, conveniens. Virgilius lib. XI [v. 522] :

> Accommoda fraudi.

|| *Commodum*, integrum, totum. Lucilius :

> Bis quina octogena videbis
> Commoda, de Capua quinquaginta atque ducenta.

Plautus in Asinaria [III, 3, 135] :

> Viginti argenti commodas minas, ejus quas dem matri.

Candet, ignitum est. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 7] : « Candenti carbone [sibi] adurebat capillum. » || *Candet*, candidum est. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 61] :

> Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Varro Γνῶθι σεαυτόν :

> Candens corpore taurus, Triviæ
> Lumine lunæ.

Editt. — 2 *lævia* J. — 5 *rifeus* Codd. — 8 *ut idem* vulgo. *ut iidem* AJ, et Edd. Cic. *dicuat ob numeros* vulgo. *omnes numeros* JM, ut Edd. Cic. — 10 *Capessere, perficere* HPAJ, prob. Guyet. *perferre* ceteri. — 13 *erum* vulgo. *herum* AJ. — 15 *quo magis in altum te* omnes, ut in v. *Æstus*, p. 247. *quam* Edd. Plaut. *magis* omnes. *mage in altum te* Bothe, ut versus constet. *tam æstus* Edd. Plaut., sed *tam* abesse facile potest. — 17 *eri* Codd. *nunc percameri imp.* P. *nunc tamen heri imp.* AJ. *persequar* vulgo. *persequi* M. *exsequi* Edd. Plaut. *exsequier* cj. Guyet; quod ipse scripseram. — 19 *lib.* XII vulgo. *lib.* XI M. — 22 *bis quin actogena* H. *bis quin actogena* Gerl. ex suis. *bis quinactogeaa* P. *vis qui in octogena* Bern. *bisquinoctogena* J marg. *bis quina octogena* M. *bis quin octoginta* vett. edd. *bisquinoctogintu* J. *bis quina actoginta* cj. Scal. — 23 *commoda te Capua* Codd., M. *commodate capi* Bern. *com. de Capua* Edd. præter M, prob. Scal. *atque ducenta* HM. *atque CC* Gerl. ex suis. *atque octo* vett. edd. — 25 *commoda minas* Codd., A. *commodas* ed. 1476, JM, ut Plaut. *ejus* vulgo. *hujus* Edd. Plaut. — 27 *candente* vulgo. *candenti* P Bern., at Cic. — 29 *candentes vaccæ* P.

1 *in gnoti seauton* Codd. *in* γνῶθι σ. M. *in* omitt. AJ. — 2 *cadens corpore* P. *trivio* vel *Trivio* omnes. *Triviam* cj. Passer. *Triviæ* cj. Œhler. — 4 *Æn. lib.* II Codd. *Georg. lib.* II

P. 267 M.

CASTUM, sine libidinis et turpitudinis nota. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 524] :

Casta pudicitiam servat domus.

|| *Castum*, religiosum. Virgilius lib. VI [v. 661] :

Quique sacerdotes casti, dum vita maneret.

Varro Gerontodidascalo : « Ergo tum sacræ, religiosæ castæque fuerunt res omnes. » Idem in Eumenidibus :

Nam quæ venustas hic adest gallantibus!
Quæ casta vestis!

|| *Castum*, a furtis et rapinis abstinens. Varro Andabatis :

Nec manus visco tenaci tinxerant castas viri.

|| *Castum*, suave, jucundum. Varro Parmenone :

Demitis acres pectore luctus
Cantu castaque paesi.

CENSERE significat existimare, arbitrari. Attius Eurysace :

Nam ea oblectat spes ærumnosum hospitem,
Dum id, quod miser est, clam esse censet alteros.

Nævius Belli Pœnici lib. VI :

Censent eo venturum obviam Pœnum.

Cassius Hemina Historiarum lib. II : « Censuit sese regem Porsennam occidere. » Quadrigarius Annali lib. VI : « Ne nos ad certationem censeas hæc incepisse. » || *Censere*, succensere. Varro Caprino prœlio, περὶ ἡδονῆς : « Ne vobis censeam, si ad me referretis. »

CONJICERE est jacere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 544] :

Telumque imbelle sine ictu
Conjecit.

Afranius Simulante :

Vellem intervenissem ante; nam, ut signa indicant,
Hi conjecere verba inter se[se] acrius.

Edd. — 8 *maneret* omnes, ut inf. v. *Castitas*, p. 440, serioris ætatis errore. *manebat* Edd. Virg., hic et pluribus locis. — 9 *sacra* Codd. *religiosa* cj. Gerl. *sacræ* AJM. *regiove castemque* W. — 11 Citatum etiam p. 119. *namque* vett. edd. *hic adem* P. — 12 *casta vestis* etiam in v. *Species*, p. 386. — 14 Metrum agnoscunt Guyet. Meinek. Riese. *tinxerat viri casta* omnes. *castas* conject. apud M1, prob. Vahlen. Riese. *tincta erat viri casta* Meinek. — 16 *demittis* vulgo. *demitis* M, quod sup. in v. *Acre*, p. 241. *acris* vulgo. *acreis* AJ. *p. luctus* omnes. *curas* J marg., ut Noster in v. *Acre*, p. 241; quod verum duco. — 19 *Ea namque obl.* cj. Voss. prob. Bothe. *Nunc ea* cj. Guyet. Forte, *Nam ea ær. spes obl. hosp.*, mutato tantum ordine. — 20 *dum id quod* vulgo. *hoc quod* ed. 1476. *dum, quod miser est, id* cj. Voss. *id quod m. est dum* cj. Guyet. *dum illud quo* cj. Ritschl. *alteros* vix ferendum; *ceteros* conjicio. — 22 *censet eo* plerique. *censet* (suprascr. *n*) *eo* W. *censent* JM. — 24 *possennam* Mp. — 25 *succensere.* Interpolata notio, seu lectio corrupta. — 26 *capr. proelio* P Bern. J. *praelio* M Gerl. περὶ ηδοης Codd. ἡδονῆς cj. Turn. J, habet M. *ne vobis[cum] censeam* conjicio, ut unus verbi sensus exponatur; sed deest notissimus sensus *recensere* (quod dicimus *recenser*). — 27 *Coicere* (et sic fere in sequentibus) Codd. *Conjicere* Edd. — 29 *conjecit* omnes. — 30 *simul ante* seu *aut vellem* vett. edd. — 31 *ut signant ind.* P. — 32 *hi conia-*

|| *Conjicere*, confligere, certare. Afranius Simulante :

[Te] nolim, mater, me præsente, cum patre
Conjicere [verba]. — Non, si non vis, mel meum.

|| *Conjicere*, agere. Afranius Materteris :

Causam conjicere hodie ad te volo :
Ambon' adestis? Profuturos arbitror.

|| *Conjicere*, furari, auferre.... || [*Conjicere*, interjicere, dicere.] Afranius Incendio :

Servu'st mihi Nicasio,
Sceleratus, curiosus : is cum filio
It conjicere hac nescio quid de ratiuncula.

Lucilius lib. II :

Quid dicis? Cur est factum quod conjicis istuc?

Contingere est tangere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 239] :

Funemque manu contingere gaudent.

|| *Contingere*, evenire. M. Tullius [Tusculanarum] lib. V [c. 6] : « Quod non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe contingit. » Ennius Thyeste :

Quam mihi maxime hic hodie contigerit malum.

Conferre significationem habet manifestam. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 1] : « Omnes meas curas cogitationesque in eam conferebam. » || *Conferre*, conserere. Virgilius lib. VIIII [v. 44] :

Ergo, etsi conferre manum pudor iraque monstrat.

|| *Conferre*, contollere. Virgilius [IX, 690] :

Et conferre gradum, et procedere longius audent.

|| *Conferre*, comparare. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 2] : « Quæ conferri cum eorum studiis potest? » || *Conferre*, transferre. M.

cere H. *coicere* P. *conicere* W. *conjecere* Edd. *inter se* omnes. *sese* cj. Guyet. Both. Ribb. ; quod ipse videram. — 33 *colligere* omnes. *confligere* cj. M, prob. Neuk. Ceterum vana est interpretatio, nec alia verbi sententia quam in præced. exemplo. — 34 *nolim mater* vulgo. *noli* cj. M Guyet. *noli, m[ea] mater* Neuk. Ribb. [*te*] *nolim* cj. Bothe. *matri* A Steph. — 35 *conjicere* (subaud. *verba*) Guyet. *non sine non vis* HLWM. *non sinen quis* P. *non si me non vis* Edd. ante M, Neuk. *sine novis* Gen. Bern. *non si me vivum vis* cj. M, prob. Guyet. *si mori me non vis* cj. Neuk. *nunc sine, etsi non vis* cj. Bothe. *non, si nevis,* [*coiciam*] Ribb. *vel meum* PAJ. — 37 *apud te* cj. Turn.

1 *auferre. Afranius* omnes. — 3 *servus est* vulgo. *in cassio* vett. edd. *in casio* AJ. *Nicasio* cj. J, habent M Ribb. — 4 *curiosis* P Gen. Bern. — 5 *ei coicere* vel *conjicere* omnes. *ii conjicere* cj. Turn. *it conjicere* cj. Gul., prob. Gothof. Neuk. *ad nescio quid* vulgo. *nb adnescio* ed. 1476. *hac nescio quid* cj. Gothof. *hæc* cj. Gul., prob. Gerl. *nescia quidquid* Edd. ante M. *Coicerat nescio q.* Ribb. *de latrntiuncula* vulgo. *latriuncuin* ms. J. *ratiuncula* cj. Gul. Turn., prob. JM Both. Ribb. (Quod certum duco : *lat* superscriptum litteris *rat* in contextum descendit.) — 7 *quo conjicis istud?* cj. Scal. — 8 *tib.* III Codd., ed. 1476. *tib. secundo* vel II AJM. — 10 *Tusculan.* supplet in contexto M. — 11 *modo* omitt. Edd. Cic. *potentibus* Cic. — 12 *contingit* HPW, Edd. *contigit* L Gerl. *contingit* vel *contigit* Edd. Cic. — 13 *quam maxime hic mihi* cj. Voss. *mi hic* Bothe. *quam mihi maximum hodie hic* Ribb. Valhen. *quoniam max.* ms. Fabri. — 15 *omnis* Codd. pleriq., M. *omnes* P, Edd. ante M. — 17 *furor* omnes. *pudor* Virg. — 19 *manum* Virg. *pro-*

Tullius de Officiis lib. II [c. 2] : « Ad hoc nos studium potissimum contulissemus. »

Confectum dicitur occisum, exanimatum. Virgilius lib. XI [v. 823] :

> Hactenus, Acca soror, potui; nunc vulnus acerbum
> Conficit.

M. Tullius de Suppliciis [c. 54] : « Plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse. » || *Confectum*, defessum. Virgilius lib. XI [v. 85] :

> Ducitur infelix ævo confectus Acœtes.

Lucilius lib. XXVI :

> Tum doloribus confectum corpus animo obsistere.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 1] : « Nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus. » || *Conficere*, frangere. Lucilius lib. XXVIII :

> Malo hercle vestro, confectores cardinum.

|| *Conficere*, colligere. Terentius in Phormione [I, 1, 4] :

> Id ut conficerem. Confeci, adfero.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « In singulas tegulas impositis sexcentis, sexcenties confici posse. » Et in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 52] : « Permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse. » Lucilius lib. XXVI :

> Non te multitudinem
> Tuorum, quam in album indidit [tu]a dextra, confici sibi.

|| *Conficere*, facere. Terentius in Phormione [II, 1, 28] :

> Bonas me absente hic confecistis nuptias.

M. Tullius in Hortensio : « Ea facultas majoribus nostris erat, qui confectis senatusconsultis... » Et Tusculanarum lib. I [c. 11] : « Nihil est enim apud istos quod non eorum turba conficiat. » || *Con-*

cedere omnes. *procurrere* Virg. *audet* Codd., M. *audent* Edd., ut Virg. — 24 *exanimatum* W.— 26 *actenus... acervum* LW.— 28 *dici a* PLWA. *dicia* Bern. *dico* JM, ut Cic. *tuis P. R. ante* LW. *tuis pr* VP (in P cum signo compendii). *tuis, pater* Edd. ante M. *tuis C. R. ante oc.* M (scil. *civem romanum*, ut Edd. Cic.). *occidisse* LWM. *concidisse* P, cj. Bentin., J marg., ut Cic. — 31 *Acoetis* Codd. *Acetes* vett. edd. *Acœtes* M (ut Virg.). *Acestes* cj. M. — 34 *dedi* vulgo. *dedidi* L, ut Edd. Cic. — 35 *quibus eram* Codd., M. *essem* Edd., prob. M; ita enim Cic.

2 *aut conficerem conficiat fero* HP. *aut conficerem. confici, atfero* Gerl. *id ut conf... confeci, affero* Edd., ut Ter. — 4 *sescenti sescenties* Codd. *sexcenti sexc.* Edd. ante M. *sexcentis, sexc.* M. *sexcentis* omitt. L Bern. Gen. — 5 *actione* II Edd. *dicere exilinre* P. — 7 *non te mult.* omnes. *tu* Gerl. *nonne* cj. Dübner. *nosti mult.* cj. J, Dousa. — 8 *indidit a dextera* HLW. *adextera* P. *indidita dextera* M. *inclyta dextra* Edd. ante M, Dousa. *conficis ibi* Codd. plerique. *confici sibi* Edd. *conficit sibi* ed. 1476. *c. s.* (compendiose) P. *confecisti tibi* scriptum in marg. Jun. *q. in alb. indidisti hnc dext. confici tibi?* cj Dübner. Forte : *non tu ... quam indidit in album tua dextra, conficis tibi*, metro saltem restituto. — 12 *Tusc. lib.* V P, Edd. ante M. VI LW. *l.* I M. — 13 *quos* Codd. *quod* Edd., ut Cic. *non eorum* omnes; recte qui-

ficere, explicare. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 3] : « Honestatis pars confecta est, quam [quidem] tibi cupio esse notissimam. » || *Conficere*, consumere, finire. Terentius in Phormione [V, 5, 11 :

Ne] quum hic non videant me, conficere credant argentum suum.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Bellum, ut opinio mea fert, et consensu civitatis confectum jam haberemus. » Lucilius lib. XXX :

Conficit ipse comestquo.

M. Tullius in Hortensio : « Quæ est enim confectio valetudinis! Quæ deformatio corporis! »

CONCEDERE, dare vel permittere. M. Tullius in Verrem actione prima [Divinatione] : « Da mihi hoc; concede, quod facile est. » Virgilius lib. VII [v. 305] :

Concessit in iras
Ipse deum antiquam genitor Calydona Dianæ.

Terentius in Adelphis [II, 2, 9] :

Hui!
Metuisti si nunc de tuo jure concessisses paululum.

Lucilius lib. XXVIIII :

Concedat homini id quod velit; deleniat.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 9] : « Si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant. » || *Concedere*, credere vel consentire. Terentius in Phormione [V, 3, 22] :

Numquamne hodie concedes mihi,
Neque intelliges?

Lucilius lib. XXVII :

Id concedere unum, atque in eo dare quo superatur manus.

|| *Concedere*, recedere vel cedere. Terentius in Hecyra [IV, 2, 21] :

Hic video me esse invisam immerito : tompus est concedere.

Afranius in Incendio :

Atque etiam incedit huc : procul concessero.

dem, quum v. *corpusculis* præcedat. *non ntomorum* cj. Leopard. ex Edd. Cic.; quod contra fieri velim. — 14 *honestatis* P Gen., Edd. *honestitatis* Codd., et P marg. — 19 *ferret consensu* Codd., J marg. M. *fert, et consensu* Edd. præter M. *fert et consensus* cj. M. *fert* ed. Orell. — 21 *confecit* vulgo. *conficit* JM, ut Noster p. 81. *se conficit* Dousa. — 22 *confessio* Codd. *confectio* Edd., ut etiam dat Augustin. (c. Pelag. 4, 14). *valitudinis* Codd. *valetudinis* Edd. — 31 *nunc si* vulgo. *si nuac* Edd. Ter. *ne si* vett. edd. — 34 *si neglegent* vel *negligent* vulgo. *si negent* emendat Leop. ex Cic., habet M. — 36 *vel consistere* P. — 37 *nunquam me hoc die* Codd. *nunquamne hodie* Edd.

1 *intelleges* Codd. — 2 *lib.* XXVII vulgo. XXVI P. — 3 *in concedere* vulgo. *in* omitt. vett. edd. *id conced.* ipse jamdiu scripseram. *id* vel *mihi* cj. Corpet. *manus* omnes. *minus* scriptum in marg. Jun. — 5 *me invisam esse merito* omnes. *me esse inv. immerito* Edd. Ter. — 7 *incendit* vulgo. *hæc etiam incendit* A Steph. *incedit* cj. Steph. *atque etiam, incedit* cj. Lips. *atque eccum incedit* cj. Gul. *incedit* ipse conjeceram. *hoc*

P. 270 M.

Cæcilius Tittbe :

Hic dum abit, huc concessero.

Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 29] : « Ut magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. »

Consequi significat sequi. Virgilius lib. V [v. 152] :

Quem deinde Cloanthus
Consequitur.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 1] : « Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione investigationeque earum rerum quas cogitando consequebatur, nec otiosum nec solum unquam fuisse. » || *Consequi*, adipisci. M. Tullius Epistola ad Cæsarem, lib. I : « Tunc quum ea, quæ es a senatu summo cum honore tuo consecutus. » Idem in Verrem actione prima [c. 2] : « Quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. » || *Consequi*, exprimere, definire. M. Tullius ad Cæsarem : « Extrema vero nec quanta, nec qualia sint, verbis consequi possum. »

Conserere dictum est miscere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 397] :

Multaque per cæcam congressi prœlia noctem
Conserimus.

|| *Conserere*, inserere. Virgilius Georgicon lib. II [v. 37] :

Juvat Ismara baccho
Conserere.

M. Tullius de Senectute [c. 15 : « Nec] consitiones modo delectant, sed etiam insitiones. »

Convenire, placere, constitui. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Signum nactus a Papio, quod inter eos tolli convenerat. » || *Convenire*, aptum esse. M. Tullius in Hortensio : « Nam quod vereris, ne non conveniat nostris ætatibus ista oratio quæ spectet ad hortandum. » || *Convenire* significat obvium fieri. Terentius in Eunucho [II, 2, 2] :

Convêni hodie adveniens quemdam mei loci [hinc] atque ordinis
Hominem.

procul vulgo. *hóc* Gul. *huc* cj. Lips. — 8 *tithe* vulgo. *Titthe* M. — 9 *dum habit* P. — 10 *ut cum magnitudine* vulgo. *ut quum* M. *ut magnitudini* corrigit Leop. ex Edd. Cic. *medicæ* P. — 15 *lib.* III PJM. IIII LW, vett. edd. *intellegi* Codd. — 16 *agitationequæ earum* Gerl. ex suis. *agitatione quæ* P. *agit. investigationeque* Edd. *cogitandum* Codd. *cogitando* Edd. — 17 *neque otiosum* omnes. *nec* Edd. Cic. — 18 *epistula* H. — 19 *quæ est* P. *ab senatus* Codd. *ab senatu* Edd. — 25 *prætia* Codd., J. *prelia* M. — 27 *inserere* omnes. *serere* cj. Guyet. — 30 *M. Tullius*, etc. Hoc exemplum addidi, quod exhibent Codd. in v. *Constituere* (p. 273 M), vitiose scriptum : « *Constituere, instituere. M. Tullius ... Constitutiones ... sed etiam institutiones.* » Verum *consitiones ... insitiones* legere jubet M, ut est ap. Cic. — 32 *Convenire, placere ... convenerat.* Quod supra insertum in libris (p. 263 M). Illo loco totum lemma exhibent Edd. *placere constituere* omnes. — 33 *apapo* P. *a papo* vel *Papo* vulgo. *Papius* est ap. Cic. Off. 3, 11. *qui inter* Codd., A. *quod* JM. — 34 *aptum esse* vulgo. *actum* P. *nam quod veteres ne non* AJ, improb. Victor. — 35 *spectet* vulgo. *spectat* AJ, prob. Vict. — 37 *mei loci quemd.* vulgo. *quemd. m. l.* Edd. Ter. — 40 *habeo* H, Edd. *abeo* LW. *aveo* Cic.

|| *Convenire*, videre. M. Tullius de Senectute [c. 23] : « Neque vero eos solum convenire aveo quos ipse cognovi, sed illos etiam de quibus audivi, et legi, et conscripsi. » Plautus in Asinaria [II, 2, 8] :

Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.

|| *Convenire*, colligi, coire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 361] :

Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni.

M. Tullius in Philippica III [c. 2] : « Cui quidem hodierno die, Patres conscripti, nunc enim primum ita convenimus. » || *Convenire*, constare. Terentius in Phormione [I, 2, 3] :

Conveniet numerus, quantum debui.

|| *Convenire*, similem esse. Varro Longe fugit qui suos fugit : « Solus rex, solus rhetor, solus formosus, fortis, æquus vel ad ædilicium modium, purus putus. Si ad hunc charactera Cleophantus conveniet, cave attigeris hominem. » M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 29 : « Beate enim] vivendi cupiditate incensi omnes sumus; atque hoc mihi cum tuo fratre convenit. » || *Convenire*, placere, certum fieri. Virgilius lib. XII [v. 183] :

Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Convenit Evandri victos discedere ad urbem.

|| *Convenire*, interpellare. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 48] : « Non dubitabat quin, [si] ipse Verrem convenisset, æquitate causæ [et] auctoritate sua commovere hominem posset. » Lucilius lib. XXVIIII :

Hæc tum conventus tela insidiasque locavi.

CÆDERE, verberibus lædere. Terentius in Andria [I, 2, 28] :

Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam.

M. Tullius de Suppliciis [c. 62] : « Cædebatur virgis medio in foro Messanæ civis Romanus. » || *Cædere*, excidere. Virgilius Georgicon lib. I [v. 173] :

Cæditur et tilia ante jugo levis.

2 *servare* HPL Gen. *servere* W. *servire* Edd., ut Plaut. — 5 *in philippicis lib.* III Codd., M. *Philippicis lib. quarto* vel IIII AJ. *die P. C. nunc* Codd. *die pac* (cum nota compendii) P. — 6 *prim. ita conveniens* P. *Convenire, constare ... debui* omitt. P. — 8 *convenit num.* vulgo. *conveniet* ed. 1476, ut Edd. Ter. *debuit* vulgo. *debui* ed. 1476, M, ut Ter. — 10 *fortis secus* vulgo. *ecus* Gen. *æquus* cj. Gifan. Turn. Faber; habet M. *securus* cj. J et Lips. Scal. — 11 *modius* vulgo, prob. Turn. Dübner. *ædilium modium* cj. Faber (et Gifan. ap. Sciop. Veris. 4, 16), recep. M. *munus* cj. Lips., improb. M. *purus putis* vulgo. *purus putus* M. *si ad huc* Codd. plerique. *adhuc* HAJ. *ad hunc* cj. Gifan. J, habet M. *caractera* H. *cleopantus* HPL Gen. *deopantus* W Bern., ed. 1476. *Cleophantus* AJM. *Cleanthus* cj. Gifan. χαρακτῆρα Κλεάνθου; Voss. — 12 *M. Tullius de Fin.* Hoc perperam in sequentem interpretationem vulgo irrepsisse mihi visum est : *malorum et bonorum* H. — 14 *atque* omitt. Edd. Cic. — 19 *dubitat* omnes. *dubitabat* Cic. *si* omitt. Codd., habent Edd. — 21 *possit* vulgo. *possi* (suprascr. *e*) P. *posset* Cic. *Luc. lib.* XXVIII Noster p. 340. — 22 *hæc tu conventus* Codd., J marg. *hæc tum* M. ut Noster p. 340. *hic tum* cj. Dousa. *hæc tui* AJ. *insidiisque* vulgo. *insidiasque* J marg. M. *insidiæque* inf. in v. *Locare*, p. 340. *locasti* cj. J. *insidiæque locari* cj. Dousa. — 23 *Cedere*

Lucilius lib. XXVI :

Lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat, vapulet.

M. Tullius in Hortensio : « Aut tibi id ipsum pervertendum fuit, quod tu ne attigisti quidem, aut ejus partes quasi membra quædam cædenda. » || *Cædere*, occidere vel mactare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 266] :

Cæduntur vigiles.

Varro in Eumenidibus :

Ajax tum credit ferro se cædere Ulixem,
Quum bacchans silvam cædit, porcosque trucidat.

|| *Cædere*, immolare. Virgilius Georgicon [lib. II, 380] :

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.

Plautus in Aulularia [III, 6, 31] :

Cædendum conduxi ego illum.

Virgilius Æneidos lib. V [v. 96] :

Cædit quinas de more bidentes.

|| *Cædere*, frangere. Virgilius Georgicon lib. III [v. 364] :

Cæduntque securibus humida vina.

M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 27] : « Cædere januam saxis, instare ferro. » Lucilius lib. XXVIIII :

Cæde ostium, Gnatho, urge. Restant : periimus !

|| *Cædere*, commiscere. Lucilius lib. XXX :

Lanæ opus omne perit ; pallor, tineæ omnia cædunt.

CONSTAT, valet. Lucilius lib. XXVI :

Trado ergo alias nummo, porro quod mihi constat carius.

Codd. *Cædere* Edd. *verb. dedere* omnes. — 24 *cæsum* Codd. *te, Dave, in pistr.* Edd. Ter. — 25 *cedebatur* Codd. *in medio foro* Edd. Cic. — 26 *Messanæ C. R.* vel *c. r.* Codd., M. *c. r.* omitt. ed. 1476, J. *Messanæ causa* A. *Cedere, excidere* Codd. — 28 *cæditur* Codd. — 29 *lib.* XXVI Codd. pleriq., M. *lib.* XXVII L Gen. AJ Dousa. — 30 Versum esse et ap. Plaut. Merc. [II, 3, 62] notant Victor. Passer. M. *cedat* Codd. *ædis* vulgo. *ædeis* AJ. — 31 *in ortensio* P. — 33 *cedere occid.* Codd. *vel mactare. Virgil. Georg. Non aliam ob... Et Æn. lib.* II omnes. Exemplum de immolata victima similibus adjunxi.

2 *ceduatur* Codd. pleriq. *ceduntur* H. — 4 *maximum credit* Codd., M. *maximum cædit* Edd. aliæ. *maximum enim* cj. Guyet. *Ajax tum credit* cj. Benæus (teste Passer.) M Ries. *Ajax cum* cj. Delben. *Ajax dum credit* cj. Gul. Faber. *mox unum* cj. Heins. *sed cedere Ulixem* Codd. *sed cædere* Edd. ante M. *se cædere* JM. *Ulyssem* AJM. — 5 *baccha* Codd. *bacca* AJ. *baccham* L. *bacchans* M, prob. Gerl. — 6 *Cedere, immol.* P. — 8 *aris ceditur* H. — 10 *Cædendum c. e. i.* omnes, ut etiam p. 273. *cæd. illum ego conduxi* Edd. Plaut. — 11 *lib.* IIII vulgo. V M. — 12 *bidentis* vulgo. *bidenteis* AJ. — 13 *cedere* Codd. — 14 *umida* Codd. — 15 *actione* (omisso numero) P. — 16 *Luciiius*, etc. Quod iterum in v. *Urgere*, p. 417. *lib.* XXVIII J marg. — 17 *Cæde hostium* Codd. *ostium* Edd., ut Noster p. 417. *grato urgere istam* Codd., JM. *urge reistam* Gerl. *urge re ist.* A. *gnave urge* cj. Palm. *gnate, urge* J, prob. Dous. *Gnatho, urge* cj. M, ut Noster p. 417. *urge, instant* cj. Passer. *urgere instant* cj. Nic. Heins. *urge, restant* cj. JM, ut est p. 417. *peruaus* Codd. *periimus* cj. JM Guyet, Bentl. ad Ter. — 18 *commiscere* vulgo. *consumere* AJ. — 19 *lana* vulgo, ut etiam p. 402. *innæ* Bern., et cj. Scal. Guyet. *fallor tiniæ* Codd., M. *squalor, tineæ* AJ et Scal. *pallor*,

|| *Constat*, consistit. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 19] : « Animus ; qui si est quatuor horum generum, unde omnia constare dicuntur. » Plautus in Amphitryone [I, 1, 78 :

Boat
Cœlum] fremitu virûm; ex spiritu atque anhelitu
Nebula constat.

Cicero Tusculanarum lib. I [c. 16] :

Ubi rigida constat crassa caligo inferûm.

|| *Constitit* dicitur stetit. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 252] :

Hic primum, paribus nitens Cyllenius alis,
Constitit.

|| *Constitit*, erectus est. Virgilius lib. V [v. 426] :

Constitit in digitos.

|| *Constat*, compositum est. Lucilius lib. XXVI :

Principio physici omnes constare hominem ex animo et corpore
Dicunt.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Multitudinem procul hostium constare viderunt. » || *Constat*, convenit, manifestum est. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II : « Quum constet Cæsarem Lupercis id vectigal dedisse : quî autem poterat id constare? » Et Tusculanarum lib. I [c. 17] : « Sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. Quæ quum constent... »

Constituere est disponere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 308] :

Hominesne feræne,
Quærere constituit.

|| *Constituere*, retinere, firmare. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 34] : « Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda et regenda est

tineæ cj. Scal. (ad Catal. p. 476) ex Nostri loco p. 462. — 20 Post *cædunt*, vulgo sequitur *Quatere* vel *Cuatere*. Quod ad litteram Q rejeci, ut inveniatur. *Constat*, *valet*, *consistit* omnes exhibent. Hoc autem verbum subsequentibus exemplis præposui. (Lemma perturbatius, in quo non conspirant Codd. et A.) — 21 *trado ergo* omnes. *ego* cj. Dousa. *nummo* vulgo. *minimo* vett. edd. — 23 *quattuor* Codd. *unde* omnes. *ex quibus* Edd. Cic. *Plautus in Amph. ... Cic. Tusc.* Quæ exempla sub notione τοῦ *erectus est* omnes exhibent. — 26 *et spiritu* omnes. *ex* Edd. Plaut. — 29 Versus est Ennii ex Hecuba. — 30 *Constitit dicitur stetit* quasi novum lemma exhibent AJ, fine lemmatis *Constat* prius exscripto.

1 *fisici* Codd. *omnes constare hominem ex* Codd., J marg., prob. Dübn. *omn. homines ex... const. dicunt* Edd. ante M, prob. Dousa. *omnes ex a. et c. const. hominem d.* M; quod miror. *anima* omnes. *animo* Gul. (Sic Lucil. non uno loco, et Cic. passim, vel Nat. deor. 1, 35 : « Nisi in eo *qui* ex animo constet et corpore. ») — 5 *constat* HPWM. *constet* L Gen. Bern. AJ, ut Cic. — 6 *qui autem* Codd., M. *qui ante* Edd. Alterum *id* delendum videtur. — 8 *cum constet* vulgo. *constent* L Gen., ms. Fab., ut Cic. *quæ constent* A. — 9 *Constituere est disponere*, etc. Huc partes lemmatis *Constituere* retraxi, quæ sunt p. 258 et 261. Uno tenore sup. inseruere totum Editiones. — 13 *constituenda exercenda est* Codd. *exercendaque est* Edd. ante M. *exgregenda* Bern. Gen. *et regenda est* M, ut fere Cic. *reg. prudentia est* Edd. Cic. — 14 *Constituere est proponere*, etc. Repetitum cum alia expositione exemplum. —

P. 273-274 M.

prudentia. » || *Constituere* est proponere, definire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 308] :

> Hominesne feræne,
> Quærere constituit.

|| *Constituere*, parare. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 25] : « Quod ubi est Philodamo nuntiatum, tametsi erat ignarus quantum sibi ac liberis suis jam tum mali constitueretur. » || *Constituere*, erigere. Virgilius lib. VI [v. 216] :

> Et ferales ante cupressos
> Constituunt.

Colligere, in unum redigere. Virgilius Æneidos lib. V [v. 15] :

> Colligere arma jubet, validisque incumbere remis.

M. Tullius in Philippica tertia [c. 3] : « Succurrendum est D. Bruto ; omnes undique copiæ colligendæ. » || *Colligere*, reficere. Cicero in Verrem actione III [de Prætura Siciliensi, c. 20] : « Et furto manifesto [grandis pecuniæ] perturbatus [est]. Ubi se collegit. » || *Colligere*, celare, supprimere. Virgilius lib. XII [v. 491] :

> Substitit Æneas, et se collegit in arma,
> Poplite subsidens.

|| *Colligere*, auferre. Lucilius lib. XXX :

> Ruis hoc, et colligis omnia furtim.

Plautus in Aulularia [II, 4, 35] :

> Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat :
> Collegit, omnia abstulit præsegmina.

Continens est abstinens, integer. M. Tullius ad M. Catonem [Famil. XV, 3] : « Ut, quæ copiis et opibus ferre vix possimus, ea mansuetudine et continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus. » || *Continens*, conjunctum, continuum. M. Tullius in Epistola ad Senatum : « Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est, iter feci. » Et in Hortensio : « Ne in continentibus quidem terris vestrum nomen dilatari potest. »

15 *lib.* III P. — 16 *ferenæ* H. — 18 Post *quærere constituit*, sequebatur *Constituere, instituere. M. Tullius de Senectute : « Constitutiones (l. consitiones) modo delectant, sed etiam institutiones (insitiones)*. Errorem notaverunt Passer. et M. (Cf. *Conserere*, p. 270.) — 19 *ubi erat* omnes. *ubi est* Edd. Cic. *tametsi non erat* Edd. Cic., præter recentiores. — 20 *ac suis liberis* HP. — 22 *feralis* Codd. *ferales* vett. edd. *feraleis* J. — 24 *lib.* VI omnes. *lib.* V M, de suo — 26 *in Philippicis lib.* VI vulgo. — 27 *debutro* P. *de Bruto* Edd. ante M. *De Bruto* M. *D. Bruto* J marg. et cj. M, ut habet Cic. *und. coepere* Codd., vett. edd. *copiæ* JM, ut Cic. — 28 *sed furto* omnes. *et* Edd. Cic. — 34 *ruis hæc* Edd. ante M. *hoc* etiam inf. p. 380. — 35 *in* omitt. AM. — 36 *unguis* Codd. *ungueis* A. *ungues* M. *demserat* PM. — 38 *catonem cationem ut* W. — 39 *utque* P. *ferre vix* vulgo. *tenere vix* J marg., ut Edd. Cic., prob. M. *possumus* vulgo. *possimus* ed. 1476, ut Edd. Cic.

1 *tuneamur* VW. *tueamur* Edd. *teneamur* L Gen. *teneamus* P, J marg., prob. M; sic enim Cic. — 2 *epistula* H. — 3 *exercitu* HPJM. *exercitum* LW, vett. edd. — 4 *iter faciet in Hortensio* H. *ita faciet in* P. *ite-*

CURATUM est sanatum. || *Curatum*, post laborem refectum. Virgilius [Æn. III, 511] :

Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.

|| *Curatum*, cum delectu apparatum. Lucilius lib. XXX :

Et circumvolitant ficedula, turdi, curati cocis.

CONDUCERE est, sicuti usu, emere. Plautus in Aulularia [III, 6, 31] :

Cædendum conduxi ego illum.

Lucilius lib. XXVIII :

Magno, non magna mercede, magno quod conduxeris.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 6] : « Ut sæpe in nostra republica videmus, mercede conducti. » || *Conducere*, colligere, convocare. Varro Manio : « Manius mane suscitat; rostrum suum [sub] Rostra adfert, populum in forum conducit. » || *Conducere*, convertere. Lucilius lib. XXX :

Et virtute tua et claris conducere chartis.

|| *Conducere*, utile esse. [Lucilius.....]

Solus vero soli, quid re et quæstu conducat suo.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 27 : « Quomodo] stulte? [Etiamne si] reipublicæ conducebat? Potest autem, quod reipublicæ inutile sit, id cuiquam civi utile esse? » Idem de Republica lib. I [c. 32] : « Facillimam autem in ea republica esse posse concordiam in qua idem conducat omnibus. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Quid rempublicam suam maxime conducere videretur. »

CONCELEBRARE dicitur commovere. Lucretius lib. I [v. 3] :

Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras.

faci et Gerl. *feci. Et in* M. *feci. Idem* J. *faceret. Idem in Hort.* vett. edd. *ne* omitt. Edd. ante M. *ne* J marg. — 6 *natum* omnes. *sanatum* cj. M, prob. Guyet. *æstimatum* cj. J. Post v. *natum*, dimidia linea vacat in edd. 1476 et 1500, quasi desit exemplum; sed sæpe exemplo primus sensus caret. — 8 *inrigat* HP. — 9 *dilectu* H. — 10 *ficetulaetur dicuratis* P. *ficetulæ turdi* Codd. plerique, M. *ficedulæ* ed. 1476, J. *turdis* Bern. *curatis* Codd., JM. *coci* HPL Gen. Bern. AJ. *turdi curatis soci* W, J marg. M. *sociis* cj. J. *curatis coci* H Bern., J. *curatus* ms. Fab., ed. 1476. *curatu coci* cj. Dousa. *curati focis* cj. Gerl. *ficedula* dedi ut stet versus. — 11 *Conducere, emere. Plautus... Conducere est, sicuti usu. Lucilius...* omnes. Sed una est expositio, cui exempla respondent. — 13 *Plautus*, etc. Jam sup. 272. *cedendum* Codd. *cædendum* Edd. *cæd. ego illum cond.* Edd. Plaut. — 14 *lib.* XXVIIII omnes. — 15 *magno non magna* vulgo. *m. et non* cj. Dousa. *m. cum magna* ms. Fabri. *m. non magna mercede* « verba Nonii », ait Passer. *quidem conduxeris* AJ. *quod* J marg. — 18 *rostrum sum rostra* Codd., etiam Mp. *sum* omitt. Bern. *suscitat rostrum, sub rostra* cj. Turn. *rostrum suum* cj. M. *rostrum sub rostra* Riese. *suscitat nos : tum in rostra* AJ. *suscitatus rostrum [ad] rostra adfert suum, populumque* cj. Guyet. — 19 *Cond. convertere* vulgo. *convenire* HP Gen. — 22 Post *utile esse* signum defectus exhibet M. — 23 *quæsti* Codd., M. *quæstu* Edd. ante M, prob. Guyet. — 24 *stulte* (*stultæ* P) *lib.* I *R. P. conducebat* Codd., A. *st. etiamne si reip. cond.* JM, ut Cic. — 26 *cuiquam ibi* Codd. *cuiquam ubi* Gen. *quiquam* (sed *cuiquam* voluit, ut credo) *civi* M; id corrigit Guyet. *cuiquam civi* Edd. Cic. *civi* omitt. AJ. — 27 *posse* vulgo; omittit cod. palimps. Cic., recte quidem.

P. 275 M.

|| *Concelebrare*, diffamare : dictum a celebritate. Lucilius lib. XXX :

Multis indu locis sermonibu' concelebrarunt.

Credere est fidem habere dictis vel factis. Lucilius lib. XXVII :

Hymnis, velim te id, quod verum est, credere.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 247] :

Ora, dei jussu, non unquam credita Teucris.

|| *Credere*, fidei committere. Lucilius lib. XXVIII :

Vitam ac fortunas cui concrediderim meas.

|| *Credere*, servandum commendare. Plautus in Aulularia [Prol. 15] :

Ubi is obît mortem qui mi id aurum credidit.

Commodare est mutuari. Lucilius lib. XXVII :

Certa sunt sine detrimento, quæ inter sese commodent.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 4] : « Atque ut dando et accipiendo, mutuandisque facultatibus et commodandis, nulla re egeremus. »

|| *Commodare*, cum commodo dare. M. Tullius ad filium lib. II : « Cui ego, quibuscumque rebus potero, libentissime commodabo. »

Captare, capere. || [*Captare*, observare.] Lucilius lib. XXVII :

Quod si paulisper captare atque observare hæc volueris.

Cognoscere est audire, æstimare. Lucilius lib. XXVI :

Rem cognoscas, simul et dictis animum attendas, postulo.

Pomponius Sponsa Pappi :

Pol mage curabo, ubi cognorint, omnes una assentiant.

Terentius in Andria [I, 1, 22] :

Eo pacto et gnati vitam et consilium meum
Cognosces.

Virgilius Georgicon lib. I [v. 177] :

Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.

|| *Cognoscere*, nosse vel præspicere. Virgilius lib. VIIII [v. 245] :

Venatu assiduo, et totum cognovimus amnem.

1 *diuamare* Codd. *diu amare* Edd. ante M. *diffamare* cj. Lips. Merula, prob. Sciop. Gronov., habet M. *divulgare* cj. etiam Lips., prob. Merula. — 2 *indu locis* Codd., M, prob. Turn. *endu* Cujac. *cado* Lips. Gronov. *inde loci* cj. Gifan. Sciop. *inde locis* J marg. *inductis* Edd. ante M. — 3 *lib.* XXVII vulgo. *lib.* XXVI W, ed. 1476. — 4 *Lucilius vel in te id* Mp. *tete id* cj. Luc. Müller. — 6 *hora dei* Codd., etiam P marg. *hora diei* P. *ora dei* Edd. *non aumquam* PLW. *non umquam* H et Edd. — 7 *lib.* XXVIII omnes; sed XXVIIII arbitror. — 9 *Credere est serv.* vulgo. *est* omitt. P. *Plautus*, etc. Iterum in v. *Observare*, p. 359. — 10 *obit* Codd. *obiït* AJM. *quid mihi in aurum* Codd. *qui mihi id aurum* AJM, ut p. 359, et Plaut. — 11 *lib.* XXVI P. — 12 *caetera sunt* ed. 1476, cj. Bentin., J marg. — 14 *mutuandis* Codd., J marg. *mutandis* AJM, ut Edd. Cic. *et commodantis* P. *commodandis* vulgo. *commodis* Edd. Cic. — 16 *perpotero* P. — 17 *Captare, capere* non exemplo indiget. Sic sæpe Noster. — 20 *Cognoscat ... adtendas* Codd. *attendat* vett. edd. *cognoscas ... attendas* JM. — 21 *Pompinius* P. *ponsa* vulgo. *pappipole* P Geu. *papipolæ* AJM. *pappi : pol* Gerl. *Sponsa* cj. J. *Sponsa pap·polæ* cj. M, ut fere inf. v. *Assensit*, p. 469. *Sponsa Pappi* Munk Both. Ribb. — 22 *magis curabo* M. *papæ! pol eo magis* cj. J. *pol emagis* Gerl. *pol mage curabo. Ubi* cj. Bothe 2. *pol mage curabo ut, ubi* cj. Munk, Dübner. *cognorit* AJ. *adsentiant* HP. — 25 *cognoscis* Codd. *cognosces*.

Idem Georgicorum lib. II [v. 226] :

Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.

M. Tullius in Hortensio : « Unde autem facilius, quam ex annalium monumentis, aut bellicæ res aut omnis reipublicæ disciplina cognoscitur? » Idem et de Senectute [c. 23] : « Neque vero eos [solum convenire aveo] quos ipse cognovi, sed illos etiam de quibus et audivi, et legi, et ipse conscripsi. » || *Cognoscere*, agnoscere. Virgilius in Bucolicis [4, 60] :

Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.

M. Tullius de Republica lib. I : « Cognoscere mehercule, inquit, consuetudinem istam et studium sermonis. » Varro Sesquiulixe : « Vereor ne me quoque, quum domum ab Ilio cessim revertero, præter canem cognoscat nemo. »

Competere significat quod est honorem, vel conjugium, vel quidvis aliud adversum alium petere : unde *Competitores*, ut sæpe. || *Competere*, par esse vel simile : inde et in æstimatione rerum, *Hoc illi competit*, dicimus. || *Competere*, rei cujusque meminisse, aut constanter valere. Sallustius Historiarum lib. I : « Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus aut lingua competere. »

D

Damnare, damno afficere : unde et *condemnare* dictum est. E contrario nullo damno affectum, *indemnem* probamus. || *Damnare* est exheredare. Lucilius Satyrarum lib. XI :

Cassiu' Caius hic operariu', quem Cephalonem
Dicimu' sectorem furemque, hunc Tullius, [in]quam.
Judex heredem facit, et damnati alii omnes.

|| *Damnari*, necessitate constringi. Terentius in Phormione [II, 3, 75] :

Tuus est damnatus gnatus, non tu.

JM, ut Edd. Ter. — 27 *non refugis* P Gen. *tenuis* omnes. — 28 *perspicere* Bern., Edd. ante M, prob. Guyet. — 29 *adsiduo* P. — 33 *disciplinæ* HLW. *discipline* P. *disciplina* Edd.

1 *neque vero eo ipse* Codd. *eos ipse* J. *quos ipse* J marg. M. Locus plenius citatur sup. in v. *Convenire*, p. 270. — 3 *et audivi* omnes, *et* abest p. 270, et in Edd. Cic. — 6 *cognosce* P. — 7 *studium sermonemque* vulgo. *studium sermonis* ms. Fabri, ed. 1476, ut Edd. Cic. recentt. ex cod. Vatic. *Varro*, etc. Locus est jam sup. in v. *Album*, p. 247. *sesqueulixe* Codd. *Sesquiulysse* AJ. — 8 *cossim* Codd. *cæsus* A. *cessim* JM. *venero, revenero* Codd. p. 247 ; hoc verum puto.— 11 *quidvis aliquid* Codd. *aliquod* M. *aliud* AJ. — 15 *adtonitus* HP. — 21 *Cassius Gaius* Codd., M. *Caius* Edd. aliæ. *cefalonem* Codd. *Cephalonem* Edd. — 22 *dicimus* omnes. *sextorem* H. *furiumque* vulgo. *Furiumque* M. *spuriumque* (vel *Spur.*) cj. Guyet. *furemque* cj. Scal. Passer. Corp. Gerl. *Tullius quem* omnes. *Tulliu' quidam* cj. Scal. Dous. Corp. Gerl. *T.*

P. 276-277 M.

|| *Damnare* est et morti dare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 698] :

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Attius Armorum judicio :

Major erit luctus, quum me damnatum audiet.

M. Tullius in Verrem actione prima [c. 1] : « Reus in judicium adductus est Verres, homo vita atque factis omnium jam opinione damnatus. » || *Damnare* et *Condemnare* pro liberare positum est. Titinius Veliterna :

Fortasse [im] votum fecisse, quo die liber foret :
Nunc, ejus voti condemnatus, immolabit hostiam.

Virgilius lib. XII [v. 727] :

Quem damnet labor, aut quo vergat pondere letum.

Turpilius in Leucadia :

Et amplius illanc apparere condecet,
Quandoquidem voti condemnata est.

Virgilius in Bucolicis [5, 80] :

Damnabis tu quoque votis.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Quo voto damnati, fetum omnem dicuntur ejus anni statim consecrasse. » || [*Damnare*, accusare, culpare.] Cicero Tusculanarum lib. V [c. 1] : « Rerum naturam, quam errorem nostrum, damnare malumus. »

Delicere est illicere. Titinius in Quinto :

Quod ea parasitus habeat, quis illum sciat
Delicere, et noctem facere possit de die.

Defendere, vindicare, tueri. || *Defendere*, depellere. Virgilius in Bucolicis [7, 47] :

Solstitium pecori defendite.

Ennius Achille :

Serva cives, defende hostes, quum potes defendere.

quidni cj. J. *index* vulgo. *hunc Tullius index Quem facit h.* cj. Guyet. *judex* ed. 1476, J marg., prob. Dous. Gothof. Gerl. *Inde exhæredem f.* cj. aliquis in marg. Jun. — 23 *at damnati* cj. Scal. — 24 *Damnare, necessitate* omnes.

1 *abductus* Codd. *adductus* Edd., ut Cic. *C. Verres* Edd. Cic. — 4 *fortasse votum fuisse* Codd., M libb. *notum fuisse* Edd. ante M. *votum fecisse* cj. Palmer. Sciop. *votum eum fec.* cj. Neuk. *id votum fec.* Bothe 2. — 5 *condemnatus est* vulgo. *condemnatust* Both. Ribb. *est* omitt. Sciop. Herm. Neuk. *immolarit* omnes. *immolabit* Sciop. — 7 *pond. loetum* P. — 9 *illam* omnes. *et jam plus illam apparare* ms. Palat., prob. Gebh. *etiam tus illam apparare* cj. Gul. *et ampl. i. apparare* cj. Gerl. — 13 *quod voto* vulgo. *quo voto* cj Victor. Carrio, habet M. — 14 Ultimum exemplum mihi non ad præcedentem notionem accommodatum visum est. — 16 *maluimus* Edd. ante M. — 17 Hoc sane lemma perperam divisum legitur, et forte junctum erat cum v. *Delicare*, quod sequitur, et jam sup. occurrit p. 98. *inlicere* HPMp. *Titin. lib.* v vulgo. *in lib. q.* Mp. *in Quinto* (ut est p. 98) M e conj. — 18 *qui illum* vulgo. *illam* Mp. *quibus illum* cj. Voss. *quis* Palmer. *habeat ut qui* cj. Neuk. — 20 *Defendere, vindicare, depellere. Virg. in Bucol... Defendere, tueri, depellere. Ennius...* vulgo. *Defendere, vindicare. Virg.... De-*

Delica est aperi et explana. Titinius in Quinto :

Quid istuc 'st? aut quid istic sibi vult sermo? Mater, delica.

Idem Prœlia :

Tibine comœdiam,
Quam sciam, non delicem?

Cæcilius Obolostate :

Si linguas decem
Habeam, vix habeam, sati' qui te laudem, Lache.
— Immo vero hæc ante solitus sum : [res] delicat.

Attius in Achille :

Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica.

Lucilius lib. XXX :

Nemo istum ventrem pertundet : delicet uti
Vi, atque videbis.

Delenitus, ad nostram consuetudinem, placatus. Turpilius in Demetrio :

Vide mirum ingenium ac delenificam mulierem!
Commorat hominem lacrimis.

|| *Delenitus*, delectatus. M. Tullius ad Cassium lib. I [Famil. XV, 16] : « Jam biennium est quum virtuti nuntium remisisti, delenitus illecebris voluptatis. » Lucilius lib. XXX :

Præseruit labra, delicit, [et] delenit amore.

|| *Delenitus* est mente alienatus. Plautus in Amphitryone [II, 2, 214] :

Delenitus sum profecto, ita ut me, qui sim, nesciam.

Lucilius lib. XXVIIII :

Concedat homini id quod velit, deleniat,
Corrumpat prorsum, ac nervos omnes eligat.

Titinius Prœlia :

Verum enim, dotibus deleniti, [illi] ultro etiam uxoribus
Ancillantur.

fendere, debellare (*depellere* marg.), *tueri Enn.* P. *debellare* etiam Bern. *Defend. tueri, depellere* vett. edd. — 23 *Achillæ* P. — 24 *cum potes* vulgo. *compotes* P. — 25 *vel explana* J. *et expl.* J marg. *in Quinto* Codd., M. *in* v ed. 1476. *lib.* v AJ. — 26 Jam sup. p. 98. *quid istuc istam* P. — 27 *Proelia* Codd., J. *Praelia* Edd. aliæ. *Procilia* Ribb. — 28 *tibin* Ribb. *tibi neco mediam* H. — 31 *linguas dete* Codd. *de te* vett. edd. *decem* JM. — 32 *laude* P. *ache* vulgo. *Lache* cj Passer. M. *Lachis* cj. Scal. *vix hab. rem satis qui delicem. Idem Pousimacho : immo* cj. Lips. — 33 Jam sup. p. 98, ex *Obolostote* fabula. *hæc ante* Codd., J marg. M, ut etiam p. 98. *hic ante* Edd. ante M. *res delicat* Passer. M, ut p. 98. — 34 *Attius*, etc. Jam sup. p. 98. — 35 *quare alia* HP. *qua re* JM. *alias* Mn. *inimicum* cj. Auratus (ut sit trochaicus). — 37 *delicietque* Codd. *delicetque* ed. 1476, M. *delicet* AJ. *uti via atque videbis* Codd., M. *uti atque* AJ. *deliquet uti vi, atque* cj. Corpet. *delice tute Utilia atque videbis* cj. M. — 39 *Delenitus* (ubique) Codd., M. *delinitus* AJ. *consuet. plac.* sine distinctione Edd.

2 *delenifica* omnes. *delenificam* M, et scripsit aliquis in marg. Jun. *delinificum mulierum* J. — 6 *inlecebris* H. — 7 *præseruit* vel *præservit* Codd. *præseruit, labra* JM. *labra delingit* cj. Turn. *præsternit labra delicis* J marg., et cj. Gul. *delinit* AJ. [*hinc*] *delenit* cj. Dousa. [*ac*] *del.* Gerl. — 10 *lib.* XXVIII omnes. XXVIIII Noster p. 269. — 11 *quod vult* omnes. *velit* cj. M, quod sup. in v. *Concedere*, p. 269, prob. Guyet. — 12

Degere est agere. Lucretius lib. II [v. 16] :

Degimus hoc ævi quodcumque est.

|| *Degere* est etiam minuere. Plautus in Aulularia [II, 1, 43] :

Nunc ego istum, soror, laborem degam, et deminuam tibi.

|| *Degere* est detrahere. Plautus in Epidico [I, 1, 63] :

Degetur corium de tergo meo.

Dare, exhibere. M. Tullius de Signis [c. 22] : « Cn. Pompeius est Philo, qui fuit Tyndaritanus : [is] cœnam isti dabat apud villam [in Tyndaritano]. » Terentius in Heautontimorumeno [III, 1, 46] :

Namque eii unam cœnam atque ejus comitibus
Dedi.

|| *Dare*, facere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 79] :

Tu das epulis accumbere divum.

Et lib. III [v. 77] :

Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.

|| *Da* significantiam habet manifestam. Virgilius Æneidos lib. III [v. 85] :

Da propriam, Thymbræe, domum, da mœnia fessis.

|| *Da*, dic. Virgilius in Bucolicis [1, 19] :

Sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

Etiam lib. VI [v. 65] :

Tuque, o sanctissima vates,
Præscia venturi, da, non indebita posco.

Terentius in Heautontimorumeno [Prol. 10] :

Nunc, quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.

Lucilius lib. XXX :

Si liceat facere, et jam hoc versibu' reddere quod do.

Et lib. XXVIIII :

Persuade et transi, vel da quamobrem transeas.

|| *Dare*, adscribere. M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 11] : « Ego

prorsus omnes. *ne ne vos* P. *omnis* Codd., M. *omnes* AJ. *deligat* W. *eligat* HPLM, et cj. Passer. ex v. *Eligere*, p. 301. *nervos omnes. Delinit, deligat* Edd. ante M. — 13 *proelia* Codd., J. — 14 Locus est etiam p. 71. *deliniti* P. — 17 *degitur* Edd. Lucr. *quidcumque* H. — 19 *demam* permultæ Edd. Plaut.; *degam* recte ed. Bothe. *deminuam* Codd. plerique. *diminuam* H, Edd. — 21 *deagitur* H. *degitur* vulgo. *degetur* M, prob. Meurs. (Et sic bonæ Edd. Plaut.; nam *detegetur* aliæ.) — 22 *gn. pomp.* Codd. — 23 *est filo* Codd. *est filio* P. *cum filio qui* Edd. ante M. *fuit in Tyndaritano* omnes. *fuit, in Tyndar.* M. *fuit Tyndaritanus* Edd. Cic. *apud villam in Tynd.* exhibet Noster in v. *Apud*, p. 523, ut Cic. — 24 *heautonti... menon* (solenni mendo) P. — 25 *namque iei unam* HLW. *ieiunam* P. *ei* Edd. *eii* Bentl. *unam ei* Bothe. *caenam* vulgo. *coenam* vett. edd. *cenam* J. — 29 *lib.* IIII P, vett. edd. — 30 *inmotam* HP. — 31 *manifestam, id est dic* omnes. Tria verba delere suadet M, prob. Guyet (nempe idem in seq. notione repetitur). — 35 *tytyre* Codd. — 36 *etiam in lib.* VI LW. *Et Æn. lib.* VI M. *Et lib.* VII ed. 1476. *Et lib.* VI AJ. — 40 *num quam ob rem* LW. *nunquam obrem* P. *nunc quamobrem* Edd. *partis* vulgo. *partes* AJ. *didicer in paucis* P.

2 *etiam hoc* vulgo. *et jam boc* var. lect. ap. Dousa. *atque hoc* J marg. Dousa. — 3 *et lib.* XXVIII omnes. — 5 *adscribere* HPAJ.

etiam, quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum. » || *Dare*, ostendere. Lucilius lib. XXVI :

Animo qui ægrotat, videmus corpore hunc signum dare.

|| *Dare*, vendere. Lucilius lib. V :

Sicuti, quum primus ficos propola recentes
Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos.

Deponere est ponere. Virgilius in Bucolicis [3, 32] :

De grege non ausim quidquam deponere tecum.

M. Tullius [de Offic. c. 1] : « Existimavi honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. » || *Deponere* est commendare. Attius in Erigona :

Hospitem depositam interimes!

Afranius Epistola :

Amarè habere puerum depositum foris.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 25] : « Ergo et promissa non facienda nonnunquam, neque semper deposita reddenda. » || *Deponere* est alienare. Plautus in Aulularia [III, 6, 29] :

Ut me deponat vino, eam affectat viam.

|| *Deponi* est desperare : unde et *depositi* desperati dicuntur. Lucilius Satyrarum lib. III :

Symmachu' præterea, jam tum depostu' bubulcus
Exspirans animam pulmonibus æger agebat.

Virgilius lib. XII [v. 395] :

Ille ut depositi proferret fata parentis.

Attius in Tereo :

Tereus, indomito more atque animo barbaro,
Conspexit in eam; [et] amore vecors flammeo,
Depositus, facinus pessimum ex dementia
Confingit.

Idem in Alphesibœa :

Etsi est in malis meus
Depositus animus, quæ scibo, exinde audies.

ascribere M Gerl. *divinationem* Codd. *divinatione* Edd. — 7 *Dare, ostendere*, etc. Hæc in Codd. infra leguntur (p. 281 M); uno autem lemmate exhibent Edd. ante M. — 8 *animoque* vulgo. *animo qui* ms. ap. Passer., cj. Gul., habet M. *vidimus* vulgo. *videmus* cj. Gul. M. — 9 *Dare, petere* omnes. *Dare, vendere* cj. aliquis in marg. Junii; quod ipse jamdiu scripseram. — 10 *propala* Turn. J. *propolam* vett. edd. *propola* etiam Bad. Scal. *recentis* vulgo. *recenteis* AJ. Locus est jam sup. p. 134. — 11 *pirotulit* LW. *recenti spirotulit* Bern. *protulit* Edd., ut p. 154. — 13 *qui quam* H. *quiquam* P. — 14 *honestissimas* Codd., vett. edd. *honestissime* JM, ut Edd. Cic. — 15 *nisi me* Codd. *ubi me* Edd. ante M. *si me* J marg. M, ut Cic. *retulissent* Codd. *retulissem* Edd., ut Cic. — 17 *deposita* HVWAJM. *depositam* LP Gen., et cj. M. *hospitam depositam* cj. Costa. — 18 *epistula* HP. — 19 *amare, habere* AJM Gerl. Ribb. *amare hab.* ed. 1476, Neuk. — 21 *depositam reddenda* P. *Deponere alienare* P. — 24 *Deponere est desperare* omnes. — 26 *jam nunc* cj. Palmer. *depositus* vulgo. *depostus* ms. Fabri, Palm. M. *depostu'* Passerat. — 27 *exhalans* omnes. *exspirans* sup. p. 38, v. *Exspirare*, ut monet Passer. — 32

M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 2] : « Itaque mihi videor, judices, magnam, et maxime ægram, et prope depositam reipublicæ partem suscepisse. » Cæcilius in Obolostate :

Depositus modo sum anima, vita sepultu' sum.

Destitui est desolari. || *Destitui* rursum statui. Nævius in Gymnastico :

In alto navem destitui anchoris jubet.

Cæcilius in Symbolo :

Destituit omnes servos ad mensam ante se.

Dedicare est dicare. M. Tullius..... || [*Dedicare*, dicere.] Attius in Alphesibœa :

At vereor, quum te Alcmæonis esse fratrem factis dedicas.

Cœlius in Annalium lib. I : « Legati, quo missi sunt, veniunt : dedicant mandata. »

Dicere, constituere. Terentius in Andria [I, 1, 75] :

Placuit ; despondi : hic nuptiis dictu' st dies.

|| *Dicere*, denuntiare. Lucilius lib. XXVIIII :

Minitari aperte, capitis dicturum diem.

Terentius in Andria [I, 1, 34] :

Sed dico tibi,
Ne temere facias.

|| *Dicere* est indicare. Virgilius in Bucolicis [3, 1] :

Dic mihi, Damœta, cujum pecus?

|| *Dicere*, dicare. Virgilius lib. VI [v. 138] :

Junoni infernæ dictus sacer.

|| *Dicere*, destinare. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 10] : « Et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset. » || *Dicere* etiam promittere. Pomponius in Pistoribus :

Nummos certos dicas. — Dico quinquaginta milia.

in eam amore vulgo. *flammeus depos.* Codd. *flammeus et dep.* AJ. *flammeo, dep.* J marg. *flammeo, et Dep.* M, prob. Voss. — 36 *in malis depositus animus meus* omnes. *meus* deleri vult Bothe, delet Ribb. — 37 *quæ scribo* ed. 1476. *scribi* AJ. *audiet* vulgo. *audies* M, prob. Voss. Ribb. — 38 *acctione* P. *actione* I J. — 40 *obolo istate* P. *obolo ista te* A. *Oboloistate* Gerl. *Obolostate* JM.

1 *navem jubet destit. anc.* omnes. *nav. jube tu d.* Ribb. *in alto dest. anc. nav. jube* Bothe. Equidem institutum a Guyeto ordinem inveneram. — 2 *in* omitt. AJM. — 3 *omnes* Codd. et Edd. — 4 *Delicare* cj. Lindem. improb. O. Müller. *M. Tullius accius in* Codd. *dicare. Accius* (omisso *M. Tullius*) vett. edd. *Ded. est dicere. Accius* JM. — 6 *advereor* omnes, prob. Freund. *ad vereor* Gerl. *at vereor* cj. J, prob. Scriver. Both. Ribb. *cum te esse Alc. fr.* omnes. *almeonis* Codd. *Alcmæonis* JM. *Alcumæonis* Ribb. *te frat. Alcmæonis esse* Bothe 2. *factis* temere rejicit Guyet. *dedicat* omnes. *dedicas* cj. Bothe 2, prob. Freund. — 7 *Cæcilius* omnes. *in* omitt. Edd. *Cœlius* M. — 8 *dedica mandata* P. — 10 *despondit* vulgo. *despondi* M, ut Ter. *hunc* HPW. *hinc* L. *hic* AJM, ut Ter. *dictus est* vulgo. *doctus est* P. — 11 *lib.* XXVIII omnes. — 16 *d. est judicare* Edd. ante M. — 20 *Dicere defunare* P. — 22 *Pompinius* P *Pis-*

Sallustius Historiarum lib. III : « Eodem anno in Macedonia Caius Curio, principio veris, cum omni exercitu profectus in Dardaniam, quibus [modis] potuit, pecunias Appio dictas coegit. » Afranius in Vopisco :

Igitur quiesce ; et quoniam inter nos nuptiæ
Sunt dictæ, parcas istis verbis, si placet.

Idem Fratriis :

Dat rustico nescio cui, vicino suo,
Perpauperi, cui dicat dotis paululum.

Pacuvius in Hermiona :

Prius data est quam tibi dari dicta, aut quam reditum est Pergamo.

Varro Mysteriis : « In id virgo, dos a femina ut auferatur. Quæ mihi posteaquam ad concordiam dicta est. » || *Dicere*, dare. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 20] : « Commode autem, quicumque dixit pecuniam. »

DIGNARI dicitur dignum aliquem deputare. Virgilius lib. X [v. 732]:

Atque idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere.

|| *Dignatus* rursum significat qui ab alio habetur dignus. Virgilius lib. III [v. 475] :

Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo.

Attius in Neoptolemo :

Sed quem mihi jungent? Cui, quæ cum illo fuerim, dignabor dari?

Idem in Atreo :

Egone Argivum imperium attingam? Pelopis aut digner domo?
Quo me ostendam? quod templum adeam? quem ore funesto alloquar?

M. Tullius in Oratore [c. 19] : « Quanquam enim omnis locutio

toribus vulgo. *Pictoribus* M. — 24 *milia* Codd. — 25 *lib.* III PW Gen. *lib.* II L, Edd. *Gaius* Codd., M. — 27 *modis* ms. ap. Carrion., Gerl. *pecunias appia dictas* PL Gen. *appia* omitt. W, Edd. *Appio* cj. Roth; in quod ipse incideram. — 29 *quiescet quoniam* Codd. pleriq. *quiesce q.* Mp. *quiesce et* cj. Lips., prob. Passer., recep. M Neuk. Ribb. — 30 *pareas* AJ; emendant Lips. Passer. — 31 *fratris* Codd. *Fratriis* Lips. M. — 32 *da* Codd. *darustico* P. *de rustico* Edd. ante M. *dat* M. *det* cj. Lips. — 36 *in id virgo* vulgo. *inid* P. *init* ms. ap. Barth., cj. Bad. Œhler. *in id jurgo* cj. Popma. *initur virgo* vel *ergo* cj. Barth. *illud urgeo, dos a fem.* Vahlen Riese. *a femina, ut* M. — 37 *ad concordia* P. *M. Tullius*, etc. Graviter erravit quicumque hunc locum exscripsit, Cicerone non intellecto, qui solennem sensum verbo *dicere* attribuit.

1 *Dignari*, etc. Magna in hoc lemmate perturbatio. *Dignatus* participium est p. 281 (M) cum exemplis verbi *Dignor*; contra *Dignari* est p. 286, subjectis tantum exemplis participii. Vocem uno tenore exhibent Edd., omisso semel Virgilii versu : *Conjugio*, etc. Ceterum duplex est verbi significatio, activa et passiva. — 2 *Atque idem*, etc. Hoc apud M est p. 286. — 6 *Conjugio Anchisa*, etc. Quod bis in Codd. (scil. p. 281 et 286 M). — 8 *jungent tuique tu illo fuerint* Codd., M. *cumque tui voluerint* cj. Gerl. *cuive, quum illo fuerim* scriptum in marg. Jun. *cui, quæ cum illo fuerim, dign.* cj. M, prob. Guyet. *digna bona tibi. Idem* P. — 10 *Argivûm* AJ Bothe. *adtingnm* HP. *nut Pelopis* omnes. *Pelopia* cj. Voss., prob. Both. 2, Ribb. *nut Pelopis me* cj. etiam Voss. *Pelopis aut* cj. Passer. Guyet. — 11 *quo me* vulgo. *quoi me* cj. Lips., prob. Passer. *quæ more fun* Codd. *quæ mone* P. *quo more* AJ. *quem ore* VM, ms. Fabri, et cj. Lips. *funeste* H. *colloquar*

oratio est, [tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine est. » Idem de Oratore, lib. III, c. 7 : « Res complures dissimiles inter se,] quæ tamen consimili laude dignentur. »

Dominus dicitur cui servitur. Virgilius Æneidos lib. I [v. 282] :

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

|| *Dominus* rursum appellatur convivii exhibitor : unde et *dominia*, convivia. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Qui te bonu' Juppiter, inquit
Crasso Muciu', quum cœnabat, dominum fortem.

Idem lib. XIII :

.... primum dominia atque sodalitia omnia
Tollantur.

Turpilius Philopatro :

Forte eo die
Meretrices ad me delenitæ ut Atticæ
Convenerant, condixerantque cœnam apud
Me Thais, Erotium, atque Antiphila, Pythias,
Ego extra cubui domina.

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Dominum convivii, vinum aliudve quid mihi laudato. » Sallustius Historiarum lib. III : « Alter scriba Mæcenas in imo; medius inter Tarquinium et dominum Perpenna. » M. Tullius in Verrem Frumentaria [c. 4] : « Hujus argento dominia vestra, [hujus signis et tabulis forum comitiumque ornari]. » Varro in Endymionibus : « Discumbimus murrhati : tum dominus mature ovo cœnam committit. » || *Domini* etiam mulierum amatores. ..... || *Dominus*, maritus. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 213] :

Connubia nostra
Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.

vel *conloquar* omoes. *alloquar* cj. M, prob. Guyet Bothe; quod ipse videram. — 13 Post *oratio est*, plura desunt : lacunam explet doctissimus et diligentissimus M. — 15 *qua tamen* P. *dignantur* omoes. *dignentur* Edd. Cic. — 18 *et domini ad convivia* P. *et domini dominia. Lucil.* A. — 19 *lib.* VII J marg. — 20 *inquit, Crasso Mucium cum* vulgo. *cum canebat* P. *Jupiter, inquit, Crasso* M. *inquit Crassi, sic apud Mutium* cj. J. *te bone Jupiter, inquit, mutivit, qui cœnabit, dominum fore Crasso?* cj. Scal. *Crasso Mutiu' quum cœnas dominus foris* Dousa. *Mucius censebat dominum fore* cj. M. *Muc. cum cœnat dominus fuerit jam* cj. Gerl. *quum cœnot, dominum [fore] fortem* suspicor. — 22 *lib.* XXX J marg. — 23 *primum domini atque* P. *tollantur* Codd., M. *tolluntur* A, cj. Turn. Lips. Dousa. — 27 *meritricis* vulgo. *meretrices* J marg. *delenitote* Codd., M. *de levitate* Edd. ante M, et Steph. *delenificæ* J marg., cj. Lips. Guyet. *delicatæ, ut Atticæ* cj. Bothe 2. *Atticæ ut convenerat quo dixerant quæ* Gerl. *attice ut convenerat quod dixerant que* P. *Atticæ conv. condixerantque* J marg. *Atticæ ut conv. condixerantque* M. *cum venerot, quidam dixerat quæ cœnam* Edd. ante M. — 29 *Tais* Codd. *apud metais* P. *Thais, atque Erotium, Antiphila* vulgo. *atque* delet Bothe, ut metro succurrat. — 30 *dextra accubui* cj. Lips. — 31 *convivi vinum* (expuncto *vin*, ut sit *convivium*) P. — 32 *quid mi* vel *mi* omues. *quidni* cj. Gifan. Popma. — 33 *alteri scribam et cœnas* vel *cenas* PL Gen., Edd. ante M. *alter scribam et cenas* HWJ marg. *alter scriba Mæcenas* cj. Leop. (ex Serv. ad Æn. I, 698), itemque Nic. Loens. Lips. Passer., recep. M. *in imo medius* JM Gerl. *Mæcenas in imo; medius* Lips. *Tarquinium* omoes, etiam Serv. l. cit. *Tarquitium* cj. Ciaccon., prob. Gerl. — 34 *Perpenna* vulgo. *Perpennam* cj.

DELIBERARE est dubitare. Terentius in Phormione [II, 4, 17] :

Ego amplius deliberandum censeo.

|| *Deliberatum*, complacitum vel definitum. Turpilius in Philopatro :

Certum ac deliberatum est me illis obsequi.

DISCRIMEN est periculum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 204] :

Per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.

|| *Discrimen* rursum divisio, separatio, a discernendo : unde et *discerniculum* dicitur acus quæ capillos a media fronte disseparat. Cicero de Finibus bonorum et malorum [lib. II, c. 14 : « Quam quidem certationem] homo et acutus et diligens, Chrysippus non contemnit, totumque discrimen summi boni in eadem rerum comparatione positum putat. » Sallustius Historiarum lib. I : « Sertorius, portis turbam morantibus, et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora ad medium evasit, [et] deinsuper adstantium manibus in murum attollitur. » Virgilius Æneidos lib. I [v. 574] :

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.

M. Tullius in Philippicis [XII, c. 9] : « Etruriam discriminat Cassia. » Lucilius lib. XXVIIII :

Et amabat omnes; nam ut discrimen non facit,
Neque signat lineâ albâ.

|| *Discrimen*, certamen. Virgilius lib. V [v. 154] :

Post hos æquo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

Loensis. *frumentaria : adria argento dominos vestroe* Codd., J. *adria* omitt. AM. *ornari argento dominia vestra* cj. Zumpt. Mutilus locus : equidem exscripsi quæ ex Cic. suppleverunt Cujac. Lips.

2 *disc. mussati* omnes. (Jam in v. *Committere*, p. 249 : ubi vide.) — 3 *dominus mandarenam comm.* LW. *mandare nam* HP. *dom. matura ova ad cœnam comm.* JM. *moturo ovo cœnam com.* cj. Scal. Lips., prob. M Guyet; sic enim Noster p. 349, nisi quod ibi *ad cœnam* legitur. — 6 *reppulit* omnes. *Æneam* Codd., M. *Ænean* AJ (et M in Emendandis). — 9 *complacitum* HP Bern. Gen., et cj. M. *complecitum* VWM. *expletum, defunctum vel defin.* AJ. — 10 Quod iterum p. 429. — 11 *Discrimen, divisio, separatio. Cic.* omnes. Sed mox eadem recurrit expositio : quam primo loco delevi. — 12 *per quot* Codd. *quod* P. *tot* Edd., ut p. 410. — 15 *discerniculum* pro lemmate est p. 35. *capillos a medio* HLW. *a media* P, Edd. — 17 *et aetus* HP. *et acutus* vulgo. *non contemnit* H et Edd. *contempnit* PLW. — 18 *in eam rem rerum comparatione* Codd. *in ea rerum* Bern. *in eadem* JM. *in eam rer. comparationem* vett. edd. *rerum* omitt. Edd. Cic. — 19 *Sert. fortis turbam* HVLW. *fortis turba* P, Edd. ante M. *Parthis turbæ* cj. J. *portis turbam* M e conj., ut Noster v. *Deinsuper*, p. 530. — 20 *at imperii* P. *ad medium* omnes. *mœnium* cj. Guyet. *quasi* vulgo. *ad m. quesi* (suprascr. *a*) P. *ad m. evasit* M e conj., ut Noster p. 530. — 21 *deinsuper adstantium* P, vett. edd. *deinsuper instont* J. *dein super adst.* Gerl. *dein superastantium* M. *deinsuper stantium* Codd. p. 530. *adtollitur* HP. — 24 *tyriosque* P. *discr. habetur* Codd., M. *agetur* Edd. ante M, prob. M, ut est ap. Virg. *habetor* cj. Guyet. — 25 *Phil. lib.* XII vulgo. II AJ. *Cassius* Codd., vett. edd. *Cassia* J marg. M, ut Cic. — 27 *nam ut discr.* etiam inf. p. 405. *nam* omitt. AJ Turn. Dousa. *omnes, at discr.* Gen. — 30 *Post hos equo* HLW. *post hoc eo quod discr.* P. *pistris* H. *pistrix* PLWJ marg. *pristis* M. (Et inf. v. *Tendere*, p. 411, *pistrix* et *pristis*.) *pistris* Edd. ante M. — 32 *Ducere, consuetudine quam* etc. Lemmatis initium vulgo est : *Duci, delectari.* Sed primus sensus

Ducere, consuetudine quam significantiam habeat, claret; sicut Virgilius Æneidos lib. XI [v. 85] :

Ducitur infelix ævo confectus Acœtes.

Et multa talia. || *Duci*, delectari vel avocari. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 15] : « Dantque se ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur. » || *Ducere*, pati. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 560] :

Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?

|| *Ducere*, nudare, excrere. Virgilius Æneidos lib. XII [v. 377] :

Ille tamen clypeo objecto conversus in hostem
Ibat, et auxilium ducto mucrone petebat.

|| *Ducere*, excitare. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura Siciliensi, c. 58] : « Quod si quem statuæ magnopere delectant, si quis earum honore aut gloria ducitur. » || *Ducere*, illicere, inducere. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 6] : « Postremo pretio aut mercede ducuntur. » Et de Senectute [c. 8] : « Sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur. » || *Ducere*, struere, erigere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 423] :

Pars ducere muros,
Molirique arcem.

|| *Ducere*, existimare, judicare. Varro Sexagessi : « Avidus judex reum ducebat esse κοινὸν Ἑρμῆν. » Virgilius lib. X [v. 668] :

Tanton' me crimine dignum
Duxisti?

M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 20] : « Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant. » Lucilius lib. XXX :

Non datur, admittit nemo, nec vivere ducunt.

|| [*Ducere*, agere, transigere. Lucilius lib. XXVI :

Qui sex menses vitam ducunt,] Orco spondent septimum.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 25] : « A quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus. » || *Ducere*, volvere, pertractare. Virgilius lib. VI [v. 690] :

Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.

videtur qui expositione non eget, ordinem formula ipsa iodicante. — 33 *lib.* XII vulgo. *lib.* XI M. — 34 *nceles* LW. *aquiaetes* P. *Alethes* vett. edd. *Aletes* HJ. *Acoetes* M.

1 *advocari* AJ. *avocari* J marg. — 3 *dicuntur* P. — 8 *auxillium* P. — 10 *magno opere* Codd. *magnopere* Edd. *et si quis* Edd. Cic. — 11 *inlicere* P. — 12 *aut postremo mercede ne pretia* Edd. Cic. — 13 *adulescentes* Codd., M. — 19 *esse cœnon hermen* Codd. *coeno hermen* P. κοινὸν Ἑρμῆν J marg., prob. Guyet. κοινὸν *Hermen* M. *esse communem hoc modo* Edd. ante M. — 20 *tantome crim.* P. *tanto me* Bern. — 22 *in Divinat.* Codd., M. *in* omitt. AJ. — 25 *ducunt.* [*Idem*] *lib.* XXVI *: Qui sex m. v. d.* supplet Passer., addidit M, quum plenus Lucilii versus sit p. 326. Locum item sanavit

Lucilius lib. XXVIII :

Age nunc, summam sumptus duc, atque adde alieni æris simul.

|| *Ducere*, fabricare. Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Nihil sunt Musæ Polyclis vestræ, quas ærificio duxit. » || *Ducere*, trahere, differre. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur. » Idem de Officiis lib. III [c. 20] : « Apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere. » || *Ducere* proprium pro temporibus servare. Virgilius in Bucolicis [9, 48] :

Astrum quo segetes gauderent frugibus, et quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.

|| *Ducere*, demittere, descendere. Plautus in Aulularia [IV, 8, 8] :

Ubi ille abit, ego me duco deorsum de arbore.

|| *Ducere*, gerere. Virgilius lib. VIII [v. 55] :

Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.

Differre est spatium temporis dare. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 569] :

Distulit in seram commissa piacula mortem.

|| *Differre*, diffamare, divulgare. Lucilius lib. XXX :

Gaudes quum de me ista foris sermonibu' differs.

Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Si modo civili concordia exsequi rationem paret, rumores famam differant licebit, nosque carpant. » Lucilius lib. XXX :

Et maledicendo in multis sermonibu' differs.

Plautus in Aulularia [II, 2, 31] :

Nisi reddi
Mihi vasa jubes, pipulo te [hic] differam ante ædes.

Schott. p. 7. Mutatum autem verbi *ducere* sensum nemo notat. — 27 *orpo spondent* Codd. *Orco* Edd. — 28 *quattuor* Codd. — 32 *futurum lib.* (omisso v. *Lucilius*) P. *lib.* XXVIIII omoes. *lib.* XXVIII scripsit aliquis in marg. Jun. (qui ex vet. cod. solet). — 33 *sumptus ducatque æri simut atieni* HPAJ. *duc atque æri* Gerl. *duc, atque æris* J marg. M. *ducat sui æris simul atque* cj. Grut. Gronov. *simul adde atieni* J marg. *atque adde alieni æris simul* cj. Luc. Müller. *ducat* tuetur Vahlen. — 34 *gnoti seauton* Codd. *notise auton* P. Locus est jam p. 69, v. *Ærificium* : ubi vid. conjecturas. *poticis vestræ quas ærifice duxti* vulgo. *pollice vestro* cj. Guyet. *erifice* P. *erifice duxque* ed. 1476. — 36 *nec res* Codd. M. *ne* AJ, et Lips. Guyet.

1 *Antianus* vulgo. *Antæanus* cj. Lips., improb. M. — 2 *apud P. R. crim.* Codd., M. *apud prætorem* vett. edd. *balbum* vel *Balbum illum* omnes. *bellum* M, ex Cic. *propriè* J. — 5 *segetis* Codd., M. *segetes* Edd. aliæ. — 6 *duceret et apr.* P. — 7 *dimittere* vulgo. *demittere* J. — 8 *abit* vulgo. *abiit* A. *duco serium* Codd., A. *d. deorsum de* JM. *deorsum duco de* Bentin., Edd. Plaut. — 10 *adsidue* P. — 11 *lib.* VII PJ. *septimo* A. — 14 *mortem diffamare* (omisso *differre*) P. *mortem. Diffamare* Gerl. *Differre, diffam.* Edd. — 15 *ista feris* cj. Merula. — 17 *exequi* HP. *rumores* omnes. *rumore* vel *rumoribus* fortasse. *nos quæ* P. *nosquae* Gerl. *nosque* HJM. *nos quoque* vett. edd. — 19 *et maledicendo*, etc. Hoc exemplum, et proximus Plauti locus, vulgo ad sequentem notionem referuntur. Utrumque Lucilii versum in unum sensum conspirare, jam viderat Merula. *maled. in multis* Codd., M. *in* omitt. Edd. aliæ. — 21 *nisi redde* Codd. *reddi* Edd., ut sup. p. 152, et Plaut. — 22 *juves* Codd., P marg. *vives* P, ed. 1476. *jubes* AJM, et p. 152. *hic* sup. p. 152, et Plaut. *ædis*

|| *Differre*, dividere vel scindere. Virgilius Georgicon lib. III [v. 197] :

Scythiæque hiemes atque arida differt
Nubila.

Terentius in Adelphis [III, 4, 40] :

Miseram me! differor doloribus.

Virgilius lib. VIII [v. 642] :

Haud procul inde, citæ Mettum in diversa quadrigæ
Distulerant.

|| *Differre*, in ordinem ponere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 144] :

Ille etiam seras in versum distulit ulmos.

|| *Differre*, distare. M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 19] : « Ac vide quid differat inter meam opinionem ac tuam. » Lucilius lib. XXVII :

Tamen aut verruca, aut cicatrix, nævus, papulæ differunt.

M. Tullius in Hortensio : « Quantum inter se homines studentes, moribus, omni vitæ ratione differant. »

Durum, solidum. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 366] :

Sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus.

|| *Durum*, nocens. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 246] :

Aut durum, tineæ, genus.

Lucilius lib. XXX :

Et sævo ac duro in bello multo optimus hostis.

|| *Durum*, patiens et perseverans. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 170] :

Scipiadas duros bello.

Et Æneidos lib. I [v. 207] :

Durate, et vosmet rebus servate secundis.

Terentius in Adelphis [V, 2, 15] :

Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.

|| *Durum*, immite. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 258] :

Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor ?

vulgo. *ædeis* AJ. — 23 *lib.* IIII vulgo. III M. — 24 *schytiaque* Codd. *hiemis* Codd. *hiemis* (suprascr. *e*) P. *hyemes* AJM. — 28 *lib.* VII Codd. — 29 *aut procul* Codd. *haud* Edd. *metum* P. *mettum* Codd. pleriq. *Metium* Edd. — 37 *tamen aliti verruca aut* vulgo. *aliti, verruca* M. *aditi* HP. *alii verrucæ* cj. Palm. *alicis* vel *halicis verr.* cj. Scal. *tamen aut verr.* cj. M. *medius papule* II Gerl. *medius papulæ* vett. edd., M. *popule* P. *papillæ* J. *medii papillæ* cj. Scal. *nævusve vel papulæ* cj. Palmer. *nævus vel* Gerl. *nævus, papulæ* cj. M, prob. Vahlen. — 38 *studiis, moribus* scripsit aliquis in marg. Junii; quod non contemnendum.

4 *durus, nocens* omnes. — 5 *dirum* Edd. Virg. *tiniæ* omnes. — 7 *ut duro* Codd., M. *et duro* Edd. ante M. *ac duro* cj. Dousa, ut Noster, v. *Sævum*, p. 388. — 14 *hic qui vult durare* Codd. *hic quidem d.* Edd., ut

Terentius in Heautontimorumeno [I, 2, 30] :

Et quod illum insimulat durum, id non est.

Decernere est constituere, definire. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 23] : « Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio quam decertandi fortitudo. » Virgilius [Æneidos] lib. IIII [v. 475] :

Decrevitque mori.

Terentius in Andria [I, 3, 14] :

Quicquid peperisset, decreverunt tollere.

Plautus in Asinaria [I, 1, 58] :

Eos me decretum est persequi mores patris.

Varro in Eumenidibus : « Forenses decernunt, [ut] Existimatio nomen meum in sanorum numerum referat. » || *Decernere* est dicere. Plautus in Amphitryone :

Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitryo, decernere.

|| *Decernere*, certare. Virgilius Æneidos lib. XI [v. 218] :

Ipsum armis ipsumque jubent decernere ferro.

Idem Georgicon lib. III [v. 218] :

Cornibus inter se subigit decernere amantes.

M. Tullius Philippicarum III [c. 13 : « Nisi servire malumus] quam, ne serviamus, animis armisque decernere. »

Demissum, abjectum. Cicero de Officiis lib. III [c. 32] : « Perspicuum enim est ea quæ timido animo, humili, demisso [fractoque fiant]. » ..... « Unus accipit, affert demissum, humile, miserandum, abjectum. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 320] :

Dejecit vultum, et demissa voce locuta est.

Lucilius lib. XXVII :

Re in secunda tollere animos, in mala demittere.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 8] : « Non est ausus elate et ample

Ter. — 15 *inmite* H. *lib.* II AJ. — 16 *qui dium venis* P. *juvenis, durum* (pro *magnum*) M, errore typothetæ. — 18 *in heaut.... menon* P. — 19 *insimulato* Codd. *insimulot* Edd. — 20 *difinire* P. — 21 *explendo quidem* Codd. *oratio* Codd. *oratio q. decertandi* omitt. P. *expetendo quidem ... ratio* Edd., ut Cic. — 22 *Virg. lib.* Codd. *in lib.* M. *Æn. lib.* AJ. — 28 *decernunt existim. nomen eum* Codd. *ut exist.* J. *nomen meum* J marg. M. *ut exist. nomen meum* Noster, in v. *Referre*, p. 381. — 29 *in sanorum* vulgo, et sic Riese. *insanorum* Edd. ante J. *in insan.* cj. Popm. Gerl. Œhler. *refert* vulgo. *referat* J, ut Noster p. 381. *Decernere ut est dicere* Codd. pleriq., M. *Decern. ut dicere* P. *d. est dicere* Edd. ante M. — 31 *qui neque has* HP. *nequehos* W. *qui nequeas* Edd. *qui nequeo vostrorum* cj. Acidal. Gul. — 35 *omantis* vulgo. *amanteis* AJ. — 36 *Philip. lib.* III vulgo. *lib.* IIII P. — 37 *ne servioni* omnes. — 38 *Dimissum* Codd. *Demissum* Edd. *lib.* IIII P. Magna in hoc lemmate perturbatio : errant qui ubique scribunt seu *dimittere*, seu *demittere*. Quæ dividere operæ pretium fuit.

1 *eo quæ* omnes. *eo* omitt. Edd. Cic. — 2 *dimisso* vel *demisso unus accipit, affert* vulgo. *unos a. adfert* P. Signum defectus ante v. *unus* apponit M. *froctoque fiant* cj. Bentin. J marg. *aufert* J marg. *Demissum, humile, mis.* etc., vulgo pro nova interpretatione habent; partem vero deperditi exempli esse cj. M. — 4 *demissa* vulgo. *dimissa* P. — 6 *et in malo* omnes; retinet Gerl., metrorum incuriosus. *et* deleri vult Guyet. *et* ipse deleveram, quum vidi Luc. Müller. idem suadere. *dimittere* vulgo.

loqui, [quum] humiliter demisseque sentiret. » || *Demittere*, desuper mittere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 262] :

Demissum lapsi per funem.

Sallustius Historiarum lib. II : « Demissum Victoriæ simulacrum cum machinato strepitu coronam capiti imponebat. » Varro in Meleagris : « Quum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat ad talos. » || *Demittere*, edere. Virgilius Georgicon lib. III [v. 35] :

Demissæque ab Jove gentis
Nomina.

|| Dimittere est derelinquere. M. Tullius ad Cæsarem lib. III : « Quem si videres non de exercitu retinendo queri, sed [de] eo tradito, aut dimisso. » || *Dimittere*, mittere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 576] :

Equidem per littora certos
Dimittam.

|| *Dimittere*, permittere, in potestatem dare. M. Tullius de Republica lib. I [c. 40] : « Tum annui consules, tum dimissi populo fasces. »

Discere est ignotam rem meditando assequi. Lucilius lib. VIIII :

Disce, labora, ne res te ac ratio ipsa refellat.

Virgilius lib. XII [v. 434] :

Disce, puer, virtutem ex me.

|| *Discere*, tentare. Virgilius lib. V [v. 222] :

Et fractis discentem currere remis.

Defunctum dicimus consuetudine mortuum. Virgilius lib. VI [v. 306] :

Defunctaque corpora vita.

|| *Defuncti*, liberati. Virgilius lib. VI [v. 83] :

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

demittere optime Mp. — 8 *dimisseque* Codd., J. *sentire* omnes. *quum hum. dem. sentiret* Cic. Post *sentiret*, vulgo sequitur : *Dimittere, permittere*, etc.; quæ ad sequens lemma rejeci. *Dimittere, desuper mittere* Codd. *Demittere* JM. — 10 *dimissum lapsi* Codd. *demissum* JM. — 11 *lib.* III vulgo. II M, ut sup. v. *Transenna*, p. 180; et sic Gerl. Sallust. *cum machinis strepitu dimissum Vict. sim. coronam* vulgo. Alio ordine Macrob. Serv. et Noster p. 180 : ubi vide. *machinato* J marg. M, ut locis laudatis. *dimissum* (suprascr. *e*) P. — 12 *imponebant* vulgo. *imponebat* J. — 13 *dimissam* omnes. *demissam* cj. Passer. Popma. *habeat atialos* P. *atalos* P marg. *attalos* H. — 14 *Dimittere, dare* omnes. — 15 *dimissaque* Codd. *demissæque* AJM, ut Virg. — 17 *Dimitt. est derel.* Quod exemplum supra erat, ut monui. — 18 *quæ sibi videres* vulgo. *quæ si* Edd. ante M. *si* prob. Guyet. *retinendo tueri* omnes (*cueri* fuisse credo). *ret. timere* cj. Walch. ad Liv. — 19 *aut dimisso* omnes. — 21 *et quidem per* P. — 24 *dimissi* omnes. — 26 Ante hoc lemma, legitur in Codd. pars lemmatis *Dignatus*, quam in unum corpus Edd. redigunt (cf. sup. p. 281). *adsequi* HP. — 27 *discere labora* omnes. *labora. Discere* (sq. vs.) Dous. Corp. Gerl. *Disce, labora* dudum scripseram, quum vidi Guyetum idem sensisse. *ne res te ipsa* Codd., prob. Guyet. *ne te res ipsa* Dous. Corp. Gerl.

DISTRAHERE est vendere. Lucilius lib. XXVIIII :

Dividant, differant, dissipent, distrahant.

|| *Distrahere,* separare. Terentius in Phormione [I, 4, 24] :

Quod si eo meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut distrahar.

M. Tullius in Philippicis, II [c. 10] : « Quid [ego illum ab eo distrahere conarer ? » Idem de Officiis lib. III, c. 3 : « Qui] primum hæc, natura cohærentia, opinione distraxissent. » Varro de Vita populi Romani lib. II : « Distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis, atque ægrotare incipit et consenescit. » || *Distrahere,* dividere, diffindere. Virgilius lib. VII [v. 767] :

Turbatis distractus equis.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Mettum Fufetium propter perfidiam interemit, pæne imperiosius quam [in]humanius; nam equis ad curriculum ex utraque parte deligatum distraxit. »

DICARE dictum est constituere, consecrare. Virgilius lib. V [v. 60] :

Urbe velint posita templis sibi ferre dicatis.

|| *Dicare,* tradere. M. Tullius in Epistola ad Cæsarem lib. I : « Balbum quanti faciam, quamque ei me totum dicaverim, ex ipso scies. » Lucilius lib. XXX :

Juratam se uni, cui sit data deque dicata.

|| *Dicare,* indicare, nuntiare. Lucilius lib. XXX :

Sicubi ad aures
Fama tuam pugnam clarans alata dicassit.

DETRAHERE dicitur derogare. M. Tullius de Signis [c. 24] : « Et, si quæritis, ut ipse de me detraham, illos ego accusatores puto [fuisse]. » || *Detrahere,* tollere. Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 72] :

Assido : accurrunt servi, soccos detrahunt.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 513] :

Observans nido implumes detraxit.

M. Tullius in Verrem Frumentaria [c. 70] : « Postremo, si cui

2 *templare* Codd. *tentare* Edd. — 12 *fanium* Codd. — 13 *in Phil. lib.* II omnes. Lacunam explevit M. *qui priaum hæc,* etc. Iterum Noster, v. *Optaio,* p. 356. — 15 *de vita pr* (superducta linea) vel *P. R.* Codd. *de vita patrum* ed. 1476. *lib.* II Codd., M. *lib.* I AJ, et sic leg. Victor. Gifan. — 17 *egrotare* Gerl. *consenescere* ms. Fabri, vett. edd., Victor. Gifan. — 18 *dividere, diffundere* omnes. *diffindere* cj. Passerat.; quod ipse scripseram. — 19 *distractis* P. — 20 *Mettum* Codd., etiam Mp. *Metum* Edd. ante M. *Metium* Bern. M. — 21 *poene* Codd. *penè* Edd. ante M. *pæne* M. *quam humanius* omnes. *immanius* cj. Robortel. Passer., improb. Sigon. — 22 *diligatum* Codd. — 24 *orbe velim positam* Codd. *urbe velim posita* AJM. *veliat* Virg. — 28 *juratum* Edd. ante M. *data adaequæ dicata* Codd. *adæque* AJ. *atque dicata* ms. Fabri, ed. 1476. *deque dicata* cj. Carrio, recep. M. — 30 *ad auri* Codd. *ad auris* ed. 1476, M. *ad aureis* AJ. — 31 *fama tuam pugnam claram allatam* Codd. *aurem fama tuam* cj. Gifan. *aures fama tuas* cj. Dousa. *cl. illatam* ed. 1476, J marg. *illatamque* cj. Dousa. *illustremque* cj. J. *clarans alata* cj. Lips., prob. Merul., recep. M. *claram mihi alata* scriptum in marg. J. *dicasset* omnes. *dicassit* cj. Merula. 2 *adsido* P. *adcurrunt* HP. *assido, accur-*

P. 288 M.

civitati solvit, tantum detraxit quantum commodum fuit. » Idem de Officiis lib. III [c. 5] : « Nunquam committet ut alienum appetat, et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. » Et in Hortensio : « Ut ea sibi ratio vera restituat quæ consuetudo vitiosa detraxerat. » || *Detrahere*, extrahere. Lucilius lib. XXVIIII :

Quum ipsi in lutum descendant, tum alios detrahant.

Despicere est pro nihilo habere. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 57] : « Quemadmodum tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit. » Virgilius in Bucolicis [2, 19] :

Despectus tibi sum, nec, qui sim, quæris, Alexi.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 10] : « Despiciunt autem eos et contemnunt in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. » || *Despicere*, desuper aspicere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 186] :

Qualem sæpe cava montis convalle solemus
Despicere.

M. Tullius in Hortensio : « Consolabitur eam magnitudo animi, et humanarum opinionum alta quædam despectio. »

Dejicere, elidere. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II « At de statua nescio cujus Clodii, quam tum restitui jussisset Ancone, quum ea dejecta esset ex senatusconsulto. » || *Dejicere* dicitur mittere. Virgilius lib. VIII [v. 427] :

Toto Genitor quæ plurima cœlo
Dejicit in terras.

Lucilius lib. XXVIIII :

Has e fenestris in caput
Dejiciunt, qui prope ad ostium aspiraverint.

runt Edd., etiam Gerl. — 4 *nido et impl.* Codd. *et* omitt. Edd. *inplumis* Codd. *implumis* M. *implumeis* AJ. — 5 *in frumentaria in Verrem* Codd., M. *frum. in* J. — 6 *civ. sociæ tantum* vulgo. *societantum* (deleto *n*) P. *civ. solvit, tantum* M, ut Cic. — 7 *adpetat* H. — 8 *alteri adtraxerit* P. — 9 *vitiosa detraxerit* AJ. — 11 *in lutum* Codd., J marg. M. *locum* AJ. *cum alios* vulgo. *tunc* Mp, et vet. cod. ap. Guyet. *tum* Bern. *cum* deleri vult doctus in marg. Jun. *detrahant* vulgo. *detrahunt* M Corpet. — 16 *qui sim* Codd., ut Virg. *quis sim* Edd. *alexin* H. — 18 *condemnant* vulgo. *condempnant* P. *contemnunt* M, ut Cic. — 19 *desuper* omnes. *deorsum* cj. aliquis in marg. M1. — 21 *convalles* P. — 22 *despicere* omnes. *desp.* vel *disp.* Edd. Virg. — 25 *Deicere* (itemque deinceps) Codd. — 26 *ad est atba nescio* HW. *adba* LP marg. *ad est ad ab* P. *ad est adab* Gen. *adestabba* V. *abba* J marg. *adest alba* Edd. ante M. *lib.* II : *de statua* M, e conj. *clodi* Codd. *dodi* P. *Clodii* Edd. *quam tu restitui* vulgo (etiam V), J marg. et cj. M. *cum restitui* Edd. *jussisset* vulgo. *jussisses* cj. M. *jussisti, sed* cj. J. *ancone* Codd., vett. edd. *Anconæ* JM. — 27 *cum hero detectam esse* HWP (sed in P *dejectam* legere possis). *cum hero dejectam* M. *cum herode lectam* L Gen. *cum eo dejectum esset* Edd. ante M. *quum ea dejecta esset* cj. M. *senatuconsultu* Codd. *senatum cons.* P. *senatusconsultu* M. *sen. consulto* Edd. ante M. *Adest Albæ n. quis Claudius quem ... Ancone cum eo dejectus est ex senatusconsulto* Orel. — 29 *caela* vulgo. — 31 *lib.* XXVII omnes. — 32 *et fenestras* HWL manu pr., M. *et fenestris* PL manu sec. Gen. *e fenestris* AJ Guyet. —

|| *Dejicere*, præcipitare. M. Tullius in Verrem actione I [c. 8] : « Si me ædilitate dejecissent. » Lucilius lib. XXVIIII :

Detrusus tota vi dejectusque Italia.

|| *Dejicere*, avertere. M. Tullius in Philippicis [I, 1] : « Nec vero usquam [discedebam], nec a republica dejiciebam oculos. »

Deductum dicitur molle et suave. Virgilius Bucolicis [6, 5] :

Pascere oportet oves, deductum dicere carmen.

|| *Deducere*, revocare. M. Tullius de Republica lib. I : « Quare, si placet, deduc orationem tuam de cœlo ad hæc citeriora. » || *Deductum*, delectatione ductum. Virgilius in Bucolicis [8, 59] :

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

Lucilius lib. XXVII :

Illo oculi deducunt ipsi, atque animum spes illo rapit.

|| *Deducere*, trahere, movere. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Ab armis recedere, præsidia de locis deducere. » || *Deductum*, deminutum, suppressum. Lucilius lib. XXX :

Deducta tunc voce leo : Cur tu ipsa venire
Non vis huc?

|| *Deducere*, depravare, transvertere a recto. M. Tullius in Hortensio : « Habet enim ipsa incertam et indefinitam viam, et ex ea, multis vitiis et erroribus depravata, deducitur. » Virgilius Georgicorum lib. I [v. 269] :

Rivos deducere nulla
Relligio vetuit.

Deferre, abducere. Virgilius Æneidos lib. V [v. 730] :

Defer in Italiam.

|| *Deferre* est afferre. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 357] :

Celeres mandata per auras
Detulit.

|| *Deferre*, celatum prodere. Lucilius lib. XXVIIII :

Quapropter certum est facere contra, ac persequi,
Et nomen deferre hominis.

33 *deiciam* L. *hostium* Codd. *ostium* AJM. *aspiraverant* J. — 34 *actione* II vel *secunda* vulgo. *actione* I M. — 35 *dejecisset* Codd. *dejecissent* Edd., ut Cic.

1 *detrursus* PW. *det rursus* HL Gen. *detrusus* Edd. *dejectaque* vulgo, etiam M. *dejnctaque* H. *vide jnctaque* P. *dejectusque* Bentin. J, Dous. Guyet. Gerl. — 5 *oris* Codd., M. *oveis* AJ. — 6 *vocare* vulgo. *evocare* P. *revocare* scriptum in marg. Jun. *M. Tullius*, etc. Jam sup. v. *Citumn*, p. 83. *deduc orationem* Codd., et sup. p. 85, prob. M. *rationem* P. *deduce rationem* M. *deducere rationem* Edd. ante M. — 10 *lib.* XXVI HWM. XXVII L Gen. XVII P. — 11 *illoc oculi* Codd. pleriq. *illo coculi* P. *illuc* Edd. *illò* J marg., prob. Gothof. *illuc rapit* omnes. — 13 *ab armis te reced.* Edd. ante M. *det (reced.)* J marg. — 14 *diminutum* vulgo. *deminutum* P. *subpressum* H. — 15 *deductnt hunc* HPWL manu sec. AJ. *deducta tunc* L manu pr., ms. Fabri, cj. Dous. Passer., habet M. — 18 *et definitam* vel *difin.* vulgo. *et deinfinitam* P. *incertam def.* AJ. *et infinitam* J marg. *sed ex ea* habet Cic. Orell. — 22 *relligio* vulgo. *religio* P, ed. 1476. — 23 *lib.* VI vulgo. V M. — 24 *defert* Codd. *deferre* P. *defer* AJM. — 25 *adferre* H. — 26 *celeris* vulgo. *celeres* J. — 28 *celatum* P, Edd. ante M. *lib.* XXVIIII P. XXVIII vulgo. — 29

Destinare dicitur parare. || *Destinare*, emere. Lucilius lib. XXVIII :

Facio, ad lenonem venio, tribu' libertatem millibus
Destino.

Docere significat disciplinam vel artem quampiam magisterio dare. Virgilius Æneidos lib. V [v. 523] :

Docuit post exitus ingens.

|| *Docere*, dicere. Lucilius lib. XXVIIII :

At non sunt similes, neque dant. — Quid? si dare vellent,
Acciperesne? doce.

Diligere manifestam habet significationem, ut plerumque. || *Diligit*, dividit. Plautus in Curculione [III, 54] :

Clypeatus elephantum ubi machæra diligit.

Titinius Prœlia :

Pernam totam diligit.

Dextrum dicitur dexteræ partis. Virgilius lib. V [v. 162] :

Quo tantum mihi dexter abis?

|| *Dextrum* dicitur felix, propitium. Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 302] :

Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.

[Et lib. IV, 293 :]

Quæ mollissima [fandi
Tempora, quis rebus dexter modus].

Deprecor, amolior, depello, propulso. M. Tullius de Republica lib. VI : « Non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur. » Ennius Erechtheo :

Queis nunc ærumna mea libertatem paro,
Queis servitutem mea miseria deprecor.

hac perseq. Codd. *ac* Edd. — 31 *emere* omnes. *vendere* vult aliquis in marg. Jun. — 32 *lib.* XXVIIII P. XXVIII vulgo. XXVII J. — 33 *ad lenonem* vulgo. *ab lenone* vett. edd. *Ad len. venio, facio ... destinet* cj. Acid. *tribus in libert.* vulgo. *tribus ut* vel *qui lib.* cj. Fruter. *destiner* Codd., M. *veniat .... destiner* Guyet. *destinet* vett. edd., Acid. Dousa. *destines* alii apud Dous. *destino* cj. Acidal.

3 *ad non* HP. *at non* vulgo. *quid siat dare* Codd. *quid si* Edd., et cj. Passer. Personas distinguit Vahlen; quod ipse conjeceram. — 4 *acciperisne* Codd., AJ. *acciperis nedoce* H. *acciperesne* ms. Fabri, ed. 1476, M, et cj. Passer. — 7 *clip. eligantum* Codd. *elignutium* Bern. *elephantum* Edd., ut Plaut. *ibi* P. *macera* Codd. *dissicit* Edd. Plaut. — 8 *proelin* Codd. *Prœlia* AJM. — 9 *totam* omnes. *coctam* J marg. *tostam* cj. aliquis in marg. Jun. — 10 *dexteræ* HAJ. *dextere* P. *dextræ* Edd. — 14 *sacra secundo mollissima quam multorum. Deprecor* Codd. *moll. quammultorum* Virgilio non tribuit Gerl. *mollissimaque multorum* M. *multaque similia multorum* cj. M. *mollissima q. mult.* omitt. Edd. ante M. Virgilii locum innuit Rothius in Addendis; quem jamdudum exscripseram. — 18 Desideratur alia verbi significantia : *Deprecor, valde precor*, ut est ap. Gell. 6, 16. — 19 *claudi* vel *Claudi* Codd., M. — 20 *gracci* Codd. *graci* P. *Ennius eripiteo* Codd. *Enn. Eripite o cui nunc* Edd. ante M. *Eripite, o cives, quibus* cj. J. *Enn. Erechtheo* cj. Muret., prob. Column. Passer.; et sic Gell. 6, 16; habet M. — 21 *cui nunc* vulgo. *quibus* vel *quibu' nunc* J Muret. Column. Voss., ut Gell. l. cit. *quis* M. *mea libertate para* Codd. *erumnam ea lib. paraquibus* P. *ærumnam a libert. para* AJ.

Divortium est rerum omnium separatio. Cicero de Oratore lib. III [c. 19] : « Sic e communi sapientiæ jugo sunt doctrinarum facta divortia. » || *Divortium*, flexus de via, a divertendo. Virgilius lib. VIIII [v. 379] :

Objiciunt equites sese ad divortia nota.

E

Exigere, vi extorquere. M. Tullius in [Verrem] Divinatione [c. 10] : « Et quum esset tritici modius sestertiis duobus, pro frumento, in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. » || *Exigere*, inquirere, verum perdiscere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 309] :

Quærere constituit, sociisque exacta referre.

|| *Exigere* est excludere. Plautus in Aulularia [III, 1, 7] :

Itaque omnes exegit foras.

Terentius in Andria [Prol. 27] :

Spectandæ an exigendæ sint vobis prius.

Afranius Fratriis :

Retinebitur vir ut voluntate una probabili,
Prægnatem quod non exigat.

Nævius Danae :

Indigne exigor patria innocens.

M. Tullius in Philippicis, II [c. 28] : « Claves ademit, forasque exegit. » Lucilius lib. XXVI :

Vestimentis frigus atque horrorem exacturum putet.

|| *Exigere*, debitum repetere. M. Tullius in Epistola ad Cassium [Famil. XV, 16] : « Sed non urgeo : longiores enim exspectabo, vel potius exigam. » ...... « quando hercle ego temere exigam. » || *Exigere*, facere cogere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 356] :

Quos improba ventris
Exegit cæcos rabies.

libertatem paro cj. J et Voss., ut Gell.; habet M. — 22 *quibus serv.* vulgo. *meam miseria* Codd. plerique. *meam miseriam* P. *meam miseram* Edd. ante M. *mea miseria* J Muret. Voss., ut Gell.; habet M. — 24 *communi sapientiæ* HLW. *sicecon munis* P. *e communis* Edd. *ex communi sapientium* Edd. Cic. *sint d. facta divortio* P. — 25 *deflexus de* Edd. ante M. — 33 *que* (in fine lineæ) *re const.* P. — 35 *omnis exigit* vulgo. *exegit* Plaut.

3 *fratris* Codd., vett. edd. *Fratriis* JM. — 4 Sensus et metrum juxta in obscuro latent. *una* omnes. *unica* cj. Bothe, prob. Ribb. — 5 *pregnatem* HLW. *prægnatem* P, prob. Turn. *prægnantem* Edd. — 8 *lib.* II omnes. *claves* (non *clavis*) omnes. *forasque* omitt. Edd. Cic. — 10 *putat* cj. Dousa — 11 *in* P, ed. 1476. *in* omitt. alii. — 12 *spectabo* omnes. *exspectabo* scripsit aliquis in marg. Jun., et hoc videram ap. Cic. — 13 Ante v. *Quando*, defectus signum habet M. — 14 *fa-*

P. 291-292 M.

|| *Exigere* significat agere. Plautus Captivis [V, 4, 12] :

Salve, Tyndare. — Et tu, cujus causa hanc ærumnam exigo.

Virgilius Æneidos lib. I [v. 74] :

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.

Terentius in Hecyra [III, 5, 40] :

Illique exopto ut relliquam vitam exigat.

Lucilius lib. XXVIIII :

[Id] quum cognoris, vitam sine cura exigas.

|| *Exigere*, definire, constituere. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 475] :

Decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
Exigit.

|| *Exactum*, transcursum, præteritum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 190] :

At tribus exactis ubi quarta accesserit æstas.

Et in eodem [v. 139] :

Exactis gravidæ quum mensibus errant.

Elidere est, secundum consuetudinem, dejicere. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 6] : « Qui rebus his fractus ægritudine eliditur, potest tandem esse non miserrimus? » || *Elidere* etiam excludere significat. Virgilius lib. VIII [v. 261] :

Elisos oculos et siccum sanguine guttur.

Plautus in Rudente [III, 2, 45] :

Jube oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coci.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Impuratum hunc in fauces invasse, animamque
Elisisse illi.

|| *Elidere*, suffocare vel occidere. Virgilius lib. VIII [v. 289] :

Geminasque premens eliserit angues.

M. Tullius de Republica lib. II : « Ut auriga indoctus e curru tra-

cere, cogere Edd. — 16 *exigit* P. — 20 *omnis* vulgo. *omneis* AJ. — 23 *reliquam* omnes. — 24 *lib.* XXVIII vett. edd. — 25 *Cum cognoveris* omnes. *Cum cor* (scil. *te ipsum*) *cognoris* cj. Passer. — 31 *quarta acceperit* Codd. *accesserit* Edd. *æstas* HPLWJ. *ætas* AM. (Et variant Virgilii codd.) — 32 *in* omitt. P. — 34 *Elidere est secundum consuetudinem deicere* (nullo addito exemplo), et mox, p. 292 M : *Elidere, deicere. M. Tull.* Codd. Divisum lemma in unum cogunt, initio autem *secundum consuetudinem* omitt. Edd. *Cic. Tusc.* Hæc sub notione τοῦ *collidere* vulgo leguntur. — 36 *miser* omnes. *miserrimus* Cic. *Elidere etiam excl.* Codd. *etiam* omitt. Edd. præter M, quum verbis : *Elidere, excludere,* lemma incipiat. — 38 *sicum* H. — 40 *jubeo oculos* Edd. *jubeo* (in fine lineæ) *culos* P. *jube oculos* HLW Bern., ut Plaut. *idem ut sæpius* vulgo. *ut sæpius faciunt ut coqui* P. *itidem ut sepus* Plaut. *idem ut sepus* M. *coqui* vulgo. *coci* AJ. — 42 *Injuriatum hunc* vulgo. *injuriarum* A. *inviriatum* cj. Scal. *impuratum* cj. Murel. M, prob. Guyet. *invasse* Codd., ed. 1476, M, prob. Muret. *invasse* (superscr. *is*) P. *involasse* AJ. *invasisse* cj. J.

2 *geminasque* Codd., AM. *geminosque* ed. 1476, J, ut Virg. *angues* omnes. — 3 *M. Tullius de Rep.* Hæc vulgo cum notione *de-*

hitur, obteritur, laniatur, eliditur. » || *Elidere*, collidere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 567] :

Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

Exanclare significat exhaurire. Plautus in Sticho [I, 3, 116] :

Næ iste edepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exanclavit submerum scitissime.

|| *Exanclari*, perfici. Pacuvius Peribœa :

Non potest, Menalippe, hic sine tua opera exanclari labos.

|| *Exanclare* etiam significat perpeti. Ennius Andromache æchmaloto :

Quantis cum ærumnis illum exanclavi diem!

Attius Diomede :

Fere exanclavimus
Tyranni sævum ingenium atque exsecrabile.

Idem in Amphitryone :

Pertolerarem vitam, cladesque exanclarem impatibiles.

Lucilius lib. XXX :

Quantas quoque modo ærumnas quantosque labores
Exanclaris.

|| *Exanclare*, effundere. Ennius Eumenidibus :

Nisi patrem, materno sanguine exanclando, ulciscerem.

Eliminare [se] est exire. Ennius Medea exsule :

Antiqua berilis fida custos corporis,
Quid sic te extra ædes exanimata eliminas?

Attius Phœnissis :

Egredere, exi, effer te, elimina urbe.

jicere dantur. *inductus* W, ed. 1476. — 4 *trahitur, operitur* omnes. *deripitur* cj. Lamb. *opteritur* cj. B ndandus, Mai. *Elidere, collidere* HLPJ. *colligere* W, M. *collegedere* A. — 8 *ne iste* vulgo. *næ* ed. 1476, J. *vinum poculo exanclaut* (*exanclauet* P) *plautus in penulo* (*poenulo* P) *sæpe exanclavit* HP. *poc. plautus illulo : Sæpe* Gerl. *poculo pauxillulo exanclavit. Idem Pænulo : Sæpe exanclatum* Edd. ante M, qui emendavit. *poculo pauxillulo sæpe* M, ex Plauto. — 9 *merum* vulgo. *summerum* Bern. *submerum* Edd. Plaut., prob. M. — 11 *Melanippe* Mp. *exanclari clavos* omnes. *labos* ms. ap. Voss., et cj. Lips., prob. Passer. M Guyet; quod ipse videram. — 12 *Andromache malo torquentis* HLW, M. *malotorquenti* V. *Andromache : Malo torquentis* Gerl. *torquetis* AJ. *torquantis* P Gen. *Andromachemolotto : Quantis* cj. M, prob. Voss. *Andromache æchmalotide* cj. Roth, prob. Ribb. *æchmaloto* jamdudum conjeceram, ex optima libri mei lectione *quantis*, et collatis inter se tribus ejusdem fabulæ locis : cui conjecturæ suffragatus erat doctissimus Dübner. *Quantis* cum Mercero leg. Guyet Both. Roth. Ribb. *erumnis* P. — 16 *feri* cj. Gul. Scriv., prob. Voss. — 17 *tyrannis eum* H. *tyrrannis* P. *sævum* Edd. *execrabilem* Codd., M. *execrabile* Edd. aliæ. — 18 *Idem* omnes. *Plautus* cj. Passer. Columna, improb. Hessel. *in Amph.* P, ed. 1476. *in* omitt. alii. — 19 *vitam* omnes. *vim tantam* Edd. Plaut. (Supposit. Amph. IV, 3, 20). *imperitibilis* HP. *impetibilis* M Gerl. *impartibilis* ed. 1476. *inpatibiles* vel *impatibilis* AJ, et Edd. Plaut. — 23 *heumenidibus* H. — 24 *ulciscerer* Mp, Edd. ante M. — 25 *Eliminare*. Verbum jam sup. Noster protulit, p. 39, non autem cum neutrali interpretatione. — 26 *edilis* Codd. *ædilis* Edd. ante M. *erilis* M, ut Codd. p. 39. *herilis* ms. Fabri. — 27 *quid sit extra ædis examinata eliminat* Codd. *sic extra* Bern., Edd. *eliminat* Edd. ante M. *eliminas* ms. Fabri. *sic extra ædes exanima te eliminas* cj. Rutgers. *sic te ext. æd. exanimata eliminas* Delr. Scriv. M. *te* omitt. J, Steph. Both. Osann., habet Ribb. — 29 *ecfer* Codd., J marg. M. *effer* AJ. *effer*

Idem Meleagro :

Timide eliminor
Clamore, simul atque nota vox ad aures accidit.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Occipitium marino deo ostendo; ex oraculo elimino me. » || *Eliminare* rursum excludere. Pacuvius Duloreste :

Ubi illic est? Me miseram! Quonam clam nos eliminat?

Pomponius Concha :

Vos istic manete : eliminabo extra ædes conjugem.

Evadere, exire, tendere. Terentius Phormione [I, 2, 61] :

Scin' quam? Quo evadat vide.

Lucilius lib. XXVI :

Evadat saltem aliquid aliqua quod conatu' sum.

Plautus in Asinaria [I, 1, 69] :

Demiror quid sit, et quo evadat, sum in metu.

|| *Evadere*, fieri, produci. M. Tullius Philippicarum II [c. 7] : « An verebare ne non putaremus natura te potuisse tam improbum evadere? » || *Evadere* est liberari. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 56]: « Ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium fidem mutavissent. » Virgilius lib. VIIII [v. 560] :

Nostrasne evadere demens
Sperasti te posse manus?

Lucilius lib. XXVI :

Idcirco omnes [se] evasuros censent ægritudinem.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Cohors una passim concitata, qua murus erat interruptus, evadit. » || *Evadere*, ascendere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 458] :

Evado ad summi fastigia culminis.

te ex urbe, elimina Delr. Scriv. Scal., improb. Bothe. — 30 *id est Meleagro* P. — 31 *timidæ* H Gen. *timido* Bern. *tum inde* cj. Voss. *timide* Edd., ut etiam Noster p. 39. — 32 [*cum*] *clamore* cj. Bothe, ut metro consulat. [*e*] *clamore* Ribb. *simul agnota vox ad auris accivit* Codd. *agnita* AJ. *ac nota* Bern., cj. Bad. Palmer., habent M Ribb.; et sic Noster p. 39. *accivit* A. *accinit* J. *accidit* Bern., Bad. Palm. M Ribb., ut est p. 39. — 33 *sarrano* P. *arivo* omnes. *arivodeo* J. *Arivo* (scil Triptolemo) Popma. *a rivo* cj. Gul., recep. Œhl. *a Rivo* cj. Turn. *armo* cj. J. *armodio* J marg. *ambiguo* cj. Ribb., recep. Riese. — 34 *oraclo* vulgo. *oraculo* AJ. — 36 *ubi ille* omnes. *illic* Noster p. 38. *quoniam clamor elim.* omnes. Aliter p. 38 : illuc adi, et vid. conject. *quinam clam.* cj. Passer. — 37 *Pompon. conclavos istic manet* Codd., Edd. aote M. *concha vos* Bern. *Concha : vos* M, ut p. 39. *maneto* Perott. *manete* cj. J, habet M; et sic p. 39. *ædis* vulgo. *ædes* Mp. *hedis* P. *ædeis* J.

2 *sic inquam* Codd.; quæ omitt. Edd. ante M. *scin' quam* J marg. M. *quo evadit* HP. *quid hic cœptat, aut quo evadet hodie* Edd. ante M. *quo evadat vide* J marg. — 7 *præduci* omnes. *Phil. lib.* II omnes. — 8 *non improbum* vulgo. *non* omitt. ed. 1476. *tam imp.* Edd. Cic. — 9 Post *evadere?* Codd. iuterserunt lemma *Excipere*; equidem editiones sequor. — 10 *ac noni* (hæsitante librario inter *non* et *ni*) P. *opp. properavisset propter valuisset* P. — 11 *Sicensium* Codd., M. *Siccensium* Edd. aliæ. *fidem vitavissent* (*mutavissent* marg.) P. — 15 *Licilius* H. — 16

|| *Evadere*, apparere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 531] :

Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum.

Excipere est sejungere, separare. Virgilius lib. VIIII [v. 270] :

Ipsum illum clypeum cristasque rubentes
Excipiam sorti.

|| *Excipere*, excusare, vel celare. Plautus in Aulularia [IV, 10, 45] :

Neque partem tibi
Ab eo, qniqui est, indipisces, neque furem excipies.

|| *Excipere* est suscipere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 317] :

Heu! quis te casus dejectam conjuge tanto
Excipit?

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 45] : « Filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret. » || *Excipit*, opprimit vel circumvenit. Virgilius Æneidos lib. III [v. 331] :

Et scelerum furiis agitatus Orestes
Excipit incautum.

M. Tullius ad Pompeium lib. IIII [ad Attic. VIII, 11] : « Quod si esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. » Et rursum [ibid.] : « Admoniti sumus ut caveremus ne exciperemur a Cæsare. » Virgilius in Bucolicis [3, 16] :

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis?

|| *Excipere* rursum extrahere. M. Tullius de Republica lib. IIII : « Quod insepultos reliquissent eos quos e mari, propter vim tempestatis, excipere non potuissent, innocentes necaverunt. » || *Excipere*, manere, habere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 206] :

Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi
Excipiat.

|| *Excipere*, captare. Cicero de Oratore lib. II [c. 8 : « Præcepta posse] quædam dari peracuta ad pertractandos animos hominum, et ad excipiendas eorum voluntates. »

Explorare est intentius observare. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 169] :

omnes cursuros Codd. *evasuros* Edd. — 17 *cohorina* Codd. *cohors una* Edd. *possim* Codd., M. *post* AJ. *passim* J marg. — 18 *quam unus* Codd. *munus* P marg. *quæ murus* AJM. — 20 *evado ad summi ... lib.* II omitt. P. — 24 *rubentis* vulgo *rubenteis* AJ. — 26 *in* omitt. M. — 27 *nec partem* P. — 28 *adeo* Codd. *ab eo* Edd., ut Plaut. *cuivis indipiscis* Codd. *cui vis* A. *cui est* ed. 1476. *cui sit indipisces* Noster sup. 129. *quiqui est, inde posces* J. *quiqui est, indipisces* M, ut Plaut. *excipias* vulgo. *excipies* ed. 1476, M, ut p. 129, et Plaut. — 37 *quod si est* omnes. — 38 *sed ne ipsum* Codd., A. *sed me* Benlin. JM. — 39 *putabnt* omnes. *putabam* Cic. — 40 *Virg. in Buc.* Hoc vulgo in sequente notione *extrahere* perperam insertum. — 42 *excipire* H. — 43 *lib.* III P. *quos insep.* omnes. *quod ins.* Edd. Cic. — 45 *innotescentes* P. *necaverint* vulgo. *necaverunt* ms. Fabri. — 46 *Æn. lib.* IIII Codd. *Georg.* Edd. — 50 *dari ex hac vita* vulgo. *exacuta* L. *quædam clara et acuta* Bern. *peracuta* cj. Leopard., ex Cic.

Nec non trepidi formidine portas
Explorant.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 19] : « Hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam suspicaturum. » || *Explorare*, verum inquirere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 306] :

Exire, locosque
Explorare novos.

|| *Explorare*, probare. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 6 : « Mea quidem ratio, quum in præteritis rebus est cognita,] tum in reliquis explorata atque provisa. » Lucilius lib. XXVIIII :

Certum scio
Esse ita ut dicis; nam mihi erant de illo explorata omnia.

M. Tullius de Senectute [c. 19] : « Quis est tam stultus, quamvis adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? » || *Explorare*, siccare. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 175] :

Et suspensa focis explorat robora fumus.

Exercere, fatigare. Terentius in Adelphis [IV, 2, 48] :

I sane : ego te exercebo hodie ut dignus es, silicernium.

|| *Exercere* est exagitare vel commovere. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 25] : « Exercenda etiam est facilitas et altitudo animi. » Virgilius Æneidos lib. V [v. 725] :

Nate Iliacis exercite fatis.

|| *Exercere*, insequi. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 622] :

Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
Exercete odiis.

|| *Exercere*, solidare. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 71] : « Nabdalsa, exercito corpore. » Cicero Tusculanarum [lib. V, 1] : « Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit. » || *Exercere*, imponere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 369] :

Tum denique dura
Exerce imperia, et ramos compesce fluentes.

Plautus in Amphitryone [I, 1, 168] :

Si in me exerciturus, quæso im parietem ut primum domes.

5 *non mutatur* omnes. *utatur* Cic. *nisi explor.* W, A. — 13 *provisa est* Edd. Cic. *atque provisa ... de illo explorata* omitt. P. — 18 *adulescens* Codd. *adol. ausit expl.* P. *adolescens sit, cui sit* Edd. Cic. (Ubi *sit*, quod prius est, auctore Nonio, delendum.) — 20 *explorat* Codd., A, ut Virg. *exploret* Edd. — 22 *hi sane* Codd. *hirane* (*hisane* marg.) P. *i sane* Ter. — 25 *lib.* III P (quod et probum, nempe lib. III, v. 183).

4 *exercite odiis* P. — 7 *meos casus* vulgo. *eos casus* optime P, ut Cic. — 8 *Exercere, imperare, imponere* Codd. *Exerce immercere* (*imperare imponere* marg.) P. *imponere, imperare* Edd. ante M. — 9 *tunc* omnes. *tum* Edd. Virg. — 10 *composce* W. *fluentis*

|| *Exercere*, in meliorem usum et fructum formare. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 99]:

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.

EQUITES quum consuetudine aut a magistro equorum aut a sessore appellemus, ut Virgilius lib. VIIII [v. 367]:

Interea præmissi equites ex urbe Latina.

Et lib. X [v. 893]:

Effusumque equitem super ipse secutus.

Equites Virgilius Georgicorum lib III [v. 119] equos dici voluit:

Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

EXTERRITUM pavefactum significat. Virgilius lib. V [v. 215]:

Plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem.

Varro Eumenidibus:

Videmus populum, Furiis instinctum tribus,
Diversum ferri, exterritum formidine.

|| *Exterritum*, accensum, inflammatum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 434]:

Sævit agris, asperque siti atque exterritus æstu.

EXPERIRI est pati, sentire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 102]:

Vos et Cyclopea saxa
Experti.

Et Terentius in Hecyra [III, 5, 39]:

Nam fuisse erga me miro ingenio, expertu' sum.

|| *Experiri*, tentare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 415]:

Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

Terentius Eunucho [IV, 7, 19]:

Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Lucilius lib. XXX:

Summatim tamen experiar rescribere paucis.

Plautus in Asinaria [I, 3, 94]:

Dignos [indignos] adire atque experiri certum est mihi.

|| *Experiri*, scire. M. Tullius Epistola ad Brutum lib. VII: « His

vulgo. *fluenteis* AJ. — 12 *in parietem* vulgo, ut Edd. Plaut. *imparietem* P. *par. prius* omnes. *ut primum* Plaut. — 16 *assessore* P. — 17 *appellemus ut Virg.* Codd. *ut Virg. ... secutus* uncis includit Gerl. *appellamus. Virg. ... secutus. Equites Virg.* Edd. *lib.* IIII vulgo. VIIII M. — 21 *equites ... equos.* Cf. p. 106, 330, 391. — 25 *pinnis* P. — 28 Præmittit unum versum Noster in v. *Specula*, p. 434. *instinctum* omnes, etiam Scal. Œhl. Riese. *incinctum* vulgo p. 434. *intinctum* W man. pr. — 32 *sevit* HP. — 33 *Æneid.* ed. 1476; omitt. AJM.

1 *temptare* Codd. — 3 *Ter. Eun.* Iterum in v. *Manere*, p. 349. — 4 *experiri consilio quam* Bern., Edd. ante M; glossema *cons.* non est ap. Ter., et respuunt Donat. M. — 6 *experiare scribere* HP. — 7 *in* omitt. JM. — 10

P. 296 M.

contraria atque [se]parata ut esse soleant, expertus sum. » Virgilius lib. XI [v. 283]:

Experto credite, quantus
In clypeum insurgat.

EXIRE manifestam habet significationem; ut Terentius in Eunucho [IV, 4, 1]:

Exi foras, sceleste! At etiam restitas,
Fugitive?

|| *Exire*, evadere, liberari. Lucilius lib. XXVIII:

Ne hoc faciat, atque ex hac ærumna exeatis.

|| *Exire*, vitare. Virgilius lib. V [v. 438]:

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

|| *Exire*, erumpere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 496]:

Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit.

|| *Exire*, prohibere. Virgilius lib. XI [v. 750]:

Sustinet a jugulo dextram, et vim viribus exit.

EXPEDIRE, utile esse. Terentius Heautontimorumeno [II, 3, 8:

Nam] expedit bonas esse vobis, nos, quibu'cum est res, non sinunt.

Lucilius lib. XXVII:

Ego enim an pereiciam ut me amare expediat?

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 19]: « Sæpe enim aut eos lædunt quos non debeant, aut eos quos non expedit. » || *Expedire* est definire. Virgilius Æneidos lib. III [v. 378]:

Et Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis.

Terentius in Phormione [I, 4, 20]:

Atque ea, si potes, verbo expedi.

|| *Expedire*, liberare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 632]:

Flammam inter et hostes
Expedior.

Terentius Hecyra [V, 1, 28]:

Teque hoc crimine expedi.

parata omnes. *disparata* cj. Orelli. *soleat* omnes. *soleant* cj. Orel. — 19 *is exent* (ut sit senarius) J marg. — 20 *evitare* vett. edd. — 27 *henut. ... menon* P. — 28 *exp. bonis* Edd. Ter. *nobis quibuscum* omnes. *nos* AJ, ut Ter. — 30 *an per eiciam* vel *pereiciam* Codd., M. *an perciuam* Bern. *an perficiam* mihi succurrerat. *aut porriciam* cj. Gerl. *aut pueritiam* ed. 1476. *a pueritia* AJ, Dousa. *hanc perniciem* cj. Corpet. *expedium* vulgo. *me amore expediam* cj. Gerl. *expediat* Edd. ante M, Corpet. — 31 *ledunt* Gerl. — 32 *debeant* vulgo. *debent* M, ut Edd. Cic. — 36 *in* omitt. JM. — 37 *atque ea* vulgo. *atque id* AJ, ut Ter. *expedi uno* AJ. — 38 *liberari* omnes. *expediri, liberari* J. — 39 *hastis* vulgo. *hosteis* AJ. — 42 *crimine expedire se vult induat* Codd., etiam ms. Fabri. *expedi! rese vult, induat* Gerl. *expedire vult* V. *si se vult* Bern. *sese vult* Edd. Cic. *expedire vult*, præposito defectus signo, M. [*crim. expedi*]*re se vult induat* omitt. Edd. ante M.

[M. Tullius in Verrem actione secunda, de Jurisdictione Siciliensi, c. 43 : « Videte ut, dum expedi]re sese vult, induat. » || *Expedire*, proferre. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Funes expediunt, claustra foribus imposita periclitantur. » Virgilius Æneidos lib. I [v. 701] :

Cereremque canistris
Expediunt.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 62] : « Hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari, et virgas expediri jubet. » || *Expedire*, colligere. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Ex ceteris autem generibus, tunc pecunia expedietur quum legionibus victricibus erunt, quæ spopondimus, persolvenda. »

Enixa dicitur partu levata. Virgilius Æneidos lib. III [v. 391] :

Triginta capitum fetus enixa jacebit.

|| *Enixa*, subjugata. Virgilius Æneidos lib. III [v. 326] :

Servitio enixæ tulimus.

Efferre, subdere. Lucilius lib. XXVI :

Depugnabunt pro te ipsi, et morientur, ac se ultro efferent.

|| *Efferre* significat proferre. Virgilius [Æneid. V, 424] :

Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos.

Et lib. II [v. 657] :

Mene efferre pedem, genitor?

Lucilius lib. XXVI :

Ego ubi quem ex præcordiis
Effero versum.

Ennius Medea :

Utinam ne unquam Medea Colchis cupido corde
Pedem extulisses!

|| *Efferre*, ostendere. Virgilius lib. VIII [v. 1] :

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit.

Omissum Ciceronis locum innuit Fleckeisen; quem jamdiu restitueram. — 45 *Sisenna*, etc. Hoc vulgo præcedenti notioni adjunctum legitur. *funis* vulgo. *funeis* AJ. *claustra foris imposita* cj. M1.

5 *de suppliciis in verrem* Codd., M. *in Ver. de supp.* Edd. aliæ. — 6 *expedire jubet* HP. — 7 *Expedire, colligere*. Hoc vulgo legitur post v. *Educere* (p. 298 M); unum lemma exhibent J et Gothof. — 13 Qui versus sæpius recurrit : p. 405, 407, 458. *enixæ* ubique. *enixe* P. — 14 *Efferre* (non vero *ecferre*) omnes. — 15 *efferent* omnes. « Forte depravato cod. usus Nonius, et legendum *offerent* » scripsit aliquis in marg. Jun. Etiam *offerent* cj. Passer. Guyet; quod non sperno. — 17 *tunc* omnes. *tum* Edd. Virg — 19 *mane* P. *efferre* omnes. — 21 *nisi quem* J marg. *præcord. efferre* A. *ecfero* Codd., M. *versum effero* J. — 24 *mede cordis cupido* (item uno verbo P) Codd. *me de cordis cup.* Edd. ante M. *Medea cordis* cj. J. *Medea Colchis* cj. Lips. Passer. Faber, recep. M Bothe 2. *Mede Colchis* Meinek. Vahlen, prob. Ribb. *Medea corde c. Colchis* cj. Planck. *Medea de corde c. Colchis*, vel *Med. Colch. de c. cupido* cj. Voss. *Utin. ne Medea Colch. cup. c. unq. pedem Extulisses* septenar. constituit licentius Guyet. Longiorem versum, nec probum, exhibent Both. Ribb. Vahlen; equidem sena-

P. 297-298 M.

|| *Efferre*, erigere, levare. Virgilius lib. V [v. 443] :

> Ostendit dextram insurgens Entellus, et alte
> Extulit.

Lucilius lib. XXX :

> Continuo, simul ac paulo vehementius aura
> Inflarit fluctus, erexerit extuleritque.

|| *Efferre*, edere, provehere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 168 :

> Volscosque verutos]
> Extulit; hæc Decios, Marios.

M. Tullius in Hortensio : « Præter ceteros hunc nostra extulit civitas. » || *Efferre*, extollere. M. Tullius de Signis [c. 56] : « Nimium forsitan hæc illi mirentur atque efferant. » Lucilius lib. XXVIII :

> Omnia alia in queis efferimur rebus, ne ego multis loquar.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 10] : « Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus. »

Extollere, differre. Cæcilius Plocio :

> Intro abi, atque istæc aufer : tamen hodie extollat nuptias.

Lucilius lib. XXVI :

> Non idcirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur.

Explere dicitur implere. Lucretius lib. III [v. 1017] :

> Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam.

Virgilius Georgicorum lib. III [v. 431] :

> Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.

|| *Explere*, minuere. Virgilius lib. VI [v. 545] :

> Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris.

Educere, erigere. Virgilius lib. VI [v. 177] :

> Aramque sepulchri
> Congerere arboribus, cœloque educere certant.

|| *Educere* dicitur exuere. Virgilius lib. X [v. 744] :

> Hoc dicens, eduxit corpore telum.

rium fuisse credo, ut Planck. — 25 *extulisses* Codd., J marg. M. *extulisse* Edd. ante M. *extulisset* cj. Voss. Osann. — 26 *Ecferre, ost.* Codd., M. *lib.* VII P. — 29 *Ecferre, erig.* Codd. — 34 *erexit* Codd. *erexerit* Edd. — 35 Post *extuleritque*, sequitur in libris pars lemmatis *Extollere*; cujus alia exempla in v. *Efferre* confunduntur. *Efferre* uno tenore dant Edd. ante M. *Ecferre edere* Codd. et M. — 37 *extulit hæc* vulgo. *extulit; hæc* Gerl. Post *Marios*, sequitur locus Lucilii qui ad v. *Extollo* pertinet. — 38 *ceteros nunc nostra* P. *nunc* omitt. alii. *ista ecaufest* P.

1 *Efferre, extol.* omnes. — 2 *atque ecferant* Codd., M. — 3 *lib.* XXVIIII vulgo. XXX AJ. — 4 *quibus* omnes. *ecferimur* Codd. — 5 *suscipiunt* vulgo. *suspiciunt* Benlin. J marg. M, ut Cic. *ecferunt* Codd., M. — 7 *Cecilius* H. — 8 *abi intro* omnes. *intro abi* cj. Bothe; quod ipse scripseram. *ista ecaufest* P. *hæc* Codd. *istæc* Speng. *aufert* Codd. — 9 *Lucilius*, etc. Hoc deerraverat in v. *Efferre*. — 10 *iccirco* M. *velite vel grandi* W. *velit eve grandi* P. *vel ite vegrandi* L. *vel aeve grandi* Bern. *vel iræ vel gaudii dator* Edd. ante M. *nec vitæ vegrandi* Passer. M, ut Nosler, v. *Vegrande*, p. 183. — 11 *inplere* H. — 14 *inprobus* H. *inluviem* Codd. *illuviem* J marg. *ingluviem*

|| *Educere*, educare. Terentius in Adelphis [I, 1, 23]:

Eduxi a parvulo; habui, amavi pro meo.

EXCUTERE dicitur commovere. Virgilius lib. XII [v. 6]:

Gaudetque comantes
Excutiens cervice toros.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 20]: « Explica atque excute intelligentiam tuam. » || *Excutere*, emittere. Virgilius lib. XI [v. 615]:

Excussus Aconteus
Fulminis in Morem.

|| *Excutere*, excludere, dejicere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 200]:

Excutimur cursu, et cæcis erramus in undis.

Et lib. VIIII [v. 476]:

Excussi manibus radii, revolutaque pensa.

Lucilius lib. XXX:

Ipso cum domino calce omnes excutiamus.

|| *Excutere*, eligere. M. Tullius Philippicarum XII [c. 7]: « Juventutem omnem ex tota Italia excussimus. »

EXPONERE, ostendere, M. Tullius de Signis [c. 27]: « Vocat ad cœnam deinde ipse prætorem; exponit suas copias omnes. » || *Exponere*, deponere. Virgilius lib. X [v. 288]:

Socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

|| *Exponere*, disserere. M. Tullius Philippicis, I [c. 1]: « Exponam vobis breviter consilium [et] profectionis et regressionis meæ. » || *Exponere*, abjicere. Terentius Heautontimorumeno [IV, 1, 16]:

Erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi
Exponendam.

|| *Expositum*, subjectum. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 37]: « Quum tibi exposita esset ad prædandum omnis Pamphylia. »

EXORNARE, fœdare. Terentius Heautontimorumeno [V, 1, 77]:

Egone? Si vivo, adeo exornatum dabo,
Adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei.

Edd. — 23 Post *amavi pro meo*, legitur in Codd. *Expedire*, *colligere*, etc., quæ sup. videas in v. *Expedire*. — 25 *comantis* vulgo. *comanteis* AJ. — 27 *lib.* II vulgo. III M. — 28 *intellegentiam* Codd. *Excutere*, *mittere* P. — 32 *deicere* Codd., M. *dejicere* Edd. aute M. *lib.* IIII vulgo. III M. — 34 *Et lib.* VIIII Codd. *Idem lib.* VIIII JM. Hæc cum exemplo omitt. vett. edd. — 37 *omnis* Codd., M. *omneis* AJ. — 38 *Phil. lib.* omnes.

1 *excussimus* omnes. *excivimus* Edd. Cic. — 3 *omnis* Codd., M. *omneis* J. — 4 *lib.* XI P. — 7 *Phil. lib.* I omnes. — 8 *regressionis* omnes. *reditionis* Noster sup. p. 222. *reversionis* Edd. Cic. — 9 *abicere* Codd., M. — 10 *corintianus* HP (et LW, ut credo, etsi Gerl. dividit). *Corinthia anus* Edd., ut Ter. *haud* vel *haut impure dedi* Codd. *haud impura: ei dedi* Edd., ut Ter. — 13 *esset* omitt. P. *omnis ad præd.* Edd. Cic. *pamfilia* Codd. —

P. 299-300 M.

|| *Exornare*, ornare. M. Tullius in Verrem de Signis [c. 27] : « Exornat ample magnificeque triclinium. » Terentius in Eunucho [IV, 4, 15] :

Ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit.

Cicero de Oratore lib. I [c. 49] : « Qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam et reipublicæ dignitatem exornabant. »

Explicare, ostendere, explanare. M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 8] : « Vitam alterius totam explicare. » Idem de Officiis lib. III [c. 7] : « Ut quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ volunt, explicent. » || *Explicare*, emittere, extendere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 335] :

Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes.

M. Tullius de Republica lib. II : « Quæ virtus, præter ceteras, totam se ad alienas utilitates porrigit atque explicat. » Varro Sesquiulixe : « Vias stelligeras ætheris explicans aere cavo sonitum hic in cothurnis. » || *Explicare*, exserere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 21] : « Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ sit in ea species, forma [et] notio viri boni. »

Exui est exsolvi. Virgilius Æneidos lib. II [v. 153] :

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

|| *Exui*, nudari. Virgilius lib. V [v. 422] :

Magna ossa lacertosque
Exuit.

|| *Exuere*, deponere. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 319] :

Et [istam,
Oro,] si quis [adhuc] precibus locus, exue mentem.

|| *Exui*, liberari. Lucilius lib. XXVIIII :

Unde domum vix redeat, vixque hoc se[se] exuat.

Excidere, cadere. M. Tullius Philippicis, XII [c. 3] : « Excident gladii, fluent arma de manibus. » || *Excidere*, in oblivionem venire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 25] :

24 *arationem* HLAJM, ut Cic. *et ratianem* PW. *rei puplicæ* P. — 25 *in Verrem actiane : vitam* Codd. *in Verrem de Signis* AJ. *in Verrem Divinat. Vitam* M. — 27 *velint* fere Edd. Cic. — 30 *frondis... omnis* Codd., M. — 31 *repuplica* P. *lib.* III Edd. Cic. — 32 *tota* Edd. Cic. *utilitatis* Codd., M. *utilitates* Edd. ante M. *sesqueulixe* Codd. *Sesquiulysse* AJM. — 33 [*Perque*] *vias* cj. Rœper. Riese. *aere cava* Codd. *ære* Edd. *aere explicans cava* P. *sonuit* scriptum a duobus doctis in marg. Jun. Forte *sanit*. Sed hic omnia perobscura; et frustra in metro divinando sudant.

1 *exserere* Codd. *exerere* cj. Passer., habet M. *exercere* Edd. ante M. — 3 *firma notia* P, vett. edd. *forma et notia* JM, ut Cic. — 11 *adhuc* supplet J. — 13 *hoc exuat se* vulgo. *se exuat* cj. Guyet. *hoc periculo exuat se* Perott. — 14 *Philip. lib.* II vulgo. XII M. *excidit* P Gen. Bern. *excident* vulgo, ut Cic. — 15 *clodi* Codd. *gladii* Edd., ut Cic. *fluenta arma* Codd. *fluent* Passer. M, ut Cic. *cruenta arma* Edd. ante M. *in oblivio-*

Necdum etiam causæ irarum sævique dolores
Exciderant animo.

|| *Excidere*, dissentire. Lucilius lib. XXVII :

Metuo ut fieri possit : ergo quoniam ab Archilocho excido.

Ejectum dicitur exclusum. Virgilius lib. VIII [v. 646] :

Nec non Tarquinium ejectum Porsenna jubebat
Accipere.

Lucilius lib. XXVIIII :

Tibi erat scopus
Ejicere istunc abs te quamprimum et perdere
Amorem.

|| *Ejectum*, extensum. Virgilius lib. X [v. 894] :

Ejectoque incumbit cernuus armo.

Exsultare, sævire. M. Tullius de Republica lib. II : « Quæ sanguine alitur, quæ in omni crudelitate sic exsultat ut vix hominum acerbis funeribus satietur. » || *Exsultare* est gestu vel dictu injuriam facere. Lucilius lib. XXX :

Quin totum virgis devellas me atque deuras ;
Exsultes [si] sollicites.

|| *Exsultare*, gloriari cum jactantia. Virgilius Æneidos lib. XI [v. 648] :

Exsultat Amazon.

M. Tullius in Hortensio : « Imbecillis autem est pudoris magister timor : qui si quando paululum aberravit, statim spe impunitatis exsultat. » Et de Senectute [c. 4] : « Et Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. » || *Exsultare*, supra modum exsilire et efferri. M. Tullius de Republica : « Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exsultat voluptate, vel molestia frangitur. » Virgilius lib. V [c. 137] :

nem dare Edd. ante M. *venire* J marg. — 17 *sevique* P. — 19 *Excidere, dissentire.* Hoc infra, post *Excludere* (p. 301 M), vulgo legitur. Illic repetunt Codices : *Excidere, in obliv. venire. Virg. Æn. lib.* I : *Necdum etiam ... exciderant animo.* Unde patet unum lemma fuisse. — 20 *ergo quo ab* LW (etiam P marg.) M. *ego vivo* P Gen. Bern. *ego ab* vett. edd. *egoque ab* J. *arciloco* Codd. *Archilocho* Edd. *excido* vulgo. *excidere* P Gen. Bern. — 25 *ubi erat* HWJ marg. M. *ibi erat* PLAJ. *scopios* LW, Edd. *scopia se* P. *scopiose* Gen. Bern. *scopus* J marg., et cj. Dousa. *scopos* cj. Gothof. *tibi erat scopus* scriptum in duobus exempl. Junii ; quod ipse conjeceram. — 26 *eicere* Codd. *ejicere* Edd. *istum* omnes. — 30 *Exultare* (et in sqq.) Codd. *exsultare* M. *repuplica* P. — 34 *totum purges* vulgo. *perurgeas* J marg. *perurges* vet. ms. (Fabri credo), ed. 1476. *pungas* cj. aliquis in marg. Jun. *debellas* HA. *delellas* PL Gen. *debelles* JM. *depellas* Bern. *denuras* AJ. *deuras* ms. Tornes., J marg., Gerl. ed. Lucil. *deaures* cj. Dousa, prob. Schmidt Gerl. — 35 *exultes sollicites* omnes. *et sollic.* cj. Schmidt. *ac soll.* Schœnbeck. Post *sollicites* additur locus Virgilii *exsultantiaque haurit*, qui aptius inf. inserendus mihi visus est. — 36 *lib.* X vulgo. XI M. — 39 *imbecillis* omnes. *inbecillus* vulgo Edd. Cic.

1 *aberraverit* vett. edd. *inpunitatis* H. — 2 *Hannibalem* H. *juveniter* Gerl. — 3 *exilire et ecferri* Codd., M. — 4 *de repub. lib.* III cj. Mai. *quiddam* vulgo. *quoddam* vett. edd. — 6 *Virgilius*, etc. Hoc exemplum

P. 301 M.

Exsultantiaque haurit
Corda pavor pulsans.

Eligere significationem habet apertam. || *Eligere*, defatigare. Lucilius lib. XXVIIII :

Corrumpat prorsum, ac nervos omnes eligat.

Excludere dicitur ejicere. Terentius in Eunucho [I, 1, 4] :

Exclusit : revocat; redeam?

|| *Excludere*, liberare. Lucilius lib. XXVII :

Primum qua virtute servitutem excluserit.

Exspectare dicitur manere, observare. Terentius in Andria [I, 1, 7] :

Exspecto quid velis.

|| *Exspectare*, sperare. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 15] : « Est enim deterior qui accipit, atque etiam ad idem semper exspectandum paratior. » Virgilius Georgicorum lib. I [v. 225] :

Sed illos
Exspectata seges vanis elusit aristis.

Expetere est adeo poscere. || *Expetere*, accidere. Plautus Amphitryone [I, 1, 20] :

Ergo in servitute expetunt multa iniqua.

|| *Expetere*, transferri, evadere. Plautus in Amphitryone [I, 2, 33] :

Suamque culpam expetere [in] mortalem ut sinat.

F

Felix dicitur fortunatus, beatus. Virgilius Æneidos lib. III [v. 321] :

O felix una ante alias Priameia virgo!

† || *Felix*, propitius. Virgilius Æneidos lib. I [v. 329] :

An Phœbi soror, an nympharum sanguinis una?
Sis felix!

me loco movisse monui. — 10 *Lucil.* Jam sup. in v. *Delenitus*, p. 278. — 11 *prorsus* omnes. *prosum* cj. Guyet. *prorsum* ipse videram. *ad nervos* Codd., vett. edd. *ac nerv.* JM, ut p. 278. *omnis* vulgo. *omneis* AJ. — 14 *Excludere, liberare ... Excludere significat ejicere* Edd. ante M. *eicere* Codd. — 15 *virtute* vulgo. *virtutem* Bern. *servitute* Codd. *servitutem* Edd. Post *excluserit*, sequitur in libris : *Excidere in oblivionem venire. Virg. ... Necdum etiam causæ irarum s. q. d. exciderant. Excidere dissentire*, etc. Hic posteriorem interpretationem solummodo exhibent Edd. Totum lemma vid. p. 300. — 16 *Expectare* (item in sqq.) Codd. — 20 *etiam* omitt. Edd. Cic. *ad id semper* HPWL manu pr. *id quod* L manu sec. Gen. Bern. *ad exspect.* Edd. ante M. *ad idem semper* M, ut Edd. Cic. *spectandum* P. — 24 *Expectare est adeo poscere* Codd. *a Deo* Edd. *est adposcere* Bern. Lemma *Expetere* ignorant Codd. *Expectare accipere* Codd. *Expetere, accipere* Edd. *accidere* cj. Passer. M Guyet. — 26 *ergo expetivit multa* ed. 1476. — 27 *Expectare transferre* Codd. *Expetere, transf.* Edd. *Plautus Amphit.* omitt. Codd. — 28 *sua si quid culpa expetere mort.* Codd., J marg. M. *expectare mort.* Bern. *suamque ut culpam immortalem exp. ut* AJ. *suamque culpam expet. in* cj. Passer., ut Plaut.

|| *Felix*, fructuosus, ferax. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 81] :

Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos.

Varro de Vita populi Romani lib. II : « Contra a novo marito quum item e foco [ignis] in titione ex felici arbore, et in aquali aqua allata esset. »

FASTIGIUM, [summa altitudo. || *Fastigium*] item ima altitudo. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 288] :

Forsitan et, scrobibus quæ sint fastigia, quæras.

Varro de Re rustica lib. I [c. 14 : « Fossa ita idonea fiat ut omnem] aquam, quæ e cœlo venit, recipere possit; aut fastigium habeat, ut exeat [e] fundo. Agger is.... »

FERRE, ostentare. Virgilius lib. XI [v. 779] :

Captivo sive ut se ferret in auro
Venatrix.

|| *Ferre* consuetudine portare dicimus. Virgilius lib. V [v. 263] :

Vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.

|| *Ferre*, habere. Virgilius lib. V [v. 537] :

In magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.

[M. Tullius de Officiis lib. III, 18 : « Sed quum Basilus M. Satrium, sororis] filium, nomen suum ferre voluisset. » || *Ferre*, pati. Virgilius Æneidos lib. II [v. 144] :

Miserere animi non digna ferentis.

Lucilius lib. XXVII :

Ceterum quid sit, quid non sit, fero animo æquo ac fortiter.

Varro Prœlio caprino, περὶ ἡδονῆς : « Non posse se eam amplius perferre; tamen suadet ut notat. » Terentius Heautontimorumeno [I, 2, 27] :

Nam quem ferret, si parentem non ferret suum?

1 Nomen *Virg.* omitt. P. — 2 *fœbi ... nymfarum* Codd. — 5 *exilit* HLWJ marg. *exiit* P, Edd., ut Edd. Virg. *ad coenam* P. — 6 *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Titionem*, p. 182. *de vita P. R.* Codd. *contra novo* vulgo. *a novo* M, ut p. 182. — 7 *cum item e foco* omnes. *cum ignis* cj. Brisson. *in itione* Codd. *focomitione* P. *initio ne* A. *in titione* Turn. JM. *in æquali aqua* Codd. *inæquali* AJ. *in aquali* J marg. M, ut p. 182. — 9 *Fastigium summa altitudo.* Lacunam supplevi ex ipso Nonio, p. 163. *Fast. item altit.* P. *Fast. ima altit.* vulgo. — 12 *fossa ita ... omnem* addunt AJ, ex Varrone. — 13 *potest ... habet* vulgo. *possit ... habeat* AJ. — 14 *fundo oggeris* Codd., Edd. ante M. *fundo. Aggeris* M, qui Nonii neglgentiam taxat. *Agger is* Gerl. *e fundo* AJ, ut Varr. — 19 *famulisque* Codd. *Saborisque* Edd. ante M. *Sagarisque* M. — 22 *amoris ad filium* P. *amoris : cum filium* Edd. ante M. *cum* erasum erat in V, auctore M. *M. Tullius ... sororis.* Omissa supplevit M. — 23 *Basilius* M. — 28 *quidquid sit quid non sit* vulgo. *q. s. quasi non sit* Mp Bern., et cj. Dousa. *fero æquo animo* omnes. *fero* [*ego*] *æquo* cj. Luc. Müller. *ac fortiter animo prælio caprino* Codd. *fort. prælio captivos prædones* Edd. ante M. *Varro Prœlio caprino* cj. J. recep. M. *peri edones* Codd. *per iedones* P. περὶ ἡδονῆς cj. J, habet M. *non posses eam amplius* vulgo. *non posses se ampl.* H man. pr. Gen. *posses jam* AJ. *non posse se ampl.* Bern., et cj. M. — 30 *ut notat* vulgo. *ut* omitt. Gen. Bern. *aut notat* Œhler. *ut nocent* cj. J, prob. Popm. Guyet. *et vocat* Riese. —

|| *Ferre*, conserere. Virgilius lib. V [v. 402] :

Quibus acer Eryx in prœlia suetus
Ferre manum.

|| *Ferre*, disturbare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 59] :

Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

Et lib. II [v. 374] :

Alii rapiunt incensa feruntque
Pergama.

|| *Ferre*, dicere, nominare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 229] :

Et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt.

Et lib. VII [v. 208] :

Quæ nunc Samothracia fertur.

|| *Ferre*, dare, exhibere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 19] :

Sacra Dionææ matri divisque ferebam.

|| *Ferre*, pati. Cicero in Verrem de Prætura Siciliensi [c. 34] : « Prout Thermitani hominis facultates ferebant. » Et de Oratore lib. III [c. 42] : « Si aut vetustum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit. » || *Ferre*, afferre. Virgilius lib. XI [v. 227] :

Legati responsa ferunt.

M. Tullius de Suppliciis [c. 45] : « Prohibentur liberis suis cibum vestitumque ferre. » Lucilius lib. XXVIIII :

Colligere auxilium, tametsi est indigna ut feram.

|| *Ferre*, dirigere, ducere. Virgilius lib. VI [v. 295] :

Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad undam.

Lucilius lib. XXX :

Quid sibi vult? Quare fit ut introvorsus et ad te
Spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus?

|| *Ferre*, laudare. Lucilius lib. XXX :

Et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

32 *ferret suum. Cicero in Verrem de Prætura ... consuet. ferre possit* (quæ inferius sunt in aliis) AJ. — 34 *acer rex imprælia* P.

4 *lib.* III vulgo. *lib. septimo* M. — 7 *ferebant* PAJ. — 8 *Ferre, pati* omitt. Edd. ante M. *Cicero ... ferre possit* sup. inserunt AJ; omnino omitt. ed. 1476. — 9 *temitoni homines* Codd., A. *Thermitani hominis* JM, ut Cic. *facultate* P. — 10 *lib.* II vulgo. *tertio* M. *est aut vet. verbum sic* Codd. pleriq. *vet. verbum si* PA. *est autem v. v. quod* J. *Si aut v. v. sit* M, ut Cic. — 13 *prohibetur suis liberis* vulgo. *prohibentur liberis suis* Edd. Cic. *cybum* P. — 15 *auxilium, tametsi* Edd. *Colligite, auxil.* cj. Bongars. *Collegæ auxilium, tametsi est indignu', feramus* (de Fabio Cunct. et Minucio) cj. Passer., prob. Merula, improb. M. *est indigna ut feram* vulgo. *indignum ut* J et Dousa. — 17 *ad undas* Edd. Virg.— 19 Iterum in v. *Spectare*, p. 402. *ut ad te* Codd., AJ. *et ad te* J marg. M, ut Noster p. 402. — 20 *spectant* Codd. pleriq., vett. edd. *expectant* W. *spectent* Gifan. JM, ut Codd. p. 402. *vestigia omnia se prorsus* Codd. *vest. se omnia pr.* cj. Gifan., habet M, ut p. 402. *vestig. et omnia pr.* cj. Gul. et J. *vest. sed o. pr.* Gul. J, ut

Fluere est decurrere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 165]:

Hæc eadem argenti rivos ærisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.

|| *Fluere*, minui, deficere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 169]:

Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaum.

|| *Fluere*, latius ac liberius excrescere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 369]:

Tum denique dura
Exerce imperia, et ramos compesce fluentes.

Fatum significat decretum et voluntatem. Virgilius lib. VII [v. 293]:

Heu stirpem invisam, et fatis contraria nostris
Fata Phrygum!

Et in VII Æneidos [v. 50]:

Filius huic fato divum prolesque virilis
Nulla [fuit].

Fatigare, percutere. Virgilius lib. VIIII [v. 609]:

Versaque juvencum
Terga fatigamus hasta.

|| *Fatigare*, excitare, vel increpare, vel hortari. Virgilius lib. IIII [v. 572]:

Sociosque fatigat:
Præcipites vigilate, viri.

|| *Fatigare,* instigare, cogere. Virgilius lib. VIIII [v. 63]:

Collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, et siccæ sanguine fauces.

|| *Fatigare*, ad lassitudinem deducere. Virgilius lib. V [v. 253]:

Veloces jaculo cervos cursuque fatigat.

Et lib. XI [v. 306]:

Quos nulla fatigant
Prœlia.

Fœdum consuetudine est deforme. Terentius in Eunucho [IV, 4, 17]:

Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet.

|| *Fœdum*, exsecrandum. Virgilius lib. VII [v. 618]:

Aversusque refugit
Fœda ministeria.

p. 402. — 22 *e multis* cj. Gul. *poemate* P. — 32 *fluentis* vulgo. *fluenteis* AJ. — 33 *lib.* VIII AJ. — 36 *frigum* Codd. — 37 *Et in eodem* A. *Et eodem* J.

2 *fuit* addunt AJ. — 9 *præcipitis* Codd., M. *præcipites* Bern., Edd. ante M. — 12 *ex longe* P. — 14 *velocis* Codd., M. *veloceis* AJ. — 17 *prelia* P. — 18 *Fedum* (et in sqq.)

Factio dicitur malorum consensus et conspiratio. Sallustius in Catilinæ bello .... [Idem in Jugurthino bello, c. 31 : « Sed hæc] inter bonos amicitia, inter malos factio [est]. » || *Factio* iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem. Titinius Setina :

Metuo hercle, Cæso, ne nimi' stulte fecerim,
Qui ex tanta factione eam sum ausus aggredi.

Plautus in Aulularia [II, 1, 45] :

Istas magnas factiones, [animos,] doles dapsiles.

Idem Trinummo [II, 4, 66] :

Vostras cum nostris factiones atque opes.

Turpilius Thrasyleone :

Nobilitate, factione fretus, interdicere.

Cæcilius Philumena :

Ita eorum famam occultabat factio.

Ferox est sævus et indomabilis : translatum a feritate. Virgilius [Æneidos] lib. IIII [v. 135] :

Ac frena ferox spumantia mandit.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 26] : « Ut equos, propter crebras contentiones prœliorum ferocitate exsultantes, domitoribus tradere solent. » Terentius in Eunucho [III, 1, 25] :

Eone es ferox quia habes imperium in belluas?

|| *Ferox sum illa re* dicitur, ut, Illa re sum fretus vel arrogans. Titinius Fullonibus :

Videram ego te virginem esse formosissimam,
Sponso esse superbam, forma ferocem.

Plautus in Milite [IV, 9, 13] :

Ut adoriatur mœchum, qui forma est ferox.

HLW. *Fœdum* P, Edd. — 24 *Sallustius Jugurthino bello* (ex emendat.) AJ. Post *Catilinæ bello*, quod io libris est, notam defectus apponit M, et omissum locum probabiliter conjicit (scil. Catil. 51). — 27 *habundantiam* P. *Titin. sed iam* vel *sediam* Codd., Edd. ante M. *sed cum jam* Mp. *Titin. Setina : metuo* cj. M, prob. Neuk. Bothe 2, Ribb.; quod et ipse videram. — 28 *hercle ceso* Codd. — 29 *factione atque opibus* omnes. *qui tanta ex* Bothe. *atque opibus* deleo cum Ribb., senariis commode procedentibus. *ea sum* Edd. ante M. *illma sum* cj. Neuk. Bothe 2. — 31 *dapsilas* vulgo. *dapsiles* AJ, ut Plaut. — 33 *cum nosti* Codd. *cum nostri* P. *cum nostis* AJ. *cum nostris* J marg. M, ut Plaut. — 35 *novilitate* Codd. *non utilitate* AJ. *nobilitate* J marg. M. [*et*] *factione* velim. *interdicere* Codd., J marg. M. *interducere* Bern. *intercedere* AJ. — 36 *Cæcil. filium in alta eorum* Codd., M. *Cæc. alta eorum* vett. edd. *Cæcil. Philumena : Lata* J. *Philumena : Eorum* cj. M. *Philumena* prob. Both. Spengel. *Philumena : Ita* conj. Grauert. Huoc versum non agooscit Mosellanus ap. Bentin., sed corruptum putat ex ejusdem Plocio (cf. Gell. 2, 23). Idem sentiunt Passer. et Ribb. Huic autem conjecturæ adversatur vox *filium*, in qua *Philumena* latet. — 40 *at frena* P. — 43 *solent* omnes. *soleant* Edd. Cic.

1 *adeone est* Codd. *adeone es* VM. (Id Nonium non scripsisse reor, contra Mercerum.) *eone es* AJ, prob. M; sic enim Ter. *qui habes* Codd. *quia habes* JM, ut Ter. *beluas* Codd., M. — 2 *adrogans* HP. — 4 *formosam esse* omnes, etiam J marg. *formosissimam esse* Edd. ante M, prob. Neuk. *esse formosissimam* Munk. *formosam, sponso* cj. Herm. Ribb. *forma esse ferocem* vett. edd. — 7 *ut domatum equum* H, J marg. *donatum* Edd. ante M. *domatum maecum*

Attius :

Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis, ferox.

M. Tullius Epistola ad Cæsarem lib. I : « Itaque vereor ne ferociorem faciant tu[a] tam præclara judicia de illo. » || *Ferox* significat cordatus vel facetus. Plautus in Milite glorioso [IV, 8, 12] :

Nam tu quemvis poti' sis facere ut fluat facetiis;
Et, quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

Fama est opinio, secundum consuetudinem. Virgilius Æneidos lib. III [v. 122] :

Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem.

|| *Fama*, spes profuturi numinis. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 217] :

Nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.

|| *Fama* est rursus infamia; unde et *famosum* dictum est infame. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 170] :

Neque enim specie famave movetur.

Cicero de Oratore lib. II [c. 68] : « Non pol, inquit, audeo; nam me ad famosas vetuit mater accedere. » Terentius in Adelphis [II, 3, 10] :

Maledicta, famam, meum amorem [et peccatum] in se transtulit.

Plautus in Asinaria :

Qui etiam me miserum famosum flagitiis facit suis.

Lucilius Satyrarum lib. XI :

Quintus Opimius ille, Jugurthini pater hujus,
Et formosus homo fuit et famosus, utrumque
Primo adolescens; posterius dat rectiu' sese.

Turpilius Pædio :

LW. *mecum* P Bern. Gen. *ut adoriatur mœchum* cj. Lips. ex Plauto; babet M. — 10 *ne ferociorem* Codd., M; *et* cj. J, prob. Gifan. *feroci orationem* A. *oratione* ed. 1476, J. *tutam præcl.* omnes. *te tam* cj. J, prob. M. *eum faciant tua tam* cj. Orel. *judicia telo* omnes. *judicia cœli* cj. J, prob. M; quod non placet. *ne feroc.* [*eum*] *fac. tua tam pr. de eo judicia* Edd. Cic. — 13 *quemvis potissis* Codd. *quamvis potissis* vel *potis sis* Edd. *quamvis potis es* Edd. Plaut. *facere ut* omnes. *uti* Bothe, et dedit in ed. Plaut. — 14 *animo eam* P. *animo eram* vulgo, ut Plaut. *nimio eram* cj. M; cui suffragor. — 23 Post *inanem*, vulgo sequitur : *Famosam, infamemque* (*infamam* P). *Cicero de Oratore ... Fama est rursus infamia. Virg. ... unde et famosum dicitur infame. Terentius* ... Hic est manifesta perturbatio; quæ enim nunc priora sunt : *Famosum, infamem*, posteriora fuere, seu potius glossema additum est. — 25 *speciæ* P. — 26 *inquid* P. — 29 *famn meum* HP. *amorem et peccatum* AJ. — 31 *quin etiam me miseram famosam* cj. Gul., improb. Osann; inserit Gul. post Asin. v, 2, 25, prob. Osann. *facit flagitiis* omnes. — 33 *qui intus opimus* P. *quintus opimus* Codd. pleriq. *Quintus* Edd. *optimus* A. *Opimius* Bentio. Turn. JM. — 35 *adulescens* Codd., M. *darettius sese* P. *da rectius* Codd. pleriq., AM. *dat rectius* Bern. J marg. *dare* Turn. *directius* J Gifan. Dousa. *dat tectius sese* cj. Aurat. ined.— 37 *omitte* vulgo. *omittite* vett. edd. *ne deserite* P, et Edd. ante J. *hne deserite* Codd. plerique, Gerl. *ac desere* JM.

P. 306 M.

Quæso, omitte ac desere
Hanc meretricem, quæ te semel nacta, semper studuit perdere,
Detegere, despoliare, oppleremque adeo fama ac flagitis.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Atque etiam, si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant. » Sallustius in Jugurtha [c. 15] : « Is postquam [videt regis] largitionem famosam impudentemque. » || [*Fama*, rumor secundus.] Nævius [Danae] :

Desubito famam tollunt si quam solam videre in via.

Fortis est celer. Lucretius lib. III [v. 7] :

Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
Consimile in cursu possint et fortis equi vis?

Virgilius lib. XI [v. 705] :

Quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo?

|| *Fortis* rursum formosa. Plautus Milite [IV, 3, 13] :

Ecquid fortis visa est?

|| *Fortis* etiam dives. Plautus Trinummo [V, 2, 9] :

Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam.

Id est, divitem et copiosam. Afranius Fratriis :

Formosa est virgo : dotis dimidium vocant
Isti qui dotes negligunt uxorias;
Præterea fortis.

Lucilius lib. XXX :

Omnes formosi, fortes tibi; ego improbus : esto.

|| *Fortis*, magnarum virium. Virgilius Æneidos lib. I [v. 510] :

Fortemque Cloanthum.

Facessere est facere. Ennius Annalibus lib. I :

Hæc effatus, ibique latrones dicta facessunt.

Afranius Inimicis :

Multa atque molesta es : potin' ut dicta facessas?

1 *semel inacta est semp.* Codd. *nacta est* H. *nacta est, semp.* Edd. *semel ut nacta est* cj. Bad. *est* omitt. J. *te sem. ut nacta est,* s. Bothe. *desere illam quæ, semel te nacta, semper* cj. Acidal. — 2 *delerere* cj. Bothe. *flagitiis* omnes. *flagitis* Bothe. — 4 *cognatio* AJ. *cognati* J marg. — 6 *Nævius.* Locus est etiam p. 518, ubi fabulæ nomen. — 7 *videmus* Codd., vett. edd. *viderunt* J marg. *videre* JM, ut p. 518. — 9 *artubus et consimili* Codd. pleriq. *artus et cons.* P. *artubus ævi* inf. p. 420. *hœdi consimili* AJ. *hœdi consimile* M, ut Lucr.; et emendat Aurat. ined. — 10 *incursu* P, Edd. ante M. *in cursu* Codd., Aurat. et M. *et fortis* vulgo. *ac fortis* AJ. (Eadem varietas in Edd. Lucr.) — 13 *fim* (*fidis* marg.) *equo* P. — 15 *et quid* Codd. *ecquid* M, ut Plaut., et cj. Passer. *forte* P. — 16 *trinummo* (ut semper) Codd. — 17 *dispondisse* Codd., A. *dispondisise* P. — 18 *fratris* Codd. *Fratriis* JM. — 20 *dotis* vulgo. *doteis* AJ. *neglegunt* Codd. — 23 Iterum in v. *Improbum*, p. 327. *tibi ergo* vulgo. *ego* JM, ut p. 327. *fortes. Tibi ego improbus?* distinguit Nicol. Faber. *inprobus* H. — 24 *Æneid* omitt. P. — 26 *annalibus* Codd. *Annal. lib.* M. *Annali lib.* A. — 27 *hæc et fatus* Codd. *hæc etfatus* P. *hæc ecfatus* M. *effatus* Edd. ante M. *hæc et fata sibi* Bern., prob. Gerl. *ubique latr.* ed. 1476. *ubi, lat.* cj. Scal. *ibus, lat.* cj. Lips. — 28 *in imis* vel *Imis* Codd., M. *inimis* P. *Afran. Imis* AJ. *Inimicis* cj. J (ob eumdem titulum in v. *Adjutatur*, p. 477), prob. Herm. Neuk. Ribb.

Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 295] :

Imperio læti parent, ac jussa facessunt.

|| *Facessere* significat recedere. Ennius Eumenidibus :

Dico vicisse Oresten : vos ab hoc facessite.

Titinius Gemina :

At vestrorum aliquis nuntiet
Geminæ ut res suas procuret, [et] facessat ædibus.

Pacuvius Teucro :

Te repudio, nec recipio :
Matura, dico, facesse.

Item :

Facessite omnes hinc; parumper tu mane.

Cicero de Legibus lib. I [c. 13] : « Paulisper facessant rogemus. » Afranius Liberto :

Nolo hic te videat : dominus est.
Puer, facesse hinc.

Plautus Rudente [IV, 4, 17] :

Si quidem
Sis pudicus, hinc facessas.

M. Tullius in Hortensio : « Facessant igitur omnes qui docere nihil possunt quo melius sapientiusque vivamus. »

Fatiscere est aperiri. || [*Fatiscere*] rursum deficere. Attius Epinausimache :

Tamen haud fatiscar quin tuam implorem fidem.

Pacuvius Duloreste :

At si tanta sunt promerita vestra, æquiparare ut queam
Vereor, nisi nunquam fatiscar facere quod quibo boni.

mimis Bern., prob. Gerl. — 29 *es* omitt. AJ. *potin* Codd. *potin'* J marg. M. *potiri* Edd. ante M. *facesses* Codd., vett. edd. *facessas* JM. — 31 *parant* P. *justa* Gerl. — 33 *dico ego* cj. Scal., prob. Hessel. *ego dico* cj. Aurat. et Ribb. *ab hoc* delent Voss. Both. Ribb. *facessit* Codd. *facessite* Edd. — 34 *gemine ad* Codd. *Gemina : At* Edd. — 35 *aliquis vestrorum* omnes. *aliq. nuntiet vestrorum* cj. Bothe. — 36 *ut reosuas* Codd., vett. edd. *res suas* JM, et cj. Turn. Passer. *res ut* Both. Neuk. *ut res [sibi] suas* Ribb. *ædibus facessat* omnes. *et facessat ædibus* cj. Hermann; quod ipse videram. — 39 *naturam dico facessti* Codd. pleriq. *naturam dico facessite hinc* (omissis *facesse. Item*) P. *nat. dico facessi* Edd. et Bothe. *facesse* ms. Fabri. *naturam abdico : facesse, i!* cj. Herm., prob. Ribb. *natum abdico, facesse* cj. M, prob. Bothe. *te natum abdico* cj. Bergk. *matura : dictum facesse* cj. Palmer., verbi sensum oblitus, ut notat M. *mature, dico, facesse* cj. Passer. *mature, edico, facesse* cj. Voss. *matura ilico* cj. etiam Passer. — 41 *hinc omnes* Codd. et Edd. *omnes hinc* Paul. ex Festo, et cj. Voss., habet Ribb.

10 *Fat. est aperire rursum def.* Codd. *aperire, rursum def.* AJ. *rursum vel d.* ed. 1476. *aperire vel def.* Bern. *aperiri prorsum, aut def.* cj. J. *aperiri* requirit Guyet. *aperire. Fatiscere rursum* M, e conj. — 11 *epinausimace* Codd. — 12 *tamen aut* Codd., etiam Mp. *t. ante* Edd. ante M. *t. haud* J marg. M, ut Noster p. 479. *qui* Codd., Edd. ante M. *quin* J marg. M, ut p. 479. — 14 *ut si ita sunt* omnes. *at si* cj. Gul. Scal., prob. Bothe. *ut ista* Ribb. *nunc si ita* cj. Sciopp. *nunc ut ista* cj. Welck. — 15 *nisi nunquam* vulgo, et Ribb. *nisi unquam* ed. 1476. *si nunquam* Steph., ut inf. p. 479. *si unquam* J marg. *sed nunquam* cj. Grot. Welck. *quod quiboni* Codd. *qui boni* vett. edd. *quodquod quibo* inf. p. 479. *quod quibo boni* Sciopp. M, Both. Welck. Ribb. *facere quidquam*

P. 307-308 M.

Ferus significat severus. Virgilius Æneidos lib. II [v. 326] :

Ferus omnia Juppiter Argos
Transtulit.

|| *Ferus* iterum equus. Virgilius Æneidos lib. II [v. 51] :

Inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit.

Attius Medea :

Perite in stabulis frenos immittens feris.

|| *Ferus* iterum significat cervum. Virgilius lib. VII [v. 489] :

Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.

Fuga significat citus cursus. Virgilius Æneidos lib. I [v. 316] :

Vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce, volucremque fuga prævertitur Hebrum.

|| Item *fuga* volatum significat. Virgilius [Æneid. lib. III, 243] :

Celerique fuga sub sidera lapsæ,
Semesam prædam et vestigia fœda relinquunt.

|| *Fuga* item dicitur navigatio. Attius Telepho :

Remisque nixi, properiter navem in fugam
Transdunt.

Virgilius Æneidos lib. V [v. 767] :

Ipsæ jam matres, ipsæ, quibus aspera quondam
Visa maris facies et non tolerabile nomen,
Ire volunt, omnemque fugæ perferre laborem.

Idem lib. IIII [v. 565] :

Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?

Idem in tertio [v. 268] :

Tendunt vela noti; fugimus spumantibus undis.

Plautus in Asinaria [I, 3, 5] :

Remigio veloque, quantum potis es, festina et fugo.

|| *Fuga* vehemens efflatus. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 201] :

Ille volat, simul arva fuga, simul æquora verrens.

Frigit, correpta prima syllaba, significat erigit[ur]. Attius Meleagro :

Frigit frigente corpus actum occulte abstruso in flumine.

quod quibo J marg. — 19 *Ferus iterum ecus. Virg.* Codd. plerique. *equus* HJ marg. M. *Ferus significat equum non solum fictum, sed etiam verum* Edd. ante M. *Idem eodem : Inque* AJ. — 23 *in stabule* Codd. *bis tabule* Bern. *in stabulis* Edd. — 24 *significat acerbum* P. — 26 *significat* deleri vult Guyet. — 31 *feda* LW. *fæda* P. *retinquunt* HP. *relincunt* LW. — 33 Repetitum p. 153 et 347. — 34 *transeuntur* Codd. *transeunt* vett. edd. *transdunt* Cujac. M. *tradunt* J, ut fere Codd. in locis cit. *trandunt* L p. 347. — 37 *nomen* Codd., M. *numen* Edd. ante M. — 38 *fuge* P. — 41 *in* III P.

3 *potes* vulgo. *potest* VM. *potis es* cj. Guyet. *poteris* Edd. Plaut. — 4 *flatus* cj. Guyet. *est flatus* saltem velim. — 6 *Frigit*, etc. Jam sup. p. 7. *erigit* omnes, improb. Bothe. *erigitur* comprobatur ex p. 7 : *Frigere ... erigi.* — 8 *frigit fricantem* vulgo. *frigantem* P.

Idem in eadem :

> Frigit æstus rubore ex oculis fulgens flammeo.

|| *Frigere* est, et *Friguttire*, cum sono subsilire. Plautus Casina [II, 3, 49] :

> Nam quid friguttis? quid istuc [tam] cupide cupis?

Afranius Privigno :

> Occasione capta, mulier involat
> In collum, plorat, orat : occurrit nepos
> Pusillus; neptis porro de lecto frigit.

FINGERE est lingere. Lucilius lib. VIIII :

> Quum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
> Fictrices compono, hoc est quum ψωλοκοποῦμαι.

|| *Fingere*, componere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 407] :

> Persequitur vitem attondens, fingitque putando.

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 21] : « Ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret. » Lucilius lib. XXVII :

> Hic populis salutem fictis versibus Lucilius,
> Quibu' potest, impertit.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 9] : « Fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone. » || *Fingere*, parare. Lucilius lib. XXVIII :

> Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.

Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Magnum est enim, ut Ariston scribit, in primordio pueruli, quemadmodum incipiat fingi ;

corpus acuum Codd., M. *actium* ed. 1476. *aerium* AJ. *actutum* J marg. *acutum* cj. Ribb. *fricatque corpus atrum* cj. aliquis ap. Voss., prob. Bothe (nempe de apro). *obstruso* J marg. *occulte* pro glossemate habet Bothe, delet Ribb. *abstrusum* cj. Ribb. — 10 *frigit æstas* vulgo. *æstus* cj. Gul., prob. Ribb. *friget extuans* ms. Palat. *frigit æstuans* cj. Gebh. *æstas* sane non ferendum, sed latet vera lectio. — 11 *Frigere est, et friguttire, cum* M. *frigere est frigutire cum* ed. 1476. *frigere et frigut. est* AJ Neuk. *sussilire* Codd., M. *subsilire* Edd. ante M. *cum sono exilire* P marg., quod est sup. p. 7. — 13 *frigutis* H. *istud cupide* Codd. *tam cupide* A Scal. JM. *istuc tam cup.* Edd. Plaut. *petis* omnes; sed *cupis* Noster p. 7, ut Plaut., et reponi vult Bentin. — 15 *occasionem cartha* Codd., M. *castn* Bern. *nacta* cj. M, prob. Guyet. Both. Neuk. *nancta* Ribb. *occasione certa* Edd. ante M. — 17 *pausillus* vulgo, defendente M. *pusillus* J marg. *delecto* H. — 18 *Fingere est lingere* Codd. pleriq. *jungere* W, Edd. *Virg. lib.* VIIII Codd. *Lucilius* Edd., nam locus citatus et in v. *Componere*, p. 257. — 19 *Cum poclo* Codd. pleriq. *proclo* P. *Quum poclo* M. *Cum p.* cj. J. *Eodem poculo bibo, eodem* AJ. *labra* H, Edd. *abra* PLW. — 20 *fictrices compono* Codd., etiam ms. Fabri, ed. 1476. *fingens compono* AJM. (Locus jam cit. in v. *Compono*, sed deest *fictrices*. Illuc adi.) *Compono fictrix* conjicio. *cum* ωλοκοπουμη LW, ms. Jun. *cum uia* οχοτυουμη P. *cum ria* οχοσωυμη Bern. Hæc omnino omitt. Edd. ante M. ψωλοχοποῦμαι cj. J, recep. M. — 22 *antondens* WM. *adtondens* HP. *attondens* AJ. — 24 *aliam primo* P. *hortu* Codd. *perficere... fingere* omnes. *perficeret ... fingeret* Cic. — 26 *item populi salute* Codd., M. *populis* vett. edd. *populum* cj. J. *item* Nonio tribui posset; sed, *Item Lucil.* velim. *item populi* omitt. Dousa; quæ desunt in v. *Sedulo*, p. 37. *salute et fictis* omnes. *salutem fictis* Dousa, ut est p. 37. — 29 *prolatn dicunt plantone* P. *dicunt prolatam a* Edd. Cic. — 31 *tumido* Mp. — 33 *puerili* HPW, M. *pueruli* LAJ, et sic Riese. *incip. fingi ad id quasi* Codd. *ad id*,

P. 309 M.

ad id quasi evadat. » || *Fingere*, effigiare, vel formare et facere. M. Tullius de Republica lib. IIII : « Ego vero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea urbe quam sibi fingit. » Idem de Deorum natura lib. II [c. 59] : « Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus : ea vocem immoderate profusam fingit et terminat. » Virgilius Æneidos lib. II [v. 79] :

> Nec, si miserum fortuna Sinonem
> Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 12] : « Virum bonum fingimus; de ejus deliberatione et consultatione quærimus. » Sallustius in Catilinæ bello [c. 1] : « Quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. » Plautus in Asinaria [I, 3, 22] :

> Nam nec fictum usquam est, nec pictum, nec scriptum in poematis.

Varro Ταφῇ Μενίππου : « Ut hirundines figulinas oblitæ luto tegulas fingebant. » || *Fingere*, simulare mendacium. Afranius Fratriis :

> Nunc vide, hoc quo pacto ego aurum in medium proferam!
> Tu Castalia cogita, tu finge, fabricare ut libet.

Virgilius Georgicorum lib. II [v. 45] :

> Non hic te carmine ficto
> Atque per ambages [et longa exorsa tenebo].

Terentius in Andria [I, 3, 15] :

> Et fingunt quamdam inter se nunc fallaciam.

Virgilius lib. XI [v. 406] :

> Vel quum se pavidum contra mea jurgia fingit
> Artificis scelus.

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 22] : « Talibus exemplis non fictæ solum fabulæ, sed etiam historiæ refertæ [sunt]. »

quo si M. *incipiant fingi ad id quo si evndant* J marg. *fingnt id quasi* AJ. — 35 *eodem* [*modo*] cj. Moser. *omerum* HP.
3 *sita linen tingua est* Codd. pleriq. *sit nliena l. est* HP, ed. 1476. *sit nliena lingua finitn* A. *sita lingun est* JM, ut Cic. — 7 *inproba* H. — 8 *lib.* II vulgo. *lib.* III M. *virum bonum* omnes. *sapientem et bonum* v. Cic. — 9 *liberatione* Codd., A. *deliberatione* Bentin. JM, ut Cic. *quipcimus* Codd. *qui primus* Edd. ante M. *quærimus* J marg. M. — 10 *obædientia* LW. — 11 *Plautus.* Quod repetitum in v. *Poematorum*, p. 493. — 12 *nam neque usquom fictum* perperam Edd. Plaut. *nam neque usq.* J. *usq. est nec dictum* HP Bern. *nec tictum* LW. *neque dictum* Edd., ut p. 493, et Edd. Plaut. *nec p.* M. *neque scripl.* vulgo. — 13 *tafe menippu* Codd. pleriq. *feminippo* P. *hirundinesingulinis* P. *hirundine singulinis* Codd. ceteri. *hirundine singulis* ed. 1476, M. *hirundines figulis* AJ. *hirundines tigillis* cj. Popma. *figuli* cj. J. *obliti* vulgo. *oblitis* AJ. *singuli obtiniti* J marg. *hir. in culinis* cj. Roth. — 15 *fratris* vulgo. *Fratriis* JM. — 16 *nunc vide hoc, quo* AJ. Gerl. *vide, hoc quo* M Bothe. *pacto eo aurum* omnes. *ego aurum* cj. Bothe, prob. Neuk.; quod et ipse scripseram. — 17 *tu, Castolin, cog.* Both. Ribb. *cogitatu* H. *uti tibet* vulgo. *ut* ed. 1476, Both. Neuk. Ribb. — 22 *effingunt* vulgo. *et fingunt* AJ, Guyet, ut Ter. — 27 *ficte* P. *verum*

Facinus, factum. Sallustius in Catilinæ bello [c. 2] : « Qui, aliquo negotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. » Terentius Heautontimorumeno [II, 3, 73] :

Non fit sine periclo facinus magnum nec memorabile.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 25] : « Promissum potius non faciendum quam tætrum facinus admittendum fuit. » Et de Senectute [c. 12] : « Nullum denique scelus, nullum malum esse facinus, ad quod suscipiendum non lubido voluptatis impelleret. » Plautus in Aulularia [IV, 1, 1] :

Hoc est servi facinus frugi!

|| *Facinus*] rursum scelus. Sallustius in Catilinæ bello [c. 23] : « Sed in ea conjuratione fuit Quintus Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus. » M. Tullius de Officiis lib. III [c. 18] : « Ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. »

Furtum est occulta subreptio. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 346] :

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

|| *Furtum*, insidiæ. Sallustius lib. I : « Illo profectus, vicos castellaque incendere, et fuga cultorum deserta igni vastare, neque elatus aut securissimus, metu gentis ad furta belli peridoneæ. » Virgilius Æneidos lib. XI [v. 515] :

Furta paro belli convexo in tramite silvæ,
Ut bivias armato obsidam milite fauces.

|| *Fures* etiam servi sunt dicti. Virgilius in Bucolicis [3, 16] :

Quid domini faciant, audent quum talia fures?

Fiducia est audacia. Sallustius lib. II : « Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. » || *Fiducia*, confidentia. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 188] :

Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

Fatigare, cohibere, comprimere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 18] : « Qui non verbis sunt et disputatione philosophorum, sed

etiam Edd. Cic. — 30 *intenti* vulgo. *intentus* M, ut apud Sall. *quærunt* AJ. — 32 *periculo* omnes. *magnum et mem.* AJ, ut fere codd. Ter. — 34 *quam tam tætrum* Edd. Cic., Improb. M ; *tam* abest et in v. *Tætrum*, p. 413. *tætrum* Codd., M. *tetrum* Edd. ante M.
1 *suspiciendum* P. *libido* vett. edd. *lub. voluntatis* HP. — 3 *hoc est servi facinus rursum scelus* Codd. *facinus. Facinus rursum* AM. *impelleret. Facinus rursum scelus. Plautus Aul. .... Sallust.* J. — 8 *lib.* III vulgo. IIII M. — 11 *lib.* I : *illo* omitt. WM ; habet W marg. — 12 *elate* vulgo. *elatæ* ed. 1480. *elata* AJ. — 13 *aut fetustissimus* Codd. pleriq., M. *fœtustissimus* L. *fecutis* Bern. *vetustissimus* J marg. *securissimus* ed. 1476, edd. 1480, 1500, AJ, et Gerl. fragm. Sall. *elato aut securo esse animo* cj. Dousa. *securus nimis* cj. Schott. *aut fretus, simul metu* cj. Roth. *belli peridonea* Codd. *peridoneæ* Edd. — 16 *obsida* HLW. *obsidam* ed. 1476, M. *obsidat* PAJ. — 19 *Fiducia, confidentia*, etc., priore loco exhibent Edd. ante M. *ita fiduciam* P. — 25 *vinclis* Codd. pleriq., M. *vin-*

P. 310-311 M.

vinculis et carcere fatigandi. » || *Fatigare*, commovere, perturbare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 280] :

Quæ mare nunc terrasque metu cœlumque fatigat.

Frigoris quæ sit significatio, manifestum est; ut Virgilius Georgicon lib. II [v. 344] :

Frigusque caloremque
Inter.

Et Lucretius [IV, 220] :

Frigus ut a fluviis, calor ab sole, æstus ab undis
Æquoris.

|| *Frigus*, metus. Virgilius Æneidos lib. I [v. 92] :

Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra.

|| *Frigus*, aeris natura. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 256] :

At sceleratum exquirere frigus
Difficile est.

|| *Frigidum*, venenatum. Virgilius in Bucolicis [8, 71] :

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

|| *Frigidus*, mortuus. Virgilius lib. VIIII [v. 414] :

Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen,
Frigidus.

|| *Frigidum*, segne, imbecille. Virgilius lib. XI [v. 338] :

Largus opum et lingua melior, sed frigida bello
Dextera.

Ferire usu significat percutere. Virgilius in Bucolicis [9, 25] :

Cornu ferit ille, caveto.

M. Tullius de Suppliciis [c. 46] : « Feriuntur securi : lætaris tu in omnium gemitu, et triumphas. » || *Ferire*, sancire, firmare. Virgilius Æneidos lib. X [v. 153] :

Haud fit mora, Tarchon
Jungit opes fœdusque ferit.

Fovere est nutrire, provehere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 55] :

Hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidosque fovent.

Et Æneidos lib. I [v. 18] :

Jam tum tenditque fovetque.

Lucilius lib. XXVIIII :

Ventrem alienum
Mœstum fôvere ex molito hordeo, uti cataplasmo.

culis P, Edd. ante M. — 29 *lib.* I P, Edd. ante M. *lib.* II LWM. 10 *ille movens* P. — 12 *inbecille* H. — 18 *inominum gem. et triumphis* P. — 20 *aut fit* HP. *haut* LW. *haud* Edd. — 25 *progenies* P. — 26 *et* omitt. P. — 27 *tantum*

|| *Fovere*, aspergere. Virgilius lib. XII [v. 420] :

Fovit ea vulnus lympha longævus Iapyx.

|| *Fovere*, constituere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 43] :

Sub terra fôvere larem.

Et Æneidos lib. I [v. 718] :

Et interdum gremio fovet, inscia Dido
Insidat quantus miseræ deus.

|| *Fovere*, tueri. Virgilius lib. VIIII [v. 56] :

Non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere.

FŒTUM significat plenum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 51] :

Loca fœta furentibus austris.

Et lib. II [v. 237] :

Scandit fatalis machina muros,
Fœta armis.

Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Non videtis, unus ut parvulus Amor aridis feta lampade [amantes agat æstuantes]? || *Fœtum*, onere levatum. Virgilius lib. VIII [v. 630] :

Fecerat et viridi fœtam Mavortis in antro
[Procubuisse lupam].

Et Georgicorum lib. III [v. 177] :

Nec tibi fœtæ
More patrum nivea implebunt mulgaria vaccæ.

Varro de Vita populi Romani lib. II : « Mensæ ante ponebantur cum caliculo uno : in quo quæ veniebant ad fœtam amicæ gratulatum, diis mactabant. »

FASCES quam habeant significationem, manifestum est. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 495] :

Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit.

Fasces consulum posuit. || *Fascem*, onus. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 347] :

Injusto sub fasce viam dum carpit.

Codd. *jam tum* AJM. — 28 *Lucil.* citatur et in v. *Mœstum*, p. 350. — 30 *maestum* P. *mesttum* LW. *mestum tum* H. *alienum tum fov.* vett. edd. *al. mæstum fov.* PJM, ut Noster p. 350. — 32 *lymfa* LW. *lypha* P. *Iapix* vulgo. *Iapyx* P, ut Edd. Virg. — 34 *fovere* tuetur M. *fovere* vel *fodere* Edd. Virg. — 37 *iasidat* Codd., J marg. M. *insideat* Edd. ante M. *misere* H.

1 *foetum* (itemque in sqq.) Codd., vett. edd. *fetum* JM. — 6 *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Agere*, p. 243. *gnoti seauton* Codd. *unum et parv.* Codd. *unus ut parv.* AJM, ut p. 243. — 7 *ardi feta* P, vett. edd. *ardifeta* Codd., JM. *ardifera* cj. Bad. *lepades* Codd. *lampades* ed. 1476. *lampade* AJM, ut p. 243 : ubi comparent quæ addidi. — 13 *mulgaria* Codd., J marg. M. *mulctaria* Bern. AJ. *mulctralia* J marg. *mulctraria* ed. 1476. — 14 *lib.* XII P. *lib.* II vulgo. *anteponebantur* vulgo; dividit Guyet. *cum* (*cum* M) *cullia ac uno* (*acuno* P) Codd., M. *cum culina ac uno* A. *cullina ac uno* ed. 1476. *cum culina ac vino* J. *cum culigna ac vino* cj. Lips. Turn.

Virgilius in Bucolicis [9, 65] :

Ego hoc te fasce levabo.

Idem Georgicon lib. IIII [v. 204] :

Ultroque animas sub fasce dedere.

FUNDERE est liquorem defundere. Virgilius Æneidos lib. V [v. 77] :

Hic duo rite mero libans carchesia baccho
Fundit humi.

|| *Fundere*, prosternere, jacere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 192] :

Quam septem ingentia victor
Corpora fundat humo.

Et Æneidos lib. II [v. 252] :

Fusi [per mœnia Teucri
Conticuere.

« ..... fusi] sine mente ac sine ullo [sen]su jacerent. » M. Tullius in Philippicarum XIIII [c. 1] : « Sceleratissimorum hostium exercitum fusum cæsumque cognovi. » || *Fundere*, dare. Virgilius in Bucolicis [4, 23] :

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 13] : « Ut aut flores, aut fruges fundant, aut baccas. » || *Fundere*, dicere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 344] :

Talia fundebat lacrimans.

Plautus Asinaria [V, 2, 52] :

Næ ille ecastor fenerato funditat.

|| *Fundere*, fugare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 420] :

Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidiis, totaque agitavimus urbe,
Apparent.

|| *Fundere*, dimittere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 104] :

Ruuntque effusi carcere currus.

JM. *culigna* jam Bentin. *cum culleo* cj. J. *cum cullea ac uno* (omisso nomine) forte legendum. *cum culullo* scripsit aliquis in marg. Jun. — 15 *in quoque* Codd. *in quo quæ* AJM. *ex quo* cj. Guyet. *udfertam* (*od fœtnm* marg.) P. — 16 *dis* Codd. — 21 *Fascem consulem posuit Virgil. Georg. lib.* II : *injusto... Fascem, onus* vulgo. *consulem posuit Virgil.* etiam vett. edd. *posuit. Virgil.* JM. Magna in contextu perturbatio, cui mederi conatus sum, et Nonii interpretamentum defendere. — 23 *lib.* II : *injusto* vulgo. III M. *dum carpit* etiam Donat. ad Ter. And. I, 1, 9. *cum carpit* Edd. Virg. — 27 *onimam* Edd. Virg. — 28 *Georg. lib.* V HPLW. IIII ms. V. *Georg. lib.* III AJ. *Æneidos lib.* V e conj. M. — 33 *fundat humo* vulgo. *humi* AJ, ut Serv. — 34 *Et Ennius* cj. J, prob. M. *fusissi sine mente* LWM. *fusis sisine* H. *fusis sisine* P. *fusis sine* Bern. *fusus sine* AJ. *fusi sine* cj. Düntz. *ac* omitt. AJ. *sine ullo subjacerent* vulgo. *ullo sed subjunc.* Gen. Bern. *ullo sensu jacerent* cj. Roth. *Enn. lib.* I : *fusis sine mente atque subjicerent* J marg. — 38 *Philip. lib.* omnes. *lib.* XV P. *lib.* I Edd. ante M. XIIII M e conj. — 43 *fundant* omnes. *fundat* Edd. Cic. *bacas* vulgo. *dicere* omitt. P. — 45 *fundebat lacrimas fundebant* P.

2 *ille castor* Codd. *illecastor* P. *funerato* vulgo. *fenerato* HP, et cj. M. *fundit* omnes.

Et lib. X [v. 270] :

Cristisque a vertice flamma
Funditur.

Filum dicitur deducta res quæque ad tenuitatem. Virgilius lib. X [v. 814] :

Extremaque Lauso
Parcæ fila legunt.

|| *Filum*, oris lineamentum. Lucilius lib. XXVIIII :

[Hem] surge, mulier ! Duclte Filum non malum !

Flagitium veteres vitium quod virgini infertur, dici voluerunt. || *Flagitium*, periculum. Lucilius lib. XXX :

Qui et poscent minus, et præbebunt rectiu' multo,
Et sine flagitio.

Fides quid sit, manifestum est; ut Virgilius Æneidos lib. I [v. 292] :

Cana Fides et Vesta,

ut plerumque. || *Fides*, chordæ quæ appellantur. M. Tullius in Hortensio : « Ponendæ sunt fides et tibiæ. » Et Virgilius lib. VI [v. 120] :

Threicia fretus cithara fidibusque canoris.

Facere apertam habet significantiam. || *Facere*, rem divinam religionibus exhibere. Plautus in Aulularia [IV, 2, 15] :

Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Virgilius in Bucolicis [3, 77] :

Quum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.

G

Grave, gravidum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 273] :

Donec regina sacerdos
Marte gravis.

|| *Grave*, plenum. Virgilius in Bucolicis [1, 50] :

Non insueta graves tentabunt pabula fetas.

funditat Plaut., prob. Acidal. — 12 *dicitur* omitt. M. Quam notionem posteriore loco ponunt AJ ; omnino omitt. ed. 1476. *deducta* vulgo. *ducta* AJ. — 16 *ores lin.* Codd. *oris* AJM. — 17 Aliquid initio senarii deest. *ducite filum* Codd. pleriq. *ductiae filium* P. *ducito filum* AJM. — 18 *flagitium quasi flagrans vitium* P marg., vet. manu. — 19 *Flagitium, periculum ...* priore loco exhibent AJ. *Lucil. lib.* XXVIII : *qui* omnes. Mendum esse reor. — 20 *quiete poscente* HVAJ. *qui et e poscente* P. *qui ete poscente* Gerl. *qui et poscent* M. *qui et te poscent* cj. Roth. *et præbunt* Codd. *præbent* AJ. *præbebunt* M, e conj. — 25 *cordæ* Codd. — 28 *threitia* P. — 30 *in aulularium uisi* HPLW. *mulsi* Bern. AJM, ut Plaut. *fidelium* P. — 33 *vitulam* vulgo. *vitula* J. (Et variant Virg. codd.) — 39 *non sueta* P. *gravis* vulgo. *graveis* AJ. *temptabunt* Codd.

P. 314 M.

Et Georgicorum lib. III [v. 317] :

Et gravido superant vix ubere limen.

|| *Grave*, fecundum, frugiferum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 525] :

Quid labor aut benefacta juvant? Quid vomere terras
Invertisse graves?

|| *Grave*, secundum consuetudinem, ponderosum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 162] :

Vomis, et inflexi primum grave robur aratri.

Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 40] :

Hui! tam graves hos, quæso?

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 8] : « Aut certe omni pondere gravior habenda est. » || *Grave*, amarum. Varro Quinquatribus : « Absinthium uti bibam gravem, et castoreum, levemque robur. » Virgilius [Georg. IV, 270] :

Et graveolentia centaurea.

|| *Grave*, multum, significare veteres probant; nam et *graviter* multum, valde, intelligitur. Titinius Psaltria :

Gravique obsonio
Convivas.

Cæcilius Plocio :

Placere occepit graviter, postquam est mortua.

Attius Deiphobo :

Aut [in] infando homine, gnato Laerta, Ithacensi exsule,
Qui neque amico amicus unquam gravi', neque hosti hostis fuit.

Sallustius Historiarum lib. III : « Namque is, præter solita vitiosis

2 Post *limen*, omnes versum Virgilii subjiciunt : *Tum pietate gravem*, etc., qui ad notionem *sapiens cum auctoritate* pertinet. Hoc vidit sedulus et acutus M. Sæpe fit ut ordo mihi turbatus videatur (ut puta hujus lemmatis initium manifesto fuit : *Grave secundum consuetudinem ponderosum*; quæ soleonis formula); sed talia sæpius mutare laboriosum nec satis tutum sit. — 3 *fecundum consuetudine ponderosum* (hæc duo verba mox repetenda, confusis *fecundum* et *secundum*) P. — 5 *juvent* Codd., M. *juvant* Edd. ante M, ut Edd. Virg. — 9 *robur antri* P. — 11 *ultam* HP. *ultra* Bern. *ul tam* Gerl., qui verba arbitratu suo dividere solet. *hui tam* Edd., ut Ter. *gravis* vulgo. *graveis* AJ. — 13 *est* omitt. Edd. Cic. *quinquntrubus* Codd. *quinquatribus* Edd., ut Noster p 190 et 337, idem citans. — 14 *absentium* Codd. pleriq. *absinthium* Mp, Edd., ut p. 190. *castorem* Codd. pleriq. *castoreum* Mp, Bentin. AJM, ut Noster p. 190 et 337. *leveque* vulgo. *levemque* Bentin. M, ut p. 337. — 15 *Virgilius : et grav. cent.* omitt. Codd., etiam P, vett. edd., habent W marg. JM. — 17 *Grave, multum, valde sign. vel. prob. Titin. Psalt. ... Nam et graviter multum intelligitur* omnes. *Grave, valde multum* cj. Neuk. — 21 *Cæcilius procilio* P Bern. — 22 *occepit* HPWM. *hoc cœpit* L, Edd. ante M. — 23 *deifebo* P. — 24 *Aut infando* vulgo. *At* HP. *homine* vulgo. *homini* M. *infandod homini* Bothe. Deesse aliquid ante *aut*, innuit Ribb. *gnato laerata ithacennse exsule* HL. *gnatu lnerat nit hac ait hac enase exule* (*hacenase exsule* P) WP. *gnatula erat, aut arena si ex sole* Edd. ante M. *lerata ithacense se ex exule* Bern. *ait a cena se exsule* J marg. *homini, gnato Laertæ, Ithacensi ex solo* M, e conj., prob. Bothe. *gnato Laerte* cj. Gerl. *Laerta* cj. Roth. *gnato Laerta, Ithacense exsule* Ribb. — 25 *qui neque* vulgo. *quinque* W. *quique* Edd. ante M. — 26 *namque his* Codd., Edd. ante M. *neque is* Bern. *namque sis* (sed *is* in Emendandis) M. *is* cj. Guyet. *vitiosis magis æsta-*

magistratibus, quum per omnem provinciam, infecunditate biennii proximi, grave pretium fructibus esset. » M. Tullius de Officiis lib. I [c. 25] : « Nec vero audiendi qui graviter inimicis irascendum putant. » Lucretius lib. I [v. 63] :

Humana ante oculos fœde quum vita jaceret
In terris, oppressa gravi sub relligione.

Varro Gerontodidascalo :

Ubi graves pascantur atque alantur pavonum greges.

|| *Grave*, grandævum. Virgilius lib. V [v. 387] :

Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

|| *Grave*, molestum. M. Tullius de Senectute [c. 2] : « Quod nunquam tibi senectutem gravem esse senserim. » In eodem [c. 19] : « Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur. » Sallustius lib. II : « Et continetur gravius. » || *Grave*, nocens. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 415] :

Galbaneoque agitare graves [nidore chelydros].

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 22] : « Magnum illud bellum perfuga unus et gravem adversarium imperii sustulisset. » || *Grave*, triste. Attius Erigona :

Sed ubi ad finem ventum est, quo illum fors exspectabat loco,
Atque Orestæ gravi' sacerdos ferro prompto adsistere.

Virgilius lib. VIII [v. 582] :

Gravior ne nuntius aures
Vulneret.

|| *Grave*, forte. Virgilius lib. XII [v. 458] :

Ferit ense gravem Thymbræus Osirim.

|| *Grave*, utile. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 31] : « Ut, etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. » || *Grave*, solidum et firmum. Attius Athamante :

Beneficiis [tuis] gravem hostium peperisti tibi gratiam.

tibus cj. Haverc. — 27 *bienni* vulgo. *biennii* JM. — 28 *fructus esse* P. — 29 *graviter qui* omnes. *qui grav.* Edd. Cic. — 31 *fede* Codd. — 32 *relligione* vulgo. *religione* P. — 34 *ubi graves* HP, Edd., ut in v. *Pascere*, p. 440. *uerbi gr.* LW. *pascuntur* Codd., M. *pascantur* AJ, ut p. 440. *alantur* omnes.

3 *facilius morbos incid.* P. *adolescentes* omitt. Codd.; habet W manu sec. — 4 *et continetur gravis* vulgo. *gravius* cj. M (non vero *cantinentur*, ut ait Gerl.). *gravius* prob. Guyet. — 5 *noscens* P. — 6 *gravi* Codd., AJ. *gravis* ed. 1476, M. — 7 *illum* Codd. *illud* JM, ut Cic. — 8 *humum et grave* LW. *hominum et grave* P. *per fugam hom. et gravem* velt. edd. *unus et gravem* JM, ut Cic. — 9 *accius* omitt. P. — 10 *ad finem* omnes. *ad fanum* cj. Lips. Passer. *in quo* omnes. *in* deleri vult Guyet. *ventum in quo* Bothe. *for* P. *expectabat* vulgo. *spectabat* M. — 11 *atque* Codd. pleriq., ed. 1476, et cj. M, prob. Voss. Guyet. Bothe. *ad quem* WAJ. *adque Oresten* cj. Ribb. *gravi* P. *ferra* omitt. P. *astituere* H. *adstituere* LW et M, prob. Bothe. *adsistit* P Gen. Bern. *adstitit* cj. aliquis ap. Bothe. *adstiterat* J. *adstituerat* Ribb. — 12 *Virg. georg. lib.* XII P. *Georg.* omitt. Codd. pleriq., AJ. — 13 *auris* vulgo. *aureis* AJ. — 16 *tymbreus* Codd. — 17 *ut*

P. 315-316 M.

Idem Nyctegresia :

> Id quod facis, gratum et grave est.

M. Tullius in Hortensio : « Unde aut ad agendum, aut ad dicendum, copia depromi major gravissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum, potest? » || *Grave*, sapiens cum auctoritate. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 25] : « Quæ gravis et fortis civis, et in republica dignus principatu, fugiet atque oderit. » Et in Hortensio : « Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide gravius? » Et Virgilius Æneidos lib. I [v. 151] :

> Tum pietate gravem ac meritis [si forte virum quem
> Conspexere, silent].

|| *Grave*, necessarium. Lucilius lib. XXVIIII :

> Habeasque animo, mihi admodum causam gravem
> Fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo.

Grassari dicitur supra modum sævire. || *Grassari* etiam dicimus ambulare. Titinius Veliterna :

> Vende thensam atque mulos; sine eam pedibus
> Grassari, confringe ejus superbiam.

Novius Pædio :

> Erral anus sine diploide [atque] a recta grassatur via.

Idem Pædio :

> Nunc res me ipsa reprimit; sæpe hac sum eadem grassatus via.

Sallustius in Jugurtha [c. 1] : « Qui, ubi ad gloriam virtutis via grassatur. » Afranius Excepto :

jam sit Codd. *utiamsitalia* P. *ut jam sint* Edd. ante M. *ut etiamsi sint* M, ut Cic. — 19 *metitur* P. — 20 *achamante* P. — 21 *veneficius* (*venefitius* P) *gravem hostium pepepristi et grave* Codd., M. *peperisti. et grave* P. *veneficiis et egresia* (quod natum e sequenti titulo ej. Bentin. Passer.) *hostium deperisti et grave* AJ. *beneficiis hostem grave pep.* ms. Palat. *benef. egregium hostem pep. et gravem* ej. Guebh. *benef. egregiis hostimentum peper. grave* cj. Grot. (item, sed deleto *egregiis*) Bothe. [*meis*] *benef. hostimentum pep. gratum et grave* ej. Bergk. [*tuis*] *benef. hostim.* [*firmum*] *pep. et grave* ej. Ribb. *beneficium grave in hostium pep. gratinm* J marg. Delr. Scriver. *beneficiis gravem Hostium peperisti gratiam* cj. Voss. [*et*] *benef. gr. h. pep. gratiam* cj. Düntzer. *et*, ante *grave*, plerique negligunt, quod nullum sensum habet : pro quo *tibi* scribo. *gratinm*, non vero *hostiment.* probo. Credo septenarium. — 22 *idem nyctegr.* HLWM. *inyctegresin* P. *yctegresin* Bern. *nictegresia* AJ. — 24 *unde haud nd* H. — 27 *fortis quis* Codd. *fortis civis* Edd., ut Cic. — 28 *principatum* Codd. *principatu* Edd. — 29 *dultius* P. — 30 *Et Virg.* Hæc vulgo sup. leguntur, ut monui. *Et lib.* I *Æneidos* (omisso *Virg.*, quum legatur in præced. exemplo) omnes. — 31 *tunc* vulgo. *tum* ed. 1476, ut Virg. — 34 *gravem um fore* P. — 35 *adducat* P.

2 *vende thensam* vulgo. *unde th.* Edd. ante M. *ac mulos* Both. Neuk. Ribb. *sinita eam* Bothe. *sineque eam* Neuk. *sine me eam* Herm. *s. eam ped.* [*jam*] Ribb. Vulgo senarios esse putant, sed eum conjecturis; equidem ereticos teliambos habeo. — 3 *confingere* Codd. pleriq., J marg. *eum fingere* WAJM. *confringere* ej. J. *confringe* cj. Passer. M Voss., prob. Guyet. Roth. Neuk. Ribb. — 5 *cretanus sime diploidi* HLW. *si me* M. *sine diploide* J marg. *Cæretanus* cj. Lachm., recep. Ribb. *certamus si me diploidi* Edd. ante M. *erratanus si mediploidi* P. *errat anus si me deploida* Bern. Gen. *errat anus sine diploide* ej. Roth. *arrecta* P. *diploida recta* Bern. Gen. Post *via*, signum defectus addit M. — 7 *ipsam* Codd. pleriq. *ipsa* Mp Gen., Edd. *sæpe hae* vuglo. *haec* PMp. *hae eadem sum* vulgo. *hac sum eadem*

Consimili grassantur via,
A quibus hic est omnis cultus.

Garrulæ dicuntur aves canoræ et hilares. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 307] :

Garrula quam tignis nidum suspendit hirundo.

|| *Garrulus* est rursum cordatus. Varro Periplu lib. I : « In hac civitate tunc regnabat Dionysius, homo garrulus et acer. »

Gemini dicuntur ex uno utero uno die editi. Virgilius lib. VIII [v. 631] :

Geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros.

|| *Geminum* rursum simile. Pacuvius Hermiona :

Par fortitudo, gemina confidentia.

|| *Geminæ*, duæ. Virgilius lib. VI [v. 894] :

Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea.

Gerere est habere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 89] :

Et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus.

|| *Gerere*, ferre. Virgilius lib. VII [v. 455] :

Bella manu letumque gero.

Et idem eodem libro [v. 188] :

Lævaque ancile gerebat.

|| *Gerere*, facere. Virgilius lib. VIIII [v. 203] :

Nec tecum talia gessi,
Magnanimum Ænean et fata extrema secutus.

Gradus consuetudine sunt per quos ad altiora domorum et ædificiorum omnium scanditur. Virgilius Æneidos lib. I [v. 448] :

Ærea cui gradibus surgebant limina.

|| *Gradus*, pedum gradientium vicissitudo. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 191] :

Gradibusque sonare
Compositis.

|| *Gradus*, firmitas standi. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 23] : « Nec tumultuantem de gradu dejici, ut [dicitur]. »

Munk. *sum ead. hac* Bothe. Versus enim claudicat. — 11 *a quibus* vulgo. *a* omitt. Bern., et omitti vult M; deleat Both. Neuk. — 14 *suspendit* HPW et Edd. *suspendat* L. — 15 *garrulus* omnes. *gnavulus* vel *gnaruris* cj. Passer. *periplus* vulgo. *peribus* P. — 16 *tum* vulgo. *tunc* Mp. *cum* P. — 17 *lib.* VIIII vulgo. VIII M. — 19 *ubere* P. — 20 *pendentis* vulgo. *pendenteis* Al. — 27 *decus gessimus* H. — 30 *loetumque* P. *lætum* ed. 1476. — 35 *facta* P. — 37 *omni* P.

5 *deiciunt*. *Gestire* omnes. *deici ut dicitur* Cic., ut monet M. — 6 *lib.* XX P. — 7 *quanto* omnes. *quantum* Noster p. 319, ut Lucr.

P. 317 M.

GESTIRE est cupere. Lucilius lib. XXX :

Quantum haurire animus Musarum e fontibu' gestit.

|| *Gestire*, lætum esse. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 387] :

Et studio incassum gestire lavandi.

H

HERBA est viride pecorum pabulum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 134] :

Et sulcis frumenti quæreret herbam.

|| *Herbam* veteres palmam vel victoriam dici volunt. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 498] :

Atque immemor herbæ
Victor equus.

Attius Meleagro :

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent,
Pro se quisque quum corona clarum connectat caput.

Afranius Excepto :

Fit opus luculentum hoc. Vici : herbam dult!

HABERE, fatiscere. Virgilius lib. XII [v. 296] :

Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis.

Terentius Andria [I, 1, 55] :

Certe captus est :
Habet.

|| *Habere* planum est quid significet; ut Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 29] :

Habeat secum, servetque sepulchro.

Terentius Andria [I, 1, 12] :

Quod habui summum pretium, persolvi tibi.

|| *Habere*, tenere, occupare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 290] :

Hostis habet muros.

aurire annimus P. *et fontibus* PMp Bern. — 17 *ecus* Codd. pleriq. *equus* H. — 19 *celebrant* omnes. *celerant* scriptum in marg. Jun. *conterunt* L. *dona tenent* J marg. — 20 *cum corona* vulgo. *cumque cor.* Bern. *constat caput* Codd. plerique (P marg.), Edd. ante M. *constitit* V manu pr., ms. Cujae., M. *conectat* PMp Gen. Bern. et ms. ap. Guyet. *circumstat* cj. M, prob. Voss. Guyet, et sic ms. Palat. *conlustrat* cj. Scal., improb. M Gebh. *cohonestat* Ribb. *connectit* Delr. et cj. Bad. Bethe. *connectunt* cj. Bothe 2. — 22 *hoc dici herbam dent* omnes. *hoc diei* J marg., prob. Ribb. *hoc. Vici, h.* cj. Passer. *hoc. Dixi. Herbam* cj. Bethe. *hic tibi h. dedet* cj. Neuk. *hic tibi h. dabit* vel *dat* cj. Herm. — 23 *Habere satis esse* omnes (nullo sensu). *saucium esse* cj. Passer. *fatiscere*, quod dedi, explicat Noster : *fatiscere, deficere*, p. 307. *satis habere* ad sensum conveniret. — 24 *hoc melior* P. — 25 Terentii locum, qui vulge in sequente articule eccurrit, huc eertissima eonjectura retraxi, quum utrumque exemplum similiter interpretentur Serv. ad Æn. x, 296, et Donat. ad And. I, 1, 56. (Scil. *percussus est, vulneratus est :* pro quo quid sibi vult *satis esse?*) Errorem vidit M; unde Nonium more suo reprehendit. — 28

Lucilius lib. XXVIIII :

Hoc tum ille habebat, et fere omnem Apuliam.

Plautus Aulularia [IV, 3, 30] :

Postremo hunc jam perscrutavi : nihil habet.

|| *Habere* rursus habitare. Sallustius in Catilinæ bello [52] : « Credo, falsa existimans ea quæ de inferis memorantur : diverso itinere malos a bonis loca tætra, inculta, fœda atque formidolosa habere. » Virgilius lib. VII [v. 131] :

Quæ loca, quive habeant homines.

Afranius Excepto :

Ubi, dic, Moschis, quæso, habet meretrix Neapolitis?

Attius Philoctete :

Ubi babet? Urbe, agrone?

Plautus Aulularia [Prol. 5] :

Patri[que] avo[que] jam hujus qui nunc hic habet.

|| *Habere,* dicere. Terentius in Eunucho [III, 1, 9] :

Labore alieno magno partam gloriam
Verbis sæpe in se transmovet qui habet salem :
. Quod in te est.

|| *Habere,* facere. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Saltem infernus tenebrio atque κακὸς δαίμων habeat homines sollicitos, quod eum pejus formidant quam fullo ululam. » M. Tullius de Republica lib. III : « Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone : Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. » || *Habere,* audire. Lucilius lib. XXVIII :

Habes omnem rem : timeo ne accuser.

Terentius Hecyra [I, 2, 119] :

Habes omnem rem; pergam quo cœpi hoc iter.

Nemo infitias ibit hoc lemmatis initium esse. — 30 *seplucro* P. — 32 *persolvi tibiis* vel *tibus* P. — 40 *existumans* Edd. Sall.

1 *formidulosa* H. — 3 *quae habeant* Codd. *quive hab.* Edd., ut Virg. — 5 *ubi hic moscis* Codd. *moschis* vel *Moschis* V, ms. Cujac. M, prob. Guyet. *hic me scis* Edd. ante M. *in Oscis* J marg. *ubine hic sis* ms. Fabri. *ubi hic nam* Bothe. *ubi, dic* Neuk. *meletrix* Codd. *meretrix* Edd. — 6 *filoctete* P. — 7 *turbæ agrone* HP. *turbe* LW. *urbe* VM, ed. 1476, et cj. Scal. *urbem* Edd. ante M. *urbene* Passer. *agrumve* cj. Bentin., J marg. — 9 *patriabo jam* Codd., etiam V, ed. 1476. *patria boiam* P. *p. bolam* Bern. *patri avove* AJ. *patri, avo jam* M. *avoque* M in marg. Jun. — 10 *Ter. in eundo* P. — 11 *magno* Codd., M, ut etiam in v. *Salis,* p. 223. *magnam* AJ, ut Edd. Ter., quod verum duco. — 12 *verbo in se tr.* Codd. *verbis in se* V, ut videtur. *verbis sæpe in se* AJM, ut Ter. *habet sale* ms. Fabri. — 14 *tafeminippu* P. *Tafe Minippu* Gerl.; græce scrib. AJ. *tenebro* omnes. *tenebrio* J marg. — 15 κακος δαιμον *atque habeat* Codd. pleriq. αιαιμον P. κακὸς δαίμων *atque* J marg. M. *tenebrosus* κακοδαίμονας *tenet atque habet* AJ. *tenebrio* κακὸς δαίμων *teneat atque habeat* cj. Turn. *quod cum* vulgo. *quod eum* Turn. M. — 16 *ulula* vulgo. *ululam* Turn. JM. *Tullius de Repub.* Quod iterum p. 125 et 534. — 17 *impulsum* vulgo. *impulsus* J marg. (Habent *compulsus* Codd. p. 125, et *impulsus* p. 534.) — 19 *Lucius lib.* XXII ed. 1476. — 21 *Terentius Heautont.* omnes; etiam M, qui errorem innuit; corrigi vult Guyet. — 24 *hunc*

|| *Habere*, dirigere. Lucilius lib. XXVIIII :

Huc, alio quum iter haberet, præteriens venit.

Habitare est inhabitare; habere, uti. Varro [de] Sermone latino lib. III : « Utrumque mulieres, et epicrocum viri quoque habitarunt. » Idem Rerum divinarum lib. XVI : « Hoc nomine antiquos secundis rebus Cumas habitasse. »

Hiare est aperiri. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Atque hiavit humus multa, vasta et profunda. » || *Hiare*, mirari, stupere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 508] :

Hunc plausus hiantem
Per cuneos geminatus enim plebisque patrumque
[Corripuit].

Et Æneidos lib. VI [v. 493] :

Inceptus clamor frustratur hiantes.

Varro Marcipore : « Quid? qui circumstant nos, non evidenter rident? — Credo ridere : hiantes video, ridentes non audio. »

Horrendum significat vitabile et terribile. Virgilius lib. VI [v. 99] :

Horrendas canit ambages, antroque remugit.

|| *Horrendum*, novum et admirandum. Virgilius Æneidos lib. III [v. 26] :

Horrendum [et] dictu video mirabile monstrum.

Idem lib. VIII [v. 564] :

Nascenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat.

|| *Horrendum*, ridiculum. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 387] :

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

Haurire significat exhaurire vel implere. Lucretius lib. IIII [v. 2] :

alio Codd. *hoc alio* V. *huc* AM. *hic* J. — 25 *Habitare est inhabitare habere uti* Codd., vett. edd. *inhabitare. Habitare, uti* Turn. e conj. JM. In Codd. expositiones diversæ præter morem junguntur. Priori respondere posterius exemplum credo, et legendum : *Habitare, inhabitare. Varro R. div.*, et mox : [*Habitare*], *habere* (quod male omitt. Edd.), *uti. Varro de Sermone latino.* Tali medicina sæpe opus essel. *de sermone* ed. 1476. *de latino sermone* Noster v. *Fenus*, p. 54. — 26 *verumque mul.* P. — 28 *comns* Codd., el cj. Turn. J, recep. M. (Sed *comam* in prosa oratione velimus.) *Cumas* Edd. ante M, quod unice verum habeo. — 29 *Habere* (cum nota mendi) *est aperiri* P. *Hiare est aperire* Edd. ante M. — 36 *incertus* vulgo. *inceptus* Bern., et cj. Passer., ut habel Virg. *hiantis* vulgo. *hianteis* AJ.

1 *quicquid evidenter circumstant non rident* vulgo. *evidentur* P. *quicquid evident et circ.* Bern. *quiqui* cj. Guyel. Roth. *qui quid* Œhler. *qui quidem* Riese. *quicumque evidenter* J. *non vident* J marg. *credo ridere hinntis videor hiantis* HLW. *cr. ridere : hiantis videor : hiantis* M. *hiantes videor* P. *hianteis, video* AJ. *hinntes non* H. *non audeo* W, M. *non audio* HPLAJ. *qvicumq. evid. circumstant nos, rident credo ridere hinntes video, ridentes non audio* cj. Faber, prob. M. (Sed conjecturam non satis interpunxit M.) *non vident. Credo r. hiantes : video hiantes, non audio* Popma. *quiqui circumst. nos, non evidenter rident. Credo ridere hiantes. Hiantes video, non audio* cj. Gerl. (Quæ a duabus personis dicta cj. M Gerl. Riese.) — 7 *horr. dictu, video* AJM. — 8 *lib.* VIIII P. — 9 *tris* vulgo. *treis* AJ. — 15 *juvat* HPLAJ,

Juvat integros accedere fontes,
Atque haurire.

Lucilius lib. XXX :

Quantum haurire animus Musarum e fontibu' gestit.

|| *Haurire,* avare sumere. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 6] : « Cum inexplebili cupiditate, quo[que] affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem. » Virgilius lib. I [Æneid. 738] :

Ille impiger hausit
Spumantem pateram, et pleno se proluit auro.

|| *Haurire,* defatigare. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 105] :

Exsultantiaque haurit
Corda pavor pulsans.

|| *Haurire,* confodere. Virgilius lib. X [v. 314] :

Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.

|| *Haurire,* accipere vel audire. Virgilius lib. XII [v. 25 :

Sine me] hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis; simul hoc animo hauri.

Et lib. IIII [v. 359] :

Vocemque his auribus hausi.

|| *Haurire,* tenere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 426] :

Et medium sol igneus orbem
Hauserat.

Honor est dignitas. M. Tullius Epistolarum ad Cæsarem lib. I : « Tum quum ea, quæ es ab senatu summo cum honore tuo consecutus. » || *Honor,* gratia, pulchritudo. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 404] :

Frigidus et silvis aquilo decussit honorem.

Et lib. I [Æneid. 590] :

Lumenque juventæ
Purpureum et lætos oculis afflarat honores.

|| *Honor,* substantia, delectatio. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 326] :

En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem.

ut Lucr. *levat* VMWP marg. *etcedere* HLW. *et cedere* P. *et cædere* vett. edd. *accedere* JM, ut Lucr. *fontis* vulgo. *fonteis* AJ. — 17 *lucilucitu lib.* P. — 18 *animas* Codd. pleriq. *animos* Mp. *animus* Edd. *annimus* P, p. 317. *et fontia* HLW. *ea fontia* Mp Gen. Bern. *et fortia* Edd. ante M. *et fontibus* P. *e fontibus* cj. Bentin. J, habet M ; et sic p. 317. *gesta* P. — 20 *quo fluentius* vulgo. *quo affl.* JM. *voluntates* Codd. *voluptates* Edd., ut Cic. — 21 *hauriet* Codd. *hauriret* JM. *hauriat* Edd. Cic. *egravius* P. — 25 *defetigare* M. — 26 *exultatia* P. — 27 *pulsant* P. — — 31 *haut hæc mollia* LW. *haud hæc* vett. edd. *haud* (omisso *hæc*) PJ. *hæc haud* M. *sine me hæc haud* Noster v. *Sublatum*, p. 385. — 32 *simul hoc* Codd., ut Virg. *simul hæc* AJM. *hauri et et* P. — 38 *epistularum* H.

1 *tu cum* omnes. *tunc* J marg.; et sic Codd. in v. *Consequi*, p. 270. — 6 *lab nte* (pro *juventæ*) L. — 8 *delectatione* P. — 10

P. 320 M.

|| *Honor*, cultura, observantia. Virgilius lib. VIII [v. 76] :

Semper honore meo, semper celebrabere donis.

|| *Honor*, integritas, pudicitia. Virgilius Æneidos lib. I [v. 28] :

Et rapti Ganymedis honores.

|| *Honor*, sacrificium, litatio. Virgilius lib. VIII [v. 102] :

Forte die solennem illo rex Arcas honorem
Amphitryonadæ magno divisque ferebat.

|| *Honor*, dilectus, amor. Plautus Aulularia [Prol. 16] :

Ecquid majorem filius
Mihi honorem haberet quam ejus habuisset pater.

Virgilius lib. XII [v. 56] :

Per si quis Amatæ
Tangit honos animum.

|| *Honor*, hostia. Virgilius Æneidos lib. III [v. 118] :

Meritos aris mactabat honores.

|| *Honor*, præmium. Virgilius lib. V [249] :

Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.

Lucilius lib. XXX :

Cui vultu ac facie, ludo ac sermonibu' nostris,
Virginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

|| *Honor*, sepultura. Virgilius lib. VI [v. 333] :

Cernit ibi mœstos et mortis honore carentes.

Lucilius lib. XXVII :

Nullo honore, defletu, nullo funere.

I

Invitare apertam habet significantiam. Virgilius lib. V [v. 485] :

Celeri certare sagitta
Invitat qui forte velint, et præmia ponit.

honorem Quem mihi vix (sequentis versus initium) vett. edd. — 15 *lib.* VIIII P. — 16 *sollenne* HLW. *solemne* PA. *solenne* J. *solennem* M, ut Virg. — 17 *amphit... ade* P. Post *ferebat*, vulgo legitur Plauti exemplum, quod in sequente nota melius inserere visus sum. — 19 *et quide* (*quidem* P, Edd. ante M) *maj. filium* HLW. *ecquid majorem filius* M, ut pleræque Edd. Plaut. — 20 *habere* vulgo. *haberet* M. — 25 *mactabat* omnes, ut Macrob. 4, 1. *mactavit* Edd. Virg. — 27 *præcipue* omnes. *ipsos præcipue* P. *præcipuos* Virg. — 29 *cujus vultu* vulgo, ut p. 366. *cui* ed. 1476, J marg. *cujus cum vultu* A. — 30 *reddebamus* HPLW. *reddamus* Edd. Locus denuo citatus in v. *Pretium*, p. 366. — 31 *honore sepult.* P. — 32 *mæstos* HM. *mestos* LW. *mesto* P. *carentis* Codd., M. *carentes* Edd. ante M. — 33 *lib.* XXVII vulgo. XXVIII JM. — 34 *nullon* (eraso *n*) *honore* P. *displetu* omnes. *displetu'* Dous. Gerl. *diffleti* cj. Bentin. *diffletus* cj. Fruter. *defletus* cj. J, prob. Corpet. *fletu* hic latere cj. Düntzer, prob. Vahlen. *diffletu* (i. e. *defletu*) dedi servato ablativo : ea vox ignota quidem, sed exstat *defletio*. Ceterum aliquid deest, ut septenar. sit integer. Id sentio cum Vahlenio, qui versum ita explet : *Nullo h.* [*condit*] *fletu* [*nullo*] *nullo f.* — 38 *invitant* vulgo. *invitat* M, ut Virg.

Terentius Heautontimorumeno [I, 2, 11]:

Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset amplius!

M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 26]: « Rogat Rubrium ut, quos ei commodum sit, invitet. » Lucilius lib. XXX:

Contra hæc invitasse aut instigasse videntur.

M. Tullius de Senectute [c. 16]: « Ad quem fruendum non modo [non] retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. » || *Invitare* est delectare. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 302]:

Invitat genialis hiems, curasque resolvit.

Turpilius Thrasyleone:

Coronam, mensam, talos, vinum, hæc hujusmodi,
Queis rebus vita amantum invitari solet.

Idem Philopatro:

Lucus ipse invitat hercle hic Veneris.

M. Tullius in Hortensio: « Voluptates autem nulla ad res necessarias invitamenta afferunt senibus. » Idem de Republica: « Idque ipsa natura non invitaret solum, sed etiam cogeret. » || *Invitare* significat replere. Plautus Amphitryone [I, 1, 127]:

Mira [sunt] nisi invitavit sese in cœna plusculum.

Lucilius:

Pulchre invitati [sunt] acceptique benigne.

Turpilius Epiclero:

Non invitavit plusculum sese, ut solet.

Idem Leucadia:

Invitavit vir plusculum hic se in prandio.

Sallustius Historiarum lib. IIII: « Reversi postero die, multa, quæ properantes deseruerant in castris, nacti, quum se ibi cibo vinoque læti invitarent. » Lucilius lib. XXX:

Scibo etenim bene, longinquum mortalibu' morbum
In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

2 *invil. a nobiscum* HPWJ marg. *inv. nob.* Edd. *ut nab.* L JM, ut Ter. — 4 *rogat rubri ut* Codd. *Rubrium ut* Edd. *cam. siet* Codd., M. *sit* Edd. ante M, ut Cic. — 7 *atquem fruend.* P. — 8 *non* omitt. Codd. M, habent Edd. ante M. *adlectat* HP. — 9 *Invitari ut delectari* omnes. *Invitare est delectare* cj. Guyet; quod ipse scripseram. — 11 *transileanem* P. *trasyleonem* Codd. alii. *Trasileone* J. *Thrasyleone* M. — 12 *horonam* Codd. *honera* ed. 1476. *anera* AJ. *coronam* J marg. M. *vinus in hæc huj.* Codd. *vinum in hoc* ed. 1476. *vinum in hæc* AJ. *et hæc ejusm.* cj. Faber. *vinum, hæc huj.* cj. Lips., et sic M, Ribb. — 13 *quibus reb.* omnes. *vitam amat tum inv. solem* vulgo. *vita amantum invit. solet* cj. Lips., habent M Ribb. — 14 *filiapatro* P. — 15 *lucus* vulgo, et J marg. *locus* L Bern. AJ. — 16 *voluntates* Codd. *voluptates* Edd. — 19 *repleri* omnes. *replere* cj. Guyet. — 20 *mirum si inv.* omnes. *nisi* Passer. *mira sunt nisi* Edd. Plaut. — 22 *sumus acceptique* cj. Dousa. — 24 *non invitat plusc.* omnes. — 26 *invitavit plusc. hic sese* vulgo. *inv. viri plusc.* P Gen. Bern. *hic* omitt. P. *heri plusc.* cj. Roth. — 27 *et versi* vulgo. *reversi* JM. *multoque proper.* vulgo. *multa quæ* JM.

Varro Sesquiulixe : « Ipsum audivi non invitari poculis large atque benigne. »

Juxta est proxime. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 255] :

> Humilis volat æquora juxta.

|| *Juxta*, conjunctim. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quum interea in lucubrando faceret juxta ancillas lanam. » || *Juxta* rursum similiter. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 85] : « Hiemem atque æstatem juxta pati. » Plautus Trinummo [I, 2, 160] :

> Juxtaque eam curo cum mea.

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Qui potest laus videri vera? quum notus sæpe, furacissimus atque nequissimus, civis [sit] juxta ac P. Africanus. » Plautus Aulularia [IV, 7, 1] :

> Dixi tibi, mater : juxta rem mecum tenes.

Insolens, impudens et audax dicitur consuetudine. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II : « Insolens, arrogans, jactans. » Idem de Senectute [c. 10] : « Nec erat ei verendum ne, vera prædicans de se, nimis videretur insolens aut loquax. » || *Insolens* rursum non solens. Terentius in Andria [V, 4, 4] :

> Quid tu Athenas insolens?

Pacuvius Atalanta :

> Quæ ægritudo insolens mentem attentat tuam?

Turpilius Demetrio :

> Timere occepi, et interdum oscitarier :
> Ineptus quid mihi vellem ex insolentia
> Nescibam.

Idem Leucadia :

> Quem olim oderat, sectatur ultro ac detinet :
> Ille insolens autem ut fastidit carnifex!

Attius Diomede :

— 30 *eibo bene enim* PWM. *cibo enim bene* ed. 1476. *cito b. enim* L. *citò en. bene* AJ. *scito* cj. Steph. *scito etenim bene* Muret. Passer. Dousa. *scito enim b.* Gifan. *scito etenim* non improb. M. *longinquum* H, Edd. *longincum* PLW. — 32 *audi vino invit.* HLWJM. *audivi non inv.* P Bern. Gen. *avide vino invitavi* cj. Lips. *avidum vino inv.* cj. Passer. Vahlen. *ipsum avidum invit. poc.* cj. M. — 34 *proxume* Codd., M. *proxime* AJ. — 36 *est conjunctim* vulgo. *est* omitt. HP. *de vita P. R.* Codd.

5 *videri versa* vulgo. *uesa* (suprascr. *r*) P. *vera* quosdam ex libris legere refert M, quod probat; idem cj. Gul. *versa cum motus* vulgo. *commotus* P. *quum motus* M. *mortuus* cj. Ribb. Riese. *vera innoxiis* mss. ap. M. *vera? innoxius* cj. M, prob. Guyet. — 6 *furaces essemus* vulgo. *furacessemus* L m. pr. *furacesemus* L Gen. Bern. *furacissimus* cj. Nauck.; quod ipse scripseram. *ac* Codd. *atque* Edd. ante M. *innoxius æque furacei est servus ac neq.* M. *nequissimus ibis* omnes, et M. *civis* cj. Delbeu. M Riese. — 11 *ne certe verendum* vulgo. *nec certe* P. *nec erat ei ver.* M, ut Cic. *de se prædicans* Edd. Cic. — 12 *videtur* LP. *videatur* HW, Edd. *videretur* Edd. Cic., prob. M. — 16 *adtemptut* Codd. *attemptat* P. *attentat* Edd. — 18 *occepit interd.* vulgo. *et tremere occœpi et* cj. Lips. *timere occœpi et* Passer. M. — 20 *nesciebam* vulgo. *nescibam* cj. Lips., recep. M. — 23 *ut fastidia* Codd. *aut fastidiat* A. *ut fastidit* JM. — 25 *ita effletu* Codd., M. *e fletu*

Ita et fletu et tenebris obsiti,
Haud speciem amissi luminis conspicient insolentia.

Sallustius in Catilina [c. 3] : « Quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium. » Cicero de Oratore [I, 22] : « Sed mehercule istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quæ quasi in arte traduntur, inscitia. »

INGENIUM est naturalis sapientia. Sallustius in Catilinæ bello [c. 8] : « Ingenium nemo sine corpore exercebat. » || *Ingenio* veteres dixerunt et sua sponte vel natura. Nævius Lycurgo :

Vos qui regalis corporis custodias
Agitatis, ite actutum in frondiferos locos,
Ingenio arbusta ubi nata sunt, non obsita.

Sallustius Historiarum lib. III : « Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. » Virgilius Georgicorum lib. II [v. 177] :

Nunc locus arvorum ingeniis, quæ robora cuique,
Quis color.

IMMANE significat ingens. Virgilius lib. VI [v. 19] :

Posuitque immania templa.

|| *Immane*, fœdum. Attius Andromeda :

Immane ita te babet templum obvallatum ossibus.

|| *Immane* rursum minime bonum, et nocens. Attius Medea :

Prima ex immani victum ad mansuetum applicans.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 458] :

Immanem ante pedes hydrum moritura puella.

Attius Philocteta :

Phrygiam mitiorem esse, animo immani Græciam.

Edd. ante M. *ita fletu* cj. Gut. Voss. *et fletu* cj. Roth. *tenebris obstinatus speciem* vulgo, prob. Gul. *opstinatus* P. *obstinatius* J. *abstinati* cj. Voss. *obsitus* cj. Roth, prob. Ribb. — 26 *amisi* ed. 1476, et cj. Gul. Bothe 2; recep. Ribb. *conspicient insolentiam* Codd., M. *conspiciunt* Edd. ante M. *insolentia* ms. Fabri. *conspiciendi insolentia* cj. Bothe 2, recep. Ribb. — 28 *Cic. in Orat.* vulgo. *Cic.* [*j. de*] *Orat.* M. *deputationis* Codd. *disputationis* Bern. et Edd., ut Cic. — 32 *nemo sine c. ex. Ingenia* omitt. P. *ingenium veteres* vulgo. *ingenio* Bern., etiam edidit Steph., et cj. Guyet.

1 *qui regali* Codd. pleriq. *regari* P Bern. *regalis* JM, et cj. Scal. Turn. *regaleis* A. *custodiam* J. — 2 *agitis* vulgo. *agetis* J marg. *agitatis* Gen., prob. Both. Ribb. *inte act.* P. *ite, ite act.* cj. Düntzer. *frundiferos* Codd., M. *frondiferos* PAJ. *frondifluos* ms. Palat., ed. 1476. *lucos* vulgo. *locos* HP, Both. Ribb. — 3 *ingenio arbusto vineta sunt* Codd. *arbusta* cj. J, habet M. *ingenium arbusta* Edd. ante M. *arbusta ubi nata sunt* cj. Scal. Gebb., prob. M Reuvens Both. Ribb. *non obstutas* HVLW. *obsitu* P Gen., prob. Roth. *obstita* J marg. *obscuritas* Edd. ante M. *non obsita* Scal. M Both. Ribb. — 4 *conlatis* P. — 6 *nunc hinc locus* P. — 8 *Inmane sign.* P. — 9 *inmania* H. — 10 *inmane fedum* Codd. *Accius Automedin* Codd., M et J marg. *Andromeda* Edd. ante M, prob. Guyet. Both. Ribb. — 11 *inmanitate* H. *immanitate habet* Codd., M, prob. Gerl. *immane te habet* vett. edd., prob. Voss. Ribb. *immane te habeat* J. *immani tabe templ.* cj. M. *immane tabet t.* cj. Scriver., non improb. Voss.; etiam cj. Bothe 2. — 12 *inmane rursum* H. — 13 *immani victum ad* Codd. pleriq., J, et cj. Scal. *victum* omitt. W, M. *vietum* A. *victu* Bern., prob. Gerl. — 14 *lib.* III P. — 17 *frygiam mitiore esse sam imani greciam* Codd. *frugiam miti* (suprascr. *minore*) *mare esses aminani greciam* P. *Phrygiam minorem esse anima in Græciam* ed. 1476. *fr. milymorem ex se sam imani*

M. Tullius de Republica lib. III : « Quippe si ita sensit ut loquitur, est homo impurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen immanis. » Idem de Officiis lib. I [c. 17] : « Quo [est] detestabilior illorum immanitas qui et laceraverunt omni scelere patriam. » Virgilius Æneidos lib. I [v. 347] :

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

Varro Meleagris : « Adde hydram Lernæam, et draconem Hesperidum, [et] quot[quot] bestiæ fuerunt immanes. »

Intestatus est qui sine testamento perit. || *Intestatus* rursum cujus verbis fides non habetur. Pomponius Pictoribus :

Ipsus cum uno servo senex intestato proficiscitur.

Invadere est appetenter incipere. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 186] :

Aut pugnam aut aliquid jamdudum invadere magnum.

Lucilius lib. XXX :

Ut semel in cœli pugnas te invadere vidi.

|| *Invadere* rursum quasi in vadum ruere. Attius Athamante :

Ut, profuglens hostem, inimici invadam in manus.

Jubere est cogere, aliquid ut fiat. Virgilius lib. VIIII [v. 233] :

Ac Nisum dicere jussit.

|| *Jubere* est velle. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Est salvere jubere, salutem mittere amico.

Terentius in Andria [III, 3, 1] :

Jubeo Chremetem.

Virgilius Æneidos lib. III [v. 261] :

Sed votis precibusque jubent exposcere pacem.

Impurus est aliquo vitio maculatus. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 24] : « Quam multis illum ingenuis, quam multis matribusfamilias, in illa tætra atque impura legatione, vim attulisse existimatis? » Lucilius lib. XXVI :

Bern. *miti more esse sam* Gen. *Phrygiam mitiorem esse immani Græcia* M, improb. Voss. *esse mitiorem i. Gr.* cj. Herm. *mitiorem esse, immanem Græciam* Passer. *minorem esse, immanem Græciam* AJ Voss., prob. Düntz. *minorem esse aio immani Græcia* cj. Naek. *mitiore more esse quam mimanem Græciam* cj. Gerl. *mitiore aura esse* Ribb. — 18 *lib.* III Codd., M, ut mox, v. *Impurus*, p. 324. *lib.* IIII Edd. ante M, improb. Mai. *quid perieta* HP, vett. edd. *quidpe si eta* Gerl. *quippe si ita* JM, ut p. 324. — 19 *inpurus* HP. *in sinaliter* P. — 20 *illorum* omnes. *istorum* Cic. — 21 *inmanitas* (itemque in seqq.) H. *lacerarunt* Cic. *omnes scelere* Codd., M. *omneis* AJ. — 24 *Lerneam* Gerl. *Lernæam* P, Edd. *et trahonem* Codd. *draconem* AJM. — 25 *quod* vulgo. *quott* Bern. *Hesperidumque b.* ed. 1476. *quod* cj. Roth. *quæ* cj. Bad. Guyet. *Quot b. f. immanes!* Riese. *quotquot* cj. Luc. Müller; in quod ipse incideram. — 27 *al. Pistoribus* J marg. — 28 *ipsius* P. — 29 *adpetenter* H. *adpettenter* P. — 33 *in Cœli* Gerl. *in Cœli pugnos* cj. Dousa. — 34 *adamante* HP, vett. edd. *atamante* LW. *Athamante* JM.

1 *profigiens* P. — 5 *Salvere jub. s. est mittere* vulgo. *salvere jubere. Jubere salutem* AJ, improb. M. *est* omitt. Edd. ante M. — 7 *chremetem* H. *cremetem* Codd. pleriq. — 10

Conjugem infidam, atque pathicam familiam, impuram domum.

|| *Impurus*, improbus. M. Tullius de Republica lib. III : « Sed juventuti nostræ minime audiendus : quippe si ita sensit ut loquitur, est homo impurus. » Terentius in Eunucho [II, 2, 3] :

Mei loci [hinc] atque ordinis
Hominem haud impurum.

IMBUERE est initiare. Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς : « Quid te facere oportet, litteris imbutum solis Minervæ ? » M. Tullius de Officiis lib. I [c. 32] : « Plerumque autem, parentium præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moresque deducimur. » Virgilius lib. VII [v. 541] :

Promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum
Imbuit.

|| *Imbuere* est inficere. Attius Philocteta :

Quum ex viperino morsu, venæ viscerum
Veneno imbutæ, tætros cruciatus cient.

Hoc in doctis intellectibus habemus. Cicero de Finibus bonorum et malorum [I, 18] : « Accedit [etiam] mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet; tum [superstitio,] qua qui est imbutus, quietus esse nunquam potest. »

ILLICO significat statim, mox. Pacuvius Medo :

Repudio auspicium : regrediendum est illico.

Cæcilius Notho Nicasione :

Illico ante ostium hic erimus.

|| *Illico*, illo. Turpilius Leucadia :

Sed quam longe est quum isti illico!

inpurus (ubique) HP. — 11 *illum* omnes. *istum* Edd. Cic. — 12 *matribus* omitt. P. *familiis* Codd. *familias* Edd. — 14 *infidamque* vulgo, etiam Dübner (loco inf. cit.). *fidam* vett. edd. *flaticam* Codd., M. *flacitam* Edd. ante M. *quæ flagitiosam* cj. Bentin. *pathicam* cj. Dübner (*Revue de Philol.* II, p. 218); quod ipse inveneram, nec sine gaudio. *familiam* omitt. P. *inpura modum* HP. *impurum modum* Bern. *modis* J marg. *impura domum* LW. *impuram d.* Edd. — 15 Jam sup. in v. *Immane*, p. 323. *sed untu uti* P. *uentu uti* Codd. pleriq. *uenti uti* ed. 1476. *ventum uti* ms. J. *menti utique* AJ. *sed juventuti* cj. J, habet M, ut Cic. — 17 *in* omitt. M. — 18 *atque mei ordinis* Edd. ante M. *atque ordinem* P. — 20 *est intimare* ed. 1476. *intimare* (sed *initiare* marg.) VW. *est initinre* HPLAM. *est intimare vel initiare* J. *inefœbo* PW. *ineffebo* L. *in Ephebo* M. *efoebo* (sine *in*) Codd. *in* omitt. AJ. *Synephœbo* alias (ut p. 226), habent Œhl. Riese. σμμονες Codd. — 21 *oportere* P. *inbutum* (et sic deinceps) H. *litteris* Codd., etiam Mp. — 22 *plerumque dotem* Codd. *plerumq. autem* M. *pleriq. autem* Edd. ante M, ut Edd. Cic. *parentium* Codd. *parentum* Edd. — 23 *morisque* P. *moremque* Edd. Cic. — 25 *fata* W. — 27 Post *inficere* magis conveniat quod mox sequetur : *Hoc in doctis int. hab.*, nisi glossema omnino judices. — 28 *Cui viper.* Cic. Fin. II, 29. *E vip.* Cic. Tusc. II, 7. *morsu bene viscerum* Codd. pleriq., vett. edd. *venæ* Bentin. JM, ut Cic. *morsu viscera venenis* Mp. *imbuta tetros* Mp. *tætros* Bern. *imbutæ tetros* AJM, ut Cic. *imbuto est etero* vel *et ero* Codd. plerique; unde *tætro* forte. *cruciatus sciens* Codd. pleriq. *cruciatu sciens* Mp. *cruciatus ciens* Bern. *cient* JM, ut fere Edd. Cic. — 30 *indoctis* PA. *haberemus* vett. edd. — 32 *superstitio* supplent JM. *quia qui* Codd. *qua qui* JM, ut Cic. *tum qui* vett. edd. — 34 *ilico* (ubique) omnes.

1 *regrediundum* Codd., Edd. ante M. *regrediendum* PM. *notoni in casione* HP. *Notonincasione* Gerl. *notoni cassione* AJ. *Notho*

P. 325 M.

|| [*Illico*,] in eo loco. Nævius Belli Pœnici lib. VI :

Septimum decimum annum illico sedent.

Attius Eurysace :

Illico, inquam, habitato nobis quam propius.

Hemina Historiarum lib. I : « Et ut quo irent nesciebant, illico manserunt. » « His persuadetur, illico manerent. » « Pars illico manent. » Cæcilius Notho Nicasione :

Manete illico.

Ignoscite, veniam date. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 489] :

Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.

|| *Ignoscite* (imo *Gnoscite*) rursum noscite vel discite. Varro Gloria, περὶ φθόνου :

Vosque, in theatro qui volnptatem auribus
Huc aucupatum concucurristis domo,
Adeste, et a me, quæ feram[us], gnoscile,
Domum ut feralis e theatro litteras.

Iter est via. Virgilius lib. VI [v. 542] :

Hac iter Elysium nobis.

|| *Iter*, navigatio. Terentius in Hecyra [III, 4, 1] :

Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter?
— Non hercle verbis, Parmeno, dici potest
Tantum quam re ipsa navigare incommodum est.

Innocens est bonum et nulli nocens. Virgilius Æneidos lib. VII [v. 229] :

Littusque rogamus
Innocuum.

Nicasione M. — 3 *hostium* PLW. *ostium* HAJM. — 5 *longe est cum isti. Ilico, in eo pl.* Codd. *isti ilica : id est in eo loco* vett. edd. *ilico isti* Ribb. Repetendum *Illico* vidit Acid., habet M e conj. *id est in eum locum. Næv.* J. — 6 *lib.* VI vulgo. III P Bern. — 9 *ilico unquam* vett. edd., J. *habitato uisquam* H. *vis quam* Gen., J marg. *habitat ovis* PLW, Edd. *habita vis* Bern. *quam propius* HP, vett. edd., J marg., prob. M. *propitius* LAJM (item V et W, sed correct. in *propius*). *habitat n. q. propius* cj. M. *propius* prob. Guyet. *habitato, nusquam propius* cj. Roth. *illic, inquam, habitato. O Jovis, quam propitius!* cj. Bothe. *habitat Jovis : quam propitius* Ribb. *abi, ac quanto ocius* cj. aliquis ap. Voss. — 10 *historiarum emina lib.* P. *Hist. Hem.* Gerl. *Hemina Hist.* M. *Ennius Hemina lib.* vett. edd. *et tunc* P. *tum* Codd. pleriq. *et quum* M. *et quia qua* AJ. Post *manserunt*, defectus signum exhibet M. *Idem his persuadet* A. *Idem : His pers.* J. *persuadetur* J marg. *manerent ; pars ilico* Gerl. M. Equidem tres locos eidem Heminæ tribuo. — 12 *nothonicasione* Codd. *Notho Nicasione* M. — 16 *Ignoscite rursum noscite* vulgo. *rurs. gnoscite* ed. Mediol. *Varro gloriam* vulgo. *Varro* κενοδοξία A, Scal. — 18 *voluntatem* vulgo. *voluptatem* cj. J, et Fruter. Scal., babet M. — 19 *concurristis* omnes. *concucurristis* cj. Fruter. Scal. Carrio Passer. Guyet, recep. Œhl. Riese ; quod ipse videram. *concurristis ab* cj. J. — 20 *ad. est a me quæ feram* Codd. *et a me* M. *id est a me* Edd. ante M. *ignoscite* omnes. *cognoscite* vel *jam ignoscite* cj. J. *adeste mi, istaque et quæ dicam ignoscite* cj. Fruter. *adeste, adeste, quæ feramque ign.* cj. Scal. *quæ feram* [*animo*] *ign.* Riese. *feramus* metro medetur. *cognoscite* cj. Guyet. *gnoscite* cj. Scal. (Catal. p. 230) et Voss. (Etym.). *mi gnoscite* cj. Ribb. Præf. Comic. p. XII. — 21 *et theatro* Codd. *e theatro* Edd. — 25 *ein* (cum nota mendi) *tu tibi* P. — 26 *parmenon* Codd. *Parmeno* Edd. — 27 *tantum quantum* omnes. *tantum quam* Edd. Ter. *tantum* uncis includit J, deleri vult M. *naviga* P. — 28 *Innocentia est bonum* Codd. et vett. edd.

|| *Innocens* rursum integer et incorruptus. Sallustius in Jugurtha [c. 46] : « Ubi, quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit, simul de innocentia ejus certior Roma factus, diffidere suis rebus ; ac tum demum veram deditionem facere conatus est. »

Indulgere, augere. Lucilius lib. XXVIIII :

Tu qui iram indulges nimis,
Manus a muliere abstinere melius est.

|| *Indulgere* est veniam dare. Virgilius lib. X [v. 624] :

Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis :
Hactenus indulsisse vacat.

|| *Indulgere*, dare [se], detineri. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 51] :

ndulge hospitio, causasque innecte morandi.

Et lib. VIIII [v. 165] :

Indulgent vino, et vertunt crateras ahenos.

|| *Indulgere*, spatium majus dare. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 276] :

Sin tumulis acclive solum, collesque supini,
Indulge ordinibus.

|| *Indulgere*, temperare, clementem esse. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 344] :

Si non tanta quies iret frigusque caloremque
Inter, et exciperet cœli indulgentia terras.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 31] : « Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. »

Inane, vacuum, sine pondere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 170] :

Atque illis jam sæpe rotæ ducantur inanes.

|| *Inane*, concavum. Virgilius lib. V [v. 673] :

Galeam ante pedes projecit inanem.

|| *Inane*, leve. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 105] :

Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Et Æneidos lib. IIII [v. 210] :

Et inania murmura miscent.

innocens est JM. *lib.* VII HM. *lib.* III WL, Edd. ante M. *lib.* I P. — 32 *rursum* Codd., M. *rursus* PAJ. *et corruptus* P. — 33 *ubique* Codd. plerique, vett. edd. *ubiquæ* H. *ubi, quæ* JM. *accepit* HPJM. *acceptis* LW, Edd. ante J. — 34 *Roma* omnes. *Romæ* Edd. Sall. — 37 *iræ* perperam J et Dousa. *nimi* P.

1 *manus abst. a mul.* vulgo. *m. a mul. abst.* J et Dous. Guyet. — 3 *atque stantibus* P. — 4 *actenus* Codd. — 5 *detinere* omnes. *lib.* III Codd. IIII AJM. — 7 *et lib.* IIII Codd. *et in eodem* A. *et eodem* J. *et lib.* VIII M. — 8 *aenos* Codd. *ahenos* AJM. — 11 *supini* omnes. *supinos* Virg. — 13 *Virg.*, etc. Jam sup. p. 200 et 310. — 17 Iterum in v. *Severum*, p. 390. — 19 *sin pondere* P. — 24 *Inane, vacuum sive leve* LAJ. *vacuum sive* omitt. vulgo. *lib.* III P. — 25 *instabiles* Codd., M. *instabileis* AJ. — 28 *ut est Virgil. in* Codd., M. *ut Virgilius in* ed. 1476. *ut*

Jacet significantiam habet manifestam; ut est Virgilii in Bucolicis [6, 14] :

Silenum pueri somno videre jacentem.

Et [ibid. 7, 54] :

Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 45] : « Patres hi, quos videtis, jacebant in limine. » || *Jacet*, plenum est, oneratum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 354] :

Sed jacet aggeribus niveis informis, et alto
Terra gelu late.

|| *Jacet*, per plurimum porrigitur. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 343] :

Tantum campi jacet.

|| *Jacet*, sordet, neglectus est. Lucilius lib. XXX :

Et sua perciperet retro rellicta jacere.

Lucretius lib. I [v. 63] :

Humana ante oculos fœde quum vita jaceret
In terris.

Improbum est, sicuti manifestum est, minime probum. M. Tullius Epistola ad Cæsarem lib. I : « Debes odisse improbitatem ejus, quia impudentissimum nomen delegerit. » || *Improbum*, sævum. Virgilius lib. X [v. 727] :

Lavit improba tæter
Ora cruor.

Et Georgicorum lib. III [v. 430] :

Hic piscibus atram
Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.

Et Lucilius lib. XXX :

Improbior multo, quam de quo diximus ante :
Quanto blandior hæc, tanto vehementiu' mordet.

|| *Improbum*, turpe. Lucilius lib. XXX :

Omnes formosi fortes tibi; ego improbus : esto.

Jacere significat emittere : unde et *jaculum*. Virgilius lib. V [v. 642] :

Virgilius Bucol. AJ. — 32 *sua quaque* cj. Guyet. — 33 *de Suppl. in Verrem* omnes. *patris* vulgo. *patres* ms. Fab., M. — 41 *nec lectus* HPLWM, prob. M. *nec lætus* Edd. ante M. *neglectus* Bern. — 42 *percipere* vulgo. *perciperet* cj. Gul., habent J et Dousa; sic etiam citat M in Notis, p. 173. *relicta* omnes. *rellicta* Gul. Guyet, et ita laudat M, p. 173.

3 Post *in terris*, lemma *Jacere significat emittere ... actis opus est* inserunt Edd. ante M. — 4 *inprobum* (et sic ubique) H. *non probum tusculanarum* (*tusculonorum* P) *epistola* Codd. *Cicero epist.* A. *M. Tullius Epist. ad* JM. — 6 *ejus qui* Bad. et ed. 1476. *qui a[mici] imp.* aliquis ingeniose in marg. Jun. *imprudentissimum* P. — 11 *tum piscibus* omnes. *hic pisc.* Noster, v. *Atrum*, p. 242, ut Edd. Virg. *atris* vulgo. *atram* JM, ut Noster p. 242, et Virg. — 17 *fortes; ergo*

Sublataque procul dextra connixa coruscat,
Et jacit.

M. Tullius in Verrem de Signis [c. 10] : « In quem scyphum de manu jacere conatus est. » || *Jacit*, habet, ponit. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 294] :

Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.

M. Tullius Philippicarum prima [c. 1] : « In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis. » || *Jacit*, facit. Lucilius lib. XXVI :

Aggere in jaciendo si quo est vineis actis opus.

Jactari est dimitti, dependere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 86] :

Et dextro jactata recumbit in armo.

|| *Jactare*, volvere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 227] :

Atque illum tales jactantem pectore curas.

|| *Jactare*, plagis sternere. M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 26] : « Jactatur domi suæ vir primarius, et homo honestissimus; pro se quisque manus affert. » || *Jactare*, fatigare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 29] :

Jactatos æquore toto
Troas.

Et [v. 668] :

Jacteturque odiis Junonis iniquæ.

|| *Jactare*, ambitiosius gloriari. Virgilius lib. VI [v. 816] :

Quem juxta sequitur jactantior Ancus,
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris.

|| [*Jactare*, dicere.] Virgilius lib. X [v. 322] :

Ecce Paro voces dum jactat inertes.

Lucilius lib. XXVIII :

In re agenda ipsa ridicula jactabit quoad sederit.

|| *Jactare*, jactu mittere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 478] :

Et flammas ad culmina jactant.

improbus AJ. (Cf. ad p. 306, v. *Fortis.*) — 20 *conexa* Codd. *conixa* ed. 1476. *connixa* AJM, ut Virg. — 22 *in verem* P. *scifum* HP. *scyfum* Gerl. — 23 *Jacit, habet, ponit* pro novo lemmate exhibent Edd. — 25 *hanc* vulgo. *hac* Bern. M, ut Virg. — 26 *Philip. lib.* I omnes. — 27 *ceci fund.* P. *Lucilius*, etc. Jam sup. in v. *Appellere*, p. 238. — 29 *agere* Codd. *aggere* Edd. *si quo est v. a. opus* vulgo. *est v. a. opus est* HP, ed. 1476. *si quost ... opust* L Gen. Vid. in v. *Agere*, p. 243. — 30 *Jactare est dimittere* omnes. *Jacere* (cum nota mendi) *est* P. *lib. Georg.* III Codd., M. *Georg. lib.* III ed. 1476. *Virg. lib.* VII PJ. *libro septimo* A. — 34 *talis* vulgo. *taleis* AJ. — 35 *jacere plagas sternere* P. — 36 *jact. domini* P. *domui* ed. 1476. *primus* Edd. Cic. *primarius* ex Nonio memorat Orel.

5 *jacta amb.* P. — 8 *auris. Item lib.* omnes. *lib.* VIII Codd. X Edd. — 9 *inertis* vulgo. *inerteis* AJ. — 10 *lib.* XVIII vulgo. XXVII ed. 1476, Dousa. — 11 *in re agenda* Codd., J marg. *jactanda* Edd., ex emendatione, ut sit *Jactare* in exemplo. *ipsa ridicula id atque adsederet* vulgo. *rid. jactat*

P. 328-329 M.

|| *Jactare*, excutere, commovere. Varro Eumenidibus : « Tibi nunc semiviri teretem comam volantem jactant tibi galli. »

Involvere significat volutum superimponere. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 282] :

Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

|| *Involvere*, tegere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 250] :

Vertitur interea cœlum, et ruit oceano nox,
Involvens umbra magna terramque polumque,
Myrmidonumque dolos.

|| *Involvere*, implicare. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Sed quod viderem nomine pacis bellum involutum fore. » || *Involutum*, occupatum, comprehensum. Varro Sexagessi :

Adest fax involuta incendio.

Interpres dicitur obscuri dissertor. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 359] :

Trojugena, interpres divum.

|| *Interpres*, auctor. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 608] :

Tuque harum interpres curarum et conscia Juno.

Imponere significat supra ponere. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 453] :

Vidit, turicremis quum dona imponeret aris.

|| *Imponere*, dare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 639] :

Finemque imponere curis.

Intentum, sollicitum, suspensum. Virgilius lib. V [v. 137] :

Intenti exspectant signum.

|| *Intentum*, extensum. Virgilius lib. V [v. 136] :

Considunt transtris, intentaque brachia remis.

|| *Intendere*, innectere, illigare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 236] :

Et stuppea vincula collo
Intendunt.

M. Tullius in Hortensio : « Quæro enim non quibus intendam

quod adsederit J marg. *quod adseret* Bern. — 12 *jacte mittere* Codd., M. *jacta m.* LA. *jactata* J. *late m.* cj. M. *jactu* cj. Guyet. *jactim* cj. Roth. Forte *jacere*. — 13 *fl. ac lumina* LA. — 14 *tibi nunc* (*tibi nos* Scal.) *semiviri Teretem* in duo versus pleriq. docti dividunt; *teret. com. volantem* galliambi sane initium est. (Cf. sup. v. *Tibinos*, p. 49.) *jactabant* Bern. — 16 *inponere* H. — 19 *lib.* II vulgo. *lib.* V P. — 20 *Vertitur*, etc. Versum omitt. M. — 24 *quod viderem* vulgo. *quid videret* A. *quod videret* ed. 1476, J. — 25 *Varro*, etc. Jam sup. p. 112. — 26 *incendii* omnes. *incendio* J marg., et cj. Bentin. M ex p. 112. — 31 *tuque earum* Codd. *mearum* V, ed. 1476. *harum* AJM, ut Virg. — 32 *inponere* (ubique) H. — 37 *Intentum, sollicitum, suspensum; sollicite, diligenter intuentem* (additum ex lemmate *Intendere*, quod in libris post *Invehi*, p. 129, legitur) AJ.

1 *Intentum, ext. Idem eodem : Cons.* AJ. — 3 *inligare* H. — 6 *Tull. in Hortensio ... Idem de Suppl. ... Et de Senectute* (addita ex v. *Intendere*, p. 329) AJ. — 7 Post *relaxem*, sequuntur in Codd. et ed. M lemmata *Imago, Increpat, Invehi*, quibus subjungitur *Intendere*. Equidem cum ed. 1476

rebus animum, sed quibus relaxem. » || *Intendere* est sollicite, diligenter intueri. Virgilius lib. V [v. 137] :

Intenti exspectant signum.

|| *Intendere*, extendere. M. Tullius de Suppliciis [c. 12] : « Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. » Et de Senectute [c. 11] : « Intentum enim animum, tanquam arcum, habebat, nec languens succumbebat senectuti. »

Imago dicitur similitudo. Virgilius Æneidos lib. II [v. 772] :

Atque ipsius umbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, et nota major imago.

|| *Imago*, vagina. Virgilius lib. VII [v. 179] :

Curvam servans sub imagine falcem.

Increpat et increpitat paria sunt : et est aut incusare, aut insultare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 138] :

Æstatem increpitans seram.

Et lib. X [v. 900] :

Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?

Et lib. VIIII [v. 559] :

Quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,
Increpat his victor.

M. Tullius in Hortensio : « Tum pseudomenon, et soritam, et totam dialecticam aut illudis aut increpas. » || *Increpare*, sonare. Virgilius lib. VIII [v. 527] :

Iterum atque iterum fragor increpat ingens.

Et lib. VIIII [v. 504] :

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit.

Invehi dicitur vehi. Virgilius lib. V [v. 122] :

Centauro invehitur magna.

|| *Invehi*, aggredi, increpare. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. III : « Itaque in eum Pansa vehementer est invectus. »

Immittere, demittere ad prolixitatem. Lucilius lib. XXX :

Neque barbam immiseris istam.

Virgilius Æneidos lib. III [v. 593] :

Respicimus : dira illuvies immissaque barba.

facio, in unum coactis participio et infinitivo, sed exemplis non loco motis, ut est etiam in edd. AJ. — 11 *conlocabat* H. — 12 *languescens* Edd. Cic. — 17 *inmago vagina* P. — 19 *Increpat et increpitat* HP. *increpat et* omitt. LW. *increpitat et increpat* Edd. *et est* vulgo. *et sunt* ed. 1476. — 27 *pseudomenus*. omnes. *pseudomenon* cj. J. ψευδομένου; cj. M. — 30 *interum atque* P. *fragor intonat* Edd. Virg. — 35 *magno* Codd. *magna* Edd. (et M in Emendandis), ut Virg. — 37 *in eam pansam* Codd. *pausam* M. *pansa* Bern. *palam* vett. edd. *in eum palam* J. *Pansam* J marg. *in eum Pansa* cj. J. *in eam causam* cj. M.

2 *inmittere* (et sic in seqq.) HMp. *dimittere* omnes. — 5 *inluvies* HP. *illuvies* vulgo.

P. 330 M.

INDUCERE, fingere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 9] : « Hinc ille Gyges inducitur a Platone. » || *Inducere*, persuadere. Lucilius lib. XXVIII :

Hymnis, ego animum sic induco, quod tu ab insano anferas.

|| *Inducere*, instituere, confirmare. Lucilius lib. XXVI :

At quod animum induxit semel, et utile omnino putat.

|| *Induci*, delectari. Lucilius lib. XXVI :

Veterem historiam, inductus studio, scribis ad amores tuos.

|| *Induci* est aliquibus fallaciis decipi. Lucilius lib. XXX :

Quid quærimus acre
Inductum cantu custoditum?

INSULTARE dicitur insilire. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 117] :

Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

|| *Insultare*, injuriosius aliquid dicere. Lucilius lib. XXVIIII :

Insultas miserum tu, [tu] quoque, Muti.

INTERFICERE, occidere. Lucilius lib. XXVIIII :

Prius non tollas quam
Tu illi animum ex homine, atque hominem ipsum interfeceris.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 4] : « Ab iisdemque [et eæ] quæ nocent, interficiuntur. » || *Interficere*, perdere, concremare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 330] :

Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes.

|| *Interficere*, consumere, finire. Lucilius lib. XXVIII :

Piscium magnam atque altilium vim interfecisti. — At nego.

INTERPELLARE, adire, commonere. || *Interpellare*, dicere. Lucilius lib. XXVIIII :

— 6 *fingere, immittere* omnes. Alterum delevi, quoniam pertinere mihi visum est ad lemma *Immittere*, quod mancum est. — 8 *lib.* XXVIII *ighymnis ego* PL Gen. *Hymnis ego* HW, Edd. *tu ab insano* HPW Gen., AJM. *tua ab* L, ms. Fabri, J marg. — 10 *lib.* XXVI HP. XXVII vulgo. — 11 *aut quod* vulgo. *ad quod* ed. 1476, Bentin. J et Dousa. *et ut ille omn.* Codd. pleriq., AJ. *et ut ille et utile omnino* P. *et utile omn.* Mp, et cj. Passer., habet M. *putavit* Mp. — 15 *acre* omnes. *hnc re* J marg., Corpet, Gerl. ed. Lucil. — 16 *inductum cantu cust.* Codd., JM. *cantu custoditum cantustocidum* P. *inductum, cantu cust.* A. *caute custod.* scriptum in marg. Jun. *cantu stoditum* L Gen. *stolidum* cj. Roth (cui favet cod. P). *Induct. cautum custodem* Dousa Corpet. *cautum, custoditum* Gerl. — 19 *lib.* XXX cj. Gul. — 20 *insulta m. te quoque in me* vulgo. *insulta m. te* (scil. *insultate mis.*) per tmesim cj. docti, prob. M, improb. Guyet. *insultat m. te quoque Muti* ms. Fabri. *tu* cj. Passer. *insultas m. tu* cj. aliquis ap. Gerl. — 22 Metro consuli, nisi verborum ordine prorsus mutato, nequit : quod facere veritus sum. — 23 *quam tulli* (vel *Tulli*) *animum ex nomine* Codd., JM. *quam tuli an.* vett. edd. *non tollas antequam* metrum efficiat, sed non placet. *quam Tullium Ex nom.* cj. Lips. *ex homine* cj. Passer., et aliquis in marg. Jun. *Ex nomine atque omine ipsum* cj. Lips., non improb. M. *non prius Tollas quam Tulli an. ex homine atque haminem* cj. Luc. Müller. (Sed mutandus libri numerus.) — 24 *lib.* III vulgo. II M. *ab isdemque* HP. *ab hisdemque* LW. *ab iisdemque* Edd. *ab eisdemque* Edd. Cic. — 29 *piscium magnam* HPLAJ. *piscium gnam* W. *p. genera* ed. 1476, J marg. M. *interfecisti ut nego* omnes. *id nego* cj. vir doctus ap. Gerl. *id nego* vel *istud nega* scriptum in marg. Jun. *interf., ut videa* cj. Dousa. *anne ego?* cj. Guyet. — 30 *Interpellare, adire* post Lucilii exemplum

Verum tu quid agis? Interpella me, ut sciam.

IRE est ambulare. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 517] :

it tristis arator.

|| *Ire*, accumbere. Lucilius lib. XXVIIII :

Chremes in medium, in summum ierat Demænetus.

INSIGNE dicitur magnum vel præstans. Virgilius Æneidos lib. I [v. 10] :

Insignem pietate virum.

|| *Insigne*, utile, necessarium. Lucilius lib. XXVII :

Cocu' non curat caudam insignem esse illam, dum pinguis siet :
Sic amici quærunt animum, rem parasiti ac ditias.

IMPEDIRE est implicare, involvere. Virgilius lib. V [v. 592] :

Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu
Impediunt.

|| *Impedire*, sordidare, ad probrum ducere. Plautus Amphitryone :

Imo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam
Impudicitia impedivit.

L

LÆVUM, adversum. Virgilius in Bucolicis [1, 16] :

Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuisset.

|| *Læva*, prospera. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 7] :

Si quem
Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.

LAC, succus maternus quo animalia nutriuntur. Virgilius in Bucolicis [3, 6] :

Et lac subducitur agnis.

|| *Lactes* dicuntur intestina. Titinius Psaltria :

Farticula, cerebellum, lactes agninas.

collocant Edd. ante M. *commovere* Edd. ante M. *Interp., dicere, ducere* omnes. *ducere* « hæsitantis librarii fuit, » ait M. — 31 *lib.* XXVIII omnes.

4 *Ire, incumb.* J, improb. M. *accumbere* et cj. Passer. *lib.* XXVIII *: Chremes* L Gen., Edd. ante M. XXVIIII HWM. — 5 *ire addemenetus* Codd. et Edd. *ire Demænetus* cj. Lips., prob. Dousa. *iret Demen.* M, in quo Aululariæ personam agnoscit. *ierat Demæn.* optime cj. Roth. — 10 *nan curat claudas* L. *claudus* Gen. Bern. *claudam claudus* P. *caudam* HW, Edd. *esse illam, dum* omnes. *esse, illa dum* J. *hilla* cj. Dousa. *insignem squillæ* cj. Dousa. *insignem, squilla dum* cj. Dousa, prob. Dübner. *dum pinguis set* P. *p. sciet* ed. 1476. — 11 *Sic amici* vulgo. *sic et amici* Bern. *animum quærunt* vulgo, et Lucil. Gerl. *Sic animum amici* J. *Amici quærunt a. sic* Dousa, iambicum ratus. *Sic am. q. animum* Dübner, ut ipse videram. *rem parasiti ac divitias aut* Codd. *parasti* P Bern. *rem* et *aut* omitt. AJ. *divitias avent* cj. J, recep. M Corpet, improb. Gerl. Düntz. *aut* seu *avent* omitt. Bentin. Gerl. Dübner; quod ipse deleveram, *ac* et *aut* dittographiam habens. — 13 *haud alit* W. *aliter* vel *alio* Edd. Virg. — 16 Locus plenius citatur in v. *Thesaurum*, p. 456. *immo* vulgo. *inmo* H. *himo* P. *uxorem eam* P. *impudicitia* H. *impediunt* Bern., ed. 1476. — 24 *sucus* Codd. *succus* Edd. *in bucolis* P. — 27 *intistina* P.

Plautus Curculione [II, 3, 40] :

Ita, cibi vacivitate, venio laxis lactibus.

Idem Pseudolo [I, 3, 85] :

Una opera alligem fugitivam canem agninis lactibus.

Legere, sicut est in consuetudine, significat oculis scripta percurrere. Virgilius Bucolicis [4, 26] :

At simul heroum laudes et facta parentis
Jam legere.

|| *Legere*, accedere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 44] :

Ades, et primi lege littoris oram.

Et Æneidos lib. XI [v. 632] :

Implicuere inter se acies, legitque virum vir.

|| *Legere* rursum colligere. Titinius Veliterna :

Hodie hostes fugavit; spolia placide posterius leget.

Virgilius lib. X [v. 814] :

Extremaque Lauso
Parcæ fila legunt.

Et lib. V [v. 209] :

Fractosque legunt in gurgite remos.

Et Georgicorum lib. I [v. 372] :

Atque omnis navita ponto
Humida vela legit.

Cæcilius Fallacia :

Ossiculatim Parmenonem de via liceat legam.

Varro Virgula divina :

Sed pancarpineo cibo coacto
Libamenta legens caduca victûs.

|| *Legere*, præterire, Virgilio auctore dicimus, Æneidos lib. III [v. 292] :

Littoraque Epiri legimus.

|| *Legere* est navigare, præstringere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 207] :

Pars cetera pontum
Pone legit.

Titinius in Ferentinati : Craticula, cereb., lactis agnina Prisc., p. 686, improb. Neuk. *forticula* vulgo. *ferticula* LA. *lactis* vulgo. *lactes* AJ. — 30 *ita tibi* Codd., ed. 1476. *cibi* AJM. *vacuitate* vulgo. *vacivitate* M, ut Plaut. *lassis* Codd., vett. edd. *laxis* JM. (Etiam variant mss. Plaut.) *lactibus. Hem* P. — 31 *pseudulo* P Gerl., vett. edd. *pseudolo* HJM. — 32 *allicem* Codd. *alligem* AJM, ut Plaut. *fugitivum* omnes. *fugitivam* Edd. Plaut. *canem fugitivam* Both. Ritschl, ut metro succurrant. *agnis* Codd. *agninis* AJM, ut Plaut. — 34 *percurre* P. *in Bucol.* Gerl.

1 *Leg. accidere* P. — 2 *littoris* HP. *oras* Codd. *oram* Edd., ut Virg. — 4 *implicuere* H. — 6 *hostis* Codd., M. *hosteis* AJ. — 10 *et lib.* v *: fractos*. Hæc vulgo infra, post vs. *Littoraque Epiri*, comparent. — 16 *hos siculatim* P. *hossiculatim* Gerl. *ossiculatim* H, et Edd., ut sup. p. 147. *parnonem* P. *legam* omnes. *legant* cj. Spengel, recep. Ribb.; quod sup. p. 147. — 17 *varro vercula* P.

|| *Legere* etiam eligere dicitur. Virgilius in Bucolicis [2, 51]:

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Turpilius Epiclero:

Quam legere te optimum esset atque æquissimum,
Quacum ætas degenda et vivendum esset tibi.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3]: « Cetera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnare[nt]. » .... diligentius intendentes invenimus. || *Legere*, subripere significat: unde et *sacrilegium* dicitur, id est, de sacro furtum. Virgilius in Bucolicis [9, 21]:

Nam quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Turpilius in Boethuntibus:

Qui verba venatur mea,
Postis arcedat, et sermonem hinc sublegam.

Lucilius lib. XXVIII:

Omnia viscatis manibus leget.

Plautus Aulularia:

Sed leno egreditur foras:
Hinc ex occulto sermonem catu' sublegam.

|| *Legere* rursum videre: hinc et *aquilegi*. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 33]:

Quin protinus omnia
Perlegerent oculis, ni jam præmissus Achates
Adforet.

— 18 *pancrapineo* P. — 20 *dicimus Æn.* III *et lib.* V : *littora* vulgo. *et lib.* VI P. — 27 *lege etinm* P. — 30 *quam legere* vulgo. *quoniam leg.* Edd. ante M. *quin* ms. Fabri. *quom* cj. Gul. *eam* cj. M (sed *quam* idem valet). *quam legem* J marg. *opt. esse* vulgo. *esset* ms. Fabri, recep. Bothe. *te esset opt.* cj. Gul. — 31 *quicum* cj. Guyet. *ætas vegenda* Codd., J marg. Faber, improb. M. *vegeta* AJ. *degenda* cj. Canter, habet M e conj. *etuibendum* P. *et uibendum esse* Codd. pleriq. *jubendum* Edd. ante M. *lubendum* Bern. *vivendum esset* cj. Canter. Passer. Faber, recep. M. *vivendum est* cj. Gul. — 33 *esse inta legere* Codd. *intellegere* H. *esse vita* ed. 1476. *esse in vita* AJ. *essent, ita* M, ut Cic. *repugnare diligentius* vulgo. Post *repugnare*, signum defectus exhibet M. Quæ sequuntur, Ciceroni abjudicat etiam Gerl. — 34 *subripere* P. *surripere* vulgo. — 37 *Vel quæ* Edd. Virg. Quod notavit M. — 39 *venntur* omnes. *venetur* cj. Gul. — 40 *pestis arscedat* Codd., M. *amrscedat* P. *ars cedat* (*cædat* AJ) Edd. ante M. *venntur pestis? Arcedat* cj. Scal. *mea, Pestis,* [*si*] *arscedat* Ribb. *qui mea ven. verba pestis, arcedat* cj. Lips. *ecce pestis accedat, et* J marg. *postis* (vel *postes*) *arcedat* cj. Gul. Scal., prob. Guyet. *postis accedat* cj. Roth, prob. Gerl. *postibus abscedat, nec* cj. Bothe 2. *testis accedat ... sublegat* scriptum in marg. Jun. *sermonem hunc* Bern. *At sermonem hinc,* novæ personæ tributum, Ribb. *sublegam* omnes. *sublegat* cj. Lips. Scal. *et serm. hunc sublegat* cj. Gerl. *nec serm. hunc sublegat* cj. Bothe 2. *Postibus abscedat. At serm. hinc sublegam* partim ex Bothio, partim ex Ribb. conjicio. — 42 Iterum et plenius citatum in v. *Sumere*, p. 396. Ex lib. XXX esse credo. — 43 *Pl. Vidularia* cj. M, prob. Guyet. — 45 *sermones ntus* Codd. *sermone aius* vel *avis* (*c* scripto sup. *a*, ut sit *cius* vel *cuis*, vel potius *caius*, quum *a* non expunctum sit) P. *sermone satus* Edd. *sermones satos* cj. Sciopp. *sermonem ejus* cj. M *sermones ejus* cj. Guyet, et aliquis ap. Gerl. *sermones astu* cj. Passer.

1 *hoc et* vulgo. *hinc* cj. vir doctus in marg. Junii; quod ipse scripseram. — 3 *quin potius* Codd. *protinus* Edd., ut Virg. *omnem* Edd.

P. 333 M.

Et in eodem [v. 754] :

Longo ordine possent
Adversos legere.

Lustra dicuntur ferarum habitacula. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 471] :

Non absunt; illic saltus ac lustra ferarum.

Et Æneidos lib. III [v. 646] :

Quum vitam in silvis, inter deserta ferarum
Lustra domosque traho.

|| *Lustra* etiam lupanaria dicuntur. Plautus in Asinaria [V, 2, 84 :

Uxor ex] lustris rapit.

Idem [ibid. 17] :

Is apud scortum corruptelæ et liberis lustris studet.

Idem in Casina [II, 3, 26] :

Ubi in lustra jacuisti?
— Egone in lustra?

Turpilius Lindia :

Quibu' senem rebus despoliasti, fœde dum in lustris latet.

Afranius Privigno :

Uxorem quærit, firmamentum familiæ :
Scias abesse ab lustris ingenium procul.

Cicero in Philippicis, II [c. 3] : « Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrisque confectus. »

Linquere est dimittere .... || [*Linquere*, relinquere.] Virgilius Æneidos lib. III [v. 124] :

Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus

Et lib. VIIII [v. 288] :

Inque salutatam linquo.

Varro Ταφῇ Μενίππου :

[Menippus] ille, nobilis quondam canis,
Hinc liquit homines omnes in terræ pila.

ante M. — 4 *premissus* H. — 5 *afforet* vulgo. *adforet* P. — 7 *possent* omnes. *possel* vel *possit* Virg. Codd. et Edd. — 15 *Plautus in Asinaria : lustris studet* vulgo. *stridet* WJ marg., improb. M. — 18 *is* omitt. Edd. — 23 *quibus rem rebus desp.* LW, M Both. Ribb. *dispoliasti* H. *dispoliati* P. *quibus rebus dispoliasti* vel *desp.* ms. Palat., ed. 1476. *quibus senem rebus desp.* A Steph. *quibus te in rebus* J. *quibus em rebus* cj. M, improb. Bothe. *fedum in* H. *fædum in* vulgo. *dum in lustris* ms. Palat. *fœde dum* cj. M, prob. Both. Ribb. *lates* cj. Gebh., habet Ribb. — 26 *ab inlustris* Codd. *ab iis lustris* AJ. *ab lustris* ms. Fab., ed. 1476, M e conj., et nonc vulgo. — 27 *Philip. lib.* II omnes. *impudica in* omnes. *pudica in* corrigit Garatoo. ex Cic. — 28 *cotidie* Codd. *cottidie* M. *susceperis* vulgo. *susciperis* P. *susciperes* Edd. Cic. — 29 *Linquere*, etc. Mentem Nonii ipsius sequor, qui ait p. 334 : *Liquerit significat et reliquerit.* — 34 *tafe minippu* Codd. Mox *Menippus* omissum est, quia vacare videbatur. Hoc ipse suspicabar, quodum monitus a Scalig. *Menippus* vel *Diogenes ille* cj. Guyet. *nobiles q. canis* Codd. *canes* cj. Passer. *nobiles q. canes* vett. edd. *illæ nobiles q. canes* J. *ille nobilis q. canis* J marg.,

|| Liqui, defluere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 187] :

Huc summis liquuntur rupibus amnes.

Idem Æneidos lib. III [v. 27] :

Nam, quæ prima solo, ruptis radicibus, arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ.

Limare, exquirere, et delinire, secundum consuetudinem : a *lima* dictum. Plautus Menæchmis [I, 1, 9] :

Anum lima præterunt.

Idem Bacchidibus, *limaces viri*, quod atterant et consumant. || *Limare* etiam dicitur conjungere. Plautus Bacchidibus :

Nec a quoquam alio acciperes mercedem annuam
Ni ab sese, nec cum quiquam limares caput.

σχηματικῶς. Idem :

Nam pater tuus nunquam cum illa etiam limavit caput.

Livius Tereo :

Credito, cum illo, soror,
Mea voluntate nunquam limavi caput.

Cæcilius Pausimacho :

Hoc a te postulo,
Ne cum meo gnato posthac limassis caput.

Turpilius Leucadia :

Veritus sum ne, amoris causa, cum illa limasset caput.

Liquidum, suave, dulce. Varro Eumenidibus :

Phrygius per ossa cornus liquidâ canit animâ.

babet M. *nobiles quosdam canis* Bern. Gen. *Menippos ille, nobilis q. canes* cj. Scal. — 36 *hic linquit* Codd. pleriq. *hie linquat* Gen. Bern. *hine linquit* P, ed. 1476, J marg. *hinc liquit* AJ. *hic liquit* M. *heic liquit omnes hom.* cj. Scal. *terra pila* omnes. *terræ* cj. J. — 37 *Linquere, defluere* Codd., JM. *Liqui* ed. 1476. *pila. Virg. Georg. lib. tertio : canis cum montibus humar liquitur, id est defluit* A. Manifestum est confusa misceri lemmata *Linquere* et *Liquidum* (p. 334), et aliena in utroque exempla occurrere. — 38 *huc summis linquuntur* Codd., JM. *hunc summis* P. *liquntur* Gen., edd. vett., et cj. Brod. ex Virg. *amnes* vulgo. *amnis* P. — 40 *namque* Codd. *nam quæ* AJM. — 41 *atro linquuntur* Codd., JM. *linquiutur* P. *liquuntur* vett. edd. — 42 *Limari* vulgo. *Limare* J. *exquirere* omnes : quæ expositio non suo loco est, et exemplo, utili sane, caret. *aliam dictum* Codd., vett. edd. *a lima d.* JM. — 43 *menecmis* H. — 45 *preterunt* P. *præterunt* Codd. alii. *proterunt* M, Edd. Plaut., perperam.

1 *quod atterant et c.* Nonio tribuendum vidit Gul., prob. Gerl. — 2 *bacidibus* H. — 3 *necum quoquam acceperis* Codd. *nc cum* V, Edd. ante M. *nec a quoq. acciperes* M. *ne a q.* cj. M. *alio mercedem* HLJM. *salio mercedem* PWA. — 4 *nisi ab sese* Codd. *nisi abesse* P. *missi abesse* HVW, vett. edd. *jussi abesse* J. *nisi ab se* M. *eum quiquam* vulgo. *cum quicquam* P, vett. edd. *cum quoquam* J. — 5 *Idem schematico* H. *scematico* vulgo. σχηματικῶς cj. Lips., prob. Passer.; quod præposui verbo *idem*, suadente Ritschelio. *scematice* Bothe. — 6 *limabit* vulgo. *limavit* cj. Lips., babet M. — 8 *credito cum illos soli mea* Codd. et A. *cùm illos* J. *e. i. sol in ea* edd. 1471, 1476. *soli m* (eum signo mendi) *vol.* P. *e. i. olim ex vol.* Bern. *c. illo sola mea* cj. Bothe, babet Ribb. *e. illa saror mea v.* cj. Delrius, prob. M Voss. Düntz. Gerl. *limavit* vulgo. *limavi* supraser. *t*) P. *limavi* cj. Delr., prob. M Voss. Both. Düntzer. — 10 *pausimato* Codd. *Pausimacho* JM. — 12 *cum eo* Codd. pleriq., vett. edd. *tum meo* P. *cum meo* JM. *limasses* HPW. *limassis* LJM. — 14 *limassis* vulgo. *limassit* (*s* supra *t* script.) P. *limnsses* ed. 1476. *limasset* Mp. — 15 *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Anima*, p. 233. *frigus per* Codd., Edd. ante M. *Phrygiis* J marg. (qui ad v. *Anima* remittit). *Phrygius* M (et cj.

P. 334-335 M.

|| *Liquidum* est purum. Virgilius lib. VI [v. 202]:

Liquidumque per aera lapsæ.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: « Hunc vocasse ex liquida vita in curiæ vestræ fæcem. » || *Liquidum* est prosperum. Plautus Pseudolo [II, 4, 72]:

Avi sinistra, auspicio liquido, atque ex [mea] sententia,
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.

|| *Liquidum* rursum significat molle et fluxum. Plautus in Milite [III, 1, 71]:

Liquidiusculusque ero quam ventus est favonius.

Idem in Casina [II, 6, 47]:

Quondam prognatis, in sortiendo sors delicuerit.

Varro Rerum divinarum lib. III: « L. Scipio, quum aurum factum haberet in cista viminea, fulmine est ita ictus ut ista esset integra, aurum collicuisset. » Idem de Proprietate scriptorum: « Quod æs, aut quid aliud ejus generis, fervefactum collicuisset, et in formam esset infusum. » Virgilius Æneidos lib. I [v. 432]:

Aut quum liquentia mella
Stipant.

Nævius Lycurgo:

Jam solis æstu candor quum liquesceret.

|| Liquerit significat et reliquerit. Attius Stasiastis:

Tum si vitæ de dolore hoc anima corpus liquerit.

Nævius Belli Pœnici lib. II:

Blande et docte percontat, Æneas quo pacto
Trojam urbem liquerit.

vir doctus in marg. Junii). *cornius* P. — 18 *liquidum per* Codd. *liquidumque per* AJM, ut Virg. *lapse* P. — 19 ἀρχερεσιῶν Gerl. *vocasse et liq.* Codd. plerique. *vocasset et* P Bern. *vocasset* J marg. *vocas sed et* LAJ. *vocasse ex* cj. aliquis in marg. Jun., habet M, prob. Vahlen. *ex vestræ fæcem curiæ* (ut sit septenar.) cj. Guyet. — 21 *pseudolo* H. *pseudulo* vulgo. — 22 *ab sinistra* vulgo. *avi* cj. Passer. ex Plauto, habet M. *ave* Both. Ritschl. *mea* addunt Both. Ritschl. — 23 *inimicos mens mea* Codd. *meos mea* ed. 1476. *meos me* AJM, ut Plaut. — 26 *liquidiusculusque* HP, J marg. M. *liquidiuscultusque* LW. *liquidius cultusque* Edd. ante M. *fabonius* Codd. *favonius* Edd. — 28 *quandam* Codd., vett. edd. *quondam* JM, ut Plaut. *deliquerit* vulgo. *deliquerit* Guyet. *delicuerit* J, ut fere Edd. Plaut. — 29 *divinarum rerum* omnes. *Lucili Scipio* Codd., A. *Lucius Sc.* JM. — 30 *in hasta* H. *in hista* LW. *in hista* (parvo *e* ante *h* suprascr.) P. *in ista* omitt. AJ. *ut vinea* Codd. pleriq., AJ. *vicunea* P Gen. Bern. *in cista viminea* cj. Scal. J, habet M. *ut ista esset* Codd., AJ. *ut cista esset* Scal. J marg. M. — 31 *colliquisset* vulgo. *conliquisset* HP. — 32 *quod est aut* Codd. *quod æs aut quid* M e conj. *quod æs, stannum, aut quid* cj. Lips. *quid est tanti aut quid* AJ. *fervet factum* Codd. *fervefactum* Edd. omnes. *colliquisset* P, Edd. *colliquissed* Gerl. *in forma* vulgo. *formam* scriptum in marg. Junii. *formam fusum* vel *forma inf.* juxta probat M. *informe* cj. Lips. *esse infusum* Codd. *esset inf.* Edd. — 37 *soli æstu* P. *candor cui* Codd., J marg. M. *candor cum* AJ. *calor cui liquescerit* Bern. — 38 *Liquerit* tanquam novum lemma exhibent vett. edd. *stasiast istum* H.

1 *tum* (*istum* H, ut dixi) *sibidæ deloide lore hoc* HW. *tum sibi de loide lore hoc* P. *deloi de lore* M, ms. Voss. *tum tibidæ deleide lore* V. *tum subidæ* L Gen. *cum subidæ delio de lore* AJ. *tum sub. idoloc* Bern. *subide deliode* ed. 1500. *cum tibi de dolore hoc* Turn. *cum subito dolore hoc* J marg. *cum*

LAUDARE est verbis efferre. Virgilius [Georg. II, 412] :

Laudato ingentia rura.

|| *Laudare* etiam significat nominare. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 5] :

Aut illaudati nescit Busiridis aras.

Id est, nec nominandi. Plautus Captivis [II, 3, 66] :

Id ut scias, Jovem supremum testem laudo, Hegio.

LUSTRARE, expiare. Virgilius in Bucolicis [5, 74] :

Et quum solennia vota
Reddemus Nymphis, et quum lustrabimus agros.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Lustratu', piatus.

|| *Lustrare*, circumspicere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 651] :

Omnia collustrans, hanc primum ab littore classem
Conspexi venientem.

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 23] : « Ego autem quum omnia collustrarem oculis; est enim ad portas Acragianas. » || *Lustrare* est circumire. Virgilius lib. VIII [v. 231] :

Lustrat Aventini montem.

Livius Ægistho :

Tum [autem] lascivum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum classem lustratur.

|| *Lustrare*, sequi. Virgilius in Bucolicis [2, 12] :

At mecum raucis, tua dum vestigia lustro.

|| *Lustrare*, patefacere. Cicero in Catilinam I [c. 3] : « Si [il]lustrantur, si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem. » Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 6] :

Postera Phœbea lustrabat lampade terras.

subito ex illo dolore hæc cj. Voss. *tum subito de illo dolore* Bothe. *tum ibi dolore* Bothe 2. *suum sibi de illoc dolore hoc* cj. Ribb. — 3 *percontat enas* H. *enos* V. *Ænas* Gerl. *percontenas* P. *percontaris* AJ. *percontat em quo* cj. Lips. *perc. ennius* ms. Carrionis. *perc. Æneam* cj. Carrio. *percontat, Æneas* M. — 4 *liquerit* HLW, Edd. *reliquerit* PV. (Cf. p. 474.) — 5 *ecferre* vulgo. *efferre* vett. edd. — 9 *inlaudati* Codd., M. — 11 *egio* vel *Egio* Codd., vett. edd. *o Hegio* cj. Guyet. — 13 *sollemnia* HLW. *solennia* JM. — 15 *lib.* II vulgo. *lib.* V P Bern. — 16 *piatis* P. — 17 *Collustrare, circumsp.* cj. Guyet. — 18 *conlustrans* H. *hanc primo* vulgo. *primum* Edd. Virg. *ad littora* Virg. — 20 *ego ducem* Codd., vett. edd. *ego autem* JM, ut Cic. — 21 *conlustrarem* HP. *est* omitt. P. *gaianas* Codd., A. *graianas* ed. 1476. *Agragianas* JM. *Acragianas* Edd. Cic. — 22 *lib.* VIIII P. — 24 *Livius* vulgo, etiam J marg. *Nævius* Edd. ante M, et cj. Scal., improb. Voss. — 25 Jam sup. in v. *Pecus*, p. 158 ; inde *autem* addidi. *nercissimum* HP. *ne reissimum* vett. edd. *Nereis simum* Gerl. (arbitratu suo dividens). *Nerei simum* JM. — 26 *ad cantum* vulgo. *cantem* P Gen. Bern. *cautem* Turn. *classum* vulgo, et J marg., prob. Scal. Passer. M. *classim* Voss. *clausum* Edd. ante M. *classem* P Gen. Bern., prob. Düntz. Ribb. Aliquid deest in fine, ut adj. *citam*. — 28 *mecum* vulgo, improb. M. *me cum* M, ut Edd. Virg. — 29 *pateface* P. *Cicero in* Codd., M. *Sallustius in Catil.* Edd. ante M. *Tullius Catilinaria prima* cj. Passer. *in Catilina lib.* I omnes. *si lustrantur* omnes. *si illustrantur* Edd. Cic. *ista mentem* P. — 32 *fæbea* Codd. *fæ-*

P. 335-336 M.

|| *Lustrari* dicimus et scortari : a *lustris*. Plautus Pseudolo [IV, 7, 6] :

Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent.

Lucilius lib. XXX :

Quem sumptum facis in lustris, circum oppida lustrans.

|| *Lustrare*, perspicere, agnoscere. Virgilius lib. VIII [v. 152] :

Ille os oculosque loquentis
Jamdudum et totum lustrabat lumine corpus.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 17] : « Sed quum omnia ratione animoque lustraveris. »

Limen, locus standi datus. Virgilius lib. V [v. 316] :

Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.

|| *Limen*, omnis ingressus. Virgilius Æneidos lib. II [v. 453] :

Limen erat cæcæque fores, et pervius usus.

Varro Virgula divina :

Ad quos quum volucres venit pusillos
Usque ad limina nidica [esca] vilis.

|| *Limen* non solum, quod sub pedibus est, dicitur, sub etiam quod superius est ingressus. Novius Macco exsule :

Limen superum, quod mi misero sæpe confregit caput;
Inferum autem, ubi ego omnes digitos [sæpe] defregi meos.

Levare, solvere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 146] :

Atque arcta levari
Vincla jubet Priamus.

|| *Levare* significat sustinere vel erigere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 145] :

Levat ipse tridenti.

|| *Levare* rursum relevare. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 41] : « Alia nulla potuit inveniri levatio. » Virgilius in Bucolicis [9, 65] :

Ego hoc te fasce levabo.

---

busea P. — 33 *Lustrare dicimus et* omnes. *Plaut. pseudolo* H. *pseudulo* Codd. pleriq., M. — 35 *luxantur, lustr.* vulgo. *luxuriantur, lustr.* Edd. pleræq. Plaut., sed *luxantur* defendit M, laudans Pautum ex Fest. *comedant* P. — 37 *sumptum* Mp, Edd. *sumptu* Codd. plerique. — 38 *præspicere* HVLWM. *perspicere* P Bern., vett. edd., prob. Guyet. — 39 *os culosque* LW. *ille oculosque* HP, vett. edd. *ille os oculosque* JM, ut Virg.

3 *lustraveris* omnes; et sic, vel *lustraris* Edd. Cic. *lustraveris. Corripiunt spatio audito*, etc. Hic plures lineæ sunt in P ordine mutato, sed duo signa quidque in locum suum reponunt. — 8 *Varro*, etc. Iterum in v. *Vile*, p. 529. *vergula* P. — 9 *ad quos cum volucris* vulgo. *cum vo* (parvum spatium in fine lineæ) *cris* P. *atabos* p. 529. *volucribus* L. *volucres*, p. 529. *venit ut illos* Codd. *vent* P. *eos* AJ. *venit apud illos* M, ut Codd. p. 529. *tum volucres venit pusillos* cj. Scal., prob. Laurenb. Passer. Riese. — 10 *usq. ad lim. nituda bilis* Codd. *nitidabilis* AJ. *nidica vilis* vulgo p. 529. *Indica v.* M. *nidica [esca] vilis* cj. Scal., prob. Laurenb. Passer. Riese. — 12 *ingressu* scriptum in marg. Jun. *nevius* Mp. — 13 *quod mei* vulgo. *michi* (omisso *misero*) Mp. *mihi* A, Munk Bothe. *mi* cj. Roth. — 14 *caput; Limen inferum* cj. Munk. *ego omnino omnis* cj. Bothe 2, recep. Ribb. *omnis* vulgo. *omneis* AJ. — 16 *arta* vulgo. *arcta* AJ. — 17 *jubet primus* P. — 18 *levare signif. sustinere . . tridenti*

M. Tullius Epistolarum ad Cæsarem [lib. I] : « Jam amplitudinem gloriamque tuam magno mihi ornamento esse et fore existimo : quod me levat cura. » Pacuvius Peribœa :

Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum iram exsilium levat.

Varro Virgula divina :

Quos non lacte novo levata pascat.

|| *Levare* etiam minuere. Attius Meleagro :

Cave, lassitudo poplitum cursum levet.

Idem Nyctegresia :

Illos suapte induxit virtus : tu laudem illorum levas!

Varro περὶ ἐξαγωγῆς : « Quamnam te esse dicam feram, qui manu corporis fervidos fontium aperis lacus sanguinis, teque vitâ levas ferreo ense? »

Virgilius Georgicorum lib. II [v. 400] :

Omne levandum
Fronde nemus.

Turpilius Demetrio :

Nunc me ex aliorum ingeniis judicat,
Intercapedo quorum amicitias levat.

Varro Quinquatribus : « Absinthium uti bibam gravem, et castoreum, levemque robur. »

Lautum significat lotum. Terentius in Phormione [II, 2, 25] :

Tĕne asymbolum venire, unctum atque lautum e balneis?

|| *Lautum*, mundum. Lucilius lib. XXVI :

Malu' nec esset lautum e mensa pura capturus cibum.

|| *Lautum*, abundans, competens. Varro Gerontodidascalo : « Villico quod nunc satis vix sit, putant lautum. » || *Lautum* etiam inquinatum vel maculatum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 221] :

Lavit ater vulnera sanguis.

omitt. vett. edd. — 22 *inveniri levati* P. — 24 *epistolarum* vulgo. *epistola* M. — 25 *esset fore* Codd. *esse et fore* M. *esse et* omitt. Edd. ante M. — 26 *quid me levas* Codd. *quod* Edd. ante M. *quod me levat* M. — 27 Iterum p. 471. *neque tunc te ing. moderant* Codd., A. *moderat* ed. 1476. *neque tuum ... moderat* Bentin. JM. *ira* omnes. — 29 *jacta novo* omnes. *lacte novo* cj. Scal., M Riese. — 31 *poplit* Codd. *plit* P. *poplitum* Edd. [*tuum*] *cursum* Ribb. — 32 *nyptegresia* P. *nyctegresia* AJM. — 33 *illo* Codd., M. *illos* Edd. ante M, prob. Guyet. — 34 *Varro*, etc. Nemo non animadvertet hoc exemplum alieno loco positum, et ad sensum verbi *solvere*, eximere, referendum; sed perturbationi mederi non ausus sum, et vix potuissem. Nova forte deest expositio, verbi gr. *liberare*, ut vertit Serv. ad Æn. x, 25. περιεξαιωτης H. *quemnam* omnes. *quemnam t. e. dicam? ferani* Popma. *quamnam te* cj. Turn., et vir doctus in marg. Junii. *fera qui manu* cj. Herm. — 35 *lacus anguinis* P. *fecundos aperis lacus* ms. Fabri. *fervidos np. lacus* (*latus* ed. 1476) *sang.* vett. edd. — 36 *ensi* Codd. *ense* Edd. *ferro ensi* P.

2 *omnem lev.* P. *lev. prodimus* Codd , AJ. *fronde nemus* ed. 1476, M, ut Virg. — 7 *Varro*, etc. Quod etiam p. 190 et 314. *absentium* Codd. *absinthium* Edd., ut p. 190. — 10 *tene nsembolum* HLW. *ad symbolum* Edd. ante M. *et ænœasembolum* P. *tene asymbolum* M. *tunc unctum* Codd. *tunc nuctum* P. *tunc* omitt. AJM, ut Ter. — 11 *Lautum*, *nudum* AJ. *Lucilius*, etc. Jam in v. *Capere*, p. 254. — 12 *malis ne-*

Attius Stasiastis vel Tropæo :

Vulnere tætro deformatum,
Suo sibi lautum sanguine tepido.

|| *Lautum*, elegans, suave. Terentius in Eunucho [III, 1, 37] :

Facete, lepide, laute! nil supra!

Afranius Vopisco :

Equidem te nunquam mihi
Parasitum, verum amicum, æqualem atque hospitem
Quotidianum, et lautum convivam domi.

M. Tullius in Verrem actione secunda [de Prætura urbana, c. 6] : « Romam ut ex Sicilia redii, comites istius atque amici, homines lauti et urbani. » Et in Hortensio : « Quæ est igitur philosophia, Socrate? Nec dubito quin, quæcumque sit, lautim ac unctim eligantes magnifice, neque minus quam deceret, colere instituissent. »

Lentum significat tardum. M. Tullius de Republica lib. V : « Marcellus ut acer et pugnax, Maximus ut consideratus et lentus. » Et in Hortensio : « Hunc Crassum, qui lentius, ut scitis, dicere solebat, ad imitationem quasi nostri generis contendisse. » || *Lentum*, securum, otiosum. Virgilius in Bucolicis [1, 4] :

Nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in umbra.

|| *Lentum*, flexuosum. Virgilius in Bucolicis [4, 16] :

Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ.

Idem Georgicorum lib. I [v. 265] :

Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

|| *Lentum*, patiens, placidum. M. Tullius in Hortensio : « Qui quum publicas injurias lente tulisset, suam non tulit. » || *Lentum*, facile. Lucilius Satyrarum lib. XI :

cesse est vulgo, et sic p. 254. *pure* vulgo. *purae* P, ut Codd. p. 254. — 14 *vihco quod hanc satis* Codd., M. *videa quod* AJ. *quod habeat satis* Edd. ante M. *q. nunc satis* Œhl. Vahl. Riese. *satis si vix putaat* vulgo. *putat* M *satis, sibi vix putant* Œhl. Vahlen. *satis sibi* Riese. — 15 *lib.* IIII P. — 16 *corpora sanguis* Edd. Virg. — 17 *stasiasti* Codd. *Stasiastis* JM. — 18 Mihi plaudo quod anapæsticos viderim ut Voss. — 20 *elegans* Codd., M. *elegans* P. — 21 *nihil* omnes. *nil* ed. Ter. Bothe. — 22 Jam sup. p. 235. — 23 *te nunc quam* P. — 25 *catidianum* vulgo. *et lautum convivium* Codd., M. *et l. et conviram* vett. edd. *et l. conviram* A, Steph. Guyet. Both. Neuk. Ribb. *l. etiam conv.* J. — 27 *Roma... redi* Codd. *Romam... redii* Edd., ut est ap. Cic. *redii, cum iste atque istius amici* Edd. Cic. — 28 *quæ est* vulgo. *quæque* M. *igitur phia* P. *Quid isti igitur philosophi a Socrate* cj. Passer. *nec dubito quid quæc. sit* vulgo. *quid quic.* ed. 1476. *quidc.* Bern. *lautim ac uctum* H. *ac victim* P. *ac uctime* Bern. *lautumacunclum* LW. *lautuma (lautuaa M) cui ictum* ed. 1476, M. *lautitia cui ictum* Edd. ante M. *qui victum* cj. Bentin., J marg. *eligantem* vulgo. *elegnatem* PJ. *quia quic. vestitum lautum ac victum elegantem* cj. M, prob. Guyet. *quia ... lautum victum et eleg. ... instituisset* Orel. frag. Cic. — 31 *instituissent* P. — 33 *ultacer* H. *ut lacer* Codd. pleriq. *ut laceret* Edd. ante M. *ut acer* cj. Canter., habet M. *ut lentus* vulgo. *et lentus* AM, cj. Canter. *Et in Hort.* vett. edd., M. *Et Hort.* J. *et* omitt. Codd.

1 *ad diminutionem* P. — 3 *tytyre* LW. *tytere* HP. — 9 *tulissent* P. — 10 Jam sup.

[Luciu'] Cotta senex, Crassi pater huju' paceni
Magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli
Lentus.

|| *Lentum*, tenax. Plautus Menæchmis [I, 1, 18] :

Lenta vincla sunt escaria.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 41] :

Et visco et Phrygiæ servant pice lentius Idæ.

|| *Lentum*, frigidum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 289] :

Nocte leves melius stipulæ, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.

Cicero de Oratore lib. II [c. 45] : « Neque enim est facile perficere ut irascatur ei, cui tu velis, judex, si tu ipse id lente ferre videare. »

Languor est torpor et inertia. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 33] : « Nihil autem magis cavendum est senectuti quam ne languori se desidiæque dedat. » || *Languor*, defectio et dissolutio. Virgilius lib. VIIII [v. 435] :

Purpureus veluti quum flos succisus aratro
Languescit moriens.

Idem lib. XI [v. 68] :

Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi.

Longum est per planum porrectum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 54] :

Tum longo nullus lateri modus.

|| *Longum*, altum, erectum. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 229] :

Stant longis innixi hastis, et scuta tenentes.

|| *Longum*, diuturnum, perseverans. Virgilius Æneidos lib. III [v. 487] :

Et longum Andromachæ testentur amorem.

|| *Longum*, sævum, perniciosum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 749] :

Infelix Dido, longumque bibebat amorem.

in v. *Tricones*, p. 22. — 11 *Lucius* omitt. omnes, sed est p. 22. *hujus pacem* Codd. AM. *paceni* et *paneci* Codd. in v. *Tricones*, p. 22. (Ubi vide.) *huju' Panæti* Hentin. J, recep. Corpet. — 12 *magnas troico* P Bern. *magnus trico fuit* vulgo. *magnus fuit trico* melius Noster p. 22; et cj. Murel. — 14 *meaecminis* P. — 15 *vincla sunt scaria* Codd. *nimis lenta sunt vincula* (omisso *scaria*) AJ. *vincla s. escaria* M, ut Plaut. — 19 *stupihe* W. *parata* W. *parta* P. *prata* Edd. — 21 *facile est* Edd. Cic. — 22 *ei* omitt. Edd. Cic. — 23 Post *videare*, sequitur in Codd. et M : *Locum, decus ... vir fortis loco;* major autem pars lemmatis *Locus* legitur p. 341. Totum lemma nunc inserunt Edd. ante M; illud autem ad p. 341 rejeci. — 24 *magis* omitt. P. — 31 *molles* Codd. pleriq. AJ. *moles* P. *mollis* ed. 1476, M, ut Virg. *yacinti* Codd. *yacincti* P.

1 *tunc* Codd. *tum* Edd., ut Virg. — 2 *Longum auctam erectum* P. — 3 *innixi* omnes. *adnixi* pars Edd. Virg. *tenentis* Codd. *tenentes* Edd. — 6 *andromache* PJ. *testantur* Codd. *testatur* Edd. ante M. *testeatur* M, ut Virg. — 7 *Longum, sævum ... bib. amorem* inferius exhibet, post *mea quidem sententia*, A. — 9 *Longe etiam valde* omnes. Sed *Longe etiam* est infra : non autem in

|| Longe est valde. Virgilius Æneidos lib. V [v. 406]:

Ante omnes stupet ipse Dares, longeque recusat.

M. Tullius in Verrem de Prætura Siciliensi [c. 22]: « Hic longe primus civitatis est Epicrates. » Et de Officiis lib. I [c. 20]: « In his et nobilissimi philosophi, longe principes. » Lucilius lib. XXVIIII:

Quum viderim in vita mea
'Επίτευγμα Apelli longe opera ante alia omnia.

Sisenna Historiarum lib. IIII: « Egregias, et longe præstantes, ac timendas adversariorum opes esse. » Terentius in Adelphis [I, 1, 40]:

Et errat longe, mea quidem sententia.

|| *Longe* etiam significat aut temporis prolixitatem; ut Virgilius Georgicorum lib. II [v. 80]:

Nec longum tempus, et ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos.

aut spatii æstimationem; ut M. Tullius in Clodium et Curionem: « [Sed,] credo, postquam tibi speculum allatum est, longe te a pulchris abesse sensisti. » Virgilius lib. XII [v. 52]:

Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Feminea tegat.

Luxuria est contra pudorem et modum profusio. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 30]: « Intelligemus quam sit turpe diffluere luxuria, [et] delicate ac molliter vivere. » || *Luxuria*, intempestiva abundantia. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 112]:

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

M. Tullius de Oratore lib. II [c. 23]: « Inest luxuries [quædam] quæ stilo depascenda. » Virgilius Georgicorum lib. I [v. 191]:

At si luxuria foliorum exuberat umbra.

formulis *etiam* iterat Noster. — 10 *omnis* Codd., M. *omnes* Edd. ante M. — 11 *de prætura* omitt. P. — 12 *hic longe primus* omnes. *hujus longe* Edd. Cic. — 13 *longeque principes* Edd. Cic. *Lucius* P. — 15 *cui ubi deremiautin* (*deriminutia* M) *meæ epitegma apepelli* (*appepelli* H) HLWM. *cui ubi derim* (cum signo mendi) *invita meæ epitegma appelli* P. *ubi deciminutin* AJ. *cuiderim in vita meæ epitagma apelli* Bern. *epitegina appedi* AJ. *dedi minutiæ meæ* ἐπίτευγμα, *appendi* J marg. — 17 *præstantis* vulgo. *præstantcis* AJ. — 18 *ac timendas* HLP. *ac meadns* W. *ec metnendas* AJM. *opus esse* P Bern. Gen. *copias* cj. doctus in marg. Jun.; quod fortasse verum. — 20 *et erat* Codd., A. *et errat* ed. 1476, JM. — 24 *exit* P. — 26 *sed* addidi ex eodem loco cit. p. 434. *adlatum* HP. — 27 *longe et a p. abesse* vulgo. *et ... abesses* P. *ut ... abesses* Gen. *longe te a p. abesse* cj. Passer., ut est p. 434, habet M. (In cognomen Clodii Pulchri jocatur, ut notat Passer.) — 31 *Marcus de officiis* H. *intellegimus* Codd. *intelligimus* Edd. *intelligemus* Edd. Cic. *quam se* Codd. *quam sit* Edd., ut Cic. *et del.* Edd. Cic. — 34 *Georg. lib.* I: *ei omnes luxuriæ seium stilo depascenda. Virg. Georg. lib.* I: *at si luxuriæ f. ex. umbra. Cicero in Oratore: gemmare* P. *ei omnis luxuriæ segetum stilo depascendum* (duobus locis in unum confusis) Bern. *de Orat. lib.* I vulgo. *lib* II M. *ei omnes luxuriæ seium stilo* H. *luxuries eium* Gerl. *et omnis* (*omnes* AJ) *luxuries stilo* Edd. ante M. *Inest luxuries quæ stilo* M, ut Cic.
2 *depascenda est* Edd. Cic. — 3 *at si*

Cicero in Oratore [c. 24] : « Gemmare vites, sitire agros, lætas [esse] segetes, luxuriosa frumenta. »

LAXUM, liberum et remissum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 63] :

Et premere et laxas sciret dare jussus habenas.

Idem Georgicorum lib. II [v. 363] :

Et quum se lætus ad auras
Palmes agit, laxis per purum immissus habenis.

|| *Laxum*, non angustum, sed spatii majoris. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 166] :

Et primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 39] : « Et admittenda hominum cujusquemodi multitudo, adhibenda cura est laxitatis. »

LOCANDI significatio manifesta est, ut aut operis locandi aut fundi. M. Tullius Epistolarum ad Cæsarem lib. II : « Vel quod locatio ipsa pretiosa. » Idem in Verrem Frumentaria [c. 22] : « Xenonis Meneni, nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus. » || *Locare*, constituere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 427] :

Hinc alta theatri
Fundamenta locant alii.

Lucilius lib. XXX :

Virtutis [si] hæc atque artis monumenta locantur.

|| *Locare*, marito dare. Plautus in Aulularia [II, 2, 14] :

Virginem habeo grandem, dote cassam atque illocabitem.

|| *Locare*, parare. Lucilius lib. XXVIII :

Hæc tum conventus tela insidiasque locavi.

LÆTUM, hilarum, sicut in consuetudine. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 423] :

Et lætæ pecudes, et ovantes gutture corvi.

|| *Lætum*, ferax. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 102] :

Lætus ager : nullo tantum se Mysia cultu
Jactat.

Codd., M, ut Virg. *aut si* Edd. ante M. — 5 *segetis* Codd., M. *segetes* Edd. aliæ. — 7 *præmere* P. *abenas* Codd. — 9 *Et dum* Edd. Virg. — 10 *inmissus* H. *abenis* Codd. — 13 *Ac primum* Edd. Virg. *circlo cervice* P. — 16 *cura est* Codd., M, ut sup. p. 132. *est cura* Edd. ante M, ut Cic. *lapitatis* P. — 18 *epistola* vulgo. *epistolarum* vett. edd. — 19 *in Verrem in Frumentar.* vulgo. *in* alterum omitt. AJ. *senonis* H, Edd. ante M. *Memnoni* vett. edd. *Meneni* etiam Cic. — 22 *teatri* H. *hic alta theatris* Edd. Virg. — 25 *virtutis hæc tuæ artis* omnes. *virtutisque tuæ atque artis* cj. J. *Hæc virtuti' tuæ atque artis* cj. Corpet. — 27 *abeo* P. *inlocab.* HP. — 28 *Lucilius*, etc. Jam sup. in v. *Convenire*, p. 271. *lib.* XXVIII omnes. XVIIII p. 271. — 29 *hæc tum* Codd., M, ut p. 271. *hæc tamen* Edd. ante M. *hic tum* J marg. *contentus* cj. Guyet. *insidiæque* vulgo. *insidiasque* JM, ut p. 271. — 30 *sicuti consuetudine* ed. 1476, Gerl. *consuetudinem* L man. pr. W. *secuti consuetudine* A. *seculi consuetudinem* M. *secundum* J. (Formula *in consuetudine* paulo inf. est, p. 342 : *Modicum in consuetudine.*) — 32 *lete* H. *guture* P. — 34 *lecus ager* P. *mysa* P. *misia* ed. 1476. *Mæsia* AJ. *Mysia* J marg. M, et Edd. Virg.

|| *Lætum*, pingue. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 520] :

Glande sues læti redeunt.

|| *Lætum*, gratia plenum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 590] :

Lumenque juventæ
Purpureum et lætos oculis afflarat honores.

|| *Lætum*, plenum, distentum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 310] :

Læta magis pressis manabunt ubera mammis.

Lassum dicitur fatigatum. Lucilius lib. XXX :

Leonem
Ægrotum ac lassum.

|| *Lassum*, marcens, gravatum. Virgilius lib. VIIII [v. 436] :

Lassove papavera collo
Demisere caput.

Locus significationis manifestæ est, ut Virgilius Æneidos lib. III [v. 414] :

Hæc loca vi quondam.

Et [v. 393] :

Hic locus urbis erit.

|| *Locus*, genus, nobilitas, dignitas. Attius Eurysace :

Atque, ut vides, non tenui de loco.

Sallustius in Catilina [c. 23] : « Natus haud obscuro loco. » || *Locum* decus significare vult Attius Diomede :

Non genu' virum ornat : generis vir fortis loco.

M

Mactare, præcipitare. Attius Antenoridis :

Qui aut illorum copias
Fundam in campo, aut naves uram, aut castra mactabo in mare.

|| *Mactare*, honorare. Attius Didascalicôn lib. I : « Sapientiæque invictæ gratia atque honoris, patera Nestorem mactavit aurea. » || *Mactare* est immolare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 547] :

Et nigram mactabis ovem, lucumque revises.

4 *ubera mam.* omnes. *flumina* pars Codd. Virg. — 9 *lassave ... dimisere* P. — 11 *significatione manifesta* ed. 1476. — 17 *ut vide* Codd. *vides* AJM. — 19 *Locum, decus,* etc. Quod vulgo supra est, p. 338, ut monui. — 20 *generi vir forti* vulgo. *fortis* J. *generis vir fortis* M. — 23 *quia ut illorum* HP. *qui aut* VLW, Edd. ante M. *quievit illorum* Bern. *quia aut* J marg., et cj. M. *quia illorum* M. — 24 *navis* vulgo. *naveis* AJ. — 25 *didascalico* vulgo. διδασκαλικῶν J. *Didascalicon* cj. Madvig. Osann. — 26 *pater honesto rem* H. *pater honestorem* P. *paterho nesto rem* Gerl. *honeste rem* AJ. *paterna* Bern. *honoris patera Nestorem* cj. Turn., recep. M. *Atque honoris ... Nestorem* Herman. septenarios conj. *honoris gratia patera honeste em nu.* cj. Lips. *erem mact.* Scal. —

Lucretius lib. III [v. 52] :

Et nigras mactant pecudes, et Manibu' divis.

Attius Erigona :

Quod utinam me suis arquitenens telis mactasset dea!

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quot kalendis juniis et publice et privatim fabatam pultem diis mactant. » || *Mactare* est magis augere. Virgilius lib. VIIII [v. 641] :

Macte nova virtute, puer.

Cicero Tusculanarum lib. I [c. 6] : « Macte virtute. » Attius Neoptolemo :

Eia, ut dixi, macte his armis, macte virtuti patris.

Lucilius Satyrarum lib. V :

Macte, inquam, virtute simulque his versibus esto.

Turpilius Boethuntibus :

Macte virtute esto.

Pacuvius Duloreste :

Macte esto virtute : operaque omenque approbo.

M. Tullius de Republica [I, 43] : « Ferunt laudibus, [et] mactant honoribus. » || *Mactare*, malo afficere significat. Plautus Amphitryone :

At ego [te] certo cruce
Et cruciatu mactabo. Exi, o mastigia.

Idem in Aulularia [III, 5, 61] :

Dotatæ mactant et malo et damno viros.

Novius Gallinaria :

Macto te hisce virgis verbenis. — Macta tu illam infortunio.

28 *mactabis olim* (cum signo mendi) P. — 29 *Lucr. lib.* v P, ed. 1476. — 30 *nigra* Codd. *nigras* Edd. *et agnibus divis* P. *et magnibus* Codd. pleriq. *et in agnibus* ms. J. *et ignibus divinis* ed. 1476. *et ignibus divi* AJ. *et manibus divis* M, ut Lucr. — 32 *arquitenes* Codd. *arcitenens* AJ. *arquitenens* M. — 33 *quod kalendis* vel *cal.* omnes. *quot cal.* cj. Palm. Passer. M. — 34 *favatam* Codd. M, non improb. J. *fabatam* cj. Turn. Passer. *futuam* Edd. ante M. *fabaceam* cj. J. *dis* Codd. *diis* Edd. *mactat* omnes. *mactant* Popma, prob. M. — 36 *puer* omitt. P. — 38 *optolempota ut* H. *opeolempota* PV, ms. J. *optolempo : ta ut* Gerl. *Philoctetu : ut* J. *Neoptolemo : ita ut* cj. J, habet M. *ita uti* Voss. *tu uti* Ribb. — 39 *his armisque macte virtutem* vulgo. *quemacte* P. *his armis macte virtute* (*virtuti* Bern.) Mp Bern., et cj. J, prob. M. *virtute et patris* cj. Voss., prob. Guyet. *his animis* forte legendum. — 41 *simulque hic* P.

1 *boetontibus* Codd., vett. edd. — 4 *virtute, operaque, omenque* AJM. *asprobo* Codd. *approbo* Edd. *operaque, omen approbo* Voss. Welck. *omen approba* Delr. Both. Ribb. — 6 *mact. homoribus* P. *Mactare modo* (cum signo mendi) *aff.* P. *Mactare malo, malo aff.* cj. Neuk. *amfitreone* P. — 8 *at ego* omnes. *ita ego* J marg. *et te* scriptum in marg. Jun. *ita ego te* cj. Bothe. *certo cruce* Codd., Bothe. *certe* Edd. — 9 *cruciatum* Codd. *cruciatu* AJM. *exuo mastigia* HP. *exu, o mast.* Gerl. *exuo foras mast.* V. *exi* o *foras* M. *exi f.* AJ, prob. Guyet. — 11 *dotate* Codd. *do date mactantem malo* Edd. ante M. *dotatæ mactant et* J marg., habet M. — 13 *te hisce virgulis verbenis* HLW. *te h virgitius* (cum signo mendi) *verb.* P. *te misce. Virgil. verbenis* ms. J. *mactato te misce virginis verbeais* AJ. *hisce virgis, verbenis* cj. J, habet M. *hisce verbenis* Bern. Gen. *macto te his verbenis* cj. Both. Ribb. *hisce virgis verbenaceis* conji-

P. 312 M.

Pomponius Præcone posteriore :

At te di omnes cum consilio, calve, mactassint malo!

Attius Epigono :

Maneas, Atthis, an te exsilio mactem ex Pelopiis terminis.

Et Ennius Telepho :

Qui illum di deæque magno mactassint malo!

Afranius Privigno :

A fulica pæne periisti. Di te mactassint malo!

Modicum in consuetudine pauxillum volumus significare. ‖ *Modicum* veteres moderatum et commodum dici volunt. Plautus Bacchidibus :

Quibus ingenium animo utibile est, modicum et sine vernilitate.

Idem Persa [III, 1, 18] :

Modice et modeste est melius vitam vivere.

Et in Milite :

Modice sapis.

Ennius Hecuba :

Quæ tibi in concubio verecunde et modice morem gerit.

Attius Bacchis :

Agite modico gradu! Jacite thyrsos leves!

Turpilius Demiurgo :

Ego edepol docta dico : quæ mulier volet
Sibi suum amicum esse indulgentem et diutinum,
Modice atque parce ejus serviat cupidini.

M. Tullius de Republica lib. II : « Statu esse optimo constitutam rempublicam quæ ex tribus generibus illis, regali, et optimati, et populari, confusa modice, nec puniendo irritet animum immanem

cio, et reliqua altero versu. *mactat uillam* P Bern., ms. J, vett. edd. *macta tu illnm* cj. J, babet M. *illanc* Both. Ribb. *infortunio* HPWM, et cj. J. *infortuito* vel *in fortuito* L, ms. J, Edd. ante M. — 15 *calvae* P. — 16 *Epigonis* cj. M. — 17 *moneas adhisante* (*adhis ante* H) *exilio macte Pelopis exterais* vulgo. *saen' eas Adnisum ante exsulio mactare Pelopus Ex terris* cj. Voss. *maneas, illos autem exilio macto ex terris Pelopiis* Bothe. *maneas, his ante exil. macte Pelopiis Ex terris* Ribb. — 19 *qui illum* omnes. *ut illum* cj. aliquis ap. Gerl. *quin* scriptum in marg. Jun. *mact. moln* P. — 21 *afulica* H. *peristi* omnes. *peristi pene* Both. Neuk. *peristiditæ* H. *peristi dite* P. *ah, fulico, bene p.* Ribb. — 22 *pausillum* Codd. pleriq., M. *pauxillum* P Bern., Edd. ante M, prob. Guyet. — 23 *commodo* Codd. pleriq. *commodum* Bern. Gen. A. *cum modo* Edd. aliæ. — 25 *quibus igens in* P. *ingens in* AJ. *igaes in* HLWM. *ingenium animi* cj. Gul., prob. Acid. *ingenium* prob. M. *utibile* vulgo. *tibile* P. *cohibile* cj. Acid. — 27 *modeste meliu' st* Edd. Plaut. *vitam venire* P. — 30 *heccuba* H. — 33 *jacet et nisus levis* Codd., A. *jaceat aisus levis* J. *jacite* ms. Vossii. *jacite nisus* Ribb. *nisus jacite leves* cj. Scal. *jacite thyasos l.* cj. Palmer., improb. M. *thyrsos* cj. Scriv., prob. Voss. Bothe. *thyrsus levis* M. — 35 *ergo edepol* Codd. *ego* Edd., et cj. Aeid. — 36 *summam naicam* Codd., vett. edd. *summum amicum* JM. *suum amicum* cj. Acid. M, recep. Ribb. — 37 *servi ad cupidines* Codd., AJ. *serviodcupidiaes* P. *serviat cupidines* ed. 1476, Aeid. Ribb. *serviat cupidini* cj. J, habet M. — 38 *stn statuæ tu esse opime* P. *statue esse optime* vett. edd. *statu esse optume* HLW. *optumo* JM. *statuo esse optime* J

ac ferum. » Varro Ἔχω σέ, περὶ τύχης : « Sapiens et bonum ferre potest modice, et m lum fortiter aut leviter. » Idem Tithono περὶ γήρως : « Risi multum, lusi modice iambis. » Sallustius in Jugurthino bello [c. 63] : « Animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor. »

Mitis est tranquillus et lenis. Virgilius lib. VIII [v. 88] :

Mitis ut in morem stagni placidæque paludis.

Lucilius lib. XXX :

Est illud quoque mite malum, blandum atque dolosum.

M. Tullius in Hortensio : « [Quid enim] ... aut Theopompo acrius, aut Ephoro mitius inveniri potest? » Item M. Tullius de Senectute [c. 9] : « Facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio. » || *Mitis* est maturus. Plautus in Milite [V, v. 31] :

Mitis sum equidem fustibus.

Virgilius in Bucolicis [1, 81] :

Sunt nobis mitia poma.

Turpilius Lindia :

Misero mihi mitigabat sandalio caput.

Pacuvius Duloreste :

Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Quumque autumno terra se ad recipiendas fruges patefecerit, hieme ad con[servandas contraxerit, vere ad con]cipiendas relaxarit, æstiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit. » Afranius Divortio :

Imo illi mitem faxo faciem fustibus.

Mater est quæ quodvis animal partu edit. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 321] :

Mater, Cyrene mater.

marg. — 39 *optumati* vulgo. — 40 *puaieada* Codd., vett. edd. *puaiendo* JM. *immaaemq. ac ferum* [*reddant* cj. Moserus.

1 *Sapiens... fortiter matum Aut* pro septenario habet Guyet. Metrum etiam subodoratur Meurk. *fort. aut leviter* Codd., M. *ae* Edd. aute M. *aut* J marg. *aut leniter* Popma. *tithonon* P. — 2 γερως Codd. *ri* (græco verbo additum) *si* H. *pi erisi* (expuncto *eri*) L. *si multum* Edd. ante M. *risi multum* J marg., M. *modice ambis* vulgo. *ambis* omitt. P. *ambos* J marg. *ambas* Bern. *iambis* Œhl. Riesc; in quod ipse incideram. — 5 *lib.* VIIII P. — 8 *et illud* vulgo. *est* cj. Dous. M Guyet, recep. Corpet. *atque illud* J marg. Gul. *atque jocosum* cj. Gul. — 9 *quid enim* ex Cic. ipso addidi. Vid. in v. *Acre*, p. 241. — 10 *aut eoforo* HL. *teoforo* VPW. *Theophrasto* AJ. *Ephoro* Canter. M. *Item M. Tullius de Sen.* Quæ sequcuti notioni vulgo adstruuntur, post Afranii exemplum. — 11 *nudientia dissertis sermonibus et mitis oratio* Codd. pleriq. *audientia diss. serm. et mit. orat. audientiam diserti compta et mit. orat.* P. *disertis serm. coacta ac mitis* Bern. *audientiam diserti senis compta et m. o.* Edd., ut Cic. — 13 *mitis sim eq.* Codd. pleriq. *mitissime quidem* H, vett. edd. *mitis sum eq.* Passer. M, ut Plaut. — 14 *bucolicis licis sunt* P. — 15 *bona* H. *poaa* P. — 16 *Turp. india* Codd., A. *Liadia* cj. Nic. Loensis et Turn., habent JM. — 17 *mitigarit* ms. Palat. *mitigabit* cj. Gebh. — 18 Jam sup., v. *Grandire*, p. 115. — 19 *gradiri* P. *mitiscere* Codd., M. *mitescere* Edd. — 20 *lib.* VIIII P. — 21 *terras ad concipiendas* omnes. *suscipiendas* vel *recipiendas* cj. M. *hicme* P. *hieme ad concipiendas* omnes. —

P. 343-344 M.

|| *Matrem* veteres etiam nutricem dici volunt. Plautus Menæchmis [Prol. 19]:

Ita forma simili pueri, uti mater sua
Non internosse posset quæ mammam dabat,
Neque adeo mater ipsa quæ illos pepererat.

Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 632]:

Et lambere matrem
Impavidos.

Id est, nutricem.

MERUM est solum. Terentius in Phormione [I, 2, 96]:

Nihil habet, ni spem meram.

Varro Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας:

Ac liberos parare cui necesse sit,
Non est merum, nec tu edepol quid simulas tuis.

Plautus in Asinaria [I, 3, 3]:

Aurum atque argentum merum est.
Fixus hic apud nos animus tuus clavo Cupidinis.

Varro Sesquiulixe: « Diogenem postea pallium solum habuisse; et habere Ulixem meram tunicam; pileum ideo non habere. » Varro Marcipore: « Eodem conjecisse mera miracula nescio qua. » || *Merum*, sincerum. Pomponius Piscatoribus:

Nescio quid non est hoc merum quod hic plorat.

Varro Eumenidibus: « Tu non insanis, quod tibi vino corpus corrumpis mero? » Cicero de Oratore lib. II [c. 22]: « Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. »

MERET, meretur. Virgilius lib. X [v. 492]:

Qualem meruit, Pallanta remitto.

Et lib. IIII [v. 317]:

Si bene quid de te merui.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II: « Quem periisse ita de republica merentem consulem doleo. » Varro Eumenidibus:

22 *relax. afistula* Codd. *afistulin* P. *a fistula* Edd. ante M. *ac æstiva* cj. J. *relaxnrit, æstiva mat.* M. *nuturitate* P. *alinm mitig.* Codd. *alia mit.* Edd. *alia torr.* omnes. — 24 Afranii locum omitt. Edd. ante M. *immo illi milem* HPM. *li milem* Gerl. *illum milem* Steph. *faxo faciant* vulgo, et Ribb. *facient* Bothe, non improb. Neuk. — 28 *menecmis* H. — 30 *ut mater* omnes. *uti* Plaut. — 31 *internosse potest* (cum signo mendi) P.

2 *habet* non est in hoc versu, sed in præced. ap. Ter. *nisi* omnes. — 8 *nos animus* Codd. *nos est* AJ. *nos' st* Edd. Plaut. — 9 *sesqueulixe* Codd. *Sesquiulixe* M. *Sesquiulysse* AJ. — 10 *pilleum* Codd., M. *pileum* Edd. ante M. — 11 Varronis exempla *Eumenidum* et *Marciporis* loco movi. — 13 *nescio quæ* P. *quæ* A. — 14 *quo tibi* vulgo. *quod* J, Popma. *qui* vel *quos* cj. Meineк. Metrum varie conjiciunt: equidem septenarium credo, deleto *tibi*. — 16 *eludo* H. — 18 *Meret meritur* P. — 21 *si quid de te* Gerl. — 22 *perisse* vulgo. *periisse* AJ. Post *doleo*, vulgo sequitur exemplum *Lucilii lib.* XXX, in quo de militia agitur. Hoc ad suam notionem remisi. — 24 *inquid* H. Post *virtus*, vulgo

« Quia plus, inquit, merere debet, in quo est virtus. » Virgilius lib. V [v. 801] :

Merui quoque : sæpe furores
Compressi.

|| *Meret*, militat. Lucilius Satyrarum lib. XV :

Dum miles Hibera
Terra sæ[pe] meret ter sex ætate quasi annos.

Idem lib. XI :

Annos hic terra jam plures miles Hibera
Nobiscum meret.

Lucilius lib. XXX :

Publicia lege ut mereas, præsto est tibi quæstor.

Varro de Vita populi Romani lib. III : « Qui in exercitu donati essent, et equo publico mererent. » || *Meret*, humillimum et sordidissimum quæstum capit, et ob mercedem laborem vel infamiam corporis locat : unde et *meritorii* et *meretrices* dicuntur. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Qui in ordine erat, is æs militare merebat. » Lucilius lib. I :

Et mercede meret .... religiones.

Varro Agathone : « Δοῦλος iste qui meritat, hominem se servum facit. » Idem Eumenidibus : « Primum iste, qui meret sestertios vicenos. » || Mœret rursus dolet. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 82] :

Sola domo mœret vacua.

Medicamentum est quo homines vel animalia cetera curantur. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 24] : « Si quis medicamentum cuipiam

legitur : *Meret, dolet.* Quod seu interpolatum, seu loco motum, ad finem rejeci. — 26 *Virgil. lib.* v. Hoc infra vulgo legitur. *meruit* Codd. *merui* Edd., ut Virg. *et sæpe* Codd. *et* omitt. Edd. — 29 *Hibera terras ac meret* Codd., M. *hyberna ac* ed. 1476. *hybernas ac* AJ. *Terra sac* * *meret* cj. M. *Hibera hac meret in terra* cj. Palmer. *sæpe* jamdudum conjeci; quod idem Guyetum vidisse valde miror. *tersa ex ætate* HP, Edd. ante M. *ætati ... agnos* Bern. *ter saex, aetate* M Gerl. *ter sex ætate* cj. Palmer., J marg., prob. M. *sex, ætate quasi, annos* Palm. M. — 32 *Aanos hic errat* vulgo. *hic terra* Palm. M. *tum plures* HPAM. *am* Gerl. *jam* cj. Palm. Dous. M, Guyet. *miles hibernas* Codd. pleriq. *hiberna* P Bern., Edd. ante M. *Hibera* Palm. M. — 35 *Publica lege* vulgo. *Publica uti lege æs* cj. Dousa. *Publicia lege ut* cj. Fruter. Passer. — 36 *quin exercitu* Codd. *quia in* AJM, prob. Gerl.

1 *et æquo* HP. *ex æq.* Bern. — 2 *sordissimum* P. *sordidissumum quæst. capit. Varro... qui in ordine... merebat, et ob mercedem, l. v. i. c. locat* vulgo. *quæstum capit, et ob merc. lab. vel inf. corp. locat, unde... dicuntur. Varro...* cj. M, prob. Gerl. ed. Lucil. — 3 *unde et mercenarii et* vulgo. Qua vulgo inf. leguntur, in Varr. Agathone, improb. M. *mescennarii* H. *meritorii* ipse cum Guyeto conjeceram. — 4 *in ordine ratis es* H. *ratis est* P. *inordinerat is es* Gerl. *milita meræbat* P. *ratis æs mil.* ed. 1476. *in ordine erat, is æs* M. — 6 *meret religiones* omnes. *merent legiones* cj. Passer. Dousa. (Sed hoc non suo loco.) — 7 *Agathone dutoreste* omnes. *Ag.* δοῦλος ἔρως ἐστί : *Qui* cj. Popma. δουλοπρεπῶς Œhler. δουλοπρεπέστερον cj. Dübner, recep. Riese. *Agathone** *Pacuvius Dutoreste* cj. Naekius. *qui merita hominem et* omnes. *qui meritat, hominem et* Popma. *qui meritat, hominem se servum* cj. Naek. — 8 *servum facit; unde et mercenarii... dicuntur* vulgo; quæ sup. inserui, suadentibus Mercero et Gerl. — 9 *meret* (bis) Codd. *mœret* (bis) M. *mœret* A. — 13 *cupiam dederit* P. — 15 *farmacon*

P. 345-346 M.

dederit ad aquam intercutem. » || *Medicamentum* rursum venenum, ut græce φάρμακον, vel producta ejus verbi prima syllaba, quod apud Medos venefici sint plurimi, secundum Virgilium, Georgicorum lib. II [v. 126]:

> Media fert tristes succos tardumque saporem
> Felicis mali.

Et in sequentibus [v. 128]:

> Pocula si quando sævæ infecere novercæ,
> Miscuerunlque herbas.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς : « Quærit ibidem ab Hannibale, cur biberit medicamentum : Quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat. »

Minutum est, ut sæpius, breve. || *Minutum* est scrupulosum, ut a Græcis dicitur λεπτομέριμνον. Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. I [c. 18]: « Ecce autem alii minuti, et angusti, et omnia semper desperantes; aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstruosi. »

Malignum significat consuetudine malevolum. || *Malignum*, obscurum. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 270]:

> Quale per incertam lunam sub luce maligna
> Est iter in silvis.

|| *Malignum*, gracile, minus ferax. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 179]:

> Difficiles primum terræ collesque maligni.

Moliri est facere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 414]:

> Molirive moram, et veniendi poscere causas.

Idem [ibid. 563]:

> Res dura et regni novitas me talia cogunt
> Moliri.

M. Tullius Philippicarum [III, c. 3]: « Quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem civium atque interitum civitatis videret. » Idem et de Senectute [c. 8]: « Iners non sit, verum etiam sit operosa,

Codd. *pharmacon* ed. 1476. φάρμακον AJM. — 16 *beneficii sit* H. *beneficiis sit* P. *beneficii sint* LW. *venefici sint* Edd. *sunt* ed. 1476. — 18 *tristis sucos* Codd., M. *tristeis succos* AJ. — 19 *felices* P. — 23 εξαγωι *et quærit* Codd. pleriq. εξαγωτ *et quær.* P. ἐξαγωγῆς : *quærit* JM. *et quærit* (omisso v. græco) Mp. *Annibale* Mp. — 24 *inquid* Mp. *iniquit* P. *me Prusiades* omnes. *Prusias* cj. Bentin., J marg. — 26 *breve. Minutum est obscurum et scruput.* omnes. Equidem *obscurum*, tanquam e sequenti lemmate repetitum, delevi. — 27 λεπτομεριμον Codd. λεπτομερές AJ. λεπτομέριμνον J marg. M. — 28 *autem mali* vulgo. *autem alii* ed. 1476, M, ut Cic. *muniti* P. — 29 *malivoli* (itemque paulo inf.) Codd., M. *malevoli* (item inf.) AJ. *difficile est* Codd. *difficiles* Edd. *maledici* P.

1 *iter silvis* Codd. *in silvis* Edd. — 6 *molireve molam* P. *aut ven.* Edd. Virg. — 7 *idem quæ res* HP. *idem quæ* (profecto non cum libris) Gerl. *idemque* M. *idem : res* Edd. ante M. — 10 *filippicarum : quem* Codd. *Philippicis : quem* J. *Philippicarum* III : *quem* M. — 11 *nisi decem* HP. *deecem* Gerl. *necem* Edd. ante M. *cædem* M, ut Cic. *atque impe-*

et semper agens aliquid et moliens. » || *Moliri*, retinere, morari ac repigrare. Cæcilius Progamo :

Ita quod lætitia me mobilitat, mœror molitur metu.

Lucilius lib. VII :

Muginamur, molimur, subducimur.

|| *Moliri*, exstruere : dictum a *molibus*. Virgilius Æneidos lib. I [v. 424] :

Molirique arcem, et manibus subvolvere saxa.

Attius Philoctete :

Ubi horrifer
Aquilonis stridor gelidas molitur nives.

Unde *demoliri* dictum est destruere. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 1] : « Hanc Scaurus demolitus, accessionem adjunxit ædibus. » Cassius Hemina de Censoribus lib. II : « Et in area in Capitolio signa quæ erant, demolivit. » M. Tullius de Officiis lib. III [c. 16] : « Demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis. »

Molle est non durum. Virgilius lib. VIII [v. 415] :

Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.

Idem Georgicorum lib. II [v. 120] :

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?

|| *Molle*, recens, novum. Virgilius in Bucolicis [1, 82] :

Sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles.

|| *Molle*, opportunum. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 423] :

Sola viri molles aditus et tempora noras.

Idem [ibid. 293] :

Et quæ mollissima fandi
Tempora.

|| *Molle*, leve, contemnendum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 41] :

Tua, Mæcenas, haud mollia jussa.

M. Tullius de Senectute [c. 2] : « Quod ferendum est molliter

tum HP, Edd. ante M. *civitates videre* Codd. *civitatis* Edd. ante M. *civitatis videret* M, ut Cic. — 14 *ncre pigrare* P. *proiamo* P. *Pergamo* vett. edd. — 15 *quod tetiale me* Codd. pleriq., M. *latiale me* P. *lætitiate me* vett. edd. *lætitia me* cj. Palm., habet J, prob. Bothe 2, Ribb. *letnte me* cj. Grauert. *meror* HLW. *mœror* JM. — 17 *mutilamur* vulgo. *muginamur* J marg. M, ut Noster p. 139. — 22 *ubi* omnes. *unde* Cic. Tusc. 1, 28. *horrifer æquisoni str.* HLW. *equisoni* J marg. *horrifere qui sonistridor* P. *horris terras qui soni* Bern. *horrifice et soni* ed. 1476. *horriferæ et soni* AJ. *horrifer aquilonis* cj. Bentin. J, habet M, ut Cic. Tusc. 1, 28. — 25 *hanc serus* Codd. pleriq. *servus* Bern. *Scaurus* Edd., ut Cic. — 26 *cæsius hemina* Codd. *Cassius* Edd. *consoribus* P. *tonsoribus* Bern. *et in area* vulgo, defendente M. *et in nera* Bern. *et jam aurea* Edd. ante M. *in* repetitum non placet : *interea* forte leg. *demoliuit* Codd. *demoliuntur* Edd. — 29 *Molles est non* P. — 34 *sunt nobilis* P. — 35 *molles* vulgo. *molleis* A.

1 *contemnendum* HPM. *contempnendum* LW. — 3 *aut mollia* Codd. *haut* M. *haud*

P. 347 M.

sapienti. » || *Molle*, non arduum nec erectum. Virgilius in Bucolicis [9, 7] :

> Qua se subducere colles
> Incipiunt, mollique jugum demittere clivo.

|| *Molle*, dulce, jucundum. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 470] :

> Mollesque sub arbore somni.

M. Tullius de Legibus lib. II [c. 15 : « Nihil tam facile] in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos. » Et idem de Senectute [c. 1 : « Non modo] omnes absterserit senectutis molestias, sed etiam effecerit mollem ac jucundam senectutem. » || *Molle*, placidum. Attius Telepho :

> [Remisque] nixi, properiter navem in fugam
> Transdunt subter saxa ad lævam, qua mons mollibat mare.

M. Tullius de Senectute [c. 4] : « Et Hannibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. »

Mirari significat novo aliquo obstupefieri. Virgilius Æneidos lib. I [v. 455] :

> Artificumque manus inter se operumque labores
> Miratur.

|| *Mirari*, delectari, accendi. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 49] :

> Seu quis, Olympiacæ miratus præmia pugnæ,
> Pascit equos.

|| *Mirari*, metuere, venerari. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 215] :

> Ille operum custos; illum admirantur et omnes
> Circumstant.

Micare est sortiri digitis. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 19] : « Dignum esse dicunt quicum in tenebris mices. » Et eodem [c. 23] : « Quasi sorte aut micando victus, alteri cedet [alter]. » Varro Parmenone : « Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum,

Edd. ante M. — 4 *ferundum* Codd. *ferendum* Edd. — 8 *demittere* HM. *dimittere* vulgo. — 9 *molles dulce* P. — 11 *de legionibus* P. — 12 *atque mollis* vulgo. *molleis* A. *molles* J. *in cunendi* Bern. Gen. *somnos* Codd., vett. edd. *sonos* JM, ut Cic. *eidem* (omisso *et*) P. — 13 *omnis* vulgo. *omneis* AJ. *absterseris* Codd., AJ. *absterserit* ed. 1476, ut Cic. — 14 *sed effecerit mollem etiam et* Edd. Cic. *effeceris* Edd. ante M. — 16 *remisque nixi* J, ut Noster p. 155 et 307. *periter* Codd. *pariter* Bern. *nisi pariter* A. *nixi properiter* M, ut p. 155 et 307. — 17 *tradunt* HW, Edd. ante M. *trandunt* LP. *transdunt* Cujac. M. (Cf. v. *Properatim*, p. 155.) *læva* Codd. *leva* P. *lævam* Edd. *quam mons* Codd. *qua* Edd. omnes, prob. Gerl. — 18 *Hannibalem* HP. *Annibalem* vulgo. — 25 *præmia pugnæ* Codd., M. *palmæ* Edd. ante M, ut Virg. — 27 *Mirari* sine expositione W, Edd. præter A. *Mirari metuere* H. *Mir. venerari* P. *Mir. mentiri* LA, improb. Bentin. *Mir. manere* Bern. — 29 *illum* omitt. P. *admiratur* LW, vett. edd. *admirantur* HPJM, ut Virg. *et omnes cooplant* (cum signo mendi) P. — 32 *teneb. micis* P. — 33 *et eo quas ipso quasi forte* LW. *sorte* HP. *et eo quas ipse q. sorte* ed. 1476. *et eos quos ipse q. sorte* AJ. *et eodem : quasi sorte* M. *alteri cedet* vulgo. *cedit* vett. edd. *cedat* Edd. Cic.

an ille meum [as]sequatur. » || *Micare*, per vices sine ordine moveri. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 84] :

Micat auribus, et tremit artus.

Idem lib. X [v. 396] :

Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.

Et Georgicorum libro III [v. 439] :

Et linguis micat ore trisulcis.

Lucilius lib. XXX :

Omnia tum endo μυχῷ videas fervente micare.

|| *Micare*, fulgere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 90] :

Micat ignibus æther.

Et lib. II [v. 734] :

Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.

Mittere manifestam habet significationem, ut Virgilius lib. VIII [v. 9] :

Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem.

Et Georgicorum lib. III [v. 323] :

In saltus utrumque gregem atque in pascua mittes.

Et [v. 64] :

Mitte in venerem pecuaria primus.

Virgilius in Bucolicis [9, 6] :

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.

|| *Mittere* est excludere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 202] :

Mœstumque timorem
Mittite.

Sisenna Historiarum lib. III : « Mulierem missa fide ac pietate, propter amoris nefarii lubidinem, exstitisse. » || *Mittere*, omittere. Terentius in Adelphis [III, 2, 37] :

Hera, lacrimas mitte.

Virgilius lib. XI [v. 256] :

Mitto ea quæ muris bellando exhausta sub altis.

Lucilius lib. XXX :

Hoc missum facies, illo me utêre libente.

— 35 *sequatur* omnes, et Riese. *assequatur* scriptum in marg. Jun., et cj. Vahlen; quod ipse videram. *movere* omnes.

2 *semianimis* vulgo. *semianimi* AJ. *semianimes* P, Edd. Virg. *digi* Codd. *digiti* Edd. — 6 *omnia tumendo muco* HP Bern. *tumendo mucro* Edd. ante M. *tum endo muco* V Gerl. *tum endo mucho* vel μυχῷ cj. Turn., prob. M, Guyet : ἐνδομυχω scripsit aliquis in marg. Jun., et cj. Gothof. *endo mari* cj. Bongars. Gifan. Merul. — 10 *ardentis* Codd., M. *ardentis* P. *ardenteis* AJ. — 11 *ut* P. *ut* omitt. alii. — 15 *mittis* Codd. *mittes* Edd. — 18 *Virg. in Bucol.* Hoc post sequentem sensum vulgo exhibetur, repetito lemmate *mittere*, sed deperdita interpretatione. — 19 *aedos* Gerl. *haedus* seu *hedos* HP, ed. 1476. *hedos* AJM. — 21 *mestum* Codd. *mæstum* JM. *mestum* vett. edd. — 24 *extitisse. Mittere. Virg. in Bucol.* omnes; quod sup. dedi. *extitisse obstitisse mittere Virgil.* P. — 26 *era* Codd., M. *hera* AJ. *lachrimas* Codd.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 31] : « Manlium missum fecit : tantum temporibus illis jusjurandum valebat. » Plautus Aulularia [IV, 4, 24] :

Jam scrutari mitto : redde huc.

Mandare significationem habet notam; ut Virgilius lib. VIIII [v. 312] :

Multa patri mandata dabat portanda.

|| *Mandare*, commendare. Virgilius Æneidos lib. III [v. 50] :

Furtim mandarat alendum
Threicio regi.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 1] : « Deinde ipsis scriptis non ea quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpe fecimus. »

Maturum dicitur celer. Virgilius Æneidos lib. I [v. 137] :

Maturate fugam, regique hæc dicite vestro.

Attius Menalippo :

Est res aliqua, quam præsente his priu' maturare institit.

|| [*Maturum*, matutinum.] M. Tullius de Officiis III [c. 14] : « Venit ipse mature : scalmum nullum videt. » Varro Endymionibus : « Qui si ut vigilarem matura cœpisti, in eo retinueris. » || *Maturum*, grave, sapiens. Virgilius lib. V [v. 73] :

Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes.

M. Tullius de Senectute [c. 10 : « Gravitas] jam constantis ætatis, et senectutis maturitas. » || *Maturum*, mite, coctum. Virgilius in Bucolicis [3, 80] :

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Varro Endymionibus : « Discumbimus murrhati : dominus maturo ovo cœnam committit. »

pleriq. *lacrimas* H. *lachrymas* Edd. — 28 *bella exusta* P Bern. — 30 *missum face* AJ. *illo* (*illum* Bern.) *metuere libenter* P, Bern. *illa me tutere* L. *illomet utere* AJ. *facies, illo me utere libente* cj. Gul., J marg., habet M (et sic ex vet. cod., Fabri credo, scriptum in marg. Junii). — 31 *Mnnilum* Codd., A. *Manlium* Edd. aliæ. *misum faci* Gerl. *missum faci* H. *missum facit* LP Gen. *fecit* JM, ut Cic. *factum* vett. edd. — 32 *jurans dum* H. *juransdum* Codd. plerique. *jusjurandum* Edd. — 35 *lib.* VIII vulgo. *nana* M. — 37 *mandata d. portanda* omnes. *portanda d. mand.* pars codicum Virg. — 41 *deinde* (*dein* Gerlach.) *tertius ipsis scriptis* Codd. *deinde scriptis* ed. 1476. *dein scr.* AJ. *deinde ipsis scr.* M, ut Edd. Cic. *tertius* deleri vult Düntz., ut verbi *tullius* dittographiam. — 43 *celer* omnes. *celere* cj. Guyet.

2 *Attius*, etc. Jam sup. v. *Præsente*, p. 154. — 3 *aliqua præsente* vulgo. *aliqua quæ præs.* JM. *prius maturare* P Bern., prob. Gerl. *mature* vulgo. *institat* P. *instituit* (sed expuncto *u*) W. *instituit* vett. edd., improb. Bentin. — 5 *natum videt* Gerl. *nullum* P, et Edd., ut Cic. *vide* P. — 6 *qui si ut vigilarem maturn cœpisti* Codd. *qui sit ut* ed. 1476. *qui ut vigilarem* AJ. *ut si* J marg. *quod si* cj. Vahlen. *qui si ut vigilantem* M. *sicut* vel *qui? si, ut* Œhler. *vigilare* Œhl. Vahl. Riese. *maturè* J. *cepisti* Edd. *in eo retin.* omnes. [*te*] *retin.* Popm. Œhl. Riese. [*te*] *tenueris* cj. Œhler. — 8 *elymus* H. — 9 *ætatis* HP, Edd. *ætis* Gerl. — 10 *mite* HP, Edd. *mitte* Gerl. — 13 *Varro*, etc. Quod jam p. 249 et 282. *Endimianibus* vel *Endym.* Codd., A. *Eumenidibus* JM. *discumbimus mussati dominus* Codd. *muscati* P Gen. *sati* vett. edd. (Vide ad v. *Committere*, p. 249.) — 14 *maturo ovo* vulgo. *matura ova* J. *ad cenam* omnes. *ad* deest p. 249, deleri vult Lips. *matura ova ac* etiam cj.

Metus dicitur, sicuti plerumque, timor. Virgilius lib. VI [v. 276]:

Et metus, et malesuada fames.

|| *Metus*, religio. Virgilius lib. VII [v. 60]:

Sacra comam, multosque metu servata per annos.

Manere est loco insistere. Virgilius lib. X [v. 770]:

Manet imperterritus ipse,
Hostem magnanimum opperiens.

M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 3]: « Qui judicia manere apud ordinem senatorium volunt. » Idem de Officiis [III, 11]: « Cyrsilum quemdam, suadentem ut in urbe manerent. » || *Manere*, imminere, deberi. Virgilius lib. VII [v. 596]:

Te, Turne, nefas! te triste manebit
Supplicium.

M. Tullius Philippicarum XIII [c. 20]: « Sin autem aliud me fatum manet. » || *Manere*, exspectare. Terentius in Eunucho [IV, 7, 18]:

Quam mox irruimus? — Mane:
Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

|| *Manet*, inhæret, infixum est. Virgilius Æneidos lib. I [v. 26]:

Manet alta mente repostum.

Plautus in Asinaria [III, 3, 2]:

Vale. — Aliquanto amplius valerem, si hic maneres.

Monstrum dicitur horrenda magnitudo. Virgilius Æneidos lib. III [v. 658]:

Monstrum horrendum, informe, ingens.

|| *Monstrum*, monstrationem. Virgilius Æneidos lib. III [v. 59]:

Monstra deum refero.

Maculosum, sordidum, immundum. Lucilius lib. XXX:

Hæc vestimentis maculosis tum aspice[re] iste.

|| *Maculosum* est varium. Virgilius Æneidos lib. I [v. 323]:

Succinctam pharetra et maculosæ tegmine lyncis.

|| *Macula*, turpitudo. M. Tullius in Verrem actione I [c. 4]:

Lips. *committ* (sic) LW, ed. 1476. — 16 *malæsuada* P. — 18 *coma* vulgo. *comam* ed. 1476, ut Virg. — 20 *ipse* omnes. *ille* Edd. Virg. *inperterritus* H. — 21 *operiens* Codd. *opperiens* Edd. — 22 *actione* Codd. *actione* omitt. Edd. *in V. Divinatione* M. — 24 *circilum* Codd. pleriq. *gursilum* P Gen. *Cyrsilum* JM, ut Cic. *ut urbe* P. — 25 *inminere* H. — 26 *Turne te nefas* Codd. *nefas te* Edd., ut Virg. — 28 *lib* XIII omnes. *me aliud* vulgo. *me alium* P. *aliud me* Edd. Cic. *fatum* vulgo, ut Cic. *factum* Geri. — 29 *Terentius*, etc. Jam sup. p. 296. — 32 *consilio quam armis* Edd. ante M. *condecet* Codd. *decet* AJM, ut Noster sup. p. 296, et Ter. — 33 *inhæret* HP. *inheret* LWM. — 36 *Vale.* [*Ah*] *aliq.* Bothe. [*At*] *al.* malim.

1 *lib.* II vulgo. III ed. 1476, M. — 4 *lib.* IIII P. — 7 *tum aspice iste* Codd., M. *ipse* Bern. *cum aspice* ed. 1476. *tum aspicit* J, Geri. Corpet. *hæc maculosis cum vestibus aspicit ipse* A. — 9 *subcinctam* H. *faretram* Codd. *pharetra* Edd. *maculose tecmine* P. *lincis* HP. — 10 *Macula* novum lemma est

« Cujus ut adolescentiæ maculas ignominiasque prætereain. »
Lucilius lib. XXX :

Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.

|| *Macula*, in retibus plaga. M. Tullius de Suppliciis in Verrem actione II [c. 11] : « Reticulumque ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. »

Metiri est........ || [*Metiri*] transmeare. Lucilius lib. XXX :

Vir mare metitur magnum, et se fluctibu' tradit.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 389] :

Et juncto bipedum curru metitur equorum.

Manicæ dicuntur vestium. Virgilius lib. VIIII [v. 616] :

Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ.

|| *Manicæ*, quibus manus vinciuntur. Lucilius lib. XXX :

Sic laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 146] :

Manicas atque arcta levari
Vincla jubet Priamus.

Plautus in Asinaria [II, 2, 38] :

Ubi manus manicæ complexæ sunt.

Mœstum, triste, miserandum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 280] :

Et mœstas expromere voces.

Lucilius lib. XXVIIII :

Cohibet domi
Mœstus se, Albinus....

|| *Mœstum*, enectum fame. Lucilius lib. XXVIIII :

Ventrem alienum
Mœstum fôvere ex molito hordeo, uti cataplasmo.

Mutare, derelinquere. Lucilius lib. XXVI :

Mihi quidem non persuadetur, pulices mutem meos.

|| *Mutare*, transferre. Lucilius lib. XXVI :

ap. Gothof. — 11 *adulescentiæ* Codd., M. — 13 *quem is scire* P. *omnes* etiam Codd. *maculas notasque* P, ed. 1476. — 14 *M. Tullius*, etc. Quod etiam citatur p. 121, 221 et 411. *actione* II Edd. ante M. *actione. Retic.* Codd., M. — 15 *ad nares* omnes. — 17 Deest pervolgati sensus mentio. *Metire* Codd. *Metiri* Edd. *transmeiare* J marg. — 18 *est fluctibus* Codd. *magnum fluctibus* AJ. *m. cum fluctibus* ed. 1476. *se fluctibus* J marg. *et se fl.* M. *tradidit* Codd., A. *tradit* ed. 1476, M, et cj. Gul. — 24 *si laqueis* A, et cj. Gul. Dousa. *irretita est* HP. — 26 *arta* Codd., M. *arcta* Edd. ante M. — 27 *jubet primus* P. — 29 *complexæ* H. *complexe* Gerl. — 30 *Mestum, triste* Codd. *maestum* JM. *mæstum* (sic ubique) vett. edd. — 31 *maestas* (itemque in seqq.) JM Gerl. *mestas* P. *et promere* Codd. *expromere* AJM. — 32 *Lucilius*, etc. Iterum in v. *Remissum*, p. 383. — 33 *cohibet et domum mœstus* HLW. *cohibet et domum* vett. edd. *cohibet et omnia mœstus* (*æstus* Gen.) P Gen. *cohibet et domi* J. *cohibet domi* Perott. M, et cj. Passer., ut Noster p. 383. — 34 *mœstus se* Codd. *se, Albinus* M, p. 383. — 35 *Mœstum iniectum* P. *lib.* XXVIIII vulgo, ut in v. *Fovere*, p. 311. *lib.* XXIIII P. XXX ed. 1476. — 37 *cataplasma* vulgo. *cataplasmo* M, ut p. 311.

2 *publices* HLW. *publices* (sed altero *l* scripto super *b*) P. *pulices* Bern. Gen. Dousa. *publice ut mutem* AJ. *publice mutem* M. —

Doctior quam ceteri,
Saxa mutes aliquo tecum, Sacrâ furatâ viâ.

|| *Mutare*, aliud pro alio accipere. Lucilius lib. XXVI :

Publicanus vero ut Asiæ fiam scripturarius
Pro Lucilio, id ego nolo, et uno hoc non muto omnia.

Movere manifestum est quam habeat significationem. || *Movere*, excludere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 19 : « Quid ergo? hic non noce]at, qui quodam quasi veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat? »

Meditari est discere, perdoceri. Plautus Amphitryone [I, 1, 47] :

Prius ipse mecum etiam volo hic meditari. Sic hoc proloquar.

|| *Meditari*, excogitare. Terentius in Andria [II, 4, 3] :

Venit meditatus alicunde ex solo loco.

N

Nobile ad dignitatem generis refertur. Sallustius [Catil. c. 5] : « Lucius Catilina nobili genere natus fuit. » || *Nobilis* dicitur et notus. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 7] : « Testis est Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas. » Lucilius Satyrarum lib. VII :

Phryne nobilis illa, ubi amatorem improbius quem.

Varro περὶ αἱρέσεων : « Tum contremula aquilenta apud alta littora oriris, ac nobilis omnibus reluces. » Attius Diomede :

[Ergo] me Argos referam, nam hic sum nobilis,
Ne cui cognoscar noto.

Terentius Heautontimorumeno [II, 1, 15] :

Mea est potens, [procax,] magnifica, sumptuosa, nobilis.

3 *lib.* XXVIII AJ. — 4 *quam celeris is asa mitles mutes* HLW. *isa mittis mutes aliquo* P. *is matis autes* Bern. *isusamitis mutes* Edd. ante M. *quam* omitt. AJ, et Dousa. *quam celeris is assa mitis autes* M. *quam ceteri siso samittio* (sic) J marg. *ceteris syamistis* cj. Scal. *doct. ceteris sis ac mystis* cj. Corpet. *quam ceteri fis, amittas, mutes* cj. Gerl. *sacro facta vitia* HJM Gerl. *satra* LW. *satra fa acutia* P. *sacrafa acutia* Bern. *vitio* cj. Scalig., prob. Corpet. — 6 *Lucilius*, etc. Jam sup. p. 38. — 8 *omaiam* P. — 9 *habet* Codd., M. *habeat* Edd. ante M. — 11 *atqui quodam* PAJ. *at, qui* vulgo, ut etiam v. *Succedere*, p. 403. *veros hæredes* H. — 14 *si hoc pro hoc loquar* vulgo. *proloquar* M. — 18 *Sall. Lucilius Cotil.* Codd. pleriq. *Sallustius* (bis repetitum) *Catil.* P. *Lucius* JM. *Lucius* omitt. Edd. ante J. — 21 *nobilitas ac crudel.* Codd. *aobilitata crudel.* Edd., ut Cic. — 23 *improbius quaem* (*ia* per lineolam scripto) P. *improbi usquam* Bern. — 24 περι ιρεσων Codd. λέξεων A. αἰρέσεων JM. Qui metrum tentant non rem expediunt. *tu contr.* J marg *ta cum tremula aquuleata* cj. Gul. — 25 *ac mobilis* Codd. *nobilis* Edd. *reluceas* Codd., M. *reluces*, A, et cj. Turn. Popm. Davis. ad Cic. *ac reluces aobilis omnibus* J. *accius Diomedi* P. — 26 *me agros* Codd. *ae argo* Bern. *me Argos* Edd. *Argos me* cj. Voss. *ergo me Argos* Fest. (v. *Nobilem*). *ergo med Argos* Bothe. *Nunc ergo me Argos* Ribb. *hic suam aobilis* Codd. *fuam* Edd. ante M. *sum aobilis* M. *sua gnobilis* habet Fest. Apud quem quum desint quæ sequuntur, hic pro glossemate habeo.

P. 351-352 M.

Virgilius lib. VII [v. 563] :

> Est locus Italiæ medio, sub montibus altis,
> Nobilis.

M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 24] : « Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, Judices, in primis Asiæ provinciæ clarum et nobile. » Lucilius lib. XXVIIII :

> Tum illud epiphone[ma], quod etiamtum nobile est.

Unde et *nobilitarent* notificarent dictum est. Titinius Prilia :

> Magisque famæ objectarent, ne eam
> Malefactis nobilitarent.

Attius Telepho :

> Nam is demum miser est cujus nobilitas miserias
> Nobilitat.

Pacuvius Duloreste :

> Hiccine est quem famâ Græcia ante omnes nobilitat viros?

Numerum, ordinem. M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 16] : « Nihil est enim quod ratione et numero moveri possit sine consilio : in quo nihil est temerarium. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 446] :

> Digerit in numerum.

|| *Numero* significat cito. Attius Œnomao :

> Numero te expurgat timor.

Idem Antigona :

> Ne istunc numero amittas subito oblatum.

Turpilius Demetrio :

> Nunquam nimi' numero quemquam vidi facere quam facto est opus.

Idem Lindia :

1 *ellesponta* H. *Lamsacum. Id primis* Gerl. *Id in primis* HP, etiam V, Edd. ante M. *Jud. in pr.* (scil. *judices*), M, ex Cic. — 3 *tumIllud* P. *tum illud est epif.* Bern. *epifoni* Codd., vett. edd. *Epiphoni* JM. ἐπιφώνει cj. Dousa. *etiam tum* omnes. *etiamnum* cj. Dousa. — 4 *nobil. notifacerent dictum est* P. *prilia* HLWM. *prelia* P. *praelia* Gen. J. *prœlia* Bern. *Titin. Prælue magis* A. — 5 *magisquæ* Codd., A. *magisque* Bern., Edd. vulgo. *fame* Codd., A. *famæ* Edd. aliæ. *objectarent* omnes. *oblectar ntur* Bothe. *magis quæ se fama oblectarent, ni* cj. Ribb. — 6 *nobitarent* P. — 7 *telefon a his demum* H. *telefo na his d.* LW. *telephona is denum* P. *Telephona : is* vett. edd. *Telepho : nam is* JM. *accius. is demum* Mp. *miser est* HPAJM. *miserei* MpLW. *nobilitas* Codd., J marg. M. *debilitat* Edd. ante M. — 11 *hæc in eis est* H. *hecineis est* P. *he hecine is est* Gerl. *hicine* Gen. *hic tu eis est* Bern. *hiccine is est* Edd. *hiccine est* cj. Grot. *fame gratia* Codd. *famæ* Edd., Welck. Ribb. *formæ* cj. Scal. et Ciaccon. in Sall., prob. Herm. *gratia famæ* cj. Voss. Guyet. Bothe. *fama Graia* cj. Grot., prob. Bergk. *fama Graium* Bothe. *omnis* Codd., M. *amneis* AJ. — 13 *enim ut orationem numero* Codd., Edd. ante M. *enim quod ratione et num.* M, ut Cic. — 16 *Numera significatio accius* HPV. *significatio. Accius* Gerl. *numero signo. Actius* Edd. ante M. *nummo cito acc.* ms. Fabri. *numero significatione* cj. J. *numero significat cito* M e conj., ut ap. Fest. *numero significat et multum* cj. Bad. Passer., ex Fest. — 17 Duo versus citat Fest. (in v. *Numero*), quod notat Bentin. *expurgasti. Idem* vulgo, prob. Voss. *expungat timor* Bentin., J marg. *expurgat* Passer., habet M, ut Fest. *expugnat* cj. Od. Müller, recep. Ribb. Quod nolim : verba novæ personæ tribuenda vidi cum Vossio, sed hunc non sequor revocantem *expurgasti.* — 19 *næ* P. *istum* omnes. *istunc* cj. Roth. *enumerum* Codd. *numerum* Edd. ante M. *numero* cj. Passer., habet M. *subitum* omnes. *subito* cj. Voss. Guyet. — 21 *quemquam* omnes. *quem*

Ego interim in turba foras
Subduxi cum hac me, neque sat numero mihi videbar currere.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς : « Quid puer rogasset, et petasatus capite annuisset, ac discedens numero venire ait adolescentem. » Afranius Privigno :

Numero inepti pertimuistis cassam terriculam adversari.

Plautus Amphitryone [I, 1, 25] :

Numero mihi in mentem fuit.

Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Ut, qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant : quod qui cito facturum quid se ostendere volebat, dicebat, *numero* id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriæ, quam deam solent indigitare pontifices. » || *Numeros*, modos. Virgilius in Bucolicis [9, 45] :

Numeros memini, si verba tenerem.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3] : « Perfectum atque absolutum est, et, ut iidem dicunt, omnes numeros habet. »

Niti est conari sub onere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 172] :

Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat.

Cicero Tusculanarum lib. I [c. 3] : « Tum illud quod
Sisyphu' versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum. »

|| *Niti*, fultum esse. Lucilius lib. XXVI :

Summis nitere opibus; at ego contra, ut dissimilis siem.

|| *Niti* etiam incumbere. Virgilius lib. VI [v. 760] :

Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta.

|| *Niti* rursum ambulare. Pacuvius Peribœa :

Ardua per loca, agrestia,
Trepidante gradu nititur.

cj. Guyet. *facto* HP, Edd. *fato* LW. — 24 *neques ad numero* Codd. *ne quis ad* AJ. *neque sat* cj. J, habet M. *videbat* HPAJ. *videbar* LWM, et cj. J. — 25 *petassatus* Gerl. *pietas satus* P. — 26 *adulescentem* Codd., M. — 28 *enepti* HP. *inepti* vulgo. *pertimuisti* ms. Fabri, ed. 1476. *adversari* Codd., etiam Neuk. Bibb. *adversarii* Edd. *adversari* Bothe. — 30 *imminentem ferit* P. — 32 *numerias præmuniebant* Codd. *permuniebant* P. *muneraris præmuniebant* AJ. *Numerii prænomine erant* cj. Turn. *Numeriæ* J marg. *Numerios prænominabant* Popm. M. *qui citi* P. — 33 *facturum quis sine ost.* Codd. *quis sive* ed. 1476. *quid ve* A. *quid se* JM. — 34 *precab. numeri et quam* HPAJ. *Numeriet quam* Gerl. *Numeriæ quam* M. *Numeriam quam* cj. Turn. Popma. *Numeriamque* cj. J. *indigetore* omnes. *pontificis* PA.

4 *idem* vulgo. *iidem* A, ut Edd. Cic. — 6 *propter* (cum signo mendi) *valido* P. — 7 *increpat* vulgo. *inscrepat* ed. 1476. *instrepat* Virg. — 8 *tum* vulgo, itemque sup. in v. *Hilum*, p. 121. *num* J, ut Edd. Cic. — 9 *sisyphius* P. — 10 *proficit illum* L Bern. *ilum* Codd. pleriq. *hilum* AJM. — 12 *summi nitire* HL. *nitmere* W. *summinnitere* V. *summis niti* Mp. *summis nityre* P. *niti* ms. ap. Guyet (Fabri credo). *niti naturæ* Edd. ante M. *nitere* Gul. J marg. M. — 13 *Numerum* omittunt Codd. — 16 *agresti ac* Mp Bern., Edd. ante M, et cj. Scal. *agrestia ac* LWM. *ac trepidanti* Mp. *trepidante* vulgo. *ac* delent Both. Ribb. *attrepidante* cj. Passer.

Virgilius Æneidos [lib. II, 380] :

Pressit humi nitens.

Varro Pranso parato :

Contra coactus cervus latratu canum
Fertur, bisulcis ungulis nitens humu.

|| *Niti*, volare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 252] :

Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit.

NARE est natare. Virgilius lib. VIII [v. 651] :

Et fluvium vinclis innaret Clœlia ruptis.

|| *Nare* rursum volare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 58] :

Hinc ubi jam emissum caveis ad sidera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.

|| *Nare* iterum trepidare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 496] :

Conditque natantia lumina somnus.

NECESSITUDO est affinitas. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 80] : « Etiam antea Jugurthæ filia Boccho nupserat; verum ea necessitudo [apud Numidas Maurosque levis ducitur. » || *Necessitudo*, necessitas. Sallustius in Catilinæ bello, c. 58 : « Præterea necessitudo,] quæ etiam timidos fortes facit. » Idem in Jugurtha [c. 48] : « Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. » Varro Modio : « At se unum esse pulmentarium, secundas [ad]quo natura aurigatur, non necessitudo. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Id me neque metu, neque calamitatis necessitudine inductum facere. »

NECESSITAS, vis quædam quæ alterum cogere invitum potest, ut plerumque. || *Necessitas*, affinitas : unde et hoc jure conjuncti *necessarii* appellantur. C. Cæsar, quum Plautiam suasit rogationem : « Et quidem mihi videtur, pro [nostra] necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. »

NOMEN est proprium vocabulum singulorum. Virgilius lib. VII [v. 337] :

Tibi nomina mille,
Mille nocendi artes.

Bergk. Haud dubii, sed satis obscuri anapæsti. — 18 *lib.* II omitt. Codd., habent Edd. ante M. *Æn.* II M. — 21 *servus* vulgo, ut etiam in v. *Humu*, p. 488. *cervus* Bad. Turn. M. *latrato* HP. *lutro* W. *latratu* L. Gen. Bern., Edd. — 22 *humo* Codd., vett. edd. *humu* Bentin. JM, ut p. 488. — 31 *lib.* III : *conditque* P. — 33 *Nec. pro necessitas. Sall.* AJ. *adfinitas* P. — 34 *etiam* vett. edd. *etiam jam* J. *ante ea* P. *ante* A. *jugurte* Mp. *Jugurthæ* (*jugurcæ* P) *filia Boccho* omnes. *Jugurtha filiæ Bocchi* Edd. Sall. (cum parte librorum). — 35 Omissa supplevit Nic. Faber, recep. M. — 37 *fortis* Codd. *fortes* Edd.

1 *statu* P, qui inde septem verba omittit. *Varro*, etc. Jam sup. p. 70. *Asse vinum, asse pulm.* omnes. *Ad se unum esse* Noster p. 70 : ubi vide. — 2 *secundas* vulgo, item p. 70. *sedeas quo ant.* Edd. ante M. *sedeas* cj. Guyet. *ant. arrigntur* P. — 7 *appellantur. Cæsar* P. — 8 *et quidem mihi videtur* Codd., J marg. *equidem m. videor* AJM,

Et V [v. 564] :

Nomen avi referens Priamus.

|| *Nomen*, decus, dignitas. Virgilius Æneidos lib. II [v. 558] :

Avulsumque humeris caput, et sine nomine corpus.

|| [*Nomen* etiam debitum dicitur.]

Nota dicitur probrum. Lucilius lib. XXX :

Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.

|| *Nota*, signum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 158] :

Continuoque notas et nomina gentis inurunt.

|| *Nota*, distinctio. Virgilius lib. V [v. 87] :

Cæruleæ cui terga notæ.

Nudum consuetudine sine tegmine dicitur. Virgilius lib. V [v. 135] :

Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit.

|| *Nudum*, insepultum. Virgilius lib. V [v. 871] :

Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.

O

Occupatus, impeditus; ut græce dicitur ἀσχολεῖ, id est, Vacuus non est. Plautus in Amphitryone :

Herus Amphitryo occupatus.

Cicero Tusculanarum lib. I [c. 3] : « Ut, si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. » || *Occupare* est proprie prævenire. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 9] : « Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus : Occupavi te. » Titinius Veliterna :

Ergo occupa
Foras exire, foras ut præsit linteum.

Virgilius lib. XII [v. 299] :

Et venienti Ebuso plagamque ferenti
Occupat os flammis.

ex Gell. 13, 3. *nostra* omitt. Codd., habent AJM, ut Gell. *labore* omnes, et Gell. *videtur... non labor*, vel *videor non labori, non operæ* scripsisse Cæsarem credo. — 14 *et ut nomen* P. *et ut : nomen* vett. edd., Gerl. *et : nomen* J. *et* v *: nomen* M. — 18 *nomen etiam deb. dicitur* AJ; uncis includit J. — 19 *Lucilius*, etc. Jam sup. p. 350. — 20 *omnes* vulgo. *omneis* AJ. — 22 *continuoque* AJM. *que* omitt. Codd. — 23 *Virg. Georg. lib.* v P. — 24 *tergo noctæ* P. — 29 *harena* Codd. *arena* Edd. — 31 *ascoli* Codd. ἀσχολεῖ JM. ἄσχολος vett. edd. — 32 *amfitreone* P.

1 *erus* Codd., M. — 5 *occupavit* omnes. *occupavi te* Cic. — 8 *foras exire foras ut* Codd. M. *foris ut* Bern. Gen., prob. Gerl. Ribb. *foras* alterum omitt. Edd. ante M, et deleri volunt Guyet Neuk. *præsit* vulgo. *pressit* Gen. — 10 *veniente ebyso* Codd. *venienti Ebyso* AM. *Ebiso* J. *Ebuso* Bern., ut Virg. — 11 *occupatos fl.* H. — 13 Septenarius forte integer : *Quem ad m.* [*nos*] *accup. fac. ult.*

P. 355 M.

Attius Eurysace :

Quemadmodum impetum occupemus facere ultro in regem.

Idem Tereo :

Sed, nisi clam ores regem, auferre ab regina puerum occupo.

Turpilius Thrasyleone :

Cesso occupare, et me in colloquium conferre horum?

Ennius Hectoris lytris :

Hector vi summa armatos educit foras,
Castrisque castra ultro jam conferre occupat.

Pacuvius Duloreste :

Is quis est? — Qui te, nisi illum tu occupas, leto dabit.

Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς : « Crede mihi, plures dominos servi comederunt quam canes. Quod si Actæon occupasset, et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret. » Idem Eumenidibus : « Priusquam responderem, foris nescio quis occupat res indicare. » || *Occupare* est rursus detinere. Pacuvius Atalanta :

Semper satis agere, ut ne in amore animum occupes.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 17] : « Et in ea funditus delenda occupati [et] sunt, et fuerunt. » Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 439] :

Manicisque jacentem
Occupat.

Varro Eumenidibus : « Quum in eo essem occupatus, atque in schola curarer, inscribit Scantius : Horno per dionysia. » || *Occu-*

in r. impetum. — 14 *idem peos et nisi* H. *idemper eos et* P. *pereo set* Gerl. *fidem per eos et* AJ. *idem Tereo : sed* cj. J, babet M. *nisi clamoris regem* HLWAJ. *insiclam egem* P. *aisi clam regem* Bern. Gen. *sed ubi clamor is regem, auferre* J marg. *sed nisi clamarim regem* cj. Voss. *sed n. clamdris regem* Bothe, prob. Ribb. *regem auferre ab r. occupo puerum* vulgo, prob. Ribb. *aut ferre ab* AJ, prob. Voss. *auferre puerum ab r. occupo* Bothe. — 17 *conloquium* H. — 18 *hæctoris listris* Codd. *lustris* vett. edd. *lytris* JM. — 19 *hæctorei summa* HP., vett. edd. *Hæctor ei* Gerl. *hectore summa* Bern. *Hector vi summa* cj. Delr., babet M, et cj. Voss. *re summa* J, Column. *educit in foras* Codd., A. *educit vi foras* ed. 1476. *educit foras* JM. — 20 *jam ferre* HLP Bern. Gen., prob. M. *jam* omitt. ed. 1476. *jam fere* WJM. *inferre* cj. M. *conferre* cj. Delr. Voss. Guyet; quod ipse conjeceram. — 22 *qui tunc si illum tu* Codd., M. *si tu illum* J. *qui te nunc, ni tu illum* cj. Voss. *qui nunc si tu illum* A. *qui te, nisi illum* cj. Both. Stieglitz, prob. Welck.; in quod et ego incideram. *quem, si illum* cj. Herm. *dabis* omnes, prob. Herm. *dabit* cj. Voss. Both. Stiegl. Welck. — 23 *in fœbo* Codd. *Ephebo* J. *in Ephebo* M. (Sed *Synephebo* vel in v. *Seplasia*, p. 226.) — 24 *servi* omnes. *cervi* cj. Palm. *comedere* Edd. ante M. *acteon* Codd. — 25 *comedisset et non nugasset* Codd. *nugas set* P. *negasset* AJ. *non nugax* J marg. Rutgers. *non nugas esset* ms. Fabri. *comedisset, non nugas esset* Gen. Bern., ms. Elnonensis, Palmer. Sciopp. Carrio Riese. *et non nugas saltat.* M, prob. Guyet, sed deleto *et.* — 26 *in theatro fieret* vulgo. *in theatro fabula* ms. Fabri. *comedisset, non nunc esset i. t. fabula* cj. Passer. — 27 *nescio quid occup.* Bern. Gen. *detinere. Plaut. Epid.* hic omnes. Quod exemplum ad finem transtuli, suadente Mercero. — 29 *super satis* omnes. *ut ne in mare* vulgo. *agere nive in mare* ed. 1476. *semper satagere* Bothe 2, Ribb. *in amore ut ne tu animum* Bothe 2. *ut ne in amore* Ribb. *amore* ipse conjeceram. — 30 *delendo* H. — 31 *et ferunt* Codd. *fuerunt*

pare est etiam invenire, tenere vel possidere. Plautus Trinummo [V, 2, 11]:

Familiam optimam occupavit.

Virgilius Æneidos lib. VI [v. 424]:

Occupat Æneas aditum, custode sepulto.

M. Tullius Philippicarum XIII [c. 5]: « Agri Lucani possessiones occupavit. » M. Tullius in Hortensio: « Et paulum agelli occupavisse. » || *Occupare*, collocare. Plautus Epidico [II, 3, 113]:

Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies.

Pomponius Pictoribus:

Quæ tuleram mecum millia [nummorum] decem
Victoriatûm, Græca mercede illico
Curavi ut occuparem.

M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 36]: « Præterea pecunias occuparat apud populos, et syngraphas fecerat. »

Opinio est fama. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I: « Erat opinio bona de Planco, bona de Lepido. » || *Opinio*, suspicio. Varro Eumenidibus: « Qui omnes, me bilem atram agitare clamitantes, opinionem mihi insaniæ meæ confirmant. » Attius Eurysace:

Opinione factum est, ut, quanto minus
Stirpem indicabant, tanto reremur magis
Eos esse.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3]: « Qui primum hæc, natura cohærentia, opinione distraxissent. » || *Opinio*, spes, opinatio. M. Tullius ad Cæsarem juniorem: « Posthac quod voles a me fieri,

Edd. — 35 in eo esset vulgo. essem J, ut in v. Hurnum, p. 121. — 36 in scola HLP. in schola AJM. insola P marg. in sola HW. cururer Codd. curares Bern. curaret Edd. ut scribit vulgo. curarem, inscribit J marg. inscribit M, ut p. 121. homo per AJ.

2 optimas Codd. optimam Edd., ut Plaut. — 4 aen aditum P. — 5 tull. plius filippicarum agricularii P. Tull. filip. vel Phil. lib. XIII omnes. possessionem solus Gerl. — 6 paulum macelli Codd., etiam V, J marg. Paulum macelli M. Paulum Marcelli AJ. tholum macelli cj. M. paulum aagelli P (cum signo dubitationis) Bern. Gen. agelli cj. Roth; quod jamdiu scripseram. — 7 conlocare H. est conl. P. — 8 nun decet Codd. dicet A. decem JM, ut Plaut. — 10 milia decem Codd. — 11 victorialn in græca m. ilico Codd., Ribb. victoriatum græca cj. Gul., habet M. victoriatûm J marg., prob. Bothe. victoria tum ed. 1476. mecum nulla deinde victoria tam græca AJ. mercede ibi cj. Bothe 2. mercede ego ill. cj. Munk. — 17 plancio Codd. Plantio vett. edd. Plautio J. Planco M e conj. — 18 Varro, etc. Jam sup. in v. Atrum, p. 242. omnes mebinatram H. me bimatram P, Edd. ante M. me bim atram Gerl. me inm atram ngit. Bern. me bilem atram Bentin. J marg. M, ut Noster, p. 242. clamitantis Codd. clamitantes AJM, ut p. 242. — 19 confirmam Codd. confirmant Edd. — 20 ut omitt. hic omnes, et paulo inf. (ut reremur) exhibent. Quod ipse, ut Voss. et Bothe, sanaveram. — 21 stirp. edacnbant omnes, etiam Both. Ribb. edictabant cj. Lips. edicebant cj. M, et Steevech ad Arnob. tanto ut eremur Codd. utereaur (viteremur, expuncto i) P. veneremur J. ut reremur J marg. Lips. M Steevech. vereremur Edd. ante M. veremur Bothe. — 23 hic Codd. hæc Edd., ut Cic. — 26 scripto omnes. scribto e conj. M, et scripsit aliquis in marg. Jun. (Nempe scribto in antiquis libb. fuit.) — 27 sit similes Codd. se similes M. eorum similes Edd.

scribito : vincam opinionem tuam. » Idem de Officiis lib. II [c. 13] : « Opinionem afferuut populo, eorum se similes fore quos sibi delegerint ad imitandum. » Varro Endymionibus : « Sic ad vos citius opinione vertilabundus miser decidi. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Popedius opinione frustrata. »

Obscenum est immundum. Virgilius Æneidos lib. III [v. 241] :

Obscenas pelagi ferro fœdare volucres.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 29] : « Alter ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur aut verborum obscenitas. » Varro Agathone : « Pueri obscenis verbis novæ nuptulæ aures returant. » Cicero Tusculanarum lib. V [c. 33] : « Nam et obscenas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio. » || *Obscenum*, vitabile. Virgilius Æneidos lib. III [v. 367] :

Obscenamque famem, quæ prima pericula vito.

Idem lib. XII [v. 875] :

Ne me terrete timentem,
Obscenæ volucres.

Attius Astyanacte :

Nunc, Calcha, inspicium regionum face, ac desiste exercitum
Morari, nec me ab domitione arcere cum obsceno omine.

|| *Obscenum* significat et maledicum. Attius Œnomao :

Vos ite actutum, atque opere magno edicite
Per urbem, ut omnes qui arcem hanc astuque accolunt
Cives, ominibus faustis augustam adhibeant
Faventiam, ore obscena dicta segregent.

ante M. *eorum fore se similes quos sibi ipsi* Edd. Cic. — 28 *nd mitandum* P. *Sic caducus* cj. Riese. — 29 *vertilabundus* vulgo, etiam Mp, prob. Turn. Riese. *verti Inbundus* Gothof. *apininne vestra nbunde miser* J. *npin. vestrn tabundus* conjiciebam. *decidi* vulgo. *decidit* Mp. — 30 *npinia fr.* Bern. Gen. — 31 *Obscenum* (ubique) Codd. *abscænum* JM. — 33 *alternæ* HA. *alter uæ* P Gerl. *ne* Edd. præter A. *ne homine quidem* Edd. Cic. — 34 *si rerum turpitudini ndhib.* Edd. ante M. *turpitudo adhibetur aut* J marg.

1 Jam sup. v. *Returare*, p. 167. *nuptulæ* omnes. *nuptæ* p. 167. *restnurant* Codd. pleriq., Edd. ante M. *redurant* P. *reuirant* Mp. *reiurunt* Bern. Gen. *returnnt* M, ut p. 167. — 2 *Cic. Tusc.* Hæc vulgo sub sequente notione inserta, post Attii exemplum. *unn et obsc.* vulgo. *nam et* M, ut Edd. Cic. *voluntates* vulgo. *voluptntes* ed. 1476, Bentin. M, ut Cic. — 3 *habet* Codd. *habetur* Edd., ut Cic. — 10 *hune aicaspinem* HPLWAM. *nciaspinem* Bern. *attaispinem* J. *altispicem* scriptum in marg. Jun., et cj. M1, prob. Gerl. *nunc uruspicinam reg.* scriptum in marg. Jun. *fuc ac desisset* Codd., AM. *ac desistet* J. *ac desiste* doctus qui sup. in marg. J. *nunc Astynnactem reginm fac ut Ex. morari desistat* cj. Voss.; itemque (omisso *regium*) Grot. *non Chntchas Phrygiarum fata edixisset exerc. Morari* cj. M, prob. Guyet. *nunc Cntchan spinis religianum fac desisse ex. Morari* Bothe. — 11 *nec me ab domuitione unrcere tu* H. *nec me abdan uictane* (cum signo mendi) *marcere tu* P. *marceretu* Gerl. *unrceretur* AJ. *arceretu* M. *arceretur* J marg. *domuitione* omnes. (Sed vid. ad p. 96.) *obs. homine* omnes. *nec ab Domuitione me nrceat obsc. omine* cj. Grot. Voss. *omine* cj. et Delben. *nec me ab d. arceret... omine* cj. M. *arcent tam absc. om.* cj. Bothe 2. Sequebatur, credo, aliquod verbum, ut *contendat*, *perstet*; unde infinitivum *arcere* non muto. — 12 Post *homine* vel *omine*, vulgo Ciceronis locus exhibetur quem supra dedi. *maledictum* (scil. inauspicatum) cj. Guyet. — 13 *ite actumtu* P. *qui arcann asteumque* vulgo, et sic Scal. *qui urcem asteumque* Bentin. M. *arcem nstuque* cj. Turn. Muret. Gifan. *nrcnnn astuque* Ribb. *nstum nrcemque* cj. Puteau. in marg. Jun. *arcem hanc* cj. Voss. *Arpinam Asamque* cj. J, improb. Muret. *accnlunt* H. — 15

Lucilius lib. XXVIIII :

Deum rex avertat verba obscena.

Obitus significat mors vel occasus. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 257] :

Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus.

|| *Obitus* rursus adventus. Attius Antigona :

Attat, nisi me fallit in obitu sonitus.

Turpilius Epiclero :

Ecquis est qui sermonem interrumpit meum obitu suo?

Omen dicitur auspicium prosperum. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 386] :

Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.

|| *Omen* adversa significatione. Virgilius lib. XII [v. 72] :

Neve omine tanto
Prosequere.

Olim trinam habet significationem temporum. Præteriti. [Virgilius Bucolicis, 10, 34] :

Meos olim si fistula dicat amores.

|| *Olim* temporis futuri. Virgilius Æneidos lib. I [v. 289] :

Hunc tu olim cœlo spoliis Orientis onustum
Accipies secura.

Lucilius Satyrarum lib. XVIIII :

Sic tu illos fructus quæras, adversa hieme olim
Queis uti possis, ac delectare domi te.

Turpilius Philopatro :

Deinde quum ad te redierit res olim post mortem patris.

Afranius Suspecta :

Non amatorem [me], olim defensorem, ut peream volet.

Optare est precibus a diis aliquid postulare. Virgilius Æneidos lib. VII [v. 273] :

Et reor, et, si quid veri mens augurat, opto.

omnibus Codd., Edd. ante M. *ominibus* cj. Scal. J, habet M. *adhibent* vulgo. *adhibeant* Gen., et Turn. JM, ut sup. in v. *Faventia*, p. 206. — 16 *dicti* L man. pr. Gen. — 18 *deum rixa vertat vertat* Codd., M. *vertat vertant* Bern., prob. Gerl. *vertat* (semel) Edd. ante M. *deum rex avertat verba* cj. Turn., prob. M. — 23 *attat* Codd., M. *atat* vel *at*, *at* AJ. *fallis* P. *in obitum* omnes. *obitu* cj. Palmer., prob. Bothe. — 25 *et quis* Codd. *ecquis* AJM. *interr. sermonem* omnes. *qui meum serm. ob. interr. suo* Bothe. — 28 *formans* Codd., J marg. *firmans* Edd., ut Virg. — 29 *significatio* omnes. — 32 *Olim*, etc. Mancum lemma et confusum : quod non *trinam* significationem exhibet, quum *præsens* desit; initio autem *præteritum* innuit, quum exemplum subjiciatur *futuri*; quod reprehendit Guyet. — 33 *Virg. Bucol.* omitt. Codd., vett. edd.

3 *Si tu* Gen. — 4 *quis uti* Codd., M. *queis* A. *hæc delectare* Codd., AJ. *ac del.* Dous. M. *domine* HPA. *domi ne* Gerl. *domive* J. *domi te* L man. pr., et cj. Delr. *et del. domi te* scriptum iu marg. Jun. *doceni te* M in Erratis, sed profecto *domi te* voluit. *te et del. domumque* cj. Passer. — 6 *propter mortem* P. — 8 *amatorum* P. *olim defensore ut per*

P. 358 M.

|| *Optare*, eligere. Lucilius lib. XVIIII :

Aurum vis hominem[ne] habeas? — Hominem? Quid ad aurum?
Quare, ut dicimu', non video hic quid magnopere optem.

Sallustius Historiarum lib. III : « Atque eum Curio laudatum, accensumque præmiorum spe, quibuscum optavisset, ire jubet. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 109] :

Optavitque locum regno.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 32] : « Quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime optant. » Terentius in Eunucho [V, 8, 26] :

Hoc si effeceris,
Quodvis præmium donum a me optato.

Varro Marcipore : « Et Diogenes cynicus, qui, ab Alexandro rege jussus optare quid vellet, se facturum.... »

Offendere est percutere. Turpilius Paraterusa :

Caput ut offendi ad limen pol!

Lucilius lib. XXVIIII :

Crus lapide, nihil est, credam si te offenderit.

Varro Marcipore : « Dein immittit virile veretrum in frumen : offendit buccam Volumnio. » || *Offendere*, cædere. M. Tullius de Suppliciis lib. VII [c. 13] : « Quum iste cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in conviviis cum mulieribus, non offendebantur homines in eo, neque moleste ferebant. » Lucilius lib. XXVII :

Nam huic quidem
Reditum talem portendebant, neque alia in re offendere.

eum Codd., M. *defensorem per eum* AJ Steph. *uti perdam volet* Ribb. *Nunc amatorem, olim defens. et patronum volet* cj. M, prob. Guyet Both. Neuk. — 9 *a dis* Codd. *a diis* Edd. — 11 *veri* omitt. P. — 12 *obtare elig.* H. *lib.* XVIIII vulgo. XXVIIII PV, improb. M. — 13 *aurum vis, homnem, habeas. Hominem? quid* M. *hominem hab.* A Gerl. *vis? hominem en habeas. Hominem? quid* cj. Dousa. *vis, hominemve? Habeas hominem : quid* J. *vis? hominemve? habeas hominem : quid* Corpet. — 15 *cum cupio* Codd. *eum cupio* A, et cj. Carrio. *Curio* vel *Cæpio* cj. Lips. *eum Curio* M, prob. Gerl. — 16 *accensum, quæ præm. spes* Edd. ante M. *spes* Codd. pleriq. *spe* Bern. Gen. M. *juvet* Codd., J marg. *jubet* Edd. — 20 *videantur* Codd., Edd. ante M. *videntur* M, ut Cic. *exoptant* Edd. Cic., quod unice verum. — 22 *feceris* Codd. *effeceris* JM, ut Edd. Ter. — 23 *præmium donum* vulgo. *domum* P. *donum* omitt. vett. edd. *qu. donum præmium* Edd. Ter., quod potius. *donum et præm.* legisse videtur Donat. — 24 *et et Diog.* P. *qui amicos* Codd., Edd. ante M. *cynicos* vel *cynicus* cj. Victor. Canter. Gul. Passer. *cynicos* M. — 25 *quidquid vellet* cj. Gul. — 27 *offendi adimere* Codd. *offendit* M. *offendit ad limen* AJ, prob. Guyet. — 29 *Credam si*, etc., novæ personæ tribuit Vahlen. — 30 *dein mittit* LP Gen. Bern. AJ, et cj. Gul. *deimmittit* WM. *dein immittit* Œhler. *deinde mittit* ed. 1476, Scal. *ut flumen* Codd. *in flumen* Edd. *in frumen* cj. Scal. Gul. Œhl. Riese. *bolumnio* omnes. *Volumnio* J marg., Scal. Œhl. Riese. — 32 *lib.* III Edd. ante M. *palleo* Codd. *pallio* Edd. — 33 *parique tunica* omnes. *talarique* Cic. *conv. muliebribus* Edd. Cic. — 34 *offenderentur* Codd. *offederentur* P. *offendebantur* Edd., ut Cic. *in eo* omitt. Edd. Cic. — 36 *hic quidem* omnes. — 37 *reditum talem* vulgo. *reditum suum talem* A Dousa. *suum* uncis includit J. *alia in mare ulla offendere* vulgo. *in re ulla* AJ, et Dous. Corpet. *ulla* delevi, requirente septenario.

|| *Offendere*, invenire. Pacuvius Iliona :

Quos ego, ita ut volui, offendo incolumes.

Afranius Omine :

Ea [tu memento] memoriter, quum venero,
Confecta ut offendam.

Quadrigarius Annali lib. II : « Inde postquam aliquantum recessit, offendit montem loca munita, res omnes habere quæ militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum. » Et Terentius in Eunucho [II, 2, 3] :

Offendi adveniens quemdam mei loci [hinc] atque ordinis
Hominem.

M. Tullius de Signis [c. 28] : « Quod nondum perfectum templum offenderant, neque ponere potuerunt. » Lucilius lib. XXVI :

Si quod verbum inusitatum aut zetematium offenderam.

M. Tullius de Republica lib. I [c. 29] : « Sed imitor Archytam illum Tarentinum; qui quum ad villam venisset, et omnia aliter offendisset ac jusserat. » Plautus Amphitryone [II, 2, 81] :

Eo more expertem te factam adveniens offendi domi.

Varro Sexagessi : « Romam regressus, ibi nihil offendi quod, ante annos quinquaginta, quum primum dormire cœpi, reliqui. »

Obscurum est tenebrosum, sine lumine. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 428] :

Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu.

|| *Obscurum*, ignobile. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 32] : « Qui magna sibi proponunt, obscuris orti majoribus. » || *Obscurum*, absconditum, latens. Virgilius lib. VIIII [v. 244] :

Vidimus obscuris primum sub vallibus urbem.

Observare, suspicere, magnificare. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 41] : « Sicut aliquo honore aut imperio affectos observare et co-

2 *incolumis* vulgo. *incolomes* Mp. *incolumes* Bern. Bolh. Düntzer. — 3 *homine* vulgo. *omine* H Gen. (Vid. p. 64.) — 4 *et memoriter* ed. 1476. — 5 *tum confecta* cj. Neuk. — 6 *annali. lib.* (scil. *annalium*) vett. edd. — 7 *montem loca* AJ. *montem, loca* M Gerl. *res omnes* vulgo. *omnis* Mp. — 8 *ligna aqua* Mp. *in* omill. PA. — 10 *Conveni adveniens* rectius Noster p. 271, ut Ter., nisi quod hic habet : *Conveni hodie adv.* Confusos duo locos animadvertit M; nempe in Phorm. v, 1, 31 : *Offendi adveniens quicum*, etc. — 12 *nondum etiam* Cic. — 13 *offendereat* Codd. *offenderant* JM. *potuerunt* Codd. *potuere* vett. edd. *voluerunt* M. *neque ponere neque vulgo ostendere voluerunt* J ex Cic. — 14 *verum* omnes. *verbum* cj. Gul. ζητημάτιον Gul. Dousa. — 15 *lib.* II omnes. *lib.* I ed. Mai. *arcytam* HP. *Arcytam* Gerl. — 18 *o more* P. *experte factam* Codd. *experte factum* P. *expertem te factam* reposuit Murel, ex Plauto, habet M. *expergefactum* Adv. Edd. ante M. *adveniens tenebrosum off.* omnes. *tenebrosum* non habet Plaut., et respuunt Lips. Muret.; uncis includit M, tanquam ex sequente lemmate intrusum, prob. Guyet. Düntzer. *domi* Codd., M, et cj. Lips. *dominum* AJ. *domum* cj. Murel. — 20 *cœpi* HP, Edd. *cepi* LW. — 21 *tenebrosum* hic vulgo omittitur. *Obscurum est tenebrosum sine lumine* Bern., et id cj. Guyet, post M. *est sine lumine tenebrosum* divinaverat M, non tamen *teneb.* inseruit. — 23 *comprehenderit* P. — 24 *lib.* II vulgo. *lib.* I M. — 26

P. 359-360 M.

lere debemus. » || *Observare*, celare et intus retegere. Plautus Aulularia [Prol. 16] :

> Ubi is obit mortem qui mihi id aurum credidit,
> Cœpi observare.

|| *Observare*, recognoscere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 753] :

> Et vestigia retro
> Observata sequor per noctem.

|| *Observare*, curiose et suspici[en]ter circum aspicere. Plautus Aulularia [I, 1, 15] :

> Oculos ego istos, improba, effodiam tibi,
> Ne me observare possis quid rerum geram.

|| *Observare*, captare. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 512] :

> Quos durus arator
> Observans nido implumes detraxit.

Lucilius lib. XXVII :

> Quod si observas hominem qui pro commodo et re gaudeat.

Terentius in Andria [I, 1, 142] :

> Perterrefacias Davum, observes filium
> Quid agat.

Oratorum significantia manifesta est. || *Oratores*, legatos. Virgilius Æneidos lib. XI [v. 331] :

> Centum oratores prima de gente Latinos
> Ire placet.

Occurrere dicitur obvium fieri. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 479] ;

> Hic illi occurrit Tydeus.

|| *Occurrere*, subvenire, commonere. M. Tullius de Suppliciis [c. 40] : « Occurrebat illa ratio. »

Offerre, invenire. Lucilius lib. XXVI :

> Homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque ærumnam offerunt :
> Ducunt uxores.

|| *Offerre*, afferre. Lucilius lib. XXVIIII :

> Ut nunc [in] hac re mihi opem atque auxilium offeras.

obsconditum P. — 27 *primum* vulgo. *primam* ed. 1476, ut Edd. Virg. — 28 *suscipere* P, ed. 1476. *Tullius*, etc. Iterum in v. *Affici*, p. 519. — 29 *sicut* H. *siculi* P. — 30 *intus retegere* Codd., J marg. M. *tegere* AJ. — 32 *obit* Codd., M. *obiit* Edd. ante M, ut Edd. Plaut.

2 *Obs., cognoscere* omnes. — 5 *suspiciter* omnes : sed ignota vox; *suspicienter* dedi, quam ex Glossariis duobus Vaticanis exhibent Addenda mea. — 7 *ego tibi istos* Codd. *tibi* omitt. Edd., prob. Duntzer. *ego hercle istos* Edd. Plaut. *improbe* Codd., vett. edd. *improbè* J. *improba* M, ut Plaut. *ecfodiam* Codd., M. *effodiam* AJ. — 9 *lib.* III vulgo. IIII M. — 11 *inplumis* Codd. *implumis* M. *implumeis* AJ. — 13 *regno gaudeat* vulgo. *audeat* cj. J, prob. M, habet Corpet. — 15 *perterræfacias* H. — 17 *orator significatione* AJ. — 19 *latino* Codd. *latina* Edd. ante M. *Latinos* M, ut Virg. — 24 *commonere* Codd. *commovere* Edd. — 26 *lib.* XXVII P. — 27 *erumnam* Codd., AM. *ærumnam* PJ. — 28 Versus integer est in v. *Producere*, p. 373.

|| *Offerre*, ostendere. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 291] :

Strictamque aciem venientibus offert.

Obducere, aperire. Lucilius lib. XXVIII :

Vos interea lumen auferte, atque aulæa obducite.

|| *Obducere*, tegere. Virgilius in Bucolicis [1, 49] :

Obducat pascua junco.

Orare est precibus poscere. M. Tullius Verrinarum in Divinatione [c. 1] : « Rogare et orare ne eos supplices aspernarer. » || *Orare*, agere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 10] : « Ut veram amici causam esse malit; ut orandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. »

Oppido, valde. Plautus Amphitryone [I, 1, 143] :

Oppido interii! Obsecro, hercle quantus [et] quam validus est!

Oppetere, occumbere, mori. Virgilius Æneidos lib. I [v. 95] :

Quis ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis,
Contigit oppetere.

|| *Oppetere*, incidere. Plautus in Asinaria [I, 1, 7] :

Atque, illa viva, vivus ut pestem oppetas.

Obesum pro uberi et crasso sæpius ponitur. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 80] :

Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga.

|| *Obesum*, gracile et exile. Lævius in Carmine :

Corpore pectoreque undique obeso, ac
Mente exsensa, tardigeniclo
Senio [oppressum].

P

Proprium, diuturnum. Sisenna Historiarum lib. III : « Tum subito tacuit; atque in metu et suspicione propriam capere non poterat

— 29 *offerre adferre* HP Gen. Bern. *off.*, *afferre* AJ. *nfferre, efferre* LW, M. — 30 *nunc acre* P. — 33 *aperire* omnes. Nonium improb. Guyet, qui « involvere » vertit. *lib.* XXVIIII omnes. — 34 *auferte* HPL Gen. Bern., et cj. Dousa. *nfferte* Mp. *adferte* W. *afferte* Edd. — 36 *nbducet* Codd. *nbducat* Edd., ut Virg. — 38 *ne eos* omnes, ut etiam p. 383. *ne illos* Edd. Cic.

1 Jam sup. in v. *Accommodatum*, p. 244. — 5 *interin* HLW. *interi* P Gen. *interii* Edd. *nbsecre ercl quantus* P. *et quam vol.* AJ, ut Plaut. — 6 *obcumbere* H. — 7 *queis* AJ. — 10 *et pestem oppetat* PLW. *nbpetat* H. *ut pestem oppetas* Edd., ut Plaut. — 11 *obesum pro ueni* (scil. *uveri, uberi*) P. — 12 *lib.* II P. — 14 *Nevius* vel *Nævius in carmine* vulgo, prob. Scal. Gronov. Both. Düntz. *Alcestide : corpore* Bentin. J, ex Gell. 19, 7. *Lævius* cj. M, prob. Voss. Herm. Weich. Osann; et sic optt. edd. Gell. — 16 *ac merito exeso* Codd., vett. edd. *ac mente extensa* JM, ut Gell. *ac* omitti vult Scal., quod placet. *tardi ingenio senis* HPW Mp Gen., vett. edd., J marg. *tardi ingenulo* Gerl. *tardigenulo senio* Steph. M Voss. Bothe. *tardigemulo* J, et Scal. Scriv. *tardique genulo* cj. Scriv. (*tardigemulo* vel *tardigenulo* Gell., ex quo locum corrigi vult Bentin.) *tardi[n]gemulo* Herm. Hertz. Sed vox aptius componitur cum *geniculus*, et metrum sanatur. *senio oppressum* J, ex Gell. — 20 *adquem*

P. 361-362 M.

quietem. » || *Proprium* est suum uniuscujusque. Virgilius lib. VII [v. 331] :

> Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem

Varro in Caprino prœlio :

> Unam virtutem propriam mortalibu' fecit;
> Cetera promisce voluit communia haberi.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Et noster Plato magis etiam quam Lycurgus, omnia qui prorsus jubet esse communia, ne quis civis propriam aut suam rem ullam queat dicere. » || *Proprium* rursum significat perpetuum. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Victoribus propriæ spem, victis adversæ fortunæ majorem formidinem objecit. » Plautus Mostellaria [I, 3, 68] :

> Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita.

Virgilius lib. VI [v. 872] :

> Propria hæc si dona fuissent.

Idem lib. III [v. 85] :

> Da propriam, Thymbræe, domum.

Terentius in Andria [V, 5, 3] :

> Ego deorum vitam propterea sempiternam [esse] arbitror,
> Quod voluptates eorum propriæ sunt.

Attius Armorum judicio :

> Nam non facile, sine deum opera, humana propria sunt bona.

Idem Medea :

> Fors dominatur,
> Neque vita ulli propria in vita est.

Lucilius Satyrarum lib. XVII :

> Cetera contemnit, et in usura omnia ponit
> Non magna; proprium vero nil neminem habere.

Afranius Vopisco :

> Dii tibi dent propria, quæcumque exoptes, bona !

Lucilius lib. XXVII :

> Quum sciam nihil esse in vita proprium mortali datum.

metu P. *atquem* LW. *atque metu* AJ. *atque in metu* M. *non potuerat* Codd. *poterat* Edd. — 25 *nam virtutem* vulgo. *unam* cj. Scal., habet M. *facit* P. — 26 *cetere promisque* Codd. *promis que* P. *cetera promiscam* cj. Scal. *promiscue* AJ. *promisque* M Riese. *habere* omnes. *haberi* cj. Scal. Guyet, prob. Popma. — 27 *M. Tullius*, etc. Hoc inf. vulgo legitur, post Lucilii locum. *lib.* III P. *et noster* vulgo. *ea noster* M. — 29 *rem ullam queat dicere* HM. *ulla quead* LW. *rem ullaque adicere* P. *ullamque adiicere* ed. 1476. *ullam adjicere* A. *ullam addiceret* J. — 31 *propriæ spem* H, ut optime cj. Ursin. *proprie* vulgo. *propriam* cj. Popm. Guyet. — 32 *objeci* P. *Plaut. Cistellaria* vulgo. *Mostellaria* M.

1 *voluntates* Codd. *voluptates* Edd., ut Ter. — 6 *illi* W. *ulli Propria* Bothe 2, prob. Ribb. *neque ulli vita* cj. Scal. *vita est ulli prop.* cj. Lips. Anapæsticos non sic dividunt Both. Ribb. — 9 *nihil* vulgo. *nil* J, Turn. Dousa. — 11 *di tibi propria dent* Mp. *propria quæcumque* bis scriptum in P. — 13 *datum est* Codd. *est* omitt. Edd. *nihil in vita... datum esse* J. *datum. Prævertere est*

PRÆVERTERE, præterire. Virgilius Æneidos lib. I [v. 317] :

Volucremque fuga prævertitur Hebrum.

|| *Prævertere* iterum significat anteponere. Plautus Amphitryone [I, 3, 29] :

Illuc redeundum est mihi,
Ne me uxorem prævertisse dicant præ republica.

|| *Prævertit*, revocat. Plautus Amphitryone [V, 1, 17] :

Ibi me inclamat Alcumena; jam ea res me horrore afficit;
Herilis prævertit metus. Accurro, ut sciscam quid velit.

PROMITTERE est polliceri. Virgilius Æneidos lib. II [v. 96] :

Promisi ultorem, et verbis odia aspera movi.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem : « Promissa tua memoria teneas. » || *Promittere* etiam significat ad magnitudinem nutrire. Plautus Rudente [II, 3, 46] :

Capillum promittam, optimum est, occipiamque hariolari.

Virgilius [in Bucolicis, 8, 34] :

Promissaque barba.

Varro Modio : « Quod tum erant in Græcia coma promissa, rasa barba, pallia trahentes. »

PROTELARE est percutere, proturbare. Terentius in Phormione [I, 4, 36] :

Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.

Sisenna Historiarum lib. III : « Romanos impetu suo protelant, projectos persequuntur. » || *Protelare* rursus adjugare. Lucilius Satyrarum lib. VI :

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis cervicibu' possent.

Idem lib. XII :

Hunc juga mulorum protelo ducere centum
Non possunt.

Cato Originum lib. V : « Sed protelo trini boveş unum aratrum ducent. » Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Remotissimum

præt. cj. Roth. — 15 *Hebrum* omnes, ut sup. in v. *Fuga*, p. 307. *eurum* pro var. l. apud Virg. — 16 *amfitreone* (itemque inf.) P. — 18 *Plautus eodem : Illuc red.* J, quia posterius exemplum priore loco exhibet. *pre rep.* P. — 21 *ibi me inclamar argumenta mea res* H. *ibi meinclamorargumeata amea res* P. *argumea : tam ea res* Gerl. *me inflamar* W. *horrore affileberis prævertitur* H. *affit ebelis* L man. sec. W. *affit erilis prævertit* L. *horrore a* (cum signo mendi) *metus adcurro* P. *ibi me inclamat...* Edd., ut Plaut. *tam ea res me* vulgo. *jam ea* J. — 22 *ocius accurro* Edd. Plaut.; sed *ocius* delendum, ne versus octon. enormis sit. *ut sciam* omnes. *sciscam* recte ap. Plaut. — 25 *cæs. uniorem* P. — 28 *incipiant* Codd. *incipiam* Edd. *occipiam* Edd. Plaut. — 29 *Virg. Æn. lib.* III : *promissaque* omnes, sed mendose : hunc enim locum, sup. citatum p. 330, exhibere *immissaque* notat M. — 31 *qui tum erant* cj. Turn. *qui cum* ed. 1476. *in gretia* P. *promissa ra barba* P. — 33 *perturbare* omnes.

2 *tuis sævis dictis* AJ, improb. M. — 3 *romaaus* P. — 4 *protectus* Codd., M. *protectos* J. *protectus* P. *projectos* cj. J, prob.

ad discendum formido, ac nimius timor, et omnis perturbatio animi; contra delectatio protelo [ducit]. » || *Protelare* etiam excludere. Turpilius Lemniis :

> Propter peccatum pauxillum, indignissime
> Patria protelatum esse, sævitia patris.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant. »

PRODERE significat deferre. Virgilius Æneidos lib. II [v. 127] :

> Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti.

|| *Prodere* rursus differre, vel excludere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 250] :

> Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
> Navibus infandum! amissis, unius ob iram
> Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris.

Lucilius Satyrarum lib. V :

> Possisne elabi, an [porro] prodenda dies sit.

Terentius in Andria [II, 1, 13] :

> Ut aliquot saltem nuptiis prodat dies.

|| *Prodere* etiam protendere, vel edere. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 230] :

> Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
> Proderet.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 14] : « Jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam. » Et de Senectute [c. 7] : « Non accipere modo hæc a majoribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. »

PERICULUM est salutis discrimen. Virgilius Æneidos lib. III [v. 367] :

> Obscenamque famem; quæ prima pericula vito.

Lucilius lib. XXVIIII :

> Adde alios omnes meo periclo ex ordine.

Guyet. *protelatos* cj. Ursin. M. *persecuntur* Codd. *adjuvare* vulgo, prob. Salmas., non impr. M. *adjugare* cj. Cujac. Nic. Fab., recep. M. « *atteler* » gallice vertit aliquis in marg. Jun. — 7 *ducere protelo* adverbialiter Cujac. M. — 13 *ac nimis timor* Codd., vett. edd. *minus nimis t.* P. *nimius* JM. *formido, nimius* Scal. — 14 *delect. protelo* omnes. *protelum* cj. Scal. Guyet. *protelo ad discendunt* P manu pr. LW. *ad discedunt* HP man. sec. *ad discendum* JM. Hoc, quod sane friget, repetitum ex præcedente linea, in legitimi verbi locum irrepsit. — 15 *lemnis* Codd. *Lemniis* Edd. — 16 *pausillulum* Codd., M. *pausillum* A. *pauxillum* J, cj. Guyet Munk. *paxillum* ed. 1476. — 18 *lib.* III *due* P. — 20 *Procedere* (sic) *signif. defendere* (cum signo mendi) P. — 22 *lib.* II *nos* P. — 28 *porro* cj. J, ex Donato ad Ter. l. cit. *sit* omitt. AJ. *sit* cj. J. — 30 *aliquod s. nuptis prodeat* Codd. *aliquot s. nuptiis prodat* AJM, ut Ter. — 33 *regeret et genus* HP. *alta sang. Teuc. proderat* P. — 35 *de suppl. in Verrem* omnes. *jussi magnis ad* PA. *jus imaginis* vulgo, ut in v. *Prætexta*, p. 541, et optt. edd. Cic., prob. Bentin. *jus imagines* pars Codd. et Edd. Cic., improb. Passer. Conj. p. 22. — 36 *ad memoria* P. *prodendam* omnes, ut p. 541, et Cic. *prodendæ* cj. Gronov. — 37 *etia* P.

|| *Periculum*, experimentum. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Periclitantur tormenta, ac tela, multaque genera machinamentorum. » M. Tullius de Republica lib. III : « Sed ut ipsi seu animum periclitentur, seu videant quid se putent esse facturos. » Terentius in Eunucho [III, 2, 23] :

Fac periclum in litteris.

M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 54] : « Sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. » Lucilius lib. XXVIIII :

Cujus si in periclo feceris periculum.

Plautus in Amphitryone [III, 2, 33] :

Verum periclitatus animum sum tuum.

Sallustius in Catilinæ bello [c. 2] : « Tunc vero periculo atque negotiis compertum est. » || *Periculosum*, majus et vehemens. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 24] : « Gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. »

Pressum, subtile. M. Tullius in Hortensio : « Quis te aut est aut fuit unquam in partiendis rebus, in definiendis, in explicandis pressior? » || *Pressum*, onustum, gravatum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 303] :

**Ceu pressæ quum jam portum tetigere carinæ
Puppibus.**

|| *Premere*, defodere. Virgilius lib. X [v. 296] :

Sulcumque sibi premat ipsa carina.

|| *Premere*, claudere. Virgilius lib. VIIII [v. 487] :

**Pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens.**

|| *Premere*, insequi, fugare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 467] :

Hac fugerent Graii, premeret Trojana juventus.

|| *Premere*, urgere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 413] :

Ingentem clamore premes ad retia cervum.

1 *est Sallustius discr.* P. — 3 *obscœnam* JM. — 5 *periculo* omnes. *pericla* Dousa. — — 8 *sed ut* vulgo. *ut* omitt. M. *ut ipsis* PA. *seu animum* omnes. *suum* cj. M. *periclitetur sum vident* Codd., M. *seu vident* A. *periclitantur seu vident* J, recep. Mai. Orelli. *ipsi suum animum... tum videant* cj. M. — 11 *fac periculum* omnes. — 13 *quorum* PAJ. *utilitates* HJ. *utilitatis* vulgo. *utilitatem* A. — 14 *lib.* XXVIII P. — 15 *in periculo* omnes. — 16 *amfitreone* P. — 17 *sum animum* omnes. *animum sum* Edd. Plaut. — 18 *catillinæ* HP. *tum demum periculo* Sall. — 21 *periculo curat.* Codd. *periculosas* Edd., ut Cic. *anciptis* Codd., M. *ancipites* Edd. ante M. *adire* HP Bern. Gen. *adigere* LW. *adhibere* Edd., ut Cic. — 22 *quis te autem est* vulgo. *ater est* P. *aut est* Edd. Cic. — 23 *partiundis* vulgo. *partieundis* P. *in explanandis* AJ. *in explicandis* vulgo, etiam J marg. *pressior* vulgo. *expressior* cj. Guyet. — 29 *sulcum quæsivi* P. *sulcumquæ sivi* Gerl. *sulcumque sibi* Edd., ut Virg. — 34 *grai* Codd.

P. 365 M.

Et lib. VII [v. 368] :

Faunique premunt te jussa parentis.

|| *Premere* significat inniti cum pondere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 140] :

Et spumantia cogere pressis
Mella favis.

Idem Æneidos lib. X [v. 495] :

Et lævo pressit pede, talia fatus,
Exanimum, rapiens immania pondera baltei.

|| *Premere* rursum refrenare vel cohibere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 54] :

Imperio premit, et vinclis et carcere frenat.

Idem [Æn. I, 63] :

Et premere et laxas sciret dare jussus habenas.

Idem lib. VIIII [v. 324] :

Sic memorat, vocemque premit.

|| *Premere*, tegere. Virgilius lib. VIIII [v. 612] :

Canitiem galea premimus.

Varro Modio :

Caput his corona Bacchiotis Liberi
Face ut labore flatili viridis premat.

|| *Premere* etiam removere vel excidere. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 156] :

Et ruris opaci
Falce premes umbram.

|| *Premere*, occidere. Virgilius lib. VIIII [v. 330] :

Armigerumque Remi premit.

|| *Premere*, adversari. Virgilius lib. X [v. 375] :

Numina nulla premunt; mortali urgemur ab hoste
Mortales.

|| *Premere*, calcare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 379] :

Veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens.

|| *Premere*, deponere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 346] :

Quod superest, quæcumque premes virgulta per agros.

1 *et lib.* VI vulgo. *lib.* VII M. — 3 *innito cum pendere* P. — 7 *Æneid.* omitt. Codd. — 8 *levo* Codd. *pressit pedem talia fnctus exanimum r. i. pondere* P. *exanimem* AJ. *inmnnia* H. *pondere* A. — 12 *ac vinclis* Edd. Virg. — 14 *laxa sciret* P. — 17 *Premere, tegere* vulgo, et cj. Lips. *regere* AJ, improb. Passer. M. — 18 *canit item* P. — 20 *coronæ* AJ. *vaccitis livei face ut* vulgo. *livie face ut* P. *ut langore* vel *languore* AJ. *premit* vulgo. *premat* J. *corona fasciis tiligneis Faciem labore fl.* cj. Scal., prob. M. *baccis Liberi Faciem Inb.* Œhl. Vahl. Riese. *Bacchicis* cj. Popma. ὁ Βακχιώτης Διονύσος ap. Soph. Œd. Col. 668. *Bacchiotis* antique pro *Bacchiotæ*, ut *Orestes, is*, etc. *premit* vulgo. *praemit* LW. *premat* J. — 22 *vel excindere* omnes. — 25 *præmis umbra* P. *umbras* Edd. Virg. — 29

Pretium, pœnæ exitum. Livius Achille :

Si malos imitabo, tum [tu] pretium pro noxa dabis.

|| *Pretium* dicitur quod re empta datur. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 211] :

Urbem
Exiguam pretio posuit.

Terentius in Eunucho [I, 2, 53] :

Pretium sperans, illico
Producit, vendit.

M. Tullius Verrinarum actione secunda [de Prætura urbana, c. 3] : « Et parentes pretium pro sepultura liberum posceret. » Lucilius lib. XXVIII :

Nec parvo catillo pretio.

|| *Pretium* pro præmio. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 16] : « Vicit tamen in senatu pars illa quæ vero pretium aut gratiam anteferebat. » Nævius Danae :

Quin, ut quisque est meritus, præsens pretium pro factis ferat.

Terentius in Andria [I, 1, 12] :

Quod habui summum pretium, persolvi tibi.

Virgilius lib. V [v. 111] :

Et palmæ, pretium victoribus.

Lucilius lib. XXX :

Cui vultu ac facie, ludo, ac sermonibu' nostris,
Virginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

Patibulum est crux. Sallustius Historiarum lib. IIII : « In quis notissimus quisque aut, malo dependens, verberabatur, aut immutilato corpore improbe patibulo eminens affigebatur. » || *Patibulum*, sera qua ostia occluduntur; quod hac remota valvæ pateant. Titinius Fullonibus :

Si quisquam hodie, præter hanc, posticum nostrum pepulerit,
Patibulo hoc eii caput defringam.

urguemur Gerl. *urgemur* H, alii. — 32 *quitensibus* P. — 36 *poene* P. *exitium* AJ. *luuius* P. — 37 Iterum in v. *Imital*, p. 473. *si malas* Codd., M. *si malos* Edd. ante M, et Noster, p. 473. *imitabor* Edd. ante M. *imitabo* Codd., ut p. 473, prob. Bentin. *tum pretium* vulgo. *tum tu pret.* M, ut Noster, p. 473. *dabit* Codd., vett. edd. *dabis* Bentin. JM, ut p. 473. — 43 *ilico* vulgo. *illico* M. — 46 *parentis* vulgo. *parenteis* J. — 48 *nec par vocal ullo pretio* HVLW. *parvo catullo pretio* Bern. Gen., prob. Gerl. *parvo capillo* (cum signo mendi) *pretio* P. *nec parvo catullio* vel *catillo* cj. M1. *catillo* recepit Corpet.

2 *quæ non pretium* vett. edd. *qui... anteferebant* Edd. Sall. *gratia* (cum signo mendi) *mente ferebat* P. — 3 *dane* PA. — 4 (*meritus*) *præ se sibi* J marg. — 10 *cujus* vulgo. *cui* J, et pro v. l. sup. in v. *Honor*, p. 320. *ludis ac* vulgo. *ludo ac* M, ut p. 320. — 11 *reddimus* Codd. *reddemus* AJM. *reddamus* Dousa, et M, p. 320. *reddebamus* Codd. p. 320. — 12 *lib.* III P. *in queis* A. — 13 *et malo deperdens* Codd. *et m. dependens* A. *aut malo dependens* JM. *mutilato* cj. Lips., prob. Guyet. — 14 *inprobi* H. *improbi* vulgo. *in proris* cj. Lips. (Ant. Lect. 2, 4), prob. Gerl., quod fortasse verum. *improbe* vel *imprope* cj. Lips. (de Cruce, p. 132). *improbe* Guyet.

Petere significat poscere. Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 9] :

Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium.

Lucilius lib. XXVI :

Ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit.

|| *Petere*, commemorare. Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 395] :

Quid causas petis ex alto?

|| *Petere*, percutere, ferire. Virgilius in Bucolicis [3, 87] :

Jam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam.

|| *Petere*, appetere. Virgilius lib. VIII [v. 405] :

Notumque petivit,
Conjugis infusus gremio, per membra soporem.

|| *Petere*, sequi. Virgilius lib. V [v. 226] :

Quem petit, et summis adnixus viribus urget.

Lucilius lib. XXVII :

Rerum expilatorem mittam, miserum mendicum petam.

|| *Petere*, abducere. Virgilius lib. VI [v. 395] :

Tartareum ille manu custodem in vincla petivit.

|| *Petere*, inquirere. Virgilius lib. VIII [v. 119] :

Evandrum petimus.

|| *Petere*, eligere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 8] :

Principio sedes apibus statioque petenda.

|| *Petere*, obtinere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 157] :

Quæ proxima, littora cursu
Contendunt petere.

|| *Petere*, manere, exspectare. Virgilius lib. VIIII [v. 128] :

Trojanos hæc monstra petunt.

|| *Petere*, cupere, appetere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 218] :

Pulchramque petunt per vulnera mortem.

Lucilius lib. XXVI :

Sin autem hunc vident bona semper petere, sapientem putant.

|| *Petere*, tenere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 93] :

Submissi petimus terram, et vox fertur ad aures.

aut mutilato improbe corpore forte leg. *eminens* omnes. *eminenti* mallem, quod video Guyetum etiam conjecisse. *adfigeb.* Mp. — 17 *si quisquam todie* P. *et hodie* Bern. Gen. *si quis; hodie* Mp. *quisquam hod.* Codd. alii, JM. *si quis hod.* Codd. in v. *Posticam*, p. 217. — 18 *ei* omnes. — 23 *tan si roget* P. — 24 *Petere, commemorare* AJM. *commemorare* omitt. Codd. — 26 *Petere, percutere* (sed expunctum) *ferire* P. — 27 *arenam* H. *harenam* Gerl. — 28 *adpetere* H. — 29 *placidumque petivit* Virg. — 32 *adnixus* HP. *annixus* vulgo. — 34 *expiratorem* HP. *expliratorum* W. *rem cum expilatore* Bern. *rerum expilatorem* Gen., prob. Gerl. *explicatorem* LAJ. *expiscatorem* cj. Scal. *exploratorem* M, prob. Guyet.

4 *ampibus* P. — 5 *opitinere* P. — 10 *adpetere* H. — 14 *sin autem hoc* omnes. *vident, bona s. petere sap.* JM Gerl. *sapientem et*

PROPTER significat alicujus rei causa. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 320] :

> Te propter Libycæ gentes Nomadumque tyranni
> Odere.

|| *Propter*, juxta. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 13] :

> Et viridi in campo templum de marmore ponam
> Propter aquam.

Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Id quod postea verum esse attestata est Fortuna, propter cujus aram ea hostia erat cæsa. » Terentius in Adelphis [II, 1, 15] :

> Nimium istuc abisti; hic propter hunc adsiste.

M. Tullius de Senectute [c. 14] : « Sic adolescentia, voluptates propter intuens, magis fortasse lætatur; sed delectatur etiam senectus procul aspiciens. » Idem de Republica lib. I [c. 11] : « Eum quoque ut salutavit, propter Tuberonem jussit assidere. » Varro Sesquiulixe : « Quod Minerva propter stetit, significare eum propter doctrinam..... » Idem Eumenidibus : « Propter eam porticum situm erat dolium. » Sisenna Historiarum lib. III : « Partem cohortium propter mare collocat in littore. »

PONERE est deponere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 302] :

> Ponuntque ferocia Pœni
> Corda, volente deo.

|| *Ponere*, consumere, conterere. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 1] : « Mirenturque in ea me tantum operæ et temporis ponere. » || *Ponere*, constituere. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 13] :

> Templum de marmore ponam.

putant omnes. *et* deleri vult Douza. — 15 *lib.* I PAJ. *lib.* III LWM. — 16 *submissi* HP. *suamissi* vulgo. *nures* omnes. — 17 *Propter sigaificat ejus causa...* Et mox, post *odere: Propter alicujus rei causa. Varro Sesquiul.* omnes exhibent; sed exemplum cum hoc sensu non facit. Iteratum lemma in unum coegi. *Propter signif. alicujus* (initio), et repetitum deleri vult Guyet. *Varro Sesquiulysse* (sed omisso exemplo) A. *Varro Sesquiulixe* (*sesqueulixe* Gerl.) *: quod Miaerva propter stetit* (*steat* P) *sigaificare eum propter doctrinam* (*doarinam* P) omnes; quæ aptius inf. repetuntur, ideoque hic delevi, suadente jam Bentin. — 21 *lib.* IIII : *et* vulgo. III ed. 1476, M. — 22 *ponam propter aquam adtestata* (*adtestatas* H Gerl.) *est f. p. c. a. mea h. e. ee:a* (*cæsa* H Gerl.) *Varro cato... id quod postea virum esse terentius* Codd. *adtestata est forma* Bern. *attestatus est fortunam* cj. Gifan. Popina *ea hostia* H Bern. Gen., et cj. Gifan. *idque post. verum esse* Bern. *propter aquam. Varro... Attestatus est fortunnm, propter... mea h. e. cæsa, id quod p. verum esse. Terentius* AJ. *propter aquam. Varro... Idque p. verum esse adtestata est fortuaa... mea hostin erat cæsa* M. — 26 *ia* omitt. P. — 27 *stuc* Codd. *istuc* Edd. *istoc* Edd. Ter. *abiisti* AJ. *adsiste* HP. *assiste* LW, Edd. — 28 *adulescentia* Codd. — 29 *prope intuens* Edd. Cic. *propter enetum est magis* H. *etiam* PAJ, ut Cic. *etiam* omitt. M Gerl. — 30 *procul eas spectans* Edd. Cic. — 31 *eum quodque* Codd., A. *quoque* JM, ut Cic. palimps. *adsidere* P Gen. J. *assidere* AM Gerl. — 32 *sesqueulixe* Gerl. *Minerva propter est et id significare* Codd., A. *propter stetit* JM (ut plerique in eodem loco sup. cit.; etiam ed. 1476, quæ exemplum hic omittit). — 33 *doariaam... eam porricum* P. — 35 *conlocat* P. *litore* vulgo. *littore* H.

4 *consumere, conterere* Codd., J marg. M. *cons. committere* Bern. Gen. *cons. com conterere committere* P. *cons., continere* AJ, improb. M. *de Off. lib.* II Edd. ante M, omitt.

P. 368 M.

|| *Ponere*, servare. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 403] :

Aut parco sale contingunt, hiemique reponunt.

Idem et in Æneidos lib. I [v. 26] :

Manet alta mente repostum
Judicium Paridis.

|| *Ponere*, desinere. Virgilius lib. VII [v. 27] :

Quum venti posuere, omnisque repente resedit
Flatus.

Pernix significat celer. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 92] :

Talis et ipse jubam cervice effudit equina
Conjugis adventu pernix Saturnus.

Lucilius lib. XXVII :

Fuimus pernices, æternum id nobis sperantes fore.

|| *Pernix*, perseverans. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 230] :

Et inter
Dura jacet pernix instrato saxa cubili.

Pullum est ætatis novellæ. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 75] :

Continuo pecoris generosi pullus in arvis.

|| *Pullum*, non album. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 389] :

Ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum.

Titus Livius : « Vestis pulla, purpurea, ampla. » M. Tullius de Signis [c. 24] : « In hac officina partem diei cum tunica pulla et pallio solebat sedere. » Varro Sesquiulixe :

Ubi nitidi ephebi, veste pulla, candidi,
Modeste amictus [ante] pascunt pectore.

Plagæ sunt verbera. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 301] :

Plagisque perempto
Tunsa per integram solvuntur viscera pellem.

M. Tullius de Suppliciis [c. 54] : « Plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse. » || *Plagæ*, vulnera. Virgilius lib. XII [v. 299] :

Codd., M. — 5 *mirenturque* Edd. ante M, ut Cic. *que* omitt. Codd., M. *tantum me* Edd. Cic. *etempo ponere* P. — 8 *servare* Codd. *observare* Edd., sed hoc postea improbat M. — 9 *parco sole... reponter* P. — 13 *lib.* VII vulgo. VIII Edd. ante M. IIII P. — 17 *cervicem* P. *effundit* Codd., M. *effudit* Edd. ante M, ut Virg. — 20 *id vobis* Codd. *nobis* Edd. — 22 *inter duo* (cum signo mendi) *jacet* P. — 23 *pernix* omnes, et Noster iterum v. *Pernicitatem*, p. 444. (Inter *pernix* et *pernox* variant Codd. et Edd. Virg.; huic favet M.) *strato* Codd. *instrato* Edd., ut Noster p. 444, et Virg. *in strato* J. — 24 *in Georg.* P. — 29 *purpurea* Codd., J marg. M. *propurea* P. *pro pure* AJ. — 31 *pulla sedere solebat et pallio* Edd. Cic. — 32 *ubi nitide fœbi* HP. *nitide Phœbi* AJ. *nitidi Efœbi* Gerl. (credo, non cum suis libb.). *nitidi ephebi* cj. Turn. Palm., habet M. *ubi nunc ephebi* cj. Canter. — 33 *modeste amictus* omnes. *amicti* cj. Palm., prob. M Guyet. *pascunt pectore* vulgo, prob. Turn. (scil. adjungunt pectori, Turn.). *pecore* P. *pascunt pectora* Palm., prob. M. *modico et modesto am. p. pectora* cj. Acid. (*Pascere* interpretantur Compescere Acidal. Popma, Festo duce.) *modestiam intus* Œhl. Riese. Lacunam in fine versus innuit Riese; sed ea potius in medio. — 36 *tunssa* H. — 38 *tuis pr* (vel P.R.)

Et venienti Ebuso plagamque ferenti
Occupat os flammis.

Idem Georgicorum lib. III [v. 226] :

Multa gemens ignominiam plagasque superbi
Victoris.

M. Tullius de Suppliciis [c. 45] : « Atque etiam ipsi adolescentes cum Sestio de [eadem] plaga et de uno ictu loquebantur. » || *Plaga*, spatium immensum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 394] :

Ætheria quos lapsa plaga Jovis ales aperto
Turbabat cœlo.

Varro Lege Mænia :

Nos, admirantes quod sereno lumine
Tonuisset, oculis cœli rimari plagas.

|| *Plagæ* sunt et in retibus quibus capta implicantur. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 131] :

Retia rara, plagæ.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 17] : « Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis? »

PUTARE, colligere, conferre. Plautus in Aulularia [III, 5, 53] :

Itur, putatur ratio cum argentario.

|| *Putare* dicitur purgare, rarefacere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 407] :

Fingitque putando.

|| *Putare*, aptare. Titinius Fullonibus :

Da pensam lanam : qui non reddet tempori
Putatam recte, facito ut multetur malo.

|| *Putare*, animo disputare. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 332] :

Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.

Ennius Thyeste :

Ibi quid agat, secum cogitat, parat, putat.

ante oculos Codd. *tuis pater ante* AJ. *tuis C. R. ante* M. *civem Romanum* Cic.

2 *Ebyso* Codd., M. *Ebiso* AJ. *Ebuso* Virg. — 7 *atque ipsi etiam* Cic. *adulescentes* Codd., M. — 8 *Sextio* omnes. *Sestio* Edd. Cic. *ictu lo* (addito *quebantur* in marg.) P. — 12 *Varro*, etc. Quod repetitur in v. *Rimari*, p. 382. *Varro lege maeniados ndminianos admirantes nos admirantes* HW. *lege nd maeniandns* L. *legem mæniados ad* (cum signo mendi) *minuendas* (*admimamos* marg.) *admirantes* P. *meniados admeniados ndmir.* A. *lege Mænia : admirantes* J, prob. Schott. *lege Mænia : nos adm.* M. — 13 *sereno ut inde* vel *utinde tenuisset* Codd., Edd. ante M. *lumine comuisset* Codd. p. 382. *lumine tonuisset* J marg. M, prob. Schott. et Bentlej. ad Hor. Carm. I, 34, 6, qui primus duo senarios esse notavit. — 14 *caeci* Codd. *caeli* Edd., ut p. 382. — 15 *inplicantur* H. — 16 *lib.* IIII Codd. VIII AJM (sed errorem in notis indicat M). — 19 *tendere plagis* HP. *non scis* P. Post *non scis*, sequitur in AJ (et ed. 1476, sed initio omisso) altera verbi *Plagæ* enodatio, quam Codd. exhibent inf. p. 377; mutatum ordinem improbat Merc. — 20 *Aulul. cur putatur* HPAJ. *Aulularia : tur, put.* Gerl. *uirputatur* W. *carputatur* Bern. *itur, put.* cj. Passer., habent J (in Emend.) M, ut Plaut. — 24 *finxitque* Codd., A. *fingitque* Edd., ut sup. 308, et Virg. — 25 *puta aptare* P. — 26 *date pensam* J, et cj. Lips. — 27 *facite* omnes. *facito* cj. Bothe; in quod ipse incideram.

Cæcilius Exsule :

Non hæc putas, non hæc in corde versantur tibi?

Plautus in Amphitryone [II, 1, 45] :

Quo id, malum, pacto potest? nam mecum argumentis puta.

|| *Putare*, æstimare. Terentius in Andria [I, 1, 114] :

Recte putas.

M. Tullius in Epistolis ad Cæsarem lib. I : « Quod sapientes homines ac boni putant. » Lucilius lib. XXVIII :

Perge, amabo; ac, si potes, face dignam me ut vobis putem.

Piare dicitur impiare, contaminare. Virgilius lib. VI [v. 569] :

Distulit in seram commissa piacula mortem.

|| *Piare*, expiare, purefacere. Virgilius lib. VI [v. 153] :

Duc nigras pecudes : ea prima piacula sunto.

|| *Piare*, condere, consecrare. Virgilius lib. VI [v. 379] :

Prodigiis acti cœlestibus, ossa piabunt.

Passum, perpessum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 199] :

O passi graviora!

|| *Passum* dicitur genus liquoris quod ex uva passa cogitur. Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 93] :

Et passo psithia utilior.

|| *Passum*, dispersum, solutum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 480] :

Crinibus Iliades passis.

Terentius in Phormione [I, 2, 56] :

Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.

Cæcilius Synaristosis :

Heri vero prospexisse eum se [ex tegulis :
Hæc nuntiasse, et flammeum] expassum domi.

|| *Passum*, extensum, patens : unde et *passus* dicimus, quod gressibus mutuis pedes patescunt. Ennius Annalium lib. X :

Ægro corde, comis passis...
. . . . [passis] late palmis, pater.

faciem (pro *faciam*) cj. Lips., prob. Neuk. *miletur* (cum signo mendi) *malo* P. *mulcetur* ms. ap. Gothof. *sortem quæ* P. — 31 *cogitet* HLWA. *cogitat* PJM. — 33 *versantur ti* Gerl. *tibi* HPAJM. *in corde tibi versatur* ed. 1476. — 35 *meum arg. putet* Codd. *putat* P. *mecum a. puta* AJM, ut Plaut. — 38 *in epistolis* omitt. M. *sapientis* vulgo. *sapientes* AJ. — 39 *lib.* XXVIIII omnes. — 40 *perge ambo* (cum signo mendi) P.

11 *passo potritia* H. *passo psithia* Gerl. JM. *et passus sit lautitior* P. — 12 *lib.* II *crinibus* P. — 16 *Cæc. inaristosis* Codd. *aristosis* A. *Synaristosis* JM, ex Gell. 15, 15. — 17 *heri* omnes, etiam Gell. *here* forte. *prosp. se eum* P. *eum se* JM. *se* omitt. Gerl. A. *eumce* Codd. Gell. *ex tegulis ... flammeum* supplent JM, ex Gellio. — 18 Post *domi* sequitur in Codd. pars lemmatis *Parcere*; sed v. *Passum* sine intermissione exhibent Edd. ante M. — 20 *gressisibus* P. *Ennius Ann.* Hoc sane ad præcedentem notionem pertinet, quum de *coma* iterum agatur; Cæcilii autem exemplum hic magis conveniret. — 21 *comis passus late* P. *corde, comis, passis late* J Gerl. *comis passis* vett. edd. M. *comas passis palmis lacerantes* cj. Merul., prob. M. — 23 *efigenia* Codd., A.

Passis ait *palmis* patentibus et extensis. Nævius Iphigenia :

Passo velo vicinum aquilone [in] portum fer orias.

PARCERE est veniam dare. Virgilius lib. VI [v. 854] :

Parcere subjectis, et debellare superbos.

Lucilius lib. XXX :

Quanti vos faciant socii, quum parcere possint.

|| *Parcere*, servare. Virgilius lib. X [v. 531] :

Argenti atque auri, memoras quæ multa, talenta
Natis parce tuis.

Lucilius lib. XXVII :

Parcant illi mage cui possint, cui fidem esse existiment.

PAX significantiam habet notam. Virgilius lib. VII [v. 266] :

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

|| *Pax*, venia. Virgilius in Æneidos lib. III [v. 261] :

Sed votis precibusque jubent exposcere pacem.

|| *Pax*, propitiatio. Virgilius Æneidos lib. III [v. 370] :

Exorat pacem divum.

PRÆSTARE, facere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 16] : « Emptorem indemnem damno præstari oportere. » || *Præstare* dicitur consuetudine beneficium dare. M. Tullius........ || *Præstare*, exhibere. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Tu si meam fidem præstiteris : quod confido te esse facturum. » Et de Officiis lib. III [c. 16] : « Nam quum ex duode[cim Tabulis satis esset ea præstari quæ essent] lingua nuncupata. » || *Præstare*, antecellere. Virgilius lib. XII [v. 19] :

O præstans animi juvenis!

Sallustius in Catilinæ bello [c. 1] : « Omnes homines qui sese student præstare [ceteris animalibus]. » Terentius Phormione [V, 3, 7] :

Vir viro quid præstat?

Iphigenia JM. — 24 *passo vel hoc v. a. hortum fer faras* (*ferforas* P) amnes. *aquilone arla* cj. Lips. *passo vela vicinam aquilane hariam fer foras* cj. J. *p. v. vicinum aquila in portum ferl arins* cj. M. *p. v. ob vicinum aquilone portum fer foras* cj. Voss. — 28 *comparcere* Codd. *conparcere* P manu sec. *cum parcere* P manu pr., AJ. *quum p.* M. — 32 *lib.* XXVIII P. — 33 *parcat* vulgo. *parcant* J, recep. Corpet. *illi majus cui possint* HWM. *cui possit* L Gen. A. *qui possint* cj. Fruter. *malus cui possint* P, *magis cui* J, Dous. Guyet. Corpet. *eximent* vulgo. *existiment* J, Dous. Corpet. — 35 *tecigisse* P.

3 *de offic. lib.* VI P. — 4 *indemnem in damno* cj. Guyet. *emptori damnum præstari aport*. Edd. Cic. — 5 Post *M. Tullius*, spatium unius lineæ vacuum erat in V. *M. Tullius* omitt. Edd. ante M. — 6 *juniorem lib.* II Edd. ante M. — 8 *ex duode lingua* (*duo delingua* H), *nuncupata* Codd. Locum omnino omittunt Edd. ante M. *ex duadecim satis esset ... quæ lingua nuncupata essent* M; quem locum, ut ait, ex libris restituit, sed, credo, mancum supplevit. *ex duodecim tabulis... essent lingua nuncup*. Edd. Cic. — 12 *omnis* vulgo, et Edd. Sall. *omneis* AJ. *omnes* ed. 1476. — 13 *qui se es stud.* P. *Terent. Eunucho : dii immortales, homo homini quid præstat!* AJ, improb. M. *celeris*

P. 371-372 M.

M. Tullius in Verrem [actione] Siciliensi [c. 78] : « Nimirum illi non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam præstiterunt. » Lucilius lib. XVII :

Si facies præstat facie, si corpore corpus.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 2] : « Quid enim est, per deos immortales! optabilius sapientia? quid præstabilius? » Et in Hortensio : « Itaque nec in philosophia cuiquam cessit, et vitæ gravitate præstitit. » Varro Quinquatribus : « An hoc præstat Herophilus Diogene? » M. Tullius de Senectute [c. 10] : « Ne vos quidem Titi Pontii centurionis vires habetis : num idcirco est ille præstantior? » || *Præstat*, utilius est. Virgilius Æneidos lib. III [v. 429] :

Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni.

Lucilius lib. XXX :

Uti pecudem te, asinumque ut denique nasci
Præstiterit.

Pium dicitur religiosum. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 513] :

Di meliora piis!

|| *Pium*, castum. Virgilius lib. VI [v. 662] :

Quique pii vates.

Præcipere est jubere vel monere. Virgilius lib. XI [v. 328] :

Ipsi numerumque modumque carinis
Præcipiant.

Et lib. VIIII [v. 40] :

Namque ita discedens præceperat optimus armis
Æneas.

Terentius in Adelphis [III, 3, 80] :

Nam quid tu hic agas,
Ubi, si quid bene præcipias, nemo obtemperet?

Lucilius lib. XXVI :

Porro amici est bene præcipere, Tusci bene prædicere.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3] : « Nec omnino quicquam de

ummantibus addunt Edd. ante M. — 18 *Lucil. lib.* XXVII omnes. — 20 *quid est enim* Edd. Cic. — 21 *inmortalis* H. *immortalis* vulgo. *immortaleis* A. *immortales* J. *præstabilius* omnes. *præstantius* Edd. Cic. — 22 *itaque* omitt. WM. *filosophia* H. *cuiquam* vulgo. *cuipiam* JM. — 23 *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Aquilex*, p. 69. *quinquatrubus* Codd. *quinquatribus* AJM. *herofilus* Codd. *hero filius* AJ. *Herophilus* διογενής J marg. *Herofilus* M. *Diogene* vulgo. *Diogenes* J. *Diogeni* cj. Guyet. — 24 *M. Tullius*, etc. Hæc vulgo in fine lemmatis leguntur. *titi ponti centurionis vires* H. *Pontii* AJM, ut Edd. Cic. *titi pontificum* (cum signo mendi) *turini* P; item Gen. sine obelo. *Titi Ponti centurini* Gerl. *viris* Gerl. *viri* Gen. *vires* HJM, ut Cic. — 26 *utile esse* P. — 29 *pecudem tu* Codd., A. *te* JM, et cj. Gul. *ut dentique* P. — 31 *in bucolicis* (cum signo mendi) *lib.* IIII P. *Georg. lib.* IIII ed. 1476. — 33 *de meliora* P. — 35 *vatis* Codd. *vates* Edd.

7 *nam que* (cum signo mendi) *tu hic* P. — 8 *obtemperet* vulgo. *optemperet* H. *obtemperat* AJ. Etiam variant Edd. Ter. — 10

eo genere præcipiendum fuisse. » Et in Hortensio : « Præcipiunt hæc isti, sed facit nemo. » || *Præcipere*, prævenire. Virgilius lib. XI [v. 491] :

Exsultatque animis, et spe jam præcipit hostem.

Et lib. VI [v. 105] :

Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Pulsatum significat percussum. Virgilius lib. VI [v. 609] :

Pulsatusve parens, aut fraus innexa clienti.

M. Tullius de Suppliciis [c. 54] : « Lictores circumsistunt valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi. » || *Pulsatum*, violatum. Virgilius lib. XII [v. 286] :

Pulsatos referens infecto fœdere divos.

Producere dicitur longius ducere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 637] :

Abnegat excisa vitam producere Troja.

Lucilius lib. XXVIIII :

Et si retinere hunc voles,
Si longius te producturum et diutius.

M. Tullius de Senectute [c. 14] : « Conviviumque vicinorum quotidie compleo; quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus. » Varro Ὄνος λύρας :

Valete, et me [vos] palmulis producite.

|| *Producere*, prosequi. Virgilius lib. VIIII [v. 486] :

Nec te tua funera mater
Produxi.

|| *Producere*, instituere........ || [*Producere*, gignere.] Terentius in Adelphis [III, 2, 10] :

Seni animam primum exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus.

Lucilius lib. XXVI :

Ducunt uxores, producant quibus et faciant liberos.

|| *Producere*, deducere. Terentius in Adelphis [III, 3, 48] :

O qui egomet produxit

tueri bene prædicare omnes. *Tusci, bene prædicere* cj. M, prob. Guyet. Dübner. — 11 *quicquam deogere* (cum signo mendi) P. *de eo genere quicquam* Edd. Cic. — 12 *fuisset* vulgo. *fuisse* M, ut Cic. — 13 *istis et f.* omnes. *isti, sed* cj. M, prob. Guyet. — 17 *præcepiatque* H. — 20 *lict. eum circumsist.* Edd. Cic. — 21 *hominis* P. — 23 *federe* Gerl. — 31 *cotidie* vel *cottidie* Codd., M. *quotidie* AJ. *complecto* H. *completo* Codd. pleriq., A. *compleo* JM, ut Cic. *maxume* P. — 32 *onos lyras* Codd. Hoc exemplum sequenti enarrationi jungit Passer. — 33 *valete, et me* omnes. *meque* cj. Scal., prob. Popm. Guyet. Riese. *et* [*nunc* vel *bene*] *me* cj. Ribb. — 35 *nec tua* Gen. Bern. — 39 *produxit scelus.* Hic Nonii interpretationem castigat Sciopp.; eamdem viam ipse, absoluto Nonio, ingressus eram.

2 *dicunt* P. *producunt quibus hæc faciant* omnes. *quibus hæ* cj. aliquis in marg. Jun. *quibus efficiant* cj. Schott. — 4 *quin egomet* omnes, ut pauci Codd. Terent. *quin' egom.* M. — 5 *heaut... menon* Codd. — 7 *in Frum.* Codd., M. *est lolio* P, vett. edd. *Lollio* JM Gerl., et cj. Bentin, qui omissa supplet ex Cic. —

P. 373 M.

|| *Producere*, foras ducere. Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 92]:

Produxi ac vendidi.

M. Tullius in Verrem Frumentaria [c. 25] : « Quid opus est Lollio? Nemo [hoc nescit; nemo] tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus. » Lucilius lib. XXX :

Producunt me ad te, tibi me hæc ostendere cogunt.

Proluvies et Illuvies significantiam habent parem : et est immunditia. Virgilius Æneidos lib. III [v. 216] :

Fœdissima ventris
Proluvies.

Et [v. 593] :

Respicimus : dira illuvies.

Terentius in Heautontimorumeno [II, 3, 53] :

Pannis obsita,
Neglecta, immunda illuvie.

|| *Proluvium*, profusio. Terentius in Adelphis [V, 9, 28] :

Quod proluvium? [quæ ist]æc subito largitas?

Projectum dicitur dimissum, derelictum. Virgilius lib. VI [v. 836] :

Projice tela manu.

|| [*Projectum*, jacens, recubans.] Virgilius in Bucolicis [1, 76] :

Non ego vos posthac, viridi projectus in antro.

|| *Projectum* longe jactum, extensum. M. Tullius de Signis [c. 10] : « Sed quod erat ejusmodi loco, atque ita projecta in altum. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 699] :

Projectaque saxa Pachyni
Radimus.

M. Tullius de Republica lib. II : « Justitia foras spectat, et projecta tota est, atque eminet. » Et de Oratore lib. III [c. 59] : « Brachium procerius projectum, quasi quoddam telum orationis. » || *Projectum*, subtractum. M. Tullius in Philippicis, IIII : « Quid hoc sicut facit, clam te ex urbe projeceris? »

11 *et inluvies* HP. *et est* Edd. ante M. *et* omitt. Codd., M. — 16 *dira inluviis* P. — 18 *panis obsita* P. — 19 *neclecta* HP. *inluvie* H. — 20 *Proluvies, profusio* HPL Genev. Bern. *proluvium prof.* W, Edd. *Terentius*, etc. Quod iterum p. 493. — 21 *proluvium hæc subito* Codd. *proluvium, quæ hæc* Edd. *prolubium* vel *proluvium* ap. Ter. *quæ istæc subita est* Edd. Ter., et Noster p. 493. — 22 *lib.* VII P. — 24 *proice* Codd. — 25 *Virg. in Bucolicis* Codd. *Idem in Buc.* Edd., sed profecto ex emendatione. — 27 *tonge actum et extens.* P. — 28 *loco* omitt. P. — 30 *saxa panni* (suprascr. *ci*, sed recentiore manu) P. — 32 *lib.* III cj. M. *expectat* vulgo. *spectat* P (cum signo dubitationis), Gen. Bern., et cj. Victor.; recep. Edd. Cic. — 35 *Phil. lib.* IIII omnes. *Philippicarum lib.* A. Locus in Ciceronis Edd. non comparet. — 36 *quid hoc S. C. facit* V Gerl. *quid hoc sicut facit* P, Edd. *quod hoc sunt facit* Bern. *quid hoc si cum fascibus* cj. M. *clam te ex urbe projeceris* vulgo. *Iam* vel *jam te ex urbe proiceris* P. *quid? hoc S. C. fecit ut clam te ex urbe*

Præstringere, obtenebrare. Plautus in Milite glorioso [I, 1, 3] :

Præstringat oculorum aciem in acie hostibus.

|| *Præstringere*, attingere. M. Tullius de Signis [c. 47] « Ignoscite : rei magnitudo me breviter præstringere atrocitatem criminis non sinit. » || *Præstringere,* radere. M. Tullius in Philippicis, II [c. 40] : « Cujus quidem vomere portam Capuæ pæne præstrinxisti. »

Poscere, accipere. Varro Parmenone : « In quibus partibus, in argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus. » || *Poscere* significat petere. Virgilius lib. XII [v. 82] :

Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes.

Plautus in Aulularia [II, 5, 10] :

Ut, si quid poscam, usque ad ravim poscam prius.

Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Non subsilies ac plaudes, et ab Arato posces astricam coronam? » || *Poscere,* provocare. Virgilius lib. VIII [v. 614] :

Aut acrem dubites in prœlia poscere Turnum.

M. Tullius [lib.] primo secundæ actionis in Verrem [de Prætura urbana, c. 26] : « Poscunt majoribus poculis. » || *Poscere,* adversari. Virgilius lib. V [v. 26] :

Equidem sic poscere ventos
Jamdudum et frustra cerno te tendere contra.

Proferre, palam facere. Lucilius lib. XXVII :

Proferat ergo jam ordo vester scelera quæ in se admiserit.

|| *Proferre*, protendere. M. Tullius de Republica lib. III [c. 9] : « Sapientia jubet augere opes, amplificare divitias[, proferre fines]. »

Penetrare, cum vi ingredi, sicuti plerumque. || *Penetrare*, exire, [se] proripere. Plautus Trinummo [II, 2, 1] :

Quo illic homo foras se penetravit ædibus?

projiceres? cj. Roth. — 37 *Præstringere* (ubique) Codd. et fere Edd. *prestringere* (ubique) Mp. *Plutus* P. — 39 *perstringere* (et sic deinceps) J, prob. M.

1 *ne breviter* Gerl. *perstringere* Edd. Cic. — 2 *Philip. lib.* II omnes. — 3 *pene præstrinxi* P. *perstrinxisti* Edd. Cic. — 4 *in quibus part.* Codd., M, omitt. Edd. ante M. *in tribus* forte legendum. — 5 *in pathesi Cæcil.* cj. Nic. Loensis, ex Charis. p. 215. *possit palmam parmam in æthesin* P. *ethesi* Popma. — 8 *frementis* omnes. — 10 *si quid poscas* Codd., AJ. *poscam* M, ut Noster p. 164, et Plaut. *rabim* Codd., A. *ravim* JM, ut p. 164. *poscans prius* L. *poscas* J. — 11 *Varro,* etc. Hoc jam in v. *Mirius*, p. 135. *gnoti seauton* Codd. *subsilius* Codd. *sub tilius* AJ. *subsilies* J marg. M. *subsilis ac plaudis* legunt Bentin. Popma, ex p. 135. *poscis* Popma. — 14 *proelia* PLJ. *praelia* M, Gerl. — 15 *prima secundæ act.* Codd., M. (Sed actionis liber indicari solet.) *prima et secunda act.* Edd. ante M. — 20 *face* P. — 21 *proferat ergo jam vester ordo* vulgo. *Jam vester* J, Dous. Gerl.; versum non dividunt M Corpet. *prof. ego* P. *jam ordo vester* Vahlen; quod ipse videram. *Prof. jam ergo* Luc. Müller. — 23 *jubet proferre opes* omnes. *amplif. vitias* P. *augere opes ... proferre finis* ms. palimps. Mai. — 26 *Quo illic homo* vulgo. *quod illic* P. *fortasse penetravit* vulgo. *foras se* Passer. M, ut

PARITER, ex æquo. Novius Decuma :

Quo profana sim modo,
Si tres sim menses in æde, uti pariter dispertiam?

Afranius Abducta :

Dispartiantur patris bona pariter.

|| *Pariter*, convenienter. Titinius Prelia :

Næ tu istum edepol inedia extulisti, pariter ut dignus fuit.

|| *Pariter*, similiter. Afranius Omine :

Tibi in utraque parte pollet et pariter potest.

Pacuvius Niptra :

Pariter te esse erga illunc video ut illunc erga te scio.

Plautus Aulularia [Prol. 22] :

Is ex se hunc reliquit, qui hic [nunc] habitat, filium,
Pariter moratum ut pater atque avus ejus fuit.

POSTERIUS dicitur tardius vel secundo. || *Posterius*, minus. Plautus in Asinaria [I, 1, 48] :

Posterius istuc dicis quam credo tibi.

POSTULARE intelligitur apertissime quam habeat significantiam, ut est poscere. Terentius in Andria [I, 2, 18 :

Nunc hic dies aliam vitam affert,] alios mores postulat.
Dehinc postulo [sive æquum est, te oro, Dave.....
. . . . Postulo] ut nil sit moræ.

|| *Postulare*, velle. Plautus in Asinaria [III, 1, 4] :

Ubi piem pietatem, si istoc more môratam tibi
Postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis?

Idem Aulularia [IV, 1, 3] :

Nam qui heri ex sententia servire servus postulat.

PARET, obsequitur. Virgilius [Æneidos] lib. I [v. 689] :

Paret Amor dictis caræ genitricis.

Plaut. *ex ædibus* Plaut. — 27 *Nevius* vel *Nævius* Edd. ante M, improb. M. — 28 *quod profanari* Codd. *quid prophanari* vel *profanari* Edd. aote M. *quid profaaavi* Bothe. *profanarim oro* J marg. *quod profana ia domo* cj. M. *si tris* vulgo. *treis* J. *menses ia ia æde* vel *ede* HP Gerl. *menses simine de* Gen. *menses sim ia æde* M. *treis menses in æde* Edd. ante M. *si sim tris menses* Bothe. *ut pariter* omnes. *par. ut* Bothe.

1 *bona pariter coavenienter* P. *boaa. Pariter coav.* Gerl. *boaa pariter. Pariter, conv.* AJM. — 2 *prelia* P. *praelia* HLWAJM. — 3 *ne* vulgo. *næ* ed. 1476, Neuk. Herm. *media* omnes. *extullisti* P. *inedia exercuisti* cj. Herm. — 4 *Homiae* vulgo. *omaem tibi* Gen. *Omine* Both. Neuk. Ribb. — 5 *tibi In* M Gerl. *tibi in utramque partem* Bothe 2; et ipse conjeceram. *pollere* Bothe 2. *potest Pacuv. Nipt. pariter* omitt. P. — 6 *nitra* Codd. *Nyptra* M. *Nyptris* J. *Niptris* Voss. Bothe. — 7 *te essed* P. *illum video* omnes. *ut illum te erga* omnes. *ted erga* cj. Voss., prob. Bothe. — 9 *his ex se* Codd. *is* Edd., ut Plaut. — 10 *pari moratum* P. *pater avusque hujus* Edd. Plaut. — 17 *dehiac postulo ut nihil sit moræ* Codd., M. *Dehinc* (et : *Dehinc* J) *postulo et si æquum est .... Dave. Postulare, velle* AJ Gothof. — 18 *la Pamphilo ut nil sit moræ* legitur io Andr. I, 1, 139, quod inouit M. — 20 *ubi opem pietat.* Codd., J marg. *ubi piem piet.* AJM, ut in v. *Piem*, p. 151, et Plaut. *si istac memoratam* HLW. *si istuc more moratam* P. *si istoc more mor.* AJM, ut p. 151. — 21 *postulam* P. *placere artem tibi* H, ed. 1476. *placere*

|| *Paret*, videtur, ostenditur. Virgilius lib. X [v. 176] :

Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent.

Portenta dicuntur quæ aliquid portendunt, ut sæpe. || *Portenta*, inania quædam et irridenda. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 5] : « Aut quid negotii est, hæc poetarum et pictorum portenta convincere? »

Protinus ubicumque lectum est contra usum intellectus communis, quo *statim* significare creditur, positum invenitur ut sit *protinus* porro, ac sine intermissione, continuo; quod junctum *tenus* ejus significantiam confirmat adverbii. Virgilius namque, in quocumque loco *protenus* posuit, sub hoc sensu intelligendum reliquit. Et quoniam nonnulli veterum, pro eo quod *protinus* est, *protinam* vel *protinis* converterunt, exempla de his necessario decerpenda sunt. Afranius Epistola :

[Nos] comissatum protenis recta domum
Digredimur.

Plautus in Astraba :

Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.

Idem Curculione [II, 3, 84], præpositione addita :

Ostium ubi prospexi, exinde me illico protenam dedi.

Quasi in longam fugam. Nævius in Colace :

Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi.

Id est, longius fugi. Varro etiam de Lingua latina lib. VII, vel *protinam* vel *protinus* continuationem vel præteritæ vel futuræ longitudinis dicit. Et tamen quoniam, ut mihi videtur, potest [esse] ejus adverbii enuntiatio varia, significantia ejus, mutata pro locis, exemplis testibus designanda est. *Protinus*, insequenter, deinceps. Virgilius in Georgicorum lib. IIII [v. 1] :

Protinus aerii mellis cœlestia dona
Exsequar.

martem tibi PLW. *quoque pacto* P Bern. *placere, mater, mihi quo* AJM, ut p. 151, et Plaut. *precipis* PM. — 23 *quieri* H. *qui eri* LWM. *heri* PAJ. *hero* Edd. Plaut. — 25 *genetricis* Codd. — 27 *cujus pecundum* P. — 28 *Postenta* P. *quæque aliud* M. *protendunt* P. — 29 *inridenda* P. — 30 *negoti* Codd. — 32 *Portinus* P. — 34 *continuoque victum tenus* velt. edd.

1 *protenus posuit* Codd., M. *protinus posuit* Edd. ante M. *intellegendum* Codd. — 3 *vel protenis* Codd. *protinus* AJM. *necessaria* omnes. *necessario* cj. Carrio. — 4 *epistola commissa : tum* AJ. *commissatum* H. *comissatum* Codd. alii, Carrio e ms. Elnonensi, M, et cj. Passer. Conj. p. 27. *comissatum... de Lingua latina* P exhibet in v. *Periculum* (p. 364 M). Forte, [*Ac* vel *Nos*] *comiss.* — 5 *protenis* vulgo. *protinis* A Steph., et scripsit M in marg. Jun. *protinus* M. — 7 *in astrovada dare* H. *astravata* A. *in astra vada. dare* P. *in Astrava : dare* Gerl., arbitratu suo divideus. *in Astraba* JM. — 10 *ubi conspexi* Edd. Plaut. *ilico* vulgo. *e loco* forte, ne *me dedi* absolute sit. *protinam* Plaut. — 11 *Nevius* vel *Nævius* vulgo, prob. O. Müller, Osann, Herm. (Cf. *Protubium*, p. 64.) *Novius* M. — 12 *timedus* Codd., etiam Mp. *tamedus* Gen. Bern. *timidis* AJM. — 13 *lib.* VII Codd. VI Edd. — 14 *continuatione* vulgo. *continuitatem* H, et cj. J ex Varr. (scil. de L. L. VII, 107, ubi legitur : « *Protinam*, a

Et [Æneid. X, 561] :

Protinus Antæum et Lucam, prima agmina Turni,
Persequitur.

Et [v. 690] :

Protinus Orsilochum et Butea, duo maxima Teucrum
Corpora.

Et [Æn. III, 91] :

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces.

|| *Protinus*, jugiter et continue. Sisenna Historiarum lib. I : « Nocte consumpta, postero die per incertas vias Æserniam, inde Romam protinus profugerant. » Idem lib. IIII : « Castra de planitie convertit in montes, ut crebro furculis protinus procedundo, posset intra fines Asculanorum pervenire. » Tubero Historiarum lib. I : « Si quid a parentibus acceptum, protinus antiqui memoriæ tradiderunt. » Virgilius lib. X [v. 338] :

Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem
Sustentat dextra; trajecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem.

Idem [VII, 601] :

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
Albanæ coluere sacrum.

Et lib. III Æneidos [v. 414] :

Hæc loca vi quondam et vasta convulsa ruina,
Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas,
Dissiluisse ferunt, quum protinus utraque tellus
Una foret.

Et lib. VIIII [v. 337] :

Felix, si protinus illum
Æquasset nocti ludum, in lucemque tulisset !

|| *Protinus*, statim. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 196] :

Protinus ad regem cursum detorquet Iarbam.

|| *Protinus*, longe, porro. Virgilius lib. VII [v. 513] :

Cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Intremuit nemus, et silvæ insonuere profundæ.

protinus, continuitatem significans. » Et hactenus). — 15 *videtur, est ejus* cj. M, prob. Guyet. *patet ejus* cj. J. — 22 *antecum et* P. — 25 *Butem* JM. *maxuma* Codd. *maxima* Edd. — 30 *Eseraiam* vulgo. *Æserniam* M. — 31 *profugeraat* vulgo. *perfugerant* M. *castra de paaie* Codd., M. *depanie* P. *de Paniæ* AJ. *de planitie* cj. J, prob. M Guyet. Haverc. — 32 *ferculis* omnes. — 33 *finis* cj. M. *Æsculapiorum* omnes. *Asculanorum* cj. J, prob. M. *si quod* Codd. *quid* Edd. — 34 *apareatibus* H. *antique* HJM. *antiquae* Codd. alii, A, prob. Guyet. *antiqui* cj. M. — 35 *lib.* XII Codd. X AJM.

2 *dextera* P. — 3 *cruenta terenum* (cum signo mendi) P. — 7 *et Æneidos libro tertia* A. *Æn. lib.* III J. — 8 *vi quandam* P. — 10 *protinus utraque* omnes. *pratenus* fere Edd. Virg. — 11 *unas faret* P. — 12 *lib.* VIII P. — 15 *lib.* III P. — 16 *Hiarbam* L

Idem lib. VIII [v. 157]:

Nam memini, Hesionæ visentem regna sororis,
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
Protinus Arcadiæ gelidos invisere fines.

|| *Protinus*, valde. Virgilius in Bucolicis [1, 12]:

En ipse capellas
Protinus æger ago;

ut sit animo et corpore valde æger; aut, si aliud enuntiat, refertur ad illud, ut sit: longe, porro ago. || At ipsum *tenus*, licet, ut præpositionem acceperit, ita significatione varietur, tamen maxime finem terminumque designat. Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 1]:

Hactenus arvorum cultus et sidera cœli.

Idem lib. XI [v. 823]:

Hactenus, Acca soror, potui.

Idem lib. X [v. 210]:

Laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert.

Idem lib. II [v. 553]:

Capulo tenus abdidit ensem.

Idem in Georgicorum lib. III [v. 53]:

Et crurum tenus a mento palearia pendent.

Idem Æneidos lib. III [v. 426]:

Et pulchro pectore virgo
Pube tenus.

Plaga, spatium amplissimum vel cœli vel agri. Virgilius lib. VII [v. 227]:

In medio dirimit plaga solis iniqui.

|| *Plagæ* rursum maculæ retiales. Virgilius in Æneidos lib. IIII [v. 131]:

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
Massylique ruunt equites.

Gen. A. — 19 *qua protenus* Edd. pleræq. Virg. — 20 *contremuit* Virg. *intonuit* vett. edd. *insonuere* Codd. *intonuere* AJM, ut Edd. Virg., quod notavit Bentin. — 21 *idem Virg.* Codd., M. *Virg.* omitt. Edd. ante M. — 22 *esione* P. *hesione* HLW. *Hesionæ* AJM. — 23 *laomedantiadem* P. *Laomedontiadem* Codd., M. *Laom ... naden* vett. edd., ut Edd. Virg. — 24 *finis* Codd. *fineis* AJ. — 25 *protenus, valde* Codd., M. *protinus* vett. edd. *valda* P. — 26 *et ipset capellas* P. — 27 *protenus æger* Codd., M. *protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco* A. — 28 *valde æger* vulgo. *valde ægro* P. — 29 *ipsum hactenus* vulgo. *actenus* (ubique) P. *ipsum tenus* cj. JM et Guyet. *et ut præpositionem variet* Edd. ante M. *ita significatione varietur* J marg. — 34 *idem lib.* XI: *hactenus accn soror potu idem Virgilius lib.* XI *laterum* P Gen. Bern. Priorem versum omitt. ceteri. — 35 *Idem virg. lib.* XI Codd. *Idem Virg. lib.* X M. *Idem lib.* XI Edd. ante M. — 39 *tenus addidit* P. — 40 *Idem Virg.* Codd. *Virg.* omitt. JM. — 41 *crurum tenunus amento* P. *tenus amento* A. — 42 *idem Virgilius in* Codd. *Idem Æneid.* AJM. *Idem in* II ed. 1476. — 45 *Plaga*, etc. Hoc lemmati *Plagæ* (quod supra, p. 368 M) adstruunt ed. 1476, AJ, improb. M. *in Georg.* IIII PA. *lib.* IIII J. *lib.* VII ceteri.

P. 378 254 M.

|| *Plaga*, aliquando pars lecti, aliquando omnis. Pacuvius Atalanta :

Etsi metuo picta de plaga pallam.

Ut sit *plaga* quem nunc dicimus clavum. Varro Prometheo : « Eburneis lectis et plagis sigillatis. » Afranius :

Pallam facito, Demea,
Et plagulam de lecto [et] pelles dimitti in ordine.

Parumper, ut sæpe, interim et parvo tempore. || *Parumper*, cito et velociter. Virgilius lib. VI [v. 382] :

Pulsusque parumper
Corde dolor tristi : gaudet cognomine terræ.

Ennius Annali[um] lib. I :

Te sale nata precor Venus, et genetrix patri' nostri,
Ut me de cœlo visas cognata parumper.

Idem in eodem :

Indotuetur ibi lupu' femina, conspicit omnes;
[De]in campum celeri passu permensa parumper,
Conjicit in silvam sese.

[Q]

Quassatum est conlisum, et non integrum. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 53] :

Quassatæque rates.

Quassare est movere. Virgilius lib. VI [v. 587] :

Et lampada quassans
Per Graium populos.

Plautus Milite [imo Epidico, III, 3, 55] :

Suam qui undantem chlamydem quassando facit.

5 *massylyi quærunt* P. *Massilii quærunt* A. — 6 *nthalanta* H. — 8 *etsi metuo* omnes, prob. Palmer. Turn. *pietnte plaga* Mp, AJ. *pie* (cum signo meodi, sed marg. *picta de*) *plaga* P. *picta de plaga pallam* Codd. pleriq., J marg. M. *et simitu picta* cj. M Voss. *palam* AJ. — 9 *ut sit que* P. — 11 *palam facto demea et plagulam* Codd., M. *palàm facito Demea* AJ. *pallam facito, Demea* Both. Ribb. *facto demito* J marg. *pallam fac cito! deme meam et* cj. Neuk. — 12 *delecto* H. *de lecto* vulgo, prob. Palm. *de* omitt. Ribb. *pellis dimitte* omnes, Ribb. *pellis demitte* Bothe. *pallis demitte* cj. Palmer. *in ordine* vulgo. *in* omitt. Edd. ante M, Neuk. Ribb. — — 13 *parum penut sæpe* P. — 16 *terræ* vulgo. *terra* ed. 1476, ut fere Edd. Virg. — 17 *annaii* vulgo : quod probem si *lib.* deleatur. *annalium* AJ. — 18 *te sane neta* HM. *saneneta* Gerl. *tesene neta* P. *te nunc senecta* A. *nunc snactn* J, et Scal. Columu. Merul. *te sale nata* Vahlen; quod ipse conjeceram. — 19 *cogaitn* H. — 20 *in* omitt. AJM. — 21 *indotuetur* HLW. *indotutur* P. *endotuetur* Gifan. Columu. Merul *inde tuetur* AJ. *ibi* omues. *ubi* Columu. *ibus* cj. Merul. *consp. omnis* HPLW, Valhen. *omneis* Merul. *omnis* M. *amneis* AJ, Columu. *ambos* cj. Passer. — 22 *in campo* omnes. *hinc campum* cj. Columu., prob. Gronov. Hessel. *hinc campos* Vahlen. *dein campos* cj. Passer. *passu praemens* Codd. *premens* PAJ. *permensa* cj. Passer. Columu., prob. Grou. Vahleu. — 23 *conicit* Codd. — 25 *Quassum* omoes; sed, credo, *quassatum* compendiose. Hoc legitur post v. *Corripere*, p. 254 M. *est convulsum*

Quatere significat percutere. Virgilius lib. VIII [v. 596] :

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

|| *Quatit*, infestat. Virgilius lib. VIIII [v. 608] :

Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.

|| *Quatit*, excludit. Terentius in Eunucho [II, 3, 66] :

Istunc ipsum. — Homo quatietur certe cum dono foras.

|| *Quatit*, movet. Virgilius lib. X [v. 762] :

At vero ingentem quatiens Mezentius hastam.

R

Restare dicitur superesse. Terentius in Andria [I, 1, 139] :

Restat Chremes,
Qui mi exorandus est.

M. Tullius de Senectute [c. 14] : « Nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate. » Virgilius [Æneidos] lib. II [v. 70] :

Aut quid jam misero mihi denique restat?

Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 323] :

Hospes,
Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat.

|| *Restare*, resistere. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum [V, 25] : « Nullam quærentes voluptatem. Stoici restant. »

Religio est deorum cultura. Virgilius Æneidos lib. VII [v. 172 :

Horrendum silvis et religione parentum.

Idem lib. II, 715] :

Religione patrum multos servata per annos.

|| *Religiosos* quoque dies infames vel infaustos, lib. XI Commentariorum grammaticorum, Nigidius appellavit. M. Tullius ad Atticum nono [ep. 5] : « Majores nostri funestiorem diem esse voluerunt Aliensis pugnæ quam urbis captæ, quod hoc malum ex illo : itaque

Edd. ante M. — 28 *Quassare*. Etiam p. 254 M, et ita scriptum. — 31 *Plaut. Milite* omnes. *Epidico* emendat Acidal., nisi scribatur *de milite*. — 32 *Qui suam* omnes. *Suam qui* recte Edd. Plaut. *fecit* HPAJ. — 33 Quod insertum p. 272 M. *Cuatere signif.* HLWM. *Quatere* (ubique) P, Edd. ante M. *Quatere* etiam Fest. *lib.* VIIII M. — 34 *quadripedante* Codd., M. *cuatit* M. *quatil* Codd., Edd. ante M. — 36 *cuatit* Gerl. M. — 38 *nimirum homo* omnes. *Istunc ipsum. Homo* Edd. Ter. Duo pronomina in adv. *nimirum* abierunt. *quatietur* omnes. — 39 *Cualit, movet* Codd., M. — 40 *cuatiens* M. *medientius* Codd. *Mezentius* Edd. — 44 *mihi* omnes. — 50 *Virg. Hospes*, etc. Id vulgo sequentis interpretationis initio legitur. Locum præpostere positum esse jam viderat Passerat. — 54 *lib.* VII : *religione* vulgo. *lib.* II (sed invitis libris) M. *relligione* A. — 57 *serv. pannos* P.

1 *Relıosos* W. De voce *Relig.* cf. Gell. 4, 9. *vel infactos lib.* X P. — 2 *ad Atticum : non majores* vulgo. *nono : majores* reponunt Leop. Turn. Schott. M, ut est ap. Gell. l. cit. *funestiorem viam* H. — 4 *vol. alienis* PLW. *aliensis* vel *Aliensis* HL, Edd. *quod*

P. 379 M.

alter religiosus etiamnunc dies, alter in vulgus [ignotus]. » Lucilius lib. XXVIIII :

Anno
[Hoc] vertente dies [sunt] tætri ac religiosi.

|| *Religio*, metus vel sollicitudo. Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς :

Non fit thesauris, non auro pectu' solutum;
Non demunt animis curas ac religiones
Persarum montes, non atria diviti' Crœsi.

Lucretius lib. I [v. 63] :

Humana ante oculos fœde quum vita jaceret
In terris, oppressa gravi sub religione.

Virgilius lib. VIII [v. 349] :

Jam tum religio pavidos terrebat agrestes
Dira loci.

Terentius in Andria [V, 4, 37] :

Dignus es
Cum tua religione, odium! Nodum in scirpo quæris.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 14] : « Item est habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere. »

Rarum consuetudine infrequens significat. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 508] :

Qua rara est acies, interlucetque corona.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 38] : « Sic ad hoc genus castigandi raro invitique veniamus. » || *Rarum*, electum. Virgilius in Georgicorum lib. IIII [v. 130] :

Hic rarum tamen in dumis olus.

Ruere, decipi. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 13] : « Si hoc non est, emptorem pati ruere, et per venditorem in maximam fraudem

orbis captæ Codd. *quam urbis* Edd. ante M, et cj. Leop. Turn. ex Cic. et Gell. *quam captæ urbis* M. — 5 *aliter* vulgo. *alter* reponunt Leop. Schott. M, ex Cic. et Gell. *religiosos* Codd., Edd. ante M. *etiam nonc* P. *aliter in vulgus* pleriq. *alter* Leop. Turn. Schott. M. *ignotus* addunt Leop. Schott, ex Cic. et Gell., prob. M. *Lucilius*, etc. Hoc vulgo inf. legitur, post Terentii locum. *lib.* XXVIII AJ. — 8 *tetri* vulgo. (Sed lemma *Tætrum* p. 413.) *tætri* M. *tetri, miseri, ac* omnes. *miseri* tanquam glossema delevi. — 9 ανθροποιτολι HLW. ανοριποπολι P. ἀνθρωπόπολι JM. τενεθλιση P. — 11 *thesaurus* PAJ. *thesauris* HLWM, et cj. J Muret. — 12 *non auris demunt animis* Codd. *non avaris de demunt animis* A. *non animis dem. cur.* cj. Muret. Scal. *non dem. animis* JM. *religionis* P. *relligiones* Scal. J. — 13 *persarum mon non* P. *divitis* HJM, et cj. Scal. *divites* vulgo. *divites si* P. *Crassi* omnes, prob. Œhl. Riese. *Cræsi* cj. Camerar., non improb. Lipsio; quod ipse videram, etiam vocis *Persarum* vicinitate motus, ut Camer. — 15 *fede* Codd. *fide* P. *gravis religione* P. *sub religione* vulgo. *relligione* AJ (sic M p. 314, et Gerl.). — 18 *relligio* AJ. *agrestis* vulgo. *agrestes* Edd. ante M. — 23 *ita habendum est* Edd. Cic., ut notat Bentin. *modo ne nefar.* Gen. M. *ne* vulgo omitt. — 29 *sit ad* Codd. *sic* ed. 1476, M, ut Cic. *si* AJ. — 30 *veniemus* Edd. Cic. — 32 *in dulis holus* Codd. *et in dolis alus* P. *in dumis* Edd. — 33 *Reue decipi* P. *lib.* IIII *si* P. — 34 *non*

incurrere? » || *Ruere* rursum significat cadere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 290] :

Ruit alto a culmine Troja.

M. Tullius de Suppliciis [c. 6] : « Quæ quum accidunt, nemo est quin intelligat ruere illam rempublicam. » || *Ruere*, effundi. Virgilius lib. VI [v. 44] :

Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.

Idem in Georgicorum lib. III [v. 470 :

Ruit æquore turbo.

Et Georg. I, 324] :

Ruit arduus æther.

|| *Ruere*, irruere sine cautela. Virgilius lib. X [v. 811] :

Quo moriture ruis, majoraque viribus audes?

Lucilius lib. XXX :

Ruis huc, et colligis omnia furtim.

|| *Ruere*, eruere, levare. Virgilius lib. XI [v. 211] :

Et confusa ruebant
Ossa focis.

Idem Æneidos lib. I [v. 85] :

Totumque a sedibus imis
Una eurusque notusque ruunt.

|| *Ruere*, diruere, complanare. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 104] :

Quid dicam, jacto qui semine cominus arva
Insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenæ?

Terentius in Adelphis [III, 2, 21] :

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem et prosternerem.

|| *Ruere*, erigere, extollere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 308] :

Et ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem.

Et Æneidos lib. II [v. 250] :

Vertitur interea cœlum, et ruit oceano nox.

|| *Ruere*, dividere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 35] :

Spumas salis ære ruebant.

est emptore pati Codd. *non es tempre pati* P. *hæc non ex tempore pati* vett. edd. *emptorem* JM, ut Cic. *et per venditorem* omnes. *per errorem* Edd. Cic., prob. M. *maxima* P. — 37 *alto nc c.* P.

1 *qui intellegat* H. *quin* vulgo. — 4 *idem Virgil. in* Codd., M. *Virg.* omittunt Edd. ante M. *lib.* III vulgo. — 6 *lib.* I et exemplum omitt. M. — 8 *inruere* P. — 9 *moriture* P. — 10 *Lucilius*, etc. Jam in v. *Colligere*, p. 273. — 11 *ruis hoc* Codd. et M, ut sup. p. 273. *hæc* AJ, Dousa. *hic* ed. 1476. *huc* P. rott. p. 735. — 20 *comminus* Gerl. *comminus* P, JM. *cum minus* A. — 23 *ciceros r.* Codd. *ceteros* Edd., ut Ter. *tunderem* omnes. *funderem* cj. Guyet; quod probat et recipit Bentl. His equidem non accedo. — 28 *cealum* (pro *caelum*) P. — 33 *moveri* vulgo. *movere*

P. 380-381 M.

Rigidum significat frigidum. Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 316] :

Tellurem Borea rigidam spirante moveri.

|| *Rigidum*, erectum. Virgilius in Bucolicis [6, 28] :

Tum rigidas motare cacumina quercus.

|| *Rigidum*, durum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 363] :

Vestesque rigescunt
Indutæ, cæduntque securibus humida vina.

Et Georgicorum lib. I [v. 508] :

Et curvæ rigidum falces formantur in ensem.

Relatum, perlatum, dictum a M. Tullio ad Cæsarem juniorem lib. I : « Sed hæc videbimus quum legati responsa retulerint. » || *Relatum*, conversum. Virgilius lib. XI [v. 425] :

Multa dies variusque labor mutabilis ævi
Rettulit in melius.

Reddere, reponere. Plautus Mostellaria [I, 2, 28] :

Tempestas venit,
Confringit tegulas imbricesque; ibi
Dominus indiligens reddere alias nevult.

|| *Reddere* dicitur acceptum restituere. Terentius in Phormione [I, 2, 6] :

Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

|| *Reddere*, facere. Lucilius lib. XXVIIII :

Pluteos excudit, tectaque et testudines
Reddit.

|| *Reddi*, advehi. Virgilius lib. VI [v. 18] :

Redditus his primum terris.

|| *Reddere*, exponere et dare. Plautus in Aulularia [I, 1, 6] :

Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?

Remi sunt navales pedes, sicuti plerumque. || *Remos* remiges Virgilii auctoritate possumus dicere, ut in lib. V [v. 152] :

Quem deinde Cloanthus
Consequitur, melior remis; sed pondere pinus
Tarda tenet.

M o conj. (Variant Codd. Virg.) — 34 *erectum* omnes. *rectum* cj. Guyet; quod placet. — 35 *tunc* omnes. *tum* Edd. Virg. *quercus* P. *quercus. Et Georg. lib.* I : *et curvæ* omnes. Quod exemplum ad sequentem notionem retuli. — 37 *rigent* P. — 38 *ceduatque* Codd., M *cæduntq.* AJ. — 40 *formantur* omnes. *conflantur* Virg. — 41 *Relatum dicitur perlatum dictum* omnes. *dictum a M. Tullio* Codd. *dictum. M. Tullius* AJM. — 42 *rettulerint* H. — 44 *variusque* omnes, ut Macrob. 6, 2, prob. Brunck. *variique* optt. Codd. et Edd. Virg. — 45 *rettulit* vulgo. *retulit* P (sed *rettulit* in v. *Referre*).

7 *qui reddit* omnes. *quid* Edd. Ter. — 9 *ercutit* omnes. *excudit* jamdiu edidi in Thesauro poetico meo; recep. Corpet; et nunc video aliquem scripsisse in marg. Jun. — 10 *reddet* Codd., A. *reddit* JM. — 11 *Reddere, advehi* omnes. — 15 *remos remiges* HVM.

REFERRE, recensere. Virgilius in Bucolicis [6, 85] :

Cogere donec oves stabulis, numerumque referre
Jussit.

|| *Referre*, adscribere. Varro Eumenidibus : « Forenses decernunt ut Existimatio nomen meum in sanorum numerum referat. » || *Referre* significat perferre, indicare. Virgilius Æneidos lib. II [v. 547] :

Referes ergo hæc, et nuntius ibis
Pelidæ genitori.

Lucilius lib. XXVI :

Quod his intelligebar posse, haud paucos rettuli.

|| *Referre*, ostendere. Lucretius lib. I [v. 76] :

Unde refert nobis victor quid possit oriri,
Quid nequeat.

|| *Referre*, revocare. Virgilius lib. X [v. 794] :

Ille pedem referens, et inutilis, inque ligatus
Cedebat.

M. Tullius de Signis [c. 28] : « Quum jam satis perspexisse videretur, tollere incipiunt, ut referrent. » Idem de Officiis lib. II [c. 22] : « Ut eo, unde digressa est, referat [se oratio]. » Plautus in Asinaria [I, 3, 6] :

Quam mage [in altum] te capessis, æstus te in portum refert.

|| *Referre*, reddere. Virgilius lib. VIII [v. 560] :

O mihi præteritos referat si Juppiter annos!
Qualis eram.

Lucilius lib. XXVIIII :

Quod te intromisi, gratiam referat mihi.

RIMARI dicitur scrutari, quærere. Virgilius lib. XI [v. 748] :

Et partes rimatur apertas.

Idem lib. VII [v. 507] :

Quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit.

Pacuvius Atalanta :

Quum incultos pervestigans rimarem sinus.

remus remigis PLWJ. *possimus* P. *ut in* vulgo. *ut* omitt. P. *remus remigis. Virgil.* v J. *sicut plerumque. Virgil. lib.* v A. — 17 *quam* vulgo. *quem* M, ut Virg., et Noster p. 270. — 20 *censere* L Gen. Bern. — 23 *adscribere* HPJ. *ascribere* Gerl. M. *Varro*, etc. Jam in v. *Decernere*, p. 285, notante Bentin. — 24 *extimatio* P, ed. 1476. *insanorum* HMp. *in sanorum* vulgo. — 27 *pelide* P. — 28 *lib.* XXXVI P. — 29 *quod is intellegebar* omnes. *his* Corpot. *is intelligebat* AJ, Dousa. Non interpungunt JM; ante *posse* Corp. Dubn. Forte : *Quod* [*non*] *his int. posse*, unde sensus et versus efficerentur. *aut paucos* P. *retuli* vulgo. *rettulit* P. — 31 *refert novus dictor* Codd. *nobis victor* AJM, ut Lucr. *qui possit* P. *quis possit* Codd. plerique. *quid* AJM, ut Lucr. *posset* J. — 34 *innutilis* P. — 37 *tollore* P. *Offic. lib.* v P. — 38 *eo* omitt. P. *egressa est* J marg., ut Edd. Cic. — 40 *quo magis* omnes, ut in v. *Æstus*, p. 247 : ubi vide. *quam magis* Edd. Plaut. *in altum* exhibet Noster, p. 247.

5 *intromissi* P. *referat* omnes. *referas* cj. Dousa. — 7 *partis* vulgo. *parteis* AJ. — 11 *athalanta* Codd. — 12 *inculta* J marg. *in-*

P. 382 M.

Attius Iliona :

Aut stagnorum humorem rimarem loco.

Varro lege Mænia :

[Nos] admirantes quod sereno lumine
Tonuisset, oculis cœli rimari plagas.

|| *Rimari*, expleri. Virgilius lib. VI [v. 599] :

Rimaturque oculis, habitatque sub alto
Pectore.

|| *Rimari*, inhabitare. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 384] :

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

Rumpere significantiam habet manifestam. Virgilius lib. X [v. 233] :

Rupimus invitæ tua vincula.

Ut plerumque. || *Rumpere*, defetigare. Terentius in Hecyra [III, 4, 21] :

Ut me ambulando rumperet.

Afranius in Epistola :

Ego misera risu clandestino rumpier.

Lucilius lib. XXX :

Quæ quondam populis aures [et] pectora rumpit.

Idem lib. XXVII :

[Tu credis Lucilium]
Contenturum, quum me ruperim, omnia summa fecerim.

|| *Rumpere*, dissicere. Virgilius in Bucolicis [8, 71] :

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

|| *Rumpere*, retentum proferre, diu tacita dicere. Virgilius lib. X [v. 63] :

Quid me alta silentia cogis
Rumpere?

rimare sinus vulgo, et Bothe. *rimarem* Mp Gen. Bern., recep. Ribb. *inrimarer* cj. Voss. — 13 *aceuius ilione* L. *Pocuvius* cj. Roth, prob. Ribb. *Ilione* omnes. (Sed *Iliona* exhibet Noster, v. *Sonunt*, p. 505.) — 14 *humorem rimarem* Codd., A. *humorem, rimarem* M. *loca* vulgo. *loco* P Bern. Gen. *rimarem, loca* Ribb. *Aut stagn. humidorum r. loca* cj. Voss. *humorem rimarentur* J. *dumosa rimari* cj. Düntz. Forte, *rimarem ilico*. — 15 *minin* LP Gen. A. *menia* WJ. *Mænia* M. — 16 *Nos admir.* dat Noster in v. *Plagæ*, p. 369. *nos* hic addendum vidit Bentl. — 17 *conuisset* Codd. *conuisset* Bern. *connivisset* A. *tonuisset* JM, ut p. 369. — 19 *rimaturque epulis* Virg. — 22 *in stannis* P. *cahistri* HP. *Cahystri* Gerl. — 25 *rumpimus* vulgo. *rupimus* M, ut Virg. *invitè* J. — 26 *cut plerumque* P. *defatigare* Edd. — 30 *clam destino* HP. *clandest. rumperer* J. — 32 *quæ quandam* P. *populi* omnes. *oris auris pectora* P. *oris aures* vulgo. *populo res auris* cj. Vahlen. *foris aures* J marg. *populi ora, aures, et p.* Corpet. *populis aures et p.* cj. Passer.; quod ipse videram. — 33 Jam sup. p. 88, notante Bentin. — 35 *contemptum cum me ruperint* (*ruperim* J) HAJ. *contentum eum me ruperint* LW. *contenptum eumme* (expuncto uno *m*) *rum erumperint* P. *contentu cum eruperint* Genev. *Tu Lucilium credis contentum* J marg., ex p. 88. *Contenturum* lemma ipsum est p. 88. *ruperim* JM Dous. Schœnbeck. *summa omnia* Codd. et Edd. *omnia summa* Schœnb. — 36 *dissicere* vulgo. *disjicere* AJ. — 38 *recentum* P. — 43 *erumpere*

Terentius in Eunucho [III, 5, 2] :

Jamne rumpere hoc mihi licet gaudium?

|| *Rumpere*, introire. Terentius in Eunucho [V, 5, 26] :

Cesso huc intro rumpere?

Rogare, poscere. Lucilius lib. XXVI :

Ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit;
Si secubitet, sic quoque a me, quæ rogat, non impetret.

Plautus in Asinaria [IV, 1, 33] :

Spectandum ne cui annulum det, neque roget.

M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 1] : « Rogare et orare ne eos supplices aspernarer. » Virgilius Æneidos lib. VII [v. 229] :

Littusque rogamus
Innocuum.

|| *Rogare*, quærere, sciscitari. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Roga ipsum quemadmodum ego eum Arimini acceperim. » Terentius in Andria [I, 1, 96] :

Accedo ad pedisequas;
Quæ sit, rogo.

|| *Rogare*, instituere. M. Tullius in Philippicarum II [c. 29] : « Ego ad eum belli civilis causas attuli; ego leges perniciosas rogavi. » Lucilius lib. XXVII :

Consilium patriæ, legumque oriundu' rogator.

Remissum, lætum. M. Tullius de Oratore [III, 8] : « Quis unquam res, præter hunc, tragicas pæne comice, tristes remisse [, severas hilare, forenses scenica prope venustate tractavit]? » || *Remissum* significat concessum. Virgilius lib. X [v. 828] :

Manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto.

• || *Remissum*, missum. Lucilius lib. XXVIIII :

Cohibet domi
Mœstus se, Albinus repudium quod filiæ
Remisit.

vulgo Edd. Ter., et sic legebat Donat. *rumpere* tuetur M, recep. Bentl. *jam me rump.* AJ. *Terent. in Eun. jamne rumpere* omitt. P. *hoc mihi lacet* Codd. *jacet hoc gaud.* Bern. *mihi licet* AJM, ut ed. Ter. Bentl. *licet mihi* pars Edd. Ter. — 45 *introrumpere* A, ut Edd. Ter., prob. M. — 47 Jam in v. *Petere*, p. 366. — 48 *si secubit et* HV. *sisecubit et* P. *secubitet* M (et Gerl., non cum libris, ut credo). *si se cupit et si* J. *si quoque* vulgo. *sic quoque* cj. Fruter. Gul., recep. M. *quæ roget* omnes. *rogat* cj. Fruter.

2 *necuia ullum det* P. *nec uia ullum* H. *ne cui aullum* Gerl. *ne cuinam ullum* vett. edd. *ne cui annulum* Beatin. JM, ut Plaut. — 3 *in Verrinis in Divinatione* vulgo. (Cf. sup. p. 360.) *in* omitt. J. — 4 *ne illos* Edd. Cic. *aspernaret* Codd., A. *aspernarer* JM, ut p. 360, et Cic. — 5 *lib.* i *litusque* PAJ. — 8 *eum ego* in v. *Accipere*, p. 239. — 10 *pedisequas* omnes. — 12 *in filippicis lib.* Codd. *Philippic. lib.* JM. *philippicarum lib.* A. — 13 *ad eum* Codd., AJ. *ad ea* P. *ad eum* M. *ad illum* Edd. Cic. *adtuli* H. — 14 Forte, *lib.* XVII. — 15 *oriundius* P. *rogator* HP Gon. et Edd. *progator* LW. — 17 *præter huc* Codd. *hunc* Edd., ut in v. *Hilare*, p. 513. *paene* vulgo. *poene* P. *tristis* vulgo. *tristeis* AJ. *remissæ* P. *severas hilare* hoc additum legitur p. 513. — 22 Jam sup. in v. *Mœstum*,

|| *Remittere*, delectare. M. Tullius in Hortensio : « Quæro enim non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem ac remittam. » Idem de Senectute [c. 9] : « Sed tamen est [decorus] senis sermo, quietus ac remissus. »

Recipere, promittere, polliceri. Varro Bimarco : « Ebrius es, Marce : Odysseam enim Homeri ruminari incipis, cum περὶ τρόπων scripturum te Seio receperis! » || *Recipere*, exstinguere, prosternere. Virgilius lib. VIIII [v. 348] :

> Totum cui cominus ensem
> Condidit assurgenti, et multa morte recepit.

|| *Recipere* dictum est : datum accipere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 11] : « Cyrsilum quemdam, suadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. » Varro Meleagris : « Quem idcirco terra non cepit, et cœlum recepit. » || *Recipere*, revocare. Lucilius lib. XXVIIII :

> Primum ex advorso si quod est cœnaculum,
> Quo recipiat te.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 524] :

> Sic ore effata, recepit
> Ad sese.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 10] : « Qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus. » || *Recipere*, exceptum facere. Plautus Trinummo [I, 2, 156] :

> Ubi nunc adolescens habet?
> — Posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit.

Cicero de Oratore lib. II [c. 55] : « Sed dicet te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solium tibi paternum recepisse. »

p. 350. — 23 *se Alb. rep.* A. *se Albinus : rep.* J. — 26 *sed qui rel.* Gen. Bern. — 29 *Recipere, promittere* H, Edd. *Recedere, prom.* Codd. alii. *Varro*, etc. Iterum in v. *Ruminatur*, p. 480. *Varro vimarce* HLW. *Varro sexto marce* P. *Varro* VI. *marce* Bern. *in Marco* cj. Lips. *Vimarco* M. *Bimargo* A. *Bimarco* cj. aliquis ap. Gerl. *ebrius est* J. — 30 *Odyssian* Codd., M. *Odissian* P. Ὀδύσσειαν AJ. *Odyssean* M, p. 480. *Odyssiam* P, p. 480, et Bern. ibid. — 31 *peril ropon* H. *peri tropon* PLW. περὶ τρόπων AJM. *seio* Codd. *te, scio, recep.* AJM. *recæperis* P. — 33 *tum cui* HP, ed. 1476 *conminus* Gerl. *comminus* HP, vett. edd. *cominus* JM. — 34 *condidit adversu gen el* P. — 35 *Recipere dictum est datum accipere. Recipere, accipere* vulgo; quod omitt. ed. 1476.

1 *suadente* P. *maneret* Codd. *manerent* AJM, ut Cic. — 2 *sersem* H. *xer.esem* P. *Xersem* Gerl. *lapid. cooperuerunt* Edd. Cic. — 3 *quem* omitt. P. *recipit* Codd. *recepit* JM, ut in v. *Capere*, p. 253. — 5 *ex advorso* vulgo. *exadverso* M. *caenaculum* Codd., M. *cœnaculum* A. *cenaculum* J. — 6 *quo recipint* vulgo. *quod* P Bern. M. *recipias* cj. aliquis in marg. MI. — 8 *sic effata* P. — 11 *recipisset* H. *adiratum* L Genev. Bern. *et adiratum* P. *admiratum* H, Gerl. *admiratus* AJM, ut Cic. — 13 *adulescens* Codd., M. — 14 *ædis* vulgo. *ædeis* AJ. *venderet* omnes. *vendidit* Noster p. 54, v. *Receptitium*, ut Plaut. — 15 *et dicis* Codd., A. *sed dicis* JM, ut Codd. sup. p. 54. *sed dicet* M, p. 54, ut Cic. *teum ædes* H. *ædes* vulgo. *ædeis* A. — 16 *vendere ne in putes quidem* Codd. *ne imputes* A. *venderes, ne in rutis quidem* JM, ut omnes p. 54, et Cic. *cæsis solum* HJ. *cæsi solum* P Bern. A. *cæsis olum* Gerl. *cæsis sotium* M, ut omnes p. 54, et Cic. — 17 Post *Redundare, redire*, spatium relictum est in ed. 1476. *Redundare redire* omitt. P. Lacu-

Redundare, redire .... || *Redundare*, abundare, superesse. Lucilius lib. XXVIIII :

Primo redundat aurum, ac thesauri patent.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 1] : « Nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant. » Et in Hortensio : « Tum intelligas quam illud non sit necessarium quod redundat. »

Redire manifestam habet significantiam ; ut Terentius in Andria [I, 1, 110] :

Redeo inde iratus, atque ægre ferens.

|| *Redire*, referri, revocari. Lucilius lib. XXVII :

Si non tamen ad te hoc redibit, tu hoc carebis commodo.

Virgilius Georgicorum lib. II [v. 401] :

Redit agricolis labor actus in orbem.

Rursus significat iterum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 655] :

Rursus in arma feror.

|| [*Rursus*, contra, vicissim.] Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 138] :

Rursus cura patrum cadere.

|| *Rursus*, retro. Varro Andabatis :

Mortales multi rursus ac prorsus meant.

Ennius Andromeda :

Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.

Rumor, ut plerumque, opinio est. Sallustius Historiarum lib. II : « Ad hoc rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant. » || *Rumor*, favor, auxiliatio. Virgilius lib. VIII [v. 90] :

Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

Hoc est, prospero favore et auxilio fluminis. Fenestella Annali lib. XXII : « Itaque ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adolescens et audax, nec imparatus ad dicendum, concionibus

nam indicavi ne unicus sit verbi sensus. — 18 *lib.* XXVIII omnes. — 19 *pimo* P. *redundant* HPLW. *redundat* Mp Bern., Edd. ante M, Dous. Corpet. *redundant ; aurum ac* M. — 22 *intellegns* Codd. — 23 *ut tereater in* P. — 27 *si tamen aon* Edd. ante M, Corpet. *si nonduia tamen* J marg. *hoc redivit* omnes. *huc* cj. M. *redibit* cj. Passer. M Guyet. *conmodo* HP. — 29 *horbem* P. — 32 Omissam interpretationem supplere oportuit, suadente sensu et duce Servio ad Æn. IV, 334 : « *Rursus* duo significat : frequenter iterum ; raro vicissim, i. e. mutuo. » *Georg. lib.* II P.

3 *fortia in temer.* cj. aliquis ap. Merc. (scil. Faber, ut scriptum est in marg. Jun.). — 5 *inceptum peragunt* omnes, ut ap. Macrob. 6, 1. *celerant* Edd. Virg. — 6 *foenestella* P. *annnlium* ed. 1476. *annali lib.* A. — 7 *C.* omitt. P Mp. — 8 *adulescens* Codd. pleriq., M. *adolescens* Mp. *imperatus* Mp. *ad deiciendum* Codd. *dicendum* Edd. *initionibus assid.* omnes. *initio concionibus* cj. J. *contionibus* (omisso v. *initio*) prob. M Guyet. *injectionibus* vel *invectionibus* cj. Furlan. *invideat et Ptolemeo* (*Ptholemeo* H) *qui inm* HLW. *invident et plemeo* (cum signo mendi et unius verbi spatio) *simutiam qui* P. *simul inm* (omissis ante quinque verbis) Mp. *invideat et Ptolemeo simul qui* Gen. A. *invidiam et Ptolemæo, qui* M e conject.

assiduis invidiam simul et Ptolemæo, qui jam profectus ex urbe erat, et Publio Lentulo consuli, paranti jam iter, concitare, secundo quidem populi rumore, cœpit. » Ennius Annali lib. VII :

Legio reditus rumore ruinas
Mox auferre domos, populi rumore secundo.

S

Sublatum, susceptum. Virgilius lib. VIIII [v. 202 :

Argolicum terrorem inter] Trojæque labores
Sublatum erudiit.

|| *Sublatum* dicimus remotum. Virgilius lib. XII [v. 25] :

Sine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis.

M. Tullius in Philippicarum I [c. 2] : « Non modo regno, [quod pertuleramus,] sed etiam regni timore sublato.» Lucilius lib. XXX :

Sublatus pudor omni', licentia fœnu' refertur.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 9] : « Sustulit quos obstare intelligebat. » || *Sublatum*, erectum. Virgilius lib. V [v. 642] :

Sublataque procul dextra connixa coruscat.

Terentius Hecyra [III, 5, 56] :

Quia paulum vobis accessit pecuniæ,
Sublati animi sunt.

Lucilius lib. XXX :

Ilic ut muscipulæ tentæ, atque ut scorpiu' cauda
Sublata.

M. Tullius in Hortensio : « Eloquentiam tueri, quam tu in cœlum, Hortensi, credo, ut ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses. »

Sufficit significat consuetudine sat est. Virgilius in Æneidos lib. XII [v. 738] :

Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit.

invidiam jam innuit Gothof. — 10 *parenti jnm* Mp PAJ. *cogitngitare* P. *cogitnre* HLWAJ. *concitnre* M, non improb. Merula. — 11 *cepit* Mp. — 12 *legio redditu rumore* HLW. *redditur* P. *reditu* Edd. *reddit virumore ruinns ferre* Bern. *reditus* cj. J, Merul. Column. *redit rumore* Vahlen. Duo Ennii exempla in unum coaluisse suspicantur M Vahlen : non liquet. Post *Mox*, dividit M. — 17 *oblntum erudit* P. — 21 *in Philip. lib.* 1 vulgo. *philippicnrum* A. — 23 *pudor omis* P. *licentia, fenus ref.* Gerl. *licentia fenus* M. *lic. fœnus* AJ. — 24 *obtare* Codd. *optare* P. *obstare* Edd. *obstare arbitrabatur* Edd. Cic. — 26 *conexa* Codd., ut etiam in v. *Jacere*, p. 327. *connixn* Edd., ut Virg. — 28 *paultum* Codd., M. *paututum* Edd. ante M, ut pleræq. Edd. Ter. *pautum* recte Bentl. — 29 *animi sum* P. — 30 *Lucilius*, etc. Jam sup. p. 181 et 263. — 31 *musciputæ tentæ* P. *tantæ* HLWA. *muscipuln tentn* JM. — 33 *eloquentin* Codd., A. *eloquentinm* JM. *in celo ortensi* P. *in cæto, Hortensi* M. *in caelum* HLWAJ. — 34 *ut ipsæ* P. *ascenderis* vulgo. *ascenderes* M. *sustulissel* HP. *sustulisse* LW. *sustulisses* AJM.

|| *Sufficit*, subministrat. Virgilius in Æneidos lib. II [v. 617] :

Ipse pater Danais animos viresque secundas
Sufficit.

|| *Sufficit*, durat. Virgilius lib. V [v. 21] :

Nec nos obniti contra nec tendere tantum
Sufficimus.

Et lib. VIIII [v. 810] :

Nec sufficit umbo
Ictibus.

|| *Sufficere*, ab inficiendo. M. Tullius in Hortensio : « Ut ii qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. »

Suspensum, placidum, silens. Terentius in Phormione [V, 6, 27] :

Hoc ubi ego audivi, ad fores
Suspenso gradu placide ire perrexi.

|| *Suspensum* dicitur alte ligatum. M. Tullius in Verrem [Frumentaria, c. 23 : « Hominem corripi ac suspendi jussit in oleastro quodam. » Idem pro C. Rabirio, c. 4] : « Caput obnubito, arbori infelici suspendito. » Virgilius lib. V [v. 489] :

Quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.

|| *Suspensum*, sollicitum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 114] :

Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus.

M. Tullius in Philippicarum I [c. 1] : « Aberrat a sententia, suspensus curis majoribus. »

Species dicitur effigies, facies. Livius Ægistho :

Jamne oculos specie lætavisti optabili?

|| *Species*, factum, spectaculum. Virgilius in Æneidos lib. II [v. 407] :

Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus.

3 *idque dudum terga* HLW. *itaque dudum t.* P. *lib.* XII : *dum terga* ed. 1476. *idque dudum dum* AJ. *idque diu, dum* M, ut Virg. — 4 *sufficiat* HPAJ. *sufficit* LW. *suffecit* ed. 1476, M (in Emend.), ut Virg. — 5 *Sufficit, subministrat ..... secundas sufficit* omitt. P. — 14 *ab injiciendo* AJ. *inficiendo* J marg. *ut hi* vulgo. *ut ii* AJ. *uti qui* cj. J, et legit Gebh., ut Codd. in v. *Imbuere*, p. 521. — 15 *qui convivi* Codd. pleriq. *concubili* Bern. *convivii* Edd. ante M. *combibi* Gen. M. *purpuram tuo suff.* HP, Edd. ante M. *purp. vo* Gerl. *vos* Bern. *volunt, sufficiunt* cj. J ex p. 521, habet M. *prius sanae medic.* HLW. *prius sane med.* P. *sane me medic.* A. *prius lanam* cj. J ex p. 521, habet M. — 17 *Suspensu* P. — 20 *Tullius*, etc. Prius exemplum deest, et sequentis orationis titulus. Errorem nominis suspicantur Bentin. M, non lacunam esse censent. — 22 *arbor infel.* P. *suspenditur* Codd., vett. edd. *suspendito* JM, ut Cic. — 25 *solicitum* PAJ. — 26 *erypilum* Codd. — 28 *in filippicis lib.* vulgo. *lib.* VII M. *Philip.* VII J. *aberrat* Codd. *aberrat* JM, ut potiores Edd. Cic. — 29 *acuris* H. *a curis* vulgo. *a* omitt. Edd. Cic. — 30 *Livius*, etc. Jam in v. *Lætare*, p. 132. *egisthi* Codd. *Ægistho* A, ut p. 132. *Ægisth. Jamne* M. — 31 Huc in ms. P irrepsit libri secundi quaternio. Quo neglecto, verba sic procedunt : *iam* | *ne oculos specie.* Repetitus Livii versus (p. 132 et 386 M) librarium in fraudem egit. *læta viri* HLW, Edd. ante M. *viri* superscr. in P. *lætavisti* Passer. M, ut p. 132. *obtabilis*

P. 386-387 M.

|| *Species*, imago. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 3] : « Quum sit is qui id [solum] bonum judicet quod honestum ; quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis. » || *Species*, pulchritudo. Varro Eumenidibus :

> Quæ casta vestis, ætas quæ adolescentium !
> Quæ teneris species !

Segne dicitur tardum. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 42] :

> En age segnes
> Rumpe moras.

|| *Segne*, dissimile. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 149] :

> Haud illo segnior ibat
> Æneas.

Saltus consuetudine a saliendo dicitur. Virgilius lib. VIIII [v. 815] :

> Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
> In fluvium dedit.

|| *Saltus*, campi spatium. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 143] :

> Saltibus in vacuis pascant et plena secundum
> Flumina.

Subjicere est subtus jacere, supponere. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 303] :

> Et ramea costis
> Subjiciunt fragmenta.

Et lib. XI [v. 812] :

> Caudamque remulcens
> Subjecit pavitantem utero.

M. Tullius in Philippica II [c. 21] : « Cervicesque suas ei subjecit securi qua multi minoribus in peccatis occiderunt. » || *Subjicere*, sursum jacere ; [subjici] excrescere. Virgilius in Bucolicis [10, 74] :

> Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.

Et in Georgicon lib. IIII [v. 385] :

> Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit.

Et lib. XII [v. 287] :

> Aut corpora saltu
> Subjiciunt in equos.

Mp. — 35 *tum sit is* Codd. *tum scitis* AJ. *quum sit is* M, ut Cic. — 36 *quia his bonum* Codd., A. *is bonum* J. *qui id bonum* M. *honestum sit* Edd. Cic. — 39 Jam citatur in v. *Castum*, p. 267. *quæ casta ætas, quæ vestis* AJ, sed inverti vult J. *vestis, quæ æstas* cj. Guyet. *adulescent*. Codd. — 40 *teneris* vulgo. *tenebris* Bern. *tenera* cj. Ribb. — 42 *segnes* omnes. — 43 *mores* W.

4 *lib.* VIII vulgo. VIIII M. — 9 *pascunt* vulgo. *pascant* M, ut p. 389, v. *Secundum*, et Virg. — 11 *Subicere* (abique) Codd. *subjicere* Edd. *subponere* H. — 17 *subiecit* omnes. — 18 *in Philip. lib.* II omnes. *cervicis* Codd. M. *cervices* AJ. — 20 *susum* Codd., etiam Mp, M. *sursum* Edd. aliæ ; et sic loquuntur grammatici. — 22 *et in georgicon* Codd. *Idem in Georg. lib.* M. *Idem Georg.*

SERVARE, liberare. Virgilius Æneidos lib. III [v. 209]:

Servatum ex undis Strophadum me littora primum
Accipiunt.

|| *Servare* dicitur custodire, tueri. Virgilius in Æneidos lib. II [v. 702]:

Servate domum, servate nepotem!

Et lib. VII [v. 52]:

Sola domum et tantas servabat filia sedes.

|| *Servare*, sollicite et suspiciose observare. Lucilius lib. XXX:

Quid servas quo eam, quid agam? Quid id attinet ad te?

Plautus in Asinaria [III, 1, 60]:

Tuus servus servet, Venerine eas det an viro.

Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 335]:

Quod superest, cœli menses et sidera serva.

Quod est Menandri:

Τηρῶ τὸν Δία
Τὸν αἰγίοχον.

|| *Servare*, inhabitare, possidere. Virgilius in Georgicorum lib. IIII [v. 383]:

Centum quæ silvas, centum quæ flumina servant.

Et [v. 458]:

Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas [alta non vidit in herba].

|| *Servare*, tenere. Virgilius lib. VII [v. 179]:

Curvam servans sub imagine falcem.

SUPREMUM significat extremum. Virgilius lib. XI [v. 61]:

Qui supremum comitentur honorem.

|| *Supremum*, susum altum. Virgilius in Georgicorum lib. IIII [v. 460]:

Clamore supremos
Implerunt montes.

Terentius in Adelphis [I, 1, 42]:

Pro supreme Juppiter!

J. — 23 *ter famma* P. — 25 *saltus* P. — 28 *melitora* H. *litora* PM. *littora* LWAJ. — 36 *quo eam* (ut *qui amant* ap. Virg.). *adtinet* H. *quid attinet* Gen. Bern. — 38 *veneri ne* H. *an vero* Codd. *in vero* P. *an viro* JM, ut Plaut. — 40 *Hoc metuens*, c. Virgilium exhibere notat M, et sic A. *menses* omnes. — 42 τηρω τον διατοντατιοχω H. τον δια τον τα ποχω P. τον αιατοντατιοχω ms. Tornes. τὸν Δία υοντατιοχω Gerl. ex LW. τὸν ἥλιον τάποχω M ex V. τὸν δία τὸν αἰγίοχον Turn. ex vet. libro, sed litteris male exaratis. τὸν ἥλιον τά τ' ἄστρα AJ, diffidente Turn. τηρῶ τὸν Δία ὕοντα πολλῷ cj. Porson. ap. Meinek. Δία ὕοντα cj. Roth. Δί' ὕοντ' αἰγίοχον cj. Gerl. — 44 *in* vulgo. *in* omitt. PAJ. — 46 *que ... que* P. — 48 *inmanem* H.

4 *Suppremum sign.* HP. *extremum lib.* XI P. — 6 *suppremum* H. *susum* Codd., M. *sursum* Edd. ante M. — 9 *montis* Codd., M. *monteis* A. *montes* J. — 11 *pro* vulgo. *proh* ed. 1476, J. — 12 *in Amph.* P, ed. 1476. *in*

Plautus in Amphitryone [V, 1, 75] :

Ut Jovis supremi multis hostiis pacem expetam.

Sævum, iratum. Virgilius Æneidos lib. I [v. 458] :

Et sævum ambobus Achillem.

|| *Sævum* dicitur immite. Virgilius Æneidos lib. I [v. 4] :

Sævæ memorem Junonis ob iram.

Lucilius lib. XXX :

Et sævo ac duru in bello multo optimus hostis.

Idem lib. XXVI :

Quodque te in tranquillum ex sævis transfers tempestatibus.

|| *Sævum*, forte. Virgilius Æneidos lib. I [v. 99] :

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.

|| *Sævum*, potens. Virgilius Æneidos lib. I [v. 138] :

Non illi imperium pelagi sævumque tridentem,
Sed mihi sorte datum.

|| *Sævum*, durum. Virgilius lib. V [v. 270] :

Quum sævo e scopulo multa vix arte revulsus.

Lucilius lib. XXX :

Idque tuis sævis factis, et tristibu' dictis.

Superare est vincere. Terentius in Eunucho [II, 1, 25] :

Superat ipsam Thaidem.

Virgilius in Bucolicis [5, 9] :

Quid si idem certet Phœbum superare canendo?

|| *Superare*, abundare. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 189] :

Si superant fetus, pariter frumenta sequentur.

|| *Superare*, vivere, superesse. Virgilius in Æneidos lib. III [v. 339] :

Quid puer Ascanius? Superatne, et vescitur aura
[Ætheria]?

Et Æneidos lib. II [v. 642] :

Satis una superque
Vidimus excidia, et captæ superavimus urbi.

|| *Superare*, superesse. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 63] :

Præterea, superat gregibus dum læta juventas.

omitt. alii. — 13 *hostis* Codd. *hosteis* AJ. *hostiis* J marg. M. *petam* Codd., M. *expetam* AJ, ut Edd. Plaut., et Noster in v. *Pacem*, p. 460. — 15 *Achillen* HLW. — 16 *inmite* H. — 18 *Lucilius*, etc. Jam in v. *Durum*, p. 285. — 21 *quodque te in te tr. ex* HLW. *te inte in tr. et* P. *quod quæ te* AJ. *quodque te vitæ in tranq.* J marg., prob. Gerl. *q. q. te in tranq. ex* AJM, prob. Vahlen. *transfer* vulgo. *transfers* M. *transfert* Vahl. — 23 *eacidæ* Codd. *Hæctor* Gerl. — 26 *forte* P. — 30 *id tuis f. sævus* P. *factis sævis* vulgo. *sævis factis* Dousa, rectius, ut p. 409, v. *Triste*. — 34 *idem certe* HP. *fœbum* Codd. — 36 *foetus* Codd. *fetus* PJM. — 37 *in* Codd. *in* omitt. JM. — 40 *et Æn.* Codd. *Æn.* omitt. M. *Idem lib.* A. *Idem* II J.

2 *Præterea superat* omnes. *Interea* Edd.

|| *Superare*, ascendere. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 270]:

Superant montes, et flumina tranant.

Et [v. 317]:

Gravido superant vix ubere limen.

|| *Superare*, occidere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 350]:

Clam ferro incautum superat.

STRATUM significat jacens. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 432]:

Sternunt se somno diversæ in littore phocæ.

|| *Stratum*, dejectum. Virgilius lib. X [v. 730]:

Sternitur infelix Acron.

Et in Bucolicis [7, 54]:

Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.

|| *Stratum*, placatum, lenitum. Virgilius in Bucolicis [9, 57]:

Et nunc omne tibi stratum silet æquor.

|| *Stratum*, tectum. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 297]:

Et multa duram stipula filicumque maniplis
Sternere subter [humum].

Et Æneidos lib. VIIII [v. 666]:

Sternitur omne solum telis.

|| *Stratum*, compositum, exstructum. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 422]:

Miratur portas strepitumque et strata viarum.

SECUNDUM est numero aut ordine secundum. || *Secundum*, juxta. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 143]:

Saltibus in vacuis pascant et plena secundum
Flumina.

|| *Secundum*, prosperum. Virgilius lib. X [v. 502]:

Et servare modum, rebus sublata secundis.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 26]: « Sic homines, secundis rebus effrenatos sibique præ[fidentes]. » Terentius Heautontimorumeno [II, 2, 1]:

Si mihi secundæ res de amore meo essent.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II: « Scriptum erat equestre

Virg. *cum læta juventus* omnes. *dum læta* Noster in v. *Juventus*, p. 433, ut Virg. *læta juventas* Virgilii optt. mss. et edd. — 4 *montis* Codd., M. *montes* Edd. ante M. — 6 *tumen* P. — 10 *focæ* Codd. — 13 *et in bucolis* P. — 16 *et nunc* Bern., ut Virg. *nunc* omitt. alii. *et nunc* omitt. J. — 18 *et multarum stip.* Codd. *et multorum* A. *multorum* (omisso *et*) J. *et multa durum* M, ut Virg. — 20 *lib.* VIII vulgo. VIIII M. — 22 *in Æn.* Codd. *in* omitt. JM. — 25 *Secundum, juxta.* Iterum p. 531. — 27 *pascunt* vulgo. *pascant* M, ut Virg. — 32 *sibique supra. Terentius* Codd. *sibique præ. Ter.* M, e conj. *sibique supra* vel *præ* omitt. AJ. *Terent. heaut .... menon* P. — 36 *prælium* AM Gerl. *proelium* PJ. — 37 *lib.* VI P. — 38 *mersus* omnes. *missus* Virg., quod notat M, et Nonium scripsisse credo. — 39 *Submissum* (itemque inf.) HP Bern. *Summissum* vulgo.

prœlium valde secundum, in his autem potius adversum. » || *Secundum*, lene vel placidum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 447] :

Missusque secundo defluit amni.

Submissum significat humile. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 34] : « Neque submissum et abjectum, neque se efferentem. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 93] :

Submissi petimus terram, et vox fertur [ad aures].

|| *Submittere*, subdere, supponere. Lucilius lib. XXVIIII :

Submittas alios, si quos possis, censeam.

|| *Submittere*, admittere. Virgilius in Bucolicis [1, 46] :

Pascite, ut ante, boves, pueri; submittite tauros.

Idem in Georgicorum lib. III [v. 73] :

Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis.

Severum, triste. Varro Eumenidibus : « Tertia Pœnarum Infamia, stans nexa in vulgi pectore, fluctuanti intonsa coma, sordida vestitu, ore severo. » || *Severum* significat grave, censorium. Virgilius lib. VIII [v. 638] :

Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.

|| *Severum*, asperum, trucem. M. Tullius in Hortensio : « Aliud ex silvis severum et triste. » Virgilius lib. VII [v. 713] :

Qui Tetricæ horrentis rupes montemque severum.

|| *Severum*, sævum, implacidum, vitabile. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 37] :

Invidia infelix Furias amnemque severum
Cocyti metuet.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 31] : « Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. »

Solvere significat usu enodare. Virgilius lib. VII [v. 403] :

Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.

|| *Solvere*, debitum reddere. Sallustius in Catilinæ bello [c. 33] : « Argentum ære solutum est. » M. Tullius in Verrem Divinatione

— 40 *ætate et neque se* Codd. *etalet neque* Bern. *et abjectum, neque* JM, ut Cic. *ecferentem* Codd., M. *efferent.* AJ.

2 *ad aureis* adduut AJ. — 3 *subponere* H. *lib.* XXVIII omnes. — 4 *censeas* omnes. *censeo* cj. Dousa. — 5 *Subm. demittere* H, Edd. *dimittere* Gerl. *demittere* omitt. P. Sed *admittere* solenne verbum : Col. 6, 37; Plin. 8, 43. — 6 *bovis* Codd., M. *boves* Edd. ante M. *pueri et* Codd., M. *et* omitt. Edd. ante M, ut Virg. *summittite* H. — 8 *statuis* omnes. *statues* Virg. — 9 *heumenidibus* P. — 10 *fluctuatim* vet. ms. teste Dübn., vett. edd. *sordido* AJ. Versus tentant nonnulli, iambicos dimet. Scal. (Catal. p. 282) Popma; anapæsticos dim. Herm. Rœp. Riese. Sed prosam orationem cum Œhlero retineo : duos enim iambicos, et duos anap. ad unum metrum redigere nequeas. — 12 *lib.* VII vulgo. *lib.* VIII M. — 14 *Tullius*, etc. Quod et in v. *Triste*, p. 409. — 16 *tetr. orantis* HLW. *orentis* P Gerl. *horrentis* M, ut Virg. *horrenteis* AJ. *rupes* Codd. et Edd. *rumpes* P. *rupis* sup. in v. *Tetrica*, p. 181. — 17 *inplacidum* H. — 22 *severus inquit* (*inquid* P) *in filium* HPA. *inquit filium* LW. *in quo filium* Bern. Gen. *severus in filium* JM, ut Cic. — 24 *crinalis* Codd., M. *cri-*

[c. 10] : « Pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. » || *Solvere*, admittere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 64] :

Solve mares, mitte in venerem pecuaria primus.

|| *Solvi*, a curis liberum esse. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 386] :

Risuque soluto.

Idem Æneidos lib. I [v. 562] :

Solvite corde metum, Teucri.

|| *Solvere*, contemnere, despicere. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 55] :

Solvitque pudorem.

|| *Solvere*, excipere. Virgilius lib. X [v. 111] :

Nec Rutulos solvo.

Superbum, arrogans, truculentum, asperum. Virgilius Æneidos lib. III [v. 326] :

Stirpis Achilleæ fastus juvenemque superbum.

Idem lib. X [v. 514] :

Te, Turne, superbum
Cæde nova quærens.

|| *Superbum*, vitabile. Virgilius lib. VIII [v. 196] :

Foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.

|| *Superbum*, elatum, altum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 117] :

Et gressus glomerare superbos.

Idem lib. VII [v. 630] :

Atina potens, Tiburque superbum.

|| *Superbum*, ornatum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 504] :

Barbarico postes auro spoliisque superbi
Procubuere.

|| *Superbum*, opulentum. Virgilius lib. VIIII [v. 324] :

Simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis
Exstructus.

|| *Superbo*, iniquo. Virgilius lib. VIII [v. 118] :

Quos illi bello profugos egere superbo.

Stare, consistere, omnium consensu dicitur. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 84] :

Stare loco nescit.

nales Edd. aliæ. — 28 *Solvere, dimittere* omnes. *admittere* dedi, ut paulo superius in v. *Submittere.* — 30 *Solvere, a curis* omnes. — 34 *contemnere* HP. *contempnere* LW. — 38 *nec populos* vulgo. *Rutulos* M.

1 *adrogans* P. — 13 *uina potens* Codd. *Atina* Edd., ut Virg. *tibusque* P. — 21 *lib.* VIIII PA. — 26 *amfitreone* P. — 27 *ita statim ad signa omnia* Codd. *statim stant ad signa omnes* AJ. *stant signa omnia* ed.

P. 391-392 M.

Plautus Amphitryone [I, 1, 120]:

Ita statim stant signa.

|| *Stare* iterum horrere significat. Titinius Veliterna :

Atque illud antepartum comedet; fundi stabunt sentibus.

Cæcilius Syracusiis :

Hic amel,
Familiæ fame perbitant, ager autem stet sentibus.

Lucilius lib. V :

Interea stat sentibu' pectus.

|| *Stare*, erigi, prominere. Lucilius lib. XXVIII :

Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
Pectore marmoreo.

|| *Stare,* fidem habere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 25] : « Facere promissa, stare conventis, reddere deposita. » || *Stare*, valere et constare, et fixum esse. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν : « Atque si addam quanto misericordia mea heredibus stet, quod miseros sublevaverim. » Virgilius lib. X [v. 467] :

Stat sua cuique dies.

Et lib. II [v. 750] :

Stat casus renovare omnes.

|| *Stat* etiam plenum est. Virgilius in Bucolicis [7, 53] :

Stant et juniperi, et castaneæ hirsutæ.

Virgilius Æneidos lib. XII [v. 407] :

Jam pulvere cœlum
Stare vident.

Sisenna lib. VIII : « Cœlum caligine stat. » || [*Stare,* existere, esse.] Varro Eumenidibus :

1476, M, ut Noster in v. *Statim*, p. 393. *omnia* omitt. Plaut., et Donat. ad Ter. Phor. v, 3, 7; nec vocem metrum recipit. — 29 *ante partum* vulgo. *ante partu* P. — 30 *Syracusi* Codd., vett. edd. *Syracusis* cj. Turn., babet M. *Syracusiis* J, et cj. Spengel. — 32 *fame pereant* omnes. *fame* deleri vult Speng. *depereant* ej. Beier. *familia ei f. perbitat* ej. Bothe 2. *familiæ f. perbitant* cj. Ribb.; quod ipse scripseram. — 33 *Lucilius lib.* v .... *Virg. in Buc.* Hæc inferius vulgo leguntur. Equidem *stare sentibus* similibus adjunxi. Locum autem Virgilii : *Jam pulvere cœlum Stare*, ad notionem *plenum est* transtuli. — 34 *stare sentibus pectus* etiam tractabat Gell. in deperdito libro, 8, 5; et Lucilii exemplum ad sensum *horrere* refert Donat. in Andr. IV, 2, 16. *stat sentib. fundus* Donat. — 35 *lib.* XIX A. — 36 *papillas* PMp. *papyllas* LW. — 37 *marmureo* Mp. — 39 *astare conv.* Codd. *adstare* P. *stare* Edd. — 40 *flaxtabulis* Codd. *Flextabulis* JM. *Flexabulis* A. επαρχων P. — 41 *quanta miseric.* omues. *quanti* ej. Gul. Passer. — 45 *omues* vulgo. *omnis* ed. 1476. *omneis* A.

1 *plenum est.* Sub hac notione Virgilii priorem locum, qui vulgo sup. inseritur, ponunt etiam Serv. Donat. — 4 Et sic interpretatur Serv. — 5 *videt* vulgo. *vident* M, ut Virg. — 6 *Sisenna*, etc. Quod vulgo in fine legitur. *lib.* VIIII PA. *lib.* VII ed. 1476. [*Stare, existere, esse.*] Hunc sensum, satis frequentem, qui excidisse hic videtur, Varronis exemplo jure tribuit Lexic. Forcel. — 7 Varronis locus sub notione *plenum est* legitur. — 8 *denique qui sanus est avarus* P. *quis sanus est nc.* HLW. *den. avarus quis sanus?* AJ. *Quis sanust?* M. *qui sanust* non improbem, sed deleto verbo rapidior sententia. *denique quis sit avarus Sanus?* Lachm.

Denique avarus
Qui sanus? cui si stet terræ traditus orbis,
Furando tamen, ac morbo stimulatus eodem,
Ex sese ipse aliquid quærat cogatque peculi.

SPISSUM densum dicimus. Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 234] :

Sin in sua posse negabunt
Ire loca, et scrobibus superabit terra repletis,
Spissus ager.

|| *Spissum* significat tardum. Cicero de Oratore lib. II [c. 53] : « Et principia tarda sunt, et exitus tamen spissi et producti esse debent. » Cæcilius Dardano :

Nihil ego Spei credo : omnes res spissas facit.

Titinius Gemina :

Longus sermo habetur; revortetur spissa.

Afranius Incendio :

Itaque [quam] spissum videtur fieri! Non possum domi
Meum virum exspectare, quem mihi studeo jamdudum dari!

Idem Matertera :

Quod defessa exspectando domi
Sedi, quod spisso venire visus est mani mibi.

Plautus Pœnulo [III, 5, 46] :

Eheu! quam ego habui hariolos haruspices!
Qui, [si] quid bene promittunt, perspisso evenit;
Id quod mali promittunt, præsentarium est.

Nævius Gymnastico :

At enim tu nimis spisse atque tarde incedis.

Turpilius Canephoro :

Ita est : verum baud facile est venire illo ubi sita est Sapientia :
Spissum est iter; adipisei baud possem, nisi cum magna miseria.

Rœp. Vahl. Ribb. — 9 *terra id traditus* Codd. *terra et tr.* AJM. *stet terrai tr.* Lachm. Vahl. Riese. — 10 *Furando*, etc. Quod sup. in v. *Cogere*, p. 264. *ac morbo* omnes. Forte *a.* — 15 *superavit* Codd., A. *superabit* JM, ut Virg. — 17 *tarde* omnes. *tardum* cj. Guyet. Quam notionem vulgo præcedit Ciceronis exemplum. — 19 *tardnno nihil* P. — 20 *nil ego* Both. Speng. *nil ei ego spei* cj. Ribb. *omnis* vulgo. *omneis* AJ. — 23 *incendo* P. *incenidio* W. — 24 *fieri videtur* Bothe. *itaque nimis spissum vid.* cj. Ribb. *possunt* LP Genev., AJ. *possum* WM. — 27 *quod* omitt. Ribb. *spectando* HP Gen. — 28 *sedi quoad* Bothe. *visum est* omnes. *est, Mani* cj. Turn. *visus est mani* Both. Neuk., quod ipse jamdiu scripseram. *visust Manius mihi* cj. Ribb. — 30 *quam ego* vulgo, etiam J marg., ut Plaut. *quos ego* J, prob. Guyet. *quamde ego* Bothe. *ariolos* omnes. *aruspices* Codd., A. *haruspices* JM. — 31 *quia quid* Codd. *quia qui* ed. 1476. *quicquid* M. *qui si quid* AJ et Turn., ut Edd. Plaut. *bene prom.* vulgo. *boni* AJ, ut paucæ edd. Plaut., prob. Guyet. *perspisso* Codd., M. *pro spisso* Edd. ante M, Turn. et Bothe, ut Edd. Plaut. — 32 *præsentariem. nevius* P. *præsentari est* HLW. *præsentarium est* AJ marg. M, ut Plaut. — 36 *aut facile* Codd., A. *haud* cj. Bentin., habent JM. *illi ubi spissa est* omnes. *illo ubi ipsa* cj. Lips. *illi ubi si ita est* Gen. Bern. *ubi sita est* cj. Roth, prob. Ribb.; quod jamdudum conjeceram, ignoratis Helvetiorum codicibus. — 37 *spissum itiner est* cj. Bothe 2. *adipisci aut posse* omnes. *haut* vel *haud possis* cj. Lips. Bothe. *haud possem* Ribb.

P. 392-393 M.

Varro Mysteriis : « Nascimur enim spissius quam emorimur. Vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum; contra una pestilentia, [aut] hostica acies, puncto temporis immanes acervos facit. » Et Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας : « Et ne erraremus, ἐκτροπὰς esse multas; omnino tutum esse, sed spissum iter. » Pacuvius Hermiona :

> Habet hoc senectus in se : quum pigra ipsa sit,
> Ut omnia spisse videantur confieri.

Statim mox dicitur. Cicero in Verrinis [de Prætura urbana, c. 10] : « Statim Messanam litteras dedit. » [Et de Prætura Siciliensi, c. 7 : « Statim Messana litteras Halesiam mittit ... Dedit operam] ut Halesinus ad se Dio continuo veniret. » || *Statim*, producta prima syllaba, a stando, perseveranter et æqualiter significat. Terentius [Phorm. V, 3, 6] :

> Bina [argenti] talenta
> Capiebat statim.

Plautus Amphitryone [I, 1, 84] :

> Nec recedit loco quin statim rem gerat.

Idem in eadem [I, 1, 120] :

> Ita statim stant signa.

Ennius Ajace :

> Qui rem cum Achivis gesserunt statim.

Afranius Augure :

> Quanquam non istis exercetur in locis,
> Hic noster delaborat cum puero statim.

Superstites dicimus qui supersint mortuis. Plautus Asinaria [I, 1, 1] :

> Sicut tuum vis unicum natum tuæ
> Superesse vitæ sospitem et superstitem.

meseria mysteriis P. — 40 *austica* Codd. *hostica* AJM. [*aut*] *hostica* Laurenb. Œhl. Riese. *una hostica* cj. Guyet. *puncta* Codd. *puncto* AJM. *immanis* Codd., M. *immaneis* AJ. — 41 *et peril plus lib.* P. *Perilplus* Gerl. *Periplus* M. περιπλοῦ Turn. J. περιπλῳ ms. Jun. *Periplu* Guyet. *ne erramus* P.

1 *estrophas* H. *exstrophas* WM. *extrophas* P. *extropas* LJ. *ectrophas* A. *ectropas* cj. Vict. Turn. ἐκτροπάς Guyet. *omnino totum esse* Codd., A. *tutum* JM, et cj. Turn. — 3 *cum pigra est ipsa* omnes. *pigra ipsa sit* cj. Bothe 2, recep. Ribb.; quod jamdiu scripseram, lingua latina requirente. — 4 *ut spisse omnia* Codd. et Edd. *spisse vid. omnia ut* cj. Bothe. *spisse ut vid. omnia ei* Bothe 2. — 8 *Alesinus* Codd., M. — 11 *argenti* exhibet Noster in v. *Capere*, p. 254. — 12 *capiebam statim* vulgo. *capiebat st.* M, et Both. ed. Ter. *statim cap.* Noster, p. 254, ut fere Edd. Ter. — 16 *signa omnia* Codd. et Edd. *omnia* omitt. Plaut., et deleri vult Guyet. (Jam sup. in *Stare*, p. 391, vox *omnia* abundat.) — 18 *quis est cum* AJ. *qui res cum* mss. ap. Delr., et cj. Lips. *qui rem* Codd. pleriq., M. — 21 *cum puer* omnes. *in locis Hic noster ... cum puero* cj. Ritschl, prob. Ribb. *puero* malui, quum « puerorum fœdos amores » induceret Afran., auctore Quintil. X, 1. *statim* priorem hic corripit, exeunte senario. — 22 *qui sup. mortuis. Superstites vet. pon. incolumes. Plautus*, etc. omnes, priore notione exemplis carente. — 24 *sicuti tum vis* Codd. *sicuti tuum* AJM. *sicut tuum* Edd. Plaut. *una cum natum* P. *gnatum* AJM. — 30 *sit superestes* P. — 31

Virgilius lib. X [v. 47] :

Liceat superesse nepotem.

|| *Superstites* veteres ponebant incolumes. Terentius Andria [III, 2, 7] :

Deos quæso ut sit superstes.

Attius Alcmæone :

Sunt, quos deseruit liberos, superstites.

Spurcum, sævum vel sanguinarium. Afranius Divortio :

Mulier, novercæ nomen huc adde impium...
Spurca gingi vestigia, haud dici potest.

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Æserninu' fuit Flaccorum munere quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque :
Cum Pacideiano componitur, optimu' multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Afranius Fratriis :

Commemorabo, ostendam illius facta et spurcitiam improbi.

Idem Divortio :

O dignum facinus! Adolescentes optumas,
Bene convenientes, [et] concordes cum viris,
Repente viduas factas spurcitia patris!

Varro lib. XX Rerum humanarum : « Ne quis lictorem spurcum hominem liberum prehendere jussisse velit. » || *Spurcum*, vehemens, asperum. M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II : « Quum iter facerem ad Hirtium Claternam tempestate spurcissima. » ||

alcemeone P. — 32 *Suos d. l. s. sunt* omnes. *Duos* cj. Passer. *quos ... Superstites sunt?* Ribb. *sunt* deleri volunt Voss. Passer. Bothe, ut sit scoarius. — 34 Locus corruptus, et qui mihi truncus videtur. — 35 *spurca gingi vestigia* HPM. *gingivestigia* Gerl. *gremi vestigia* ed. 1476. *gremio* ed. 1500, AJ. *spurcæ gingivæ* J marg. (*Spurca* vel *spurcæ gingivæ* probarem, si exemplum loco moveretur.) *spurca gigni vestigia* Bothe, qui novam personam inducit. *spurca ingeni* (ab *ingeno*) *e vestigio* Bothe 2. *spurca ingeat vestig.* velim, si revera figurate dicatur. *spurca gingivast* Ribb. *aut dici* Codd. *haud dici* AJM, Bothe. *gannit hau dici* cj. Ribb. — 36 *Lucilius*, etc. Jam sup. in v. *Componere*, p. 257. — 37 *aserninus* Codd. *Eserniaus* J. *Æserninus* Turn. M Guyet. *flaccorum* (*flacchorum* P) *unæ quidam* Codd. *flaccornia* W. *asern. flacco fuit quidem samnis* Mp. *una equidem* Gen. Bern. *flacco* (*Flacco* J) *ore una equidem* AJ. *ore Amunius quidam* cj. J. *Flaccorum munere quidam* cj. Parrhas. Turn. Lips., habet M. — 39 *cum pace deiano* H. *Pacedeiano* PLW. *Pacidiano* AJ. *Pacideiano* M. *conponitur* H. — 40 *natus* Codd. *natos* AJM, ut p. 257. — 41 *fratris* Codd. *fratribus* A. *Fratriis* JM. — 42 *spurcitia* Codd., M. *spurca* AJ Steph. *spurcitiam* J marg. Guyet. Both. Neukirch; quod ipse videram.

2 *o indignum* cj. Delrius. *indignum o* cj. Taubm. ad Plaut. *adulescentis* Codd. *adolescentis* Edd. *optumas* Codd., M. *optuimas* P. — 3 *concordes*[*que*] cj. J Taubm. Muret. Neuk. [*et*] *concord.* Passer. Bothe; quod ipse inveneram. [*bene*] *conc.* Ribb. *cum vires* Codd. *eum vires* AJ. *cum viris* cj. Cujac., prob. Passer., habet M. — 4 *facias* vulgo, etiam J marg. *facint* AJ Muret. Cujac. Neuk. *factas* cj. Guyet. Gerl.; in quod ipse incideram. *spurcities* cj. Taubm. Both. Neuk. *spurcitia et probris* Muret. Cujac. — 5 *nec quis* P. *lectorem* vulgo. *lictorem* cj. Muret. Putean. Passer., habet M. — 7 *lib.* II vulgo. I Gerl. — 8 *facerem* omnes. *faceret* (scil. Hirtius) cj. Le Clerc. *at hi qui iam* H. *athi quiiam* P. *athi qui iam* W. *athiquiiam* V. *ad iquiiam* Gerl. *laternam* HP. *aternam* W. *at nam* V. *Athiqui jam aternam* M.

P. 394 M.

Spurcum significat obscenum, et impurum, et lutulentum. Varro Eumenidibus : « Nunc de te, inquit, meliusculam spem habeo, qui rem spurcissimam gustare nolueris. » Plautus Asinaria [IV, 1, 62] :

Tot noctes reddat spurcas quot pure habuerit.

Pomponius Prostibulo :

Quæ peditibus nubere
Poterant, equites sperant spurcæ.

|| *Spurcum* etiam fœtidum. Plautus Menæchmis [I, 2, 57] :

Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inluibili.

Lucretius lib. VI [v. 782] :

Deinde videre licet quam multæ sint homini res
Acriter infesto sensu spurcæque gravesque.

Idem eodem [v. 977] :

At contra, nobis cœnum teterrima quum sit
Spurcities, eadem subu' res jucunda videtur.

Lucilius lib. XI :

Prætor noster adhuc quam spurcu'st ore, quod omnes
Extra castra, ut stercu', foras ejecit ad unum !

Idem lib. XXVIII :

Quæque aspectu sunt spurca et odore.

Siccum dicitur aridum et sine humore. Virgilius lib. V [v. 180] :

Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit.

|| *Siccum*, exercitum. Lucilius lib. XXVI :

Quum studio, in gymnasio, duplici corpus siccassem pila.

Claternam L Gen. Bern. AJ Gerl., improb. Orel. *Attaliam Atarna* cj. J, improb. M. *Appia via matutina* cj. M. *ad Hirtium Claternam* cj. Roth. *Aquileia Claternam* cj. Gerl. — 9 *spurcissima. Varro* omnes. Equidem sequentem titulum præposui. *luculentum* M, verum invitus sane. — 10 *inquid... abeo* Mp. — 11 *noluerim* vulgo, retinet Riese. *notueri* (cum lineola sup. *i*). *Spurcum* Mp; quod mendi causam, non iterato *s*, ostendit. *nolueris* cj. Popm. M, prob. Guyet. — 13 *tot noctes* P. *quot puras* omnes, ut fere edd. Plaut. *pure* Plaut. Bip. et Bothe. — 14 *prostipulo* HP. — 15 *pedibus* vulgo. *peditibus* ms. Casaub. ap. Merc., et cj. Putean. Guyet, prob. Buth. Munk. Ribb. — 17 *fetidum* Codd. *fœtidum* Edd. — 18 *nec ictoc* Codd., M. *nec isto* Edd. ante M. *nam ex istoc* Plaut. *inlutibili* omnes, ut pleræq. Edd. Plaut. *inluibili* scriptum in marg. Junii; in quod ipse incideram. — 20 *quam multæ homini* vulgo. *sint homini* M, ut Lucr. *infestu sensu* Codd. *infesto* M, ut Lucr. *infestant sensum* A. *infestant sensus* J. *spurcæ gravisque* Codd. *spurcæque* M. *spurcæque gravesque* AJ. — 22 *idem lib.* VI : *ad contra* Codd. *idem eodem : at contra* JM. *in eodem* A. — 23 *caenum* Codd. *coenum* JM. — 24 *spurcitiis idem subrutundn* HVPLW. *spurcities, idem subus res jucunda* M. *spurcities* (reliquis omissis) AJ. *eadem suibus hæc munda* ed. Lucr. Forbig. *subus hæc* recte Lachm. — 26 *quem* (cum signo mendi) *spurcus* P. *spurcus ore* Codd. *spurcus* (relicto aliquot litterarum spatio) *ore* P. *spurcus est ore* AJ. *spurcust* M. *spurco est* cj. Dous. Passer. *qui est spurcus* cj. Gerl. *omnis* vulgo. *omneis* A. *omnes* scriptum in marg. Jun. — 29 *aspecto* Mp. — 31 *rupe sedit* Codd. *resedit* Edd. — 33 *cum studio* Codd., J. *quum stadio* M. *cum in stadio* cj. Palm. Guyet. *cum studio* A, Dousa. *in gymn. in duplici* omnes. *in* alterum omitt. Gerl. (Lucil.), Corpet. *studio duplici* jungi vult Gerl., prob. Dübner, quod græce δίαυλος. *pilas* Codd. *pila* AJM. [*et*] *pila* cj. Gerl., prob. Dübn. — 34 *madidum* Codd., M. *non madidum* cj. M. *innuditum* AJ. *inavidum* cj. M. *maturum* J marg. *immadidum* mss. Cujac. et Fabri, et cj. Guyet. — 36 *amantem* omitt. P.

|| *Siccum* dicitur et sobrium, immadidum. Plautus Asinaria [V, 2, 7]:

Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.

Idem Pseudolo [I, 2, 50]:

Vino modo cupidæ estis:
Eo vos vestrosque adeo pantices madefacitis, quum ego sim hic siccus.

Cicero Academicorum lib. II: « Alius adultis; alius [va]lentibus, alius ægris; alius siccis, alius vinulentis. » || *Siccum*, firmum. Varro, Cato vel de Liberis educandis: « Persæ, propter exercitationes pueriles modicas, eam sunt consecuti corporis siccitatem ut neque spuerent, neque emungerentur, sufflatove corpore essent. » M. Tullius de Senectute [c. 10]: « Nullo imbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem. »

Seges est frumenti fructus. Virgilius Æneidos lib. II [v. 304]:

In segetem veluti quum flamma furentibus austris
[Incidit].

|| *Segetem* etiam ipsam terram dicimus. M. Tullius in Hortensio: « Ut enim segetes agricolæ subigunt aratris multo ante quam serant. » Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 129]:

Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.

Et in Æneidos lib. III [v. 142]:

Arebant herbæ, et victum seges ægra negabat.

Plautus Aulularia [I, 1, 6]:

Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?

Id est, in quo stimuli seri possunt. Attius Œnomao:

Ferle ante auroram, radiorum ardentum indicem,
Quum somno in segetem agrestes cornulos cient,
Ut rorulentas terras ferro [put]ridas
Proscindant, glebasque ex arvo molli excitent.

1 *pnuticis* Codd., M. *pantices* AJ. *madefactatis* vulgo. *madefacticis* P. *madefncitis* Edd. Plaut. — 2 *achndemicorum* HP. *nlios adultis* Codd. *alius ad.* Edd. *nlius lentibus* Codd., J marg. M. *sentibus* ed. 1476. *senibus* ed. 1500, AJ, prob. M. — 3 *alius engris* Codd. *ægris* Edd. *vinulcntis* Codd. *vinolentis* Edd. — 4 *Siccum, firmum.* Varronis locum huc rejeci, et Ciceronis exemplo adjunxi, quum persimilia sint. Non autem expositionem probo; hic enim proprio sensu *siccitas* effertur. *per se* H. *perse* P. — 5 *puerilis* Codd., M. *puerileis* A. *pueriles* Mp J. *eo se consueti corpore* Codd. *eam sunt consecuti* (*corpore* A) *corporis* AJM, ut in *Emungerentur*, p. 481. *spuerentur* Codd. pleriq., A. *spuerent* (in fine superscr. *u*) Mp. *spuerent* JM, ut p. 481. — 6 *sufluto* Gerl. *sufflato* Mp, et vulgo. *inflato* cj. Costa. — 7 *M. Tullius*, etc. Jam sup. in v. *Adducere*, p. 246. — 8 *corpore* omnes. *in eo esse corporis* Cic. — 12 *Segetem, terram. M. Tullius ... Segetem etiam ipsam terram dicimus* omnes: hæc in unum coegi. — 13 *segetis* HPLWM. *segetes* P manu pr. AJ. — 15 *oportuna* Codd. — 20 *in qua stim. eripi* omnes. *seri* jamdiu scripseram, quum Passer. et Guyetum idem sensisse vidi. *œnomo* P. — 21 *ferte* PAJM, Scal. *fer te* Gerl. Bothe. *forte* cj. Gifan. Lips. Turn. *fert* cj. Fruter. *ardentem* Gerl. AJ, Fruter. Turneb. *ardentum* PM, Lips. Scal. Gifan. Voss. *auroræ rad. ardentem* cj. J. — 22 *cum e somno* cj. Lips. Fruter. *agrestis* vulgo. *ciet* cj. Fruter. Gifan. *agrestes* Scal. Lips. *e smmo ... ngresteis cornu concitent* cj. J. *e somno* etiam Guyet. *cornuto scient*

Idem Andromeda :

> Quod beneficium haud sterili in segete, rex, te obsesse intelliges.

Lucilius Satyrarum lib. VII :

> Solam auram adversam segetem immutasse satumque.

Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας : « Etenim quibus seges præbeat domum, escam, potionem, quid desideremus? »

Sumere est accipere, tollere. Virgilius lib. V [v. 533] :

> Sume, pater.

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 71] : « Epistolam super caput in pulvino temere positam sumit. » M. Tullius de Signis [c. 27] : « Iste unumquodque vas sumere in manus, laudare, mirari. » Lucilius lib. XXVIII :

> Omnia viscatis manibus leget; omnia sumet;
> [Omnia,] crede mihi, presse auferet; omnia [tollet].

Et Plautus Aulularia [IV, 4, 13] :

> Non [hercle] equidem quicquam sumpsi, nec tetigi.

|| *Sumere*, suscipere. Lucilius lib. XXVI :

> Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.

|| [*Sumere*, contendere.] Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 3] : « Verum hoc loco sumo, verbis his eamdem [certe] vim voluptatis [Epicurum nosse quam ceteros]. » || *Sumere* etiam significat eligere. Lucilius Satyrarum lib. III :

> Et spatium curando corpore honestum
> Sumemus.

Plautus Aulularia [IV, 6, 8] :

> Silvani lucus extra murum est avius,
> Crebro salieto oppletus : ibi sumam locum.

Lucilius Satyrarum lib. X :

AJ. — 23 *ferro fidas* omnes. *ferro ... fidas* (sic) Voss. *f. putridas* vel *prositas* cj. J. *terras uvidas* Turn., non improb. Voss. *rosidas* Lips. Gul. Scal. *terras ferre perfidas* Fruter. Gifan. — 24 *glebas quæ* HAJ. *glebasque* P Gerl. *glebasque* cj. J Turn. Gifan., habet M. *arvo ex molli* omnes. *ex arvo molli* cj. J. *glebas, arvoque ex m.* Scal. Voss. — 25 *in androm.* P. — 26 *aut ster.* Codd., A. *haud ster.* Fruter. Passer. JM. *haud in* cj. Sciop. *te obesse* omnes. *obsesse* (i. e. *obsevisse*) cj. Frut. Gul. Passer., recep. M, prob. Guyet. *intellegis* Codd. *intelligis* Edd. *intelliges* cj. Fruter. — 28 *solem* P Gen. A. *stutumque* omnes. *satumque* cj. Salmas. Dousa. — 29 αμοιμεμεις Codd., M. αμου με μεθις A. ἄλλοις μέλεις cj. Turn. ἄμμον μετρεῖς J, prob. M Guyet. ἀμοῦ μενεῖς cj. Roth. φιλαργυρία Gerl.

2 *in maaus sumere* Edd. Cic. — 4 *omnia sumit* A. *sumet* JM. — 5 *presse* vulgo. *prese* P. *auferet omnis* Codd. et Edd. *omnia* cj. Merul. Dousa, prob. Corpet. *presse res auferet omnes* cj. Popma, prob. Gerl. — 7 *non equidem ego qua voluptate* omnes; in quo *voluptate* ex sequente exemplo repetitum videtur. *non hercle eq. quicquam* Edd. Plaut. *sum sineque* H. *sum si neque* P. *sumsi neque* LWM. *neque* omnes. *nec* Edd. Plaut. — 11 *sumo de verbis* omnes. *de* omitt. Edd. Cic., et Noster in v. *Hilaretur*, p. 121. *his eadem* P. — 13 *Lucius* P. — 14 *corpore* Codd., AM. *corpori* J, Dousa. — 18 *creber salictu opletus* Codd. *salictu opletu sibi* P. *salictis oppletus, ibi* AJ. *creber salicto* M. *crebro* Edd. Plaut. *ibi sumam* HJM. *summam* PLW. — 20 *bonarum* cj. Dousa. — 21 *judicium crassis* omnes. *Crassis* Dousa, prob. Gerl. (Lucil.). *ut*

Honorum est
Judicium Crassi, [sic]ut descripsimus ante :
Hoc est : Quid sumam? quid non? in quoque locemus.

Et lib. XVIIII :

Sume diem qui est visu' tibi pulcherrimus unus.

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 85] : « Scilicet ut in tanta re, ignarus omnium, trepide festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. » M. Tullius in Hortensio : « Quare velim dari mihi, Luculle, jubeas indicem tragicorum, ut sumam qui forte mihi desunt. » || *Sumere*, conducere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 23] : « Quoad enim perventum sit eo quo sumpta [na]vis est, non domini est navis, sed navigantium. »

SUFFERRE est sustinere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 491] :

Nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent.

Attius Myrmidonibus :

Ego me non peccasse plane ostendam, aut pœnas sufferam.

Attius Nyctegresia :

Aut ego illum eripiam, aut illi pœnas sufferam.

|| *Sufferre* significat dedere vel supponere. Plautus Casina :

Intro ad uxorem meam,
Sufferamque ei meum tergum ob injuriam.

Idem Pœnulo [IV, 2, 33] :

Ut enim, ubi mihi vapulandum sit, tu corium sufferas.

Afranius Prodigo :

Nam me pudet, ubi mecum loquitur Numerius,
Aliquid sufferre græce, irridet me illico.

SURGERE, crescere, augeri. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 161] :

Quis sine nec potuere seri, nec surgere messes.

discribimus Codd. *describimus* M. *descripsimus* cj. Dousa. *crassis est*, *ut describimus* A. *crassis*, *ut nos d.* J, Dousa. *Crassi*, *sicut describimus* Corpet. *Horum est jud. Crassis*, *ut scripsimus* cj. Roth. — 23 *et lib.* XXVIIII P. — 26 *regnorus* P. *trepide fest.* Codd., edd. 1476 et 1500. *trepidet*, *fest.* AJM, ut Edd. Sall. — 28 *indicen* P. *si qui forte* ed. Orell. — 30 *quo ad* H. *perventum est* omnes. *sit* Edd. Cic. *sumpta vis* vulgo. *navis* M, ut Cic. *non dom. est navis* Codd., ut Cic. *est* omitt. Edd. — 32 *sustinere est... in æneid.* P. — 36 *ostendam : et pœnas sufferam?* cj. aliquis in marg. Jun. — 37 *Attius Nyct.* Hæc vulgo in sequente expositione. Sed qui eadem locutio (*pœnas sufferre*) dividi possit geminata? *nyctegressia* P. *Nyctegersia* JM. *Nyctegresia* M in Indice. *Nyptegressia* Gerl. — 38 *at ego illum* J. *out* vulgo. *erip. ut illi* H, J marg. *aut illi* vulgo. *poena* Codd. *pœnam* Edd. ante M. *pœnas* M. *out vobis pœnas* cj. Ribb. *out ego Ilium er. aut Ilii pœnas* cj. Scriver. *illi p. sufferant* forte leg. — 39 *subponere* H.

1 *uxorem eam* cj. Gerl. — 2 *sufferomque* (seu divisim) *et* Codd. *sufferamque ei* M, ut Plaut. *et* vel *ei* omitt. AJ. — 4 *vapulandum est* male Edd. Plaut. *est*, *tute* ed. Bothe. *tusorium* H. *tu sorium* PLW. *tu corium* AJM, ut Plaut. — 5 Forte *Prodito*, quæ memorari solet Afranii fabula. — 6 *me pudet ubi* PL Gen. AJ, Herm. *pudet it ubi* HWM. *me id putet*, *ubi* Bothe. — 7 *suffero* omnes. *si suffero* cj. Neuk. *sufferre* cj. Herm. Bothe ; quod et ipse conjeci. *græce*, *irridet* Gerl. M. *suffero*, *græce irridet* AJ. *subferre : græce*

P. 397 M.

Idem Æneidos lib. IIII [v. 274] :

> Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
> Respice.

|| *Surgere,* erigi. Sallustius Historiarum lib. V : « [De] sella surgere, caput aperire solitum. » Terentius in Adelphis [IV, 1, 4] :

> Ut triduo hoc perpetuo prorsum e lecto nequeat surgere.

Virgilius lib. VIII [v. 68] :

> Surgit et ætherii spectans orientia solis
> Lumina.

Sacrum est sacratum vel religiosum : ita et *consecratum.* Virgilius lib. VI [v. 484] :

> Cererique sacrum Polybœten.

Et lib. VII [v. 247] :

> Sceptrumque, sacerque tiaras.

|| *Sacrum* etiam scelestum et detestabile. Afranius Fratriis :

> O sacrum scurram et malum †

Plautus Pœnulo [Prol. 88] :

> Vendit[que] eas omnes, et nutricem et virgines,
> Præsenti argento homini, si leno est homo,
> Quantum hominum terra sustinet, sacerrimo.

Virgilius [Æneid. III, 57] :

> Auri sacra fames.

Lucilius Satyrarum lib. XV :

> Ac de isto sacer illoto κόλπῳ Syrophœnix
> Quid facere est solitus ?

Turpilius Demetrio :

> Etiam me irrides, pessime ac sacerrime ?

Idem Lindia :

> Abhinc triennium, sacerrimum domicilium
> Huc quidam contulit leno.

irridet Bothe. *iaridet* H. *ilico* vulgo. *illico* M. — 8 *augere* omnes. *in Georg.* LWM. *in* omitt. PAJ. — 9 *queis* AJ. — 13 *Sallustius,* etc. Plenius sup. in v. *Apertum,* p. 236. *surgere de sella* p. 236. — 16 *lib.* VIIII Codd. VIII Edd. — 17 *ætheris* P. — 19 *ita et consecratum* vulgo secundæ interpretationi subjicitur, post *detestabile.* — 21 *poloebeten* P. *Poleboeten* Gerl. *Polybetem* AJM. *Polybeten* Edd. Virg. — 24 *fratribus* Codd., A. *Fratriis* JM. — 25 *succurram* Codd. *scurram* AJM. — 27 *vendit eas crinis* Codd. *venditque eas omnis* M. v. q. *hns omneis* AJ, ut Edd. Plaut. *virginis* Codd., M. *virgines* AJ. — 29 *terras* Codd. *terra* Edd. — 33 *ac de istos* Codd., M. *adde istos* AJ. *illoto colfos saxirofenix* P. *colfos ax sirofenix* HLW. *colfo fax syrofenix* AJM. *Adde isto sacer illota collo ac Syroph.* cj. Turn. *audistis sacer illo τόκος* J marg. *de isto sacer ille tocoglyphos ac Syr.* cj. Roth, prob. Gerl. — 35 *demetrius sed jam me inridens* P. *Demetrio : setetiam me irridens* Gerl. *Demetrio, et jam* A. *Demetrio : sed etiamne irrides me* J. *Dem. : etiam me irrides* M. — 37 *india* Codd. *Lindia* Edd. — 38 *socerrimum* P. *sacerrumum* AJM. — 39 *hoc* vulgo. *huc* cj. Turn. Guyet. *quidam* Codd. *quidem* Edd. — 40 *nimia* Codd., A. *Mænia* JM. *signati sacra* Codd., M. *signata sacra* AJ, Fruter. Passer. Popma. *signa tum sacra* cj. Lips., prob. M Guyet. *hom. facti sunt sacri* cj. Fruter. *sacri* (sil. *scelesti*) etiam addit Passer. *sunt facti sacri* Gothof. Guyet.

Varro Lege Mænia : « Signa tum sacra esse desierunt, posteaquam homines [sacri] sunt facti. »

Saucii dicuntur proprie vulnerati, non mœsti, sicut vult consuetudo. Attius Phœnissis :

Obit nunc vestra mœnia, omnes saucios
Convisit, ut curentur diligentius.

Turpilius Epiclero :

Patrocinantem ubi factum audierit saucium.

Sallustius Historiarum lib. II : « Avidissimis [at]que ita promptis ducibus ut Metellus ictu tragulæ sauciaretur. » Virgilius in Æneidos lib. II [v. 223] :

Quales mugitus, fugit quum saucius aram
Taurus.

Et lib. VII [v. 500] :

Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Itaque, multis civibus ex utraque parte sauciis, multis occisis, fugatur. »

Supplicium dicebatur damnatio vel pœna. Virgilius in Æneidos lib. IIII [v. 382 :

Spero equidem] mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis.

|| *Supplicium* rursum supplicatio. Sallustius in Catilinæ bello [c. 9] : « In suppliciis deorum magnifici. » Attius Erigona :

Nunc pergam, ut suppliciis placans cœlitum aras expleam.

Afranius Fratriis :

Nullam profecto accessi ad aram, quin deos
Suppliciis, sumptu, votis, donis, precibus, plorans, obsecrans,
Nequicquam defetigarem.

Samium est testeum. Lucilius Satyrarum lib: XIII :

Et non, pauper uti, Samio curtoque catino.

1 *mesti* Gerl. *maesti* PJM. *moesti* vett. edd. — 3 *ubi nunc* omnes. *obit* M, e conj. *obii* cj. Bergk. *subit* Ribb. *ubi nunc uram mænia* P. *omnis* Codd., M. *omneis* AJ. *Ubi nunc vestra mœnia? omnes saucios Convisite, ut* cj. Passer. — 6 *patrocinatem* P. *audiverit saucius* Codd. *audierit saucius* Steph. J Guyet. Ribb. *audiverit saucium* M. *Patroclum autem ubi f. audierit s.* cj. Lips., improb. M. — 7 *lib* III Noster inf. in v. *Tragula*, p. 553. (Quod verum reor, eodem libro ibi non semel citato.) *avidisque ita promptis* vulgo. *promptisque* AJ. *avidis i. promptisq.* Guyet. *avidissimis atque pr.* Noster p. 553. *promptis* Codd. *promtis* M. — 8 *in* omitt. M. — 10 *qualis* omnes. — 18 *mediisiquid* P. *medii, si q.* Gerl. *mediis, si* Edd. — 19 *supplicin* H. — 20 *rursum* PAJ. *rursus* ceteri. *catillinæ* P. — 21 *epigonn* Codd. *epigono* L Gen. *Epigonis* AJ Both. Bergk. Ribb. *Erigona* M. — 22 *pergramus suppliciis* P. *pergnmus supp.* Codd., Edd. ante M. *pergnmus ut* J marg. *pergam ut* cj. Fruter., habent M, Both. Ribb. — 23 *fratris* LW. *fratribus* AJ. *Fratris* J marg. M. — 25 *vatis* vulgo. *sumptuntis* Mp. *simpuvis* cj. Putean. *votis* cj. Bongars., recep. M Ribb. — 26 *nequiquam* Codd., M. *nequicquam* AJ. *defatigarem* Mp, AJ. — 28 *non pauperitiæ samio c. q. catino.* *M. Tull. de rep. lib.* III : *et non pauper uti oratio, et in lib.* VI : *Læli* Codd. *paup. me samio curtoq. cat. Tul. de Rep. : Læli* ed. 1476. *non pauper me uti Samio ... lib.* VI : *Læli A. p. uti Samio ... M. Tullius de*

M. Tullius de Republica lib. VI : « Oratio exstat Lælii, quam omnes habemus in manibus, quam simpuvia pontificum diis immortalibus grata sint, Samiæque, ut is scribit, capedines. » || *Samium* rursum acutum : unde et *samiare* dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Hanc ubi vult male habere, ulcisci pro scelere ejus,
Testam sumit homo Samiam, sibi inutile quid[dam]
Præcidit, caulem, testesque una amputat ambo.

SPERNERE, fastidire. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 677] :

Comitemne sororem
Sprevisti moriens?

Terentius in Andria [I, 5, 13] :

Quot modis contemptus, spretus! Facta, transacta omnia.

|| *Spernere* rursum segregare. Ennius Hectoris Lytris :

Melius est virtute jus : nam sæpe virtutem mali
Nanciscuntur; jus atque æquum se a malis spernit procul.

SUBDUCERE, supputare. Terentius in Adelphis [V, 4, 1] :

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit.

Lucilius lib. XXVIIII :

Eodem uno hi suas rationes subducent modo.

M. Tullius in Hortensio : « Non et sine ea cogitatione ineundis subducendisque rationibus. » Idem de Finibus bonorum et malorum [lib. II, 24] : « Qui autem esse potes, nisi te amor præceperit? Quod non subducta utilitatis ratione effici solet. » || *Subducere* est subripere. Turpilius Lindia :

Ego interim in turba foras
Subduxi cum hac me.

Rep. lib. VI : *Læli* J. *extat oratio Lælii* cj. J. *non pauper uti Samio ... M. Tullius ... oratio exstat Læli* M. — 30 *simpuna* Codd. *sympuvia* M. *si imperia pont. ... siae smaio que ut* Edd. ante M. *sympina* cj. J. *simpula* cj. Turn. *grates* (cum signo mendi) *in samiæ quæ* P. *grata siut summieque* Gerl. *samiæque* Turn. M. — 31 *ut hiscribit* P. *hi scribit* LW. *his scribit* AJ. *ut is scrib.* M. *cappudines* Gerl. *capedines* AJM. — 34 *ulcisci pro celi ejus* Gerl. *pro cele* Cod. Turnes. *ulcisce procele* P. *ulcisci procellæ* Edd. ante M. *pro scelere* cj. Victor. J, habet M. — 35 *snaium ibi aa uno telo inquit* Codd., Edd. *inquid* (sed lineola ducta super *d*, hæsitante librario) P. *sibi intico* cj. Gifan. *sibique illico telo Præc.* J et Dousa, quod quantitas non patitur. Corpet et Gerlach nihil adjuvant. Ipse doctissimus Victor. (XVII, 17) secundi versus maculam se tollere non posse fatetur. Equidem scripturam propius secutus sum, et codicis P indicium. — 36 *præcidit* Codd., M. *præcedit* Bern. *præcessit* AJ. *testis* Codd., M. *testeis* J. *quæ una* Codd., Edd. ante M.

3 *sprævisti* P. — 5 *tot modis* Codd. *quot modis* Edd., ut Ter. *contemptus* HPAJ. *contemtus* LWM. — 6 *Hectoris* Gerl. *tistris* W. *lytris* (superscr. sed expuncto *s*) P. *Lytris* Edd. — 7 *virtute ejus* Codd., vett. edd. *virtute jus* cj. Fruter. Gul. Scal., habent JM. *virtute mali* AJ. — 8 *ecum* Gerl. *æcum* P. *æquum* Edd. — 9 *supducere* P. *subdere* LW. *subducere* AJM. *subputare* H. — 10 *nuncquam* H. — 12 *eodem uno hi* (*hic* P) *modo crationes subduceret suas* Codd. *hic modo rationes subd.* A. *hi m. rat. subduceat* JM. — 15 *potest* vulgo. *potes* M. *poteris* Edd. Cic. *amori præceperit* P. *amore præcepit* J. *amore perceperit* H. *amor ipre ceperit* Gerl. (arbitratu suo dividens). *amor ipse ceperit* Edd. vulgo, ut Edd. Cic.; sed Cic. emendandus. — 16 *subripere* P. *surripere* vulgo. *lyndia* Codd. *Lindia* Edd. — 18 Forte, *in turbam*. — 21 *et sucus* HLW. *et in sucus*

Virgilius in Bucolicis [3, 6]:

Et succus pecori, et lac subducitur agnis.

Terentius in Eunucho [IV, 1, 14]:

Ubi primum poterit, se illim subducet, scio.

Lucilius lib. XXX:

Neu qui te ignaro famuli subducere.

M. Tullius in Hortensio: « An, quum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat? » || *Subducere* etiam susum ducere, levare. Turpilius Paraterusa:

Quum antehac videbam stare tristes, turbido
Vultu, subductis cum superciliis, senes.

Varro Εὗρεν ἡ λόπας τὸ πῶμα, περὶ καθηκόντων: « Ego, unus scilicet antiquorum hominum subductis superciliis, dicam: Γαμήσω νοῦν ἔχων. » Sallustius in Jugurthæ bello [c. 98]: « Dein cunctos pleno gradu in collem subducit. » Virgilius in Bucolicis [9, 7]:

Qua se subducere colles
Incipiunt.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 11]: « Huic ille: Classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse. » Plautus in Aulularia [II, 7, 4]:

Ut in puteo cœnam coquant;
Inde coctam sursum subducemus corbulis.

Stupidus est obstupefactus. || *Stupidus*, stultus et iniquus. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: « Andromeda vincta, et proposita ceto, non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os exspuere vitam? »

Suspicere est susum aspicere. Virgilius [Æneidos] lib. I [v. 438]:

Et fastigia suspicit urbis.

Varro Agathone: « Et pueri in ædibus sæpius pedibus offensant, dum musteos [caseos] in carnario fluitare suspiciunt. » || *Suspicere*

P. *et succus* AJM. — 23 *potuerit* vulgo. *poterit* M, ut Ter. *se illi* vulgo. *illinc* ed. 1476, ut Edd. Ter. — 25 *neu qui te ignora* vulgo, etiam J marg. *neu quis te ignoret* AJ, Dous. Carpet. *famulis* vulgo. *famuli* P. *neu quid subd. possint* vel *possent* conjicio. — 28 *susura* vulgo. *sursum* AJ. *paratelusa* P. — 30 *tristis* vulgo. *tristes* J. — 32 *heuren elo pasta ponia* H. *heuren ae lopas ta ponia* Gerl. *heurenæ lapasto ponia* A. *heure lelo pasta poma* P. εὗρεν ἡ λοπάς τ. π. Turn. Scal. M. περὶ καθηκόντων Gerl. Turn. Scal. M. καετηικοντων P. καθηικοντων ms. Tornes. περὶ γεγαμηκότων J, non improb. Scal. περὶ καθηκόντως γεγαμηκότων cj. Vahlen. — 33 γαμησιο νουν W. ταμηαιο L. ταμησιονουν HM Gerl. ταμησιονοιυν P, ms. Tornes. ἔχων M. Gerl. Θάλητος νοῦν ἔχων cj. Turn. *dicam*: γαμήσω νοῦν ἔχων Œhl. Riese. ταμιεῖον συνέχων AJ.

6 *esset* vulgo. *esse* P. *citaeum* P. *Cytæum* Gerl. *Cythæum* AJ. *Gytheum* cj. Bentin., habent J marg. M. — 8 *cenam* Codd., J. *caenam* M. *coenam* A. *quoquam* PA. *coquam* Codd., J. *coquant* M, ut Plaut. — 9 *coctam sursum* omnes. — 11 εαγωγης Codd. *prop. cito* vulgo. *ceta* cj. Bentin. J, recep. M. — 12 *pari suo* vulgo. *patri* Bentin. JM. *spuere* HPWM. *expuere* L Gen., ms. Tornes., A. *exspuere* J. *vitam* omnes; quod deleri vult Düntzer, tanquam v. *vincta* repetitum. *multam* cj. Voss. ad Catul. — 13 *est susum* LWM. *est* omitt. HP. *sursum* Edd. ante M.

P. 400-401 M.

est suspectum habere. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 70] : « Per idem tempus Bomilcar, cujus impulsu Jugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi, et [ipse] eum suspiciens, novas res cupere, ac perniciem ejus [per] dolum quærere. » Virgilius Æneidos lib. II [v. 36] :

Suspectaque dona
Præcipitare jubet.

Et Cicero de Oratore [c. 42] : « Quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. »

Subigere, acuere. Virgilius lib. VII [v. 627] :

Subiguntque in cote secures.

|| *Subigere*, exercere, mollire. Cicero de Oratore lib. II [c. 30] : « Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato. » || *Subigere* est superare et sub ditione habere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 266] :

Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Terrore perturbatam multitudinem subigunt. » || *Subigere*, exarare. M. Tullius de Senectute [c. 17] : « Quum autem admiraretur Lysander et proceritatem arborum, et directos [in quincuncem] ordines, et humum subactam atque puram. » || *Subigere*, mollire vel exercere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 50] :

Aut scrobibus mandet mutata subactis.

Lucilius lib. XXX :

An[ne] ego equam te [acrem] atque animosam
Thessalam, et indomitam, frenis subigam ante domemque ?

M. Tullius in Hortensio : « Ut enim segetes agricolæ subigunt aratris multo ante quam serant. » Et de Senectute [c. 15] : « Sed etiam ipsius terræ vis ac natura delectat : quæ quum gremio mollito et subacto sparsum semen excepit. » Varro Sesquiulixe : « Ante-

— 15 *pedibus* omnes. *pedes* velim (nempe *is* et *ibus* sæpe confunduntur). *offensant* vulgo. *offensum* P Gen. — 16 *dum recentes musteos in* omnes. *recentes* deleri vult Vahlen, quasi glossema τοῦ *musteos*; cui assentior. *petasones* deesse putat Vahlen, *petasunculos* Riese; equidem potius *caseos*, nam *musteus caseus* est ap. Plin. XI, 97. Hoc jam conjecisse (scil. *caseolos*) magnum Turnebum video. — 17 *in* omitt. AJ. *in Jugurtha* P, ed. 1476. — 20 *ac perniciem ejus dolum* Codd. *et pern. ejus dolo* AJ, prob. Ciaccon. *ad perniciem* M, ut Sall. — 21 *in æn.* P. — 24 *quo prud.* vulgo. *quod* M, ut Edd. Cic. *gratia est* P. — 26 Magna in hoc lemmate perturbatio : eadem notio *excercere mollire*, et *mollire exercere* bis recurrit. *acue* P. — 30 *dicione* Codd. *in æn.* P. — 34 *Subigere est exarare superare. M. Tul.* P. — 35 *et proceritates* Edd. Cic.

1 *derectos* Codd. *directos* Edd. *in quinc.* adduat Edd. ante M. *et homum* P. — 5 *Lucilius*, etc. Jam sup. in v. *Animn*, p. 233. — 6 *An ego te acuam atque* omnes. *an ego te acrem* cj. Dousa, recep. Corpet. *te equam* cj. M. *an equam te acrem* cj. Turn. — 7 *tessalam* Codd., A. *ut indomitam* vulgo. *ut* omitt. P. *et indomitam* p. 233, prob. M Gerl. — 8 *segetis* vulgo. *segetes* AJ. — 11 *ac subacto* Cic. *Varro Sesq.*, etc., omitt. Edd. ante M. *ses-*

quam mitis [sit], subactus aliquot annis erat. » || *Subigere*, cogere. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 217] :

Et sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.

Et lib. VI [v. 567] :

Castigatque auditque dolos, subigitque fateri.

Lucilius lib. XXX :

Tunc jugo jungas me ante, et succedere aratro
Invitum, et glebas subigas proscindere ferro?

Plautus Mercatore [I, 1, 91] :

Mirum quin me subigitaret.

SUMMUM significat quod omnibus sit altius. Virgilius in Æneidos lib. IIII [v. 168] :

Summoque ulularunt vertice nymphæ.

Idem lib. XII [v. 492] :

Apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.

|| *Summum*, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I [c. 5] :

[Mento] summam aquam attingens, enectus siti Tantalus.

|| *Summum*, extremum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 324] :

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniæ.

Lucilius lib. XXVI :

Squalitate summa [ac] scabre summa, in ærumna obrutam.

M. Tullius in Hortensio : « Vixit ad summam senectutem, optima valetudine. » || *Summum*, gloriosum, laudabile. Virgilius lib. VIIII [v. 199] :

Mene igitur socium summis adjungere rebus,
Nise, fugis?

Ennius Andromacha æchmaloto :

Annos multos, longinque ab domo,
Bellum gerentes summum summa industria.

queulixe Codd. *Sesquiul.* M. — 12 *antequam mitia subactus* omnes. *militia sub.* cj. M, recep. Riese. *mitis ac* cj. Rœper. *mitis* jamdiu ipse conjeceram. — 15 *amantis* vulgo. *amanteis* AJ. — 17 *castigat aud.* P. — 20 *invitam* cj. Gul. — 22 *quid me* vulgo. *quin* M, ut Plaut. *subagitaret* J. — 24 *lib.* III P. — 27 *tamen in summum* P. — 28 *hasta fulit* (expuncto *l*) P. *summasque extra vertice* P. *extr vert.* Gerl. *excussit* Edd. — 29 *tusculanorum* P. — 30 *attinget* vulgo. *attingens* JM, ut Cic. *senectus siti* Codd. *enectus siti* Edd., ut citat Prisc. p. 861. *siti enectus* Cic. *sitit antulus* H. *enectus Tant. siti* lego, ut sit septen. — 32 *venit summa* P. — 34 *lib.* XXVI vulgo (etiam M in v. *Invidiosum*, p. 126). *lib.* XXVII M. — 35 *isculitate* Codd. *squalitate* JM, ut p. 162 et 226. *ac scab.*, ut p. 126. *ac* omitt. omnes. *scabie* omnes, itemque locis cit. *squalitate, summa scabie, summa in* J. *in* omitt. A. — 36 *summam* omitt. H. *optuma* Codd., M. *valitudine* P. *valetudine* vulgo. *val. opt.* Edd. ante M. — 39 *adjunge* Gerl.

1 *insefuis* P. — 2 *andromaca* Codd. *Andromacha* J. *haec malo annos* Codd., etiam

P. 402 M.

SPECTARE, dirigi. Lucilius lib. XXX :

Quid sibi vult? Qua re fit ut introversus et ad te
Spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 23] : « Ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. » || *Spectare* est videre. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 158] :

Heu! magnum alterius frustra spectabis acervum

Lucretius lib. II [v. 2] :

E terra magnum alterius spectare laborem.

Virgilius lib. XII [v. 15] :

Sedeant spectentque Latini.

M. Tullius in Hortensio : « Cœli signorum admirabilem ordinem, insatiabilemque pulchritudinem magis spectat. » || *Spectare*, inspicere, cavere. Plautus in Asinaria [IV, 1, 33] :

Spectandum ne cui annulum det, neque roget.

|| *Spectare*, probare. Cicero Tusculanarum lib. V [c. 10] : « Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt. » Terentius Prologo Andriæ [v. 27] :

Spectandæ an exigendæ sint vobis prius.

Virgilius lib. VIII [v. 150] :

Sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi et rebus spectata juventus.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 13] : « Qui simul ac juvenes esse cœperunt, magna spectare, atque ad ea rectis studiis debent contendere. » Varro Γνῶθι σεαυτόν : « Qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos spectemus, sed etiam imitemur. »

STRINGERE, percutere. Virgilius in Æneidos lib. VIIII [v. 294] :

Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.

V. *haecmalo* P. *hæc male* J marg. *hæc malos annos multosque* Edd. ante M. *Andromachemolotto : annos* M e conj., improb. Düntzer. *æchmalotide* cj. Roth., prob. Ribb. αἰχμαλώτῳ cj. Gerl. Quod jamdudum scripseram. (Vid. ad v. *Exanclare*, p. 292.) — 3 *longique* P. *longeque* vett. edd. — 5 *dirigere* omnes. *Lucilius*, etc. Jam sup. in v. *Ferre*, p. 303. — 6 *intravorsus* HLW. *introvorsus* P. *ætnte spectent* Codd. *quare fit, introvorsus ut ad te* cj. Gifan. *et ad te* cj. Turn., habent JM, ut Noster v. *Ferre*, p. 303. — 7 *sed omnia* Codd., vett. edd. *seomnia* (suprascr. *d*) P. *se omnia* Gif. Turn. Passer. M, ut p. 303. *vestigia et omnia* J. — 9 *patris respectavit* P, ed. 1476. *patris re spectavit* HLW. *patris spectavit* A. *patriæ res spectabit* JM, ut Cic. *salut. anteponam et sal.* Codd. *et* omitt. vett. edd. *anteponet sal.* JM, ut Cic. — 14 *et terræ* Codd. *e terra* AJM, ut Lucr. — 18 *spectant* Edd. fragm. Cic. *insatiabilis*; vel *insatiabiles spectant* forte leg. — 20 *ne cuia nullum det* H. *nec uia nullum* P. *ne cui* LWAJM. *unulum* ed. 1476, Gerl. *annulum* AJM. — 24 *spectandi an exigendi* HW. *exigendiæ* P. *spectandæ an exigendæ* L et Edd., ut Ter. *sunt* P. — 28 *qui* vulgo. *hi* vel *ii simul* Edd. Cic. *juvenes* (suprascr. *i*) P. *juvenis* LW. *juvenes* HAJM, ut Edd. Cic. — 29 *et ad ea* Edd. Cic. — 30 *gnotis heauton* H. *hæuton* P. *Gnoti seauton* Gerl. — 32 *lib.* X vulgo. VIIII M. — 34 *exserere* HLW. *exerere* PMJ marg. *exercere* Edd. ante M. *lib.* XI : *strictum* vulgo. *lib.* X P; hoc etiam

|| *Stringere*, nudare vel exserere. Virgilius in Æneidos lib. X [v. 577] :

Strictum rotat acer Lucagus ensem.

|| *Stringere*, rarefacere, excidere. Virgilius in Bucolicis [9, 60] :

Hic ubi densas
Agricolæ stringunt frondes.

Et in Georgicorum lib. II [v. 368] :

Tum stringe comas, tum brachia tonde.

|| *Stringere*, decerpere. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 305] :

Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus,
Et lauri baccas.

Varro de Re rustica lib. I [c. 55] : « Quod non solum stringit baccam, sed etiam ramum glubit. » || *Stringere*, radere, celeriter præterire. Virgilius lib. VIII [v. 62] :

Ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas.

|| *Stringere*, vulnerare. Virgilius lib. VIIII [v. 576] :

Hunc primo levis hasta Themillæ
Strinxerat.

Succedere dicitur in alterius locum venire. Virgilius lib. X [v. 439] :

Interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 19 : « Quid ergo? hic non noce]at, qui quodam [quasi] veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat? » || *Succedere*, ingredi. Virgilius lib. VIII [v. 123] :

Et nostris succede penatibus, hospes.

Afranius Excepto :

Audite, pueri, pauca. Vos, succedite.

Subit, in memoriam reducitur. Virgilius Æneidos lib. II [v. 362] :

Subiit deserta Creusa.

in marg. Junii scripsit Mercerus, typis autem non mandavit.

5 *tunc stringe ... tunc* omnes. *tum ... tum* Edd. Virg. — 7 *tun stringere* P. *tunc* vulgo. *tum* Edd. Virg. — 8 *bacus* vulgo. *baccas* P. — 9 *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Glubere*, p. 119 : ubi vide. *quod non solum celeriter præterire stringit* omnes, præter M. *celeriter præterire* sequenti notæ adjungit M. — 10 *vacam* PL. *vacant* W, vett. edd. *bacam* M. *stringere vocant* J. *non solum stringit baccas, sed* J marg., ut Varr. *sed etiam ram glubit* Codd. *ramum* M. *ramos* J marg., et cj. M, ut Noster, p. 119, et Edd. Varr. *etiam transglubit* vett. edd. *te transglubit* J. *String.*, *rudere*. *Virg.* vulgo. *rodere*, *celeriter præterire* M. — 15 *ustatam ille* P. *asta* H. *hasta Themillæ* vulgo. *Camillæ* AJ, improb. M. — 22 *quodam quasi veneno* vett. edd., ut Edd. Cic. — 24 *lib.* VII *et* P. — 25 *pænatibus* Gerl. — 27 *paucavos* H. — 28 *in Æn.* P, ed. 1476. — 29 *subit* Codd. *subiit* Edd. *Creusa Ascaniusque omnisque domus* AJ. — 30 *signi* (omissa compendii nota) *ingredi* P. — 33 *lib.*

|| *Subire* significat ingredi. Virgilius lib. VIII [v. 562] :

Hæc, inquam, limina victor
Alcides subiit.

Lucilius lib. XXVIIII :

Pueri præterea nostris qui subeant jubet.

|| *Subire*, succedere. Varro Sexagessi : « In quarum locum subierunt inquilinæ impietas, perfidia, impudicitia. » || *Subire*, subdi, supponi. Virgilius lib. X [v. 798] :

Æneæ subiit mucronem, ipsumque morando
Sustinuit.

|| *Subire*, nasci, succrescere. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 180] :

Ne subeant herbæ, neu pulvere victa fatiscat.

|| *Subire*, aggredi, succedere. Virgilius lib. VIIII [v. 344] :

Fadumque Herbesumque subit.

|| *Subire*, respondere, resistere. M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 14] : « Poterisne ejus orationis subire [invidiam]? »

Secare dicitur excidere. Virgilius lib. VIIII [v. 102] :

Qualis Nereia Doto
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.

|| *Secare*, sequi : unde et sectatores bonorum *sectores* dicti sunt. Virgilius lib. X [v. 107] :

Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem.

Squalidum, sicuti plerumque, dicitur sordidum. Virgilius in Æneidos lib. II [v. 277] :

Squalentem barbam et concretos sanguine crines.

|| *Squalidum*, fulgens. Virgilius lib. X [v. 314] :

Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.

Scitum, elegans. Terentius in Andria [III, 2, 6] :

Per ecastor scitus puer est natus Pamphilo.

M. Tullius in Verrem actione Siciliensi [c. 35] : « Ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus scite facta et venuste. »

Sedet significationem habet claram. Virgilius lib. VIIII [v. 4] :

Turnus sacrata valle sedebat.

XXVIII omnes. — 34 *pueris* cj. Dousa. — 36 *inpudicitia* H. *subdere, supponere* omnes. *subpon.* H. — 38 *Æneas subit muccro ipsumque* P. — 40 *subcrescere* HP. *in* omitt. P. — 43 *adgredi ... lib.* VIII P.

1 *cadumque* Codd. *Phadum* Edd. ante M. *Fadum* M. *Herbæsum* Gerl. *herbesum* P. *Hebæsum* M. *Hebesum* AJ. — 3 *orationi sub.* Codd., J marg. M. *orationem* Edd. ante M. *orationis* Cic. — 5 *doto* HM. *dato* Codd. pleriq. *Clotho* Edd. ante M. — 7 *secatores bon.* P. *sectoris dicti* HLW. *sectatores* P. *sectores* Edd. — 12 *concretus* P. *erinis* Codd., M. *crines* Edd. ante M. — 15 *eligans* Codd., M. *elegans* Edd. aliæ. — 16 *pampilo* P. — 17 *Siciliensium* vulgo. *Siciliensi* M. — 18 *in-*

|| *Sedet*, placet. Virgilius lib. V [v. 418]:

Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes.

Sustulit est susum tulit, erexit. Virgilius Æneidos lib. II [v. 153]:

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

|| *Sustulit*, abstulit. M. Tullius Philippica X [c. 3]: « Eos qui regni nomen sustulerint, deserendos putatis. » Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 76]:

Sustuleris fragiles calamos silvamque sonantem.

Spargere significat destillare vel guttatim fundere. Virgilius lib. XII [v. 339]:

Spargit rapida ungula rores
Sanguineos.

Idem lib. IIII [v. 486]:

Spargens humida mella, soporiferumque papaver.

|| *Spargere*, madefacere. Lucilius lib. XVIIII .... [Ennius Thyeste]:

Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.

Virgilius [Æneid. III, 534]:

Spumant adspergine cautes.

|| *Spargere*, separare. Virgilius in Georgicorum lib. IIII [v. 522]:

Discerptum latos juvenem sparsere per agros.

|| *Spargere*, implere. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 459]:

Et jam prima novo spargebat lumine terras.

Signare est designare, ostendere. Lucilius lib. XXVIIII:

Sic Socrates, in amore et adolescentulis
Meliore paulo facie, signabat nihil
Quod amaret.

|| *Signare*, imprimere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 171]:

Et summo vestigia pulvere signent.

tellegere Codd. *possumus* HPWJM. *possimus* L Genev., vett. edd. (Variant Edd. Cic.) — 24 *sursum* J. — 26 *filippicarum lib.* Codd. *Philipp. lib.* AJM. — 29 *sustulerit* vulgo. *sustuleris* P, ut Virg., et in v. *Triste*, p. 409. *fragilis* vulgo. *fragileis* AJ. — 30 *distillare* Edd. ante M. *destillare* J marg. *fundere* Codd. *infundere* Edd., etsi *guttat. fundere* scribunt, repetita in fine lemmatis eadem expositione; quam delevi. — 31 *lib.* x P. — 33 *sanguinis* HP.

1 *humida* H. *umida* Codd. plerique. — 2 *lib.* XXVIIII Gen. Post XVIIII, addit defectus notam M, et monet sequentem versum veteris esse tragici, auctore Cic. Tusc. I, 44. Quod jam innuerat Bentin. Putat Columna Lucilium in satiram hæc Enniana verba inseruisse; cui non assentio. — 6 *aspargine* Codd., M. *aspergine* Edd. aliæ. — 8 *diversi lato* P. *diversum latos* Codd. *discerptum latos* Edd., ut Virg. *juvem* P. *per nuras* Codd. *per agros* Edd. — 9 *inplere* Gerl. *in æn. etiam prima* P. — 11 *terras. Spargere, guttatim fundere. Virg. Æn. lib.* IIII: *spargens humida mella* Codd., M. Quod, sup. insertum, hic omisi, cum Edd. ante M. — 12 *si Socrates* PL, Edd. ante M. *sic Socrates* HWM. *si Socratis amores in* J marg. *si Socrates est in amare* cj. Gebh. *sic Socratis amares in ad.* cj. Lips. *et in adol.* vulgo. *in* omitt. Corpet; quod ipse deleveram. — 13 *siganat* omnes. *signabat* cj. Guyet; quod ipse scripseram. *nihilque amaret* vulgo. *nihil quod* cj. Lips., habet M. — 15 *inprimere* H. — 17

|| *Signare*, discernere, separare. Lucilius lib. XXVIIII :

Nam ut discrimen non facit,
Neque signat linea alba.

Solidi significatio manifesta est. Virgilius lib. VI [v. 552] :

Solidoque adamante culumnæ.

|| *Solidum*, continuum, juge. Varro Sesquiulixe : « Navibus duodecim domo profectum, decem annos solidos errasse. »

Subnixum, subditum. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 216] :

Mæonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur.

|| *Subnixum*, sublime, hoc est susum nixum. Claudius Annali lib. I : « Ea [dum fiunt], Latini subnixo animo [et] ex victoria inerti, consilium ineunt. »

T

Tandem significat vix ; ut apud Ciceronem [in Catilinam, II, 1] : « Tandem aliquando, Quirites. » Virgilius Æneidos lib. III [v. 278] :

Ergo insperata tandem tellure potiti.

|| *Tandem* significat et tamen. Titinius in Gemina :

Sin odio forma sum, tandem ut moribus placeam viro.

Tamen ipsum significat statim. Plautus Rudente [II, 6, 50] :

Utinam fortunam nunc ego anatinam uterer,
Uti, quum exivissem ex aqua, arerem tamen !

Virgilius in Bucolicis [9, 62] :

Hic hœdos depone : tamen veniemus in urbem.

|| *Tamen* significat tandem. Pacuvius Peribœa :

Tamen obfirmato animo mitescit metus.

lib. XVIIII vulgo. XXVIIII M, ut Noster, p. 282. Ibi versus integer. — 18 *ut discr.* omnes, et sic p. 282. *ut* omitt. J et Dousa — 19 *tinia* P. — 22 *sesqueulixe* Codd. *Sesquiulyxe* M. *Sesquiulysse* J. *navibus* XII *dum* P, ed. 1476. *duodecim dum* Gerl. A. *doma prof.* cj. Victor., recep. JM. — 24 *Subnixum, subditum. Virg.* (in P) *Æn. lib.* III (*lib.* II P) : *juvenemque superbum Servitio enixæ* (*enixe* P) *tulimus* omnes; quod, ut non suo loco positum, delevi. (Versum autem vide in v. *Enixa*, p. 297 et 458.) *tulimus. Subnixum. Virg. Æn. lib.* IIII Codd. *Subnixum, enixum* (exemplo non congruente). *Virg.* Edd. — 25 *meonia ... mitram* Codd. *mitra* Edd. ante M. *barba* (errore typothetæ) M. — 27 *sursum* vett. edd. *celius* P. *Cœlius* Gerl. M. *Cœlius* AJ. *Q. Claudius : ea dum fiunt* J marg., e Gell. 17, 2. De quo jam monuerat Bentiu. *ea latini* Codd., ed. 1476. *et Lat.* AJM. *e Latinis* Bern. *ex vict.* Codd., M. *et vict.* J. *et victoriæ certi* cj. Canter. Ursin. — 32 *lib.* I P. — 33 *ergo insperatnn dem* P.

2 *sinfonia odiosum* H. *symphonia* Edd. ante M. *sia foma* Gerl. *in fama odiosum* P. *odia sua* J marg. *sin forma odio sum* cj. Lips., recep. M Ribb. *sin adia forma* cj. Guyet. — 4 *fortuna... anatina* male Edd. Plaut. *ego* AJM; omitt. Codd., nec est in Edd. Plaut. *anatinam* P. *anutiaam* LW. *terent* HLW. *terrent* P. *an uti terrent* ed. 1476. *fortuna anthracina uterer* AJ. *anatinam uterer* M. — 5 *uti* Edd. Plaut. *cum exissem* (deest *ut*, quod latet in v. *terrent*) *ex aquarerem* HP. *aqua, rerem* Gerl. *exivissem ex aqua, arerem* J, ut Edd. Plaut. — 7 *hedos* Codd. *hœdos* Edd. — 9 *obfirmato* HPAJ. *affirmato* Gerl. M. *mitescit metus.*

Sallustius Historiarum lib. III : « Nam qui enare conati fuerant, icti sæpe ferramentis navium, aut adflicti alveis, undarum vi mulcato fœde corpore, intereunt tamen. »

Toga dicta est a tegendo. Et est *toga*, sicut in consuetudine habetur, vestimentum quo in foro amicimur, cujus et Cicero meminit in Catilinam [II, c. 2] : « Velis amictos, non togis. » Titinius Fullonibus :

Quæ inter decem
Annos nequisti unam tegam detexere.

|| [*Toga*] dicitur et tectum. Titinius Gemina :

Si rus cum scorto constituit ire, claves illico
Abstrudi jubeo, togæ ne rusticæ sit copia.

Id est, tecti.

Tollere, occidere. Lucilius lib. XXVI :

At cui? quem febris una atque una ἀπεψία,
Vini, inquam, cyathus unus potuit tollere.

Varro Sexagessi : « Numquis patrem, decem annos natus, non modo aufert, sed tollit, nisi veneno? » || *Tollere*, mittere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 222] :

Clamores simul horrendos ad sidera tollit.

Triste, amarum Bern. (Hoc lemma est inf. p. 409.) — 11 *sæpe frumentis* Codd., M. *ferrimentis* ed. 1476. *ferramentis* ed. 1510, AJ, prob. Schott. *fragmentis* cj. M, prob. Guyet. *adfliti* P. *asuis* P Gerl. *a suis* ed. 1476, M. *aut vulnerati a suis, aut afflicti undarum* AJ, improb. M. *afflicti alveos* Arusian. p. 215. *adflicti alveis undarum vi* cj. M, prob. Guyet. *mulcato* vulgo. *multato* AJ. — 12 *fede* vel *fœde* vulgo. *federe* P. *corpore postremo. et pluvio contristat frigore cœlum* HPV. Ita pergunt, addito scilicet fine lemmatis *Triste* (inf. p. 403), omnes Codd. et Edd. ante M. Scilicet huc inserenda, etsi invitis Codd. et Edd., vidit Mercerus primi capitis septem lemmata (quæ erant post *Velitatio*, p. 3, nempe *Toga, Tollere*, etc.). *postre et pluvio* Gerl. (qui Mercerum in transponendis lemmatibus secutus est). Porro Sallustiani exempli finis in v. *Velitatio* requirendus. *Cæcilius Pausimacho mum* (quæ pars est vocis *postremum*) *interent tamen* P. (Post *tamen*, spatium unius lineæ interjacet in P.) *pausimachomum imerent tamen* H. *mum intereni* vel *interent* L. *mum iterert* W. *mumileres* V. *mumi te res* M. *pausimacho mum in Terent. Tamen toga* C. *Pausimacho : interenti* A. *Pausimacho : velitari te res* J. *postremum interent* Gerl. *postremo interiere tamen* cj. M, prob. Guyet. Lindem. ad Arusian. *postrema periere* AJ. *pastremo tamen periere* cj. Gerl. *corpore interibant* (omissis *postremo* et *tamen*) Arusian. *postremo* vel *postremum* delevi tanquam glossema verbi *tamen*. — 13 *Toga*, etc. Quum hæc lemmata operis initio compareant, exempla in multis codicibus succurrunt qui ea paulo post exscribere neglexerunt. *dicta est a tengendo* H. — 14 *habeatur* H. — 17 *que inter* HC. — 18 *nequivisti* D. — 20 *si rus* Codd., J marg. *Syrus* vett. edd. *situs conscorto* C. *davis* C. *clavis* vulgo. *claves* J. *ilico* vulgo. — 21 *rusticæ togæ ne sit* omnes, prob. Gerl. *togæ ne sit rusticæ* cj. Bothe 2; quod ipse jamdiu scripseram. *tecti ne sit copia* cj. Carrio, prob. Neuk. *rustici illi ne sit tecti copia* cj. Herm. *id est tecti* Nonii verba sunt, auctore Passer. — 23 *Tollere hoccid licilius* C. *hoc cid lucil.* P. *occidi* HLW (P marg., V cum litura), Edd. *occidere* cj. M et Guyet; etenim mox (p. 407 M) : *Tollere, occidere* omnes. Unde apparet magna in lemmate perturbatio. — 24 *adcui quem* P. *ad cui* VC. *ad cui?* Gerl. *at cui?* J marg. M. *adivi quem* vett. edd. *audivi* J, prob. Barth. — 25 *virum inquam* H. *hiatrus* Codd. *hiatus* AJM. *cyathus* ms. Casaub., et cj. J, prob. M Guyet Corpet. — 26 *Varro Sex.* Hæc infra erant (p. 407 M) cum eadem notione *occidere*. Idem exemplum recurrit p. 422. *aunquis* PLW. *aumquis* CJM. *sexagesimum quis* H. *sexagesima : num* (*nunc* A) *quis* vett. edd. *nunc quis* omnes p. 422, prob. M Guyet Riese. *nam quis p. nunc decem* cj. Scal. *decem annorum* omnes, etiamque p. 422; tuetur Riese. *annos* cj. Scal. —

|| *Tollere*, transferre. Virgilius Æneidos lib. II [v. 131] :

Unius in miseri exitium conversa tulere.

|| *Tollere*, inferre. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 421] :

Tollentemque minas, et sibila colla tumentem
Dejice.

|| *Tollere* est elevare, erigere, extollere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 66] et XII :

Et mulcere dedit fluctus, et tollere vento.

. . . .

Item in X [v. 829] :

Tollit se arrectum quadrupes.

M. Tullius Philippicarum XI [c. 10] : « Vel in cœlum vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus. » Lucilius lib. XXVIII :

Tanti se Emporiis montes super æthera tollent.

M. Tullius in Hortensio : « Nihil tamen esse in quo se animus excellens tollere [nequeat]. » || *Tollere*, ostendere. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 314] :

Cui mater media sese tulit obvia silva.

Idem lib. VII [v. 117 :

Ea vox audita] laborum
Prima tulit finem.

|| *Tollere* est et differre. Plautus Pœnulo [II, v. 52] :

Omnes extollo ex hoc die in alium diem.

|| *Tollere*, pati, sustinere. Virgilius in Æneidos lib. III [v. 326] :

Juvenemque superbum
Servitio enixæ tulimus.

Et lib. XII [v. 371] :

Non tulit instantem Phegeus animisque frementem.

27 *fert* omnes. *aufert* J et Scal., proh. M Guyet; et sic Non. p. 422. *seu tollit* H manu sec. P, Scal. *sed* H m. pr. CLW, J marg. M; etiam p. 422.— 30 *in* Codd.— 34 *deice* Codd., M.— 35 *est elevare, erigere, extollere.* Duo verba *erig.*, *ext.* loco movi, quum sint in notione *ostendere* perperam. *extollere* PLW. *et tollere* VCA. *ectollere* M. *Virg. Æn. lib.* I *et lib.* XII : *Et mulcere* HPCLW. *lib.* I *et lib.* XI ed. 1476. *est elevare. Idem in* XI : *tollit se* AJ. — 38 Laudatus vs. ex lib. XII deest. Nec eligere pronum est, quum occurrant eo sensu : *Tollere se gurgite* (v. 114), *tollentem manu saxum* (v. 904). — 40 *adrettum* H. *adrectum* VPLW. *ad rectum* vulgo, etiam M. *arrectum* M sup. p. 29. — 41 *Philippicarum lib.* omnes.

1 *poluerit* omnes. *poterit* Cic. *lib.* XXVIII vitiosum putant Lachm. Vahlen. — 2 *tantis etem porismontes et fetera tollent* H. *tantis etemporis m. et fetera* (*fætera* C, *faetera* P) CPVM. *tanti se temporis montes* J marg. Scal. Dous. Gerl. *et fœdera* mss. ap. Merul. *tantis emporiis vel imperiis mentes ad sœdera* (scil. *sidera*) cj. Palmer., proh. Gerl. *tanti temporis se montes et fœdera* cj. Scal. Dousa. *tutius et temnent mortes et fœdera* ed. 1476. *et fœdera tollent* (omisso initio) AJ. *tutius intentent mortes et fœd. tollant* cj. Merul., sed conjecturam improb. M. *Tantis exemplis mentes ad sidera* cj. Düntz., improb. Vahlen. *Tanti se terris montes eis aetera tollent* Vahl. *Emporiæ*, portus Hispaniæ Tarraconensis. — 4 *tollere non possit* cj. M. *tollere queat* ed. Orel. *Tollere, ostendere, erigere, extollere* omnes. De quo sup. monitum. — 5 *in æn.* HP. — 9 Post v. *finem*, exhibent omnes : *Tollere, occidere. Varro Sexag.* Quæ supra. — 10 Hæc lemmatis particula temere huc irrepsisse mihi videtur : nempe

Terentius Phormione [III, 2, 35]:

Ego te complures adversum ingenium meum menses tuli.

M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 2]: « Tuli graviter et acerbe, Judices. » Idem de Officiis lib. II [c. 8]: « Nisi enim multorum impunitates scelerum tulissemus. »

TENACIA est perseverantia et duritia. Ennius Hectoris Lytris:

Duce quadrupedum juga
Invita, indomita, infrena, et junge validius,
Quorum tenaciam [haud] infrenâris minis.

|| *Tenacia*, parsimonia. Afranius Privigno:

Vixisti tristis, durus, difficilis, tenax.

TEMPESTAS est turbo ventorum. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 311]:

Quid tempestates autumni et sidera dicam?

|| *Tempestas*, tempus. Sallustius in Jugurtha [c. 8]: « Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles. » Lucilius lib. XXVII:

Jam qua tempestate vivo, certe si ad me recipio.

Pacuvius Teucro:

Quam te post multis tueor tempestatibus!

M. Tullius de Senectute [c. 10]: « Cursus est certus ætatis, et una via naturæ, eaque simplex; suaque cuique parti ætatis tempestivitas est data. » Varro Endymionibus: « Dum sermone cœnulam variamus, interea

tonuit bene tempestate serena. »

nunc explicatur v. *Extollo.* — 11 *omnis* vulgo. *omneis* AJ. *omnes* D. — 12 *in* Codd. — 14 *enixe* Mp. — 16 *fremente* H. *fermentem* P. — 18 *advorsum* omnes. *mense sestuli* H. *menses tili* P. — 19 *divinationis* HPLW. *divinatiomes* C. *divinatione* Edd. — 21 *impunitutes* Codd., JM. *impunita scelera* ed. 1476, ut Edd. Cic., prob. M. *scelerum* (suprascr. *rn*) VW. *scelera* (manu pr., suprascr. *u*) H. *tulissem* CLWAJ. *tulisse* H. *tulissemus* ed. 1476, Bad. et M, ut Edd. Cic. — 22 *huectoris* H. *listris* HLW. *hectaris litris* P. *lystris* C. *Lytris* AJM. — 23 *ducet quadrupedum jugo invitam* (*domain fræna* H) *domn infreuu* (*invitam, doma, infrena* Edd.) *et juge valida* omnes. *quadrupedum j. invitum doma in frenn et jugn validn* J. *quadrupedem* alii ap. Bentin., J marg. *invitam ... junge* ms. in marg. alicujus exemplaris Juniani laudatus. *invitam, indomitam, infrenam et jugo volidam* alii ap. Bentin. *domabit infrenum et junget valide* cj. J. *ducet quadrupedem j. i., indomitam freao, validn* ms. ap. Ursin. *ducet quadrupedem j. invitam et indomitam freno et jugo valido* cj. aliquis in marg. Jun. *duce quadrupedem j. invitum, dama infrenum et junge valide* cj. Lips. e ms. Vatic., prob. Gerl., nisi quod *invitam* et *infrena* hic legendum putat. *duce qundrupedem j. invitnm, in doma infrenem et jugo volido* cj. Scal. *indomitn, infrenis* cj. Passer. *duce q. j. Invictn, indomita, infreno, et junge validius* cj. Bothe. — 25 *quorum tenucia infrenari minis* HPLWM. *q. frenntia* C. *q. t. i. ninis* AJ. *eujus t. inf. nequit* alii ap. Bentin., et sic Bad. legit. *quojus t. i. nimis* ms. Ursini. *equorum t. i. minis nequit* cj. Lips. *equorum t. eam frenari minis nequit* scriptum in marg. Jun. *infrenobilis* cj. Scal. *quorum t. i. nunc nequit* cj. Grot. *tennca non quit infringi minis*, vel *non infringatur* cj. Bothe. *quorum tenaciam haud infirmare est minis* cj. Bothe 2. — 32 *atque igaobites* Edd. ante M, improb. Ciaccon. *lib.* XXVI C. — 34 *certe sine ad me* vulgo. *eerte fine* ed. 1476. *certe finem* ms. Palat. *certo fine* J. — 36 *multis ebeor* HPCLW. *habeo* vett. edd. *video* Bentin.

P. 408 M.

TREPIDARE, metuere. Virgilius lib. VIIII [v. 418] :

Dum trepidaut, iit hasta Tago per tempus utrumque.

Idem lib. VIII [v. 246] :

Trepident[que] immisso lumine Manes.

Lucilius lib. XXX :

Sed quid ego hæc animo trepidanti dicta profundo?

|| *Trepidare*, festinare. Virgilius lib. VIIII [v. 114] :

Ne trepidate meas, Teucri, defendere naves.

Et Georgicorum lib. IIII [v. 73] :

Tunc trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant.

TANGERE, ferire, commovere. Virgilius lib. VIIII [v. 138] :

Nec solos tangit Atridas
Iste dolor.

Idem lib. XII [v. 932] :

Miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro.

M. Tullius in Frumentaria Verrinarum [c. 26 : « Ut] nunquam animum tuum cura tuarum fortunarum cogitatioque tangeret. » Lucretius [I, 62] :

Nec bene promeritis capitur, neque tangitur ira.

|| *Tangere* est contingere. Lucretius lib. I [v. 305] :

Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.

Terentius in Adelphis [II, 1, 3] :

Nunquam, dum ego adero, hic te tanget.

|| *Tangere*, inspicere. Lucilius lib. XXVI :

Neque prius quam venas hominis tetigit ac præcordia.

|| *Tangere* etiam circumvenire. Turpilius Demetrio :

At etiam inceptus meus mi est iratus pater,
Quia se talento argenti tetigi, veteri exemplo amantium.

Idem Leucadia :

tueor JM, ut mox in v. *Tueri*, p. 414. *multas tueor tempestates* alii ap. Bentin. *tempestibus* P.

1 *cuique parcis* P. *partis* CA. *cuique parcitatis* W. *cuique parti* JM, ut Cic. — 2 *endemionibus* Codd. *Endymionibus* Turn. M. *endemonibus* C. *Eudæmonibus* AJ. *serm. celulam* H. *cenulam* Codd. *cœnulam* M. *cænulam* Edd. ante M. — 4 *Interea tonuit* primum diviseram, ut M Œhl. Riese; sed Ennianus versus est, referente Cic. Divin. II, 39 : *Cum* vel *Tum tonuit lævum bene* (quod jam viderant Passer. Schott). Integer versus non citatur, quum deesse *lævum* non possit. — 6 *it* omnes. — 10 *ego a haec* P. *trepidante* vulgo, prob. M. *trepidanti* J. *edicta* cj. M. *fundo* P. — 12 *navis* vulgo. *naveis* AJ. — 19 *miserite* HC. — 21 *nunquam tua me cura* Codd., Edd. ante M. *nunc quam tua me* C. *nunquam tuum animum* M. *an. tuum* Cic. — 22 *Et Lucret.* AJ. — 26 *aut tangi* Edd. Lucr. — 28 *hoc te tanget* PLW. *hic* (superscr. *o*) H. *hic* C, Edd. — 30 *nequam prius* PLW. *ne quam* C. *neque prius* AJM. *homini* cj. J. — 32 *mihi* omnes. *ineptus es. Meus mihine est* cj. Gul. Carrio. — 33 *amanti* omnes. *quum amantis* J marg. *amantium* cj. Gul. Carrio, prob. M. — 36 *solent neasmi* H. *solent neas* PC. *solentne as* LWM. *has* cj. M. *minoris* omnes. *eas minoris* Ribb. *minores* Bothe. *noxia serum* C. *solent necis minoris noxia serum* AJ. *solentne cis minoris*

Hoc quæro, ignoscere
Istic solentne eas minores noxias,
Herum si forte qua fiala vini tago?

Lucilius lib. XXX :

Et Musconi' manum perscribere posse tagacem.

|| *Tangere*, attingere. Pomponius Aleonibus :

At ego rusticatim tangam, [nam] urbanatim nescio.

M. Tullius in Verrem actione II [c. 10] : « Verres simul ac tetigit provinciam. » Virgilius lib. VIIII [v. 135] :

Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
Fertilis Ausoniæ Troes.

Triste, crudele, immite. Virgilius Æneidos lib. II [v. 548] :

Illi mea tristia dicta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Lucilius lib. XXX :

Idque tuis sævis factis et tristibu' dictis.

|| *Triste* est mœstum aut infestum. Virgilius in Bucolicis [10, 31] :

Tristis at ille : Tamen cantabitis, Arcades, inquit.

Idem Georgicorum lib. III [v. 278] :

Aut unde nigerrimus auster
Nascitur, et pluvio contristat frigore cœlum.

Idem in Bucolicis [3, 80] :

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Terentius in Andria [II, 3, 29] :

Cave te tristem sentiat.

M. Tullius in Hortensio : « Aliud ex silvis severum et triste. »

|| *Triste*, severum. Afranius Privigno :

[Vixisti tristis, durus, difficilis, tenax.]

noxias cj. Gul. *eis minores noxias* cj. Cujac. — 37 *erum si forte quasi alias res vini cavo* Codd. *quasi a. res, vini* M Gerl. *res* omitt. Ribb. *horum si ... vinis tago* cj. Gul. *herum si forte quas galiolas vini tago* cj. Cujac., prob. M, nisi quod *galiolas* pro suspecto habet. *minoris noxiæ servum* J marg. *servum si f. quasillarias inibi tago* cj. Palm. *herum si forte, qud alias, re vini t.* Bothe. — 39 *musconis* vel *Musconis manu* vulgo. *manum* M. *mutoni' manum* cj. Gul. Dousa; sic enim Fest. *proscribere* scriptum in marg. Jun. *posset aiacem* vel *Ajacem* Codd., Edd. ante M. *posse tagacem* Bentin. Turn. M Gerl. Ribb., ex Festo. — 40 *Tangere, contingere* (quod jam sup. vidimus) omnes. *Pomponius*, etc. Hoc jam sup. p. 166, v. *Rusticatim*; ubi vide. Quem versum omnes in fine præcedentis notionis exhibent.

6 *tristia facta* Virg., habet ed. 1500, et vult Guyet. *fatn* J. — 9 *itaque tuis* vulgo. *idque tuis* J, et cj. Gul., ut habet Noster in v. *Sævum*, p. 388. — 10 *mnestum* LWM. *mestum* PC. *mæstum* Edd. ante M. — 13 *aut ster* P. — 14 *nascitur leat. Hoc Virg. probat* (quæ verba pertinent ad lemma *Phrygio*, p. 3) HPCLW. Notandum quod post *leat*, in ms. P vacat una linea et semis; majores etiam in quibusdam lacunæ existunt. *polleat* conjecturam probo. Vid. p. 3. *et pluvio contristat*, etc. Hoc in quarto libro exhibent omnes; et deinceps concordant libri et editiones. *cælum* vulgo. — 18 *cave ne tristem sentiat* P. *ne te tristem* LWM, improb. Serv. ad Georg. 1, 96. *cave te tristem* unice verum ait Serv. *te esse* aliquot Edd. Ter. *cave ne te pater tristem* AJ. — 19 *aliud exiluisse vere tristes* P. *ex silvis severe tristis* LW. *sev. tristes* Gerl. *severum et triste* JM, ut sup. p. 390. — 20 *C. Afranius* vulgo. — 21

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 30 : « In C. Lælio multa hilarit]as; in ejus familiari Scipione ambitio [major, vita tristior]. » Terentius [Andria, V, 2, 16 :

Tristis] veritas inest in vultu atque in verbis fides.

|| *Triste*, amarum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 75] :

Tristisque lupini
Sustuleris fragiles calamos.

|| *Triste*, minax. Virgilius Æneidos lib. II [v. 115] :

Isque adytis hæc tristia dicta reportat.

|| *Triste*, grave. M. Tullius de Republica lib. VI : « Qui numero optimatum et principum obtulit his vocibus, et gravitatis suæ liquit illum tristem et plenum dignitatis sonum. » || *Triste*, difficile. M. Tullius de Senectute [c. 19] : « Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur. » || *Triste*, nigrum. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 448] :

Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca.

|| *Tristis*, iratus. Afranius Epistola :

Jactabit sese : jactet; mihi erit tristior.

Id est, iratior. Idem in eadem :

Idem natura tristiori paululo.

|| *Tristis*, doctus. Varro Trihodite trifolio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως : « Illud vero quondam meæ, ut ego non metuam fulmen, non aruspicem tristem, simul ac dici non quæro. » Lucilius lib. XXVIIII :

Adde eodem tristes ac severos philosophos.

Trahere consuetudine manifestam habet significantiam : per terram ducere. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 477] :

Lora tenens tamen : huic cervixque comæque trahuntur
Per terram.

Duo locos in notis suggerit Merc. qui hic apte suppleantur : alter, quem exhibeo, est p. 407, v. *Tenacia*; alter, v. *Serium*, p. 33 : *Non ego te novi tristem servum* (al. *sævum*), *serium?* — 23 *ac dem ejus familiaris* Codd. *lib.* I *in ejus familiari* JM. *scipionem* HP. *major, vita tristior* addunt JM ex Cic. — 25 *veritas* (omisso *tristis*) Codd. *tristis severitas* AJM, ut Edd. Ter. — 26 *tristamarum* P. — 28 *fragilis* Codd., M. *fragiles* Edd. ante M. — 30 *aditis* Codd. — 31 *numero* vulgo. *numerum* Bern. *numeros* Mai. — 32 *optimatam* P. *optumatum* Gerl. *optimatum* Edd. *et principium* P. *optulit* Codd. *protulit* cj. Bentin., cui favet *opt.* scriptura. *is voris* P Gen. *is vocibus* Gerl. *his vocibus* Edd. *linquit* vulgo. *liquit* Bern., Edd. ante M. — 34 *adulescentes* Codd., M; hoc omitt. P. — 39 *jactavit* omnes. *jactabit* cj. Taubm. Passer., recep. Ribb. *se, se jactet* Passer. Conj. p. 25.

2 *id natura* P. — 3 *trifodite* LW, vett. edd. *trifote* P. *triodite* J. *trihodite* M. *trifolio* vulgo. *tripylio* JM, prob. Vahl. Riese. περι αρετησεως PLW. περὶ ἀρετῆς (nihil amplius) A π. ἀρετῆς κυησεως J. ἀρετῆς κτήσεως M Riese. *quodam mene* vel *meæ* P Gen. (H et L manu pr.). *quondam meæ* HLWAM. *fecit ut* J marg. *quond.* [*animo*] [*meo*] *sedet ut* cj. Stewech. *quod* [*animæ*] *meæ* [*insidet*] Vahl. Riese. *quodam munere* conjiciebam. *metuam panem non* P. *non* omnes. *nam* J marg. *aruspicem* omnes. — 5 *simul acdici* P. *addicit* cj. J. *addici* cj. Stewech. *ac simul dici* Bern. Gen. *simulacra divom quæro* Riese. *Lucil. lib.* XXVIII omnes. — 6 *tristis ac severus philosophus* (*philosopus* P) vulgo. *tristis ac severos philosophos* ed. 1476, ms. Dousæ, et cj. Passer.; quod ipse videram. — 7 *Trahere, per terram ducere. Virg. ... lora tenens*; et mox p. 412 :

Virgilius Æneidos lib. II [v. 550] :

Altaria ad ipsa trementem
Traxit.

|| *Trahere*, dare. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 508] :

Partibus æquabat justis, aut sorte trahebat.

|| *Trahere* est rursus levare. M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 9] : « Et recenti fossione terram fumare calentem, atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi. » Plautus Amphitryone [II, 2, 41 :

Ni] ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.

Tardum significat pigrum, lentum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 273] :

Sæpe oleo tardi costas agitator aselli.

Terentius Eunucho [V, 8, 49] :

Fatuus est, insulsus, tardus.

|| *Tardum*, diuturnum, perseverantem. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 126] :

Media fert tristes succos tardumque saporem.

Tendere, inhabitare, tabernacula et hospitia ponere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 29] :

Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.

|| *Tendere*, insidiari, decipere : dictum a *tendicula*. Terentius Phormione [II, 2, 16] :

Quia non rete accipitri tenditur neque miluo.

|| *Tendere* est proprie laxitatem distendere, et sine rugis facere. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 268] :

Tendunt vela noti.

Idem lib. VI [v. 314] :

Tendebantque manus ripæ ulterioris amore.

|| *Tendere* est dirigere. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 204] :

Per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.

1 Idem lib. II [v. 405] :

Ad cœlum tendens ardentia lumina.

Lucretius lib. I [v. 67] :

Trahere consuetud. manif. habet sign., ut Virg. ... Altaria ad ipsa omnes. Hæc in unum coegi, quod facere solent Edd. præter M, ut sæpe vidimus. — 9 *comæque* omitt. P. — 14 *Trahere, dare.* Et hoc omnes exhibent p. 412. *in* omitt. JM. — 16 *de Nat. deor.* Edd. Cic. — 17 *et regem qui fossione* HP. *regemqui* Gerl. *regere qui* vett. edd. *et recenti foss.* JM, ut Cic. *terra* P. *terram fum. cal.*, tanquam hexametri finem, dividit Le Clerc. — 18 *trahit* Codd. — 19 *ni ego*, etc. Jam sup. p. 148 et 233, et sic Plaut. — 22 *agitatur* P. — 27 *tristis sucos* Codd., M. *tristeis* AJ. — 31 *depere* P. *atendicula* H. — 33 *non recte* Codd., ed. 1476. *non rete* AJM. — 36 *tendum vela* P.

P. 411 M.

Primum Graius homo mortales tendere contra
Est ocelos ausus.

|| *Tendere*, contendere. Virgilius in Æneidos lib. II [v. 220] :

Ille simul manibus tendit divellere nodos.

Idem lib. V [v. 154] :

Æquo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

TURPE est indecorum, informe. Virgilius lib. VI [v. 276] :

Et Metus, et malesuada Fames, ac turpis Egestas.

Idem Georgicorum lib. III [v. 299] :

Scabiemque ferat turpesque podagras.

|| *Turpe*, grande. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 51] :

Optima torvæ
Forma bovis cui turpe caput.

Idem Georgicorum lib. IIII [v. 395] :

Et turpes pascit sub gurgite phocas.

TENERUM significat gracilentum. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 326] :

Et ros in tenera pecori gratissimus herba.

|| [*Tenerum*, molle ....]

TENUE, vehemens. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 93] :

Tenuisque lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.

|| *Tenue*, infecundum. Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 180] :

Tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis.

|| *Tenue*, tenerum. M. Tullius de Suppliciis in Verrem [c. 11] : « Reticulumque ad nares sibi admovebat tenuissimo lino. » || *Tenue*, frigidum. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 92] :

Ne tenues pluviæ rapidive potentia solis
Acrior.

Idem lib. III [v. 335] :

Tum tenues dare rursus aquas.

|| *Tenue*, parvum, exiguum. M. Tullius in Hortensio : « Eumdem non [modo] mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. » Virgilius lib. V [v. 690] :

Et tenues Teucrum res eripe leto.

4 *mortalis* omnes. *mortaleis* Lucr. Lamb. — 9 *æque* Codd. *æquo* Edd., ut Noster p. 282, et Virg. *pistrix* Codd., J marg. *pistris* ed. 1476, J. *pristis* AM. — 12 *famæ ac t. egestes* P. — 14 *turpis* vulgo. *turpeis* AJ. — 16 *optuma* Codd., M. *optima* Edd. ceteræ. — 18 *lib.* III P. — 19 *turpis* vulgo. *turpeis* J. *focas* Codd. — 20 *gracile lentum* Mp, J. — 26 *temptatura* Codd. *vinturaque* H. *victuraque* PW. *lingam* P. — 30 *sibi ad naris* vulgo. *ad naris sibi* sup. in v. *Maculosum*, p. 350, ut Cic. *nareis* AJ. — 31 *Tenue*, *li-*

Idem Georgicorum lib. I [v. 177] :

Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.

Tenet, sicuti est [in] usu, significat comprehendit, detinet. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 405] :

Verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis.

M. Tullius in Verrem Divinatione [c. 16] : « Non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet. » || *Tenet*, inhabitat, possidet. Virgilius in Georgicorum lib. IIII [v. 321] :

Quæ gurgitis hujus
Ima tenes.

|| *Tenet*, prohibet. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 371] :

Texendæ sæpes etiam, [et] pecus omne tenendum.

|| *Tenet*, compescit, supprimit. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 483] :

Tenuitque inhians tria Cerberus ora.

|| *Tenet*, tegit. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 115] :

Amnis abundans
Exit, et obducto late tenet omnia limo.

|| *Tenet*, dirigit. Virgilius Æneidos lib. I [v. 369] :

Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quove tenetis iter?

|| *Tenes*, intelligis, dicit Terentius in Andria [II, 2, 12] :

Id paves, ne ducas illam; tu autem ut ducas. — Rem tenes.

Tremere dicitur commoveri, agitari. Virgilius lib. XI [v. 424] :

Cur ante tubam tremor occupat artus?

|| *Tremere*, timere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 199] :

Hic aliud majus miseris multoque tremendum
[Objicitur magis].

Plautus in Asinaria [II, 2, 23] :

Non placet : pro monstro extemplo est, quando qui sudat tremit.

Tentare est exercere. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 232] :

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco.

quidum cj. Chifflet. — 35 *tum tenues* omnes, præter morem. — 37 *non modo med.* Orel. *precipere* P. — 39 *et tenuis* vulgo. *tenueis* AJ. *reseripe* H. *loeto* P. — 41 *tenuis* vulgo. *tenueis* A. *tenues* J. — 42 *est usu* Codd. *usus* Edd.

2 *sed huc liber esse* P. — 7 *lib.* III PAJ. — 8 *saepes* Codd., M. *sepes* Edd. vulgo. — 9 *subprimit* H. — 12 *in* omitt. AJM. — 13 *omnis* Codd. *amnis* Edd., ut Virg. — 18 *tenet intellegis* vel *intellig.* HPWJ. *intelleges* L. *tenet, intelligit, dicit. Terent.* vett. edd., M. *dicit Terentius* J. *tenes, intellegis* cj. J, Roth. — 23 *majus miserum* HP. *miseri* Gerlach. *miseris* Edd., ut Virg. *termendum* P. — 25 *asinari non* P. — 26 *exemplo est* Codd., M. *exemplo* omitt. Edd. ante M. *extemplo* Edd. Plaut. *quando sudat qui tremit* Codd., M. *quid tremit* LW. *qui sud. tremit* vett. edd., ut Plaut. Post *tremit*, vulgo legitur pars lemmatis *Trahere*, quam inserui p. 410. — 27 *Temptare est* (et sic

|| *Tentare*, experiri. Virgilius lib. VIII [v. 143] :

His fretus, non legatos neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi.

|| *Tentare*, aggredi. Virgilius Æneidos lib. II [v. 176] :

Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.

|| *Tentare*, petere, trahere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 145] :

Unde laborum
Tentare auxilium jubeat.

TÆTRUM, vitabile. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 8] : « Postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditates, quibus nihil nec tætrius nec fœdius excogitari potest. » || *Tætrum* dicitur illuviosum, fœtidum. Virgilius Æneidos lib. III [v. 228] :

Tum vox tætrum dira inter odorem.

Idem lib. X [v. 727] :

Lavit improba tæter
Ora cruor.

|| [*Tætrum*, fœdum, improbum.] M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 24] : « Quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias, in illa tætra atque impura legatione, vim attulisse existimatis? » Lucilius lib. XXX :

Quæ non exspectans.......

« ... [non] spectandi studio, sed hominis tætri impulsu ingressus. »

|| *Tætrum*, amarum. Lucretius lib. IIII [v. 11] :

Ac veluti pueris absinthia tætra medentes
Quum dare conantur.

|| *Tætrum*, impium, crudele. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 25] : « Promissum potius non faciendum quam tætrum facinus admittendum fuit. »

TORQUERE significat inflectere. Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 448] :

Ityræos taxi torquentur in arcus.

ubique) Codd., etiam Mp. *tentare* Edd. *exerceri* omnes. — 30 *lib.* VIIII *his* P. — 31 *prima partem* P. — 34 *æquore* P. — 35 *petere, dare* omnes.

3 *Taetrum* (item in seq.) LWM. *taetrum* (hic semel) H. *tetrum* PMp, Edd. ante M. — 4 *post. etiam* H Gener. Gerl. *e iam* P. *eiam* L. *hæ iam* W, Edd. *libers* P. *cupiditutes* H, et Edd. *cupiditatis* Codd. plerique. — 5 *tetrum* (et sic deinceps) H. *faetidum* Codd. *foetidum* AJM. — 7 *tunc vox* vulgo. *tam* ed. 1476, ut Virg.; et manu correxerat Mercerus. — 11 Nemo sane contendet præcedentem expositionem huic exemplo convenire. *Tæter homo* est *impurus homo*, ut ait Nonius p. 324, quod vertit *improbus*. — 13 *matr. familiis* Codd., ut p. 324. *familias* AJM. — 14 *inpura ... adtulisse* H. — 15 *quæ non expectans spectandi* WM. *spectans spectandi* HPL Gen. Bern. *qui non expectans spectandi* J. *studiose ab hominis* P. *studio se ab hominis* HL Bern. *studiose at hominis* A. *studio; se ab hominibus* Gerl. *studio sed hominis* JM. *ominis* Gen. *qui non spectandi studio, sed ab omini' tetri* cj. Gul., prob. Dousa. — 18 *Nam veluti* Edd. Lucr. — 20 *M. Tullius*, etc. Jam sup. p. 309. — 21 *faciundum* vulgo. *faciendum* P. *quam te-*

Terentius in Eunucho [IV, 4, 3] :

> Illud vide, os [ut] sibi distorsit carnufex!

|| *Torquere*, gyro celeri rotare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 116] :

> Ast illam ter fluctus ibidem
> Torquet agens circum.

|| *Torquere*, jacere, mittere. Virgilius lib. V [v. 497] :

> In medios telum torsisti primus Achivos.

Tueri dicitur servare, custodire. M. Tullius Epistolarum ad Cæsarem lib. I : « Ut sciret tuenda majore cura esse quam parta sunt. » Virgilius lib. VIIII [v. 175] :

> Succedunt, variantque vices, quod cuique tuendum est.

|| *Tueri*, videre. Virgilius lib. V [v. 575] :

> Excipiunt plausu pavidos, gaudentque tuentes
> Dardanidæ.

Pacuvius Teucro :

> Quam te post multis tueor tempestatibus!

Tergora dicuntur coria. Virgilius Æneidos lib. I [v. 211] :

> Tergora deripiunt costis.

|| *Tergora*, dorsa. Virgilius lib. VIIII [v. 763] :

> Hic raptas fugientibus ingerit hastas
> In tergum.

Lucilius lib. XXVIIII :

> Orationem facere compendi potes,
> Solvi dum salvo tergo et tergino licet.

|| *Tergum*, scutum. Virgilius lib. VIIII [v. 412] :

> Et venit adversi in tergum Sulmonis.

Idem lib. X [v. 718] :

> Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas.

Transmittere, tradere, derelinquere. Lucilius lib. XXVIII :

> Polemon et amavit Craten, et huic transmisit suam scholam
> Quam dicunt.

crum P. — 25 *ityreos* omnes. *Iturœos* Edd. Virg. *torquenter* P. — 27 *vide ut os* ed. 1476. *os ut* AJ, ut Ter. *contorsit* Codd., M. *distorsit* AJM(in Emend.), ut Ter. *carnufex* Codd., M. *carnifex* Edd. *caruiufex* P. — 28 *giro* P. *Æneid.* omitt. P. — 30 *torqueat ingens* H. *torquet nt ingens* P. *torquent gens* LW. *torquet agens* Virg. — 32 *in medio ... nchibuos* P. — 33 *epistulnrum ... ut scire* P. — 36 *seuccedunt* P. *variautque duces* Codd., J marg. *vices* Edd. Ex tribus Virgilii versibus conflatus hic est : adde IX, 164 et 222. — 37 *lib.* VII *excipiunt* P, ed. 1476. *lib.* VI LWAJ *lib.* V M.

2 *Pacuvius*, etc. Jam sup. p. 407. — 5 *diripiunt* omnes. *deripiunt* meliores edd. Virg. — 9 *lib.* XXVIII omnes. — 10 *fecere conpendi* P. *potest* HWJM. *postest* P. *postes* Gen. L man. pr., A. *potes* L m. sec. Turn. Dousa. — 11 *salvi dum* Codd. *solvi dum* Turn. JM. *salvi* vel *solvi* omitt. A. *salvo in tergo et in tergino* HPW. *et tergi non* Bern. AJ. *salvo tergo et tergino* L Gen. Turn. M. — 16 *Transmittere, trahere* Codd., vett. edd. *tradere* J marg. M. — 17 *amavit mortem huic* Codd. *mortem, et huic* AJM. *amavit Cratem et* cj. Victor., prob. M (qui tamen scribit *Craten* ut Victorii conjecturam : hoc scripsi, quanquam primum *Cratetem* placuerat). *Polemonem amav. et post mortem*

Temerarium, sicut plerumque, a temeritate. || *Temerarium*, metuendum et sollicitum. Plautus in Asinaria [II, 1, 14] :

Sed quid hoc quod picus ulmum tundit? haud temerarium est.

Et in sequentibus [v. 16] :

Aut mihi in mundo sunt virgæ, aut atriensi Saureæ.

Tegetes a tegendo. Varro de Re rustica lib. I [c. 22] : « Sic quæ fiunt de cannabi, lino, junco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Quæ e fundo sumi non poterunt. »

Taleas scissiones lignorum vel præsegmina Varro dicit, de Re rustica lib. I [c. 40]; nam etiamnunc rustica voce *intertaliare* dicitur dividere vel excidere ramum : « Ex utraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clavolas, alii taleas appellant. »

V

Volare est avium. Virgilius in Æneidos lib. IIII [v. 255] :

Humilis volat æquora juxta.

|| *Volare*, celeriter currere. Terentius Hecyra [III, 4, 24] :

Ne frustra illic exspectet, vola.

Virgilius lib. V [v. 324] :

Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores.

Vastum est magnum. Virgilius in Æneidos [III, 191] :

Vastumque cava trabe currimus æquor.

|| *Vastum*, horrens et asperum. Cicero de Oratore [lib. I, c. 25] : « Ita vultu motuque corporis vasti et agrestes, ut, etiamsi ingeniis valeant atque arte, tamen in oratorum numerum venire non possint. »

|| *Vastum*, ingens. Virgilius Æneidos lib. I [v. 52] :

Hic vasto rex Æolus antro.

huic (de Xenocrate) cj. J. *Polemo* Gen. *Polemonem et am. et in morte huic* cj. Luc. Müller. *transm. sua* P. *scottem* Codd. *stolem* ed. 1476. *stolam* AJ. *scolem* ms. Tornes., Gen. Bern. *scholam* cj. Victor., recep. M (quod restituit in Emend.). — 20 *et sollicitum* HPL, Edd. ante M. *sollitum* W. *solitum* M. *insolitum* cj. Guyet. — 21 *quid hoc quod* HPL Gen. Bern. A, ut Plaut. *hoc* omitt. W, M, uncis inclulit J. *picus alnum* P. *ut atriensis aureæ* H. — 24 *Tegetes, Taleas.* Quæ lemmata, huic libro prorsus aliena, in primum librum inserueram, p. 61 M, ubi, *Porcæ, Occntionis, Pomorum*, etc., et plurima ex *Re Rustica* I; namque exempla ex eodem opero continuare solet Noster. Etsi nunc non aliter sentio, ab iis deterritus sum qui « calumniari voluissent. » *Varro ... si quæ* vulgo. *sic quæ* JM. — 25 *decannabilino* H (et ed. 1476, sed divisim). *de cunobino lino* ed. 1500, J. *de cannabio* P. *cannabo* Mp. *cannabi* Gerl. M, ut Varr. *syrpo* Mp. *tegeses* Mp. *tegetis* Codd. alii. *tegetes* Edd. — 26 *quæque fundo* P Gerl. *potuerunt* HPW. *poterunt* LM Gerl., ut Varr. — 28 *Nam*, etc. Quod profecto glossema est serioris ævi. *etiamnunc* vulgo. *etiamnum* M. — 29 *æqualiter* P. — 30 *clabulas* omnes. *cluvulas* Putean. *clavolas* Edd. Varr. — 32 *lib.* I vulgo. *lib.* IIII M. — 35 *ne me fr.* Edd. Ter.

2 *deores* P. *calcediores* H. — 4 *lib.* III Edd. *cuba* Codd. *cava* Edd. *trebe* P. *cursibus* Codd. *currimus* Edd. — 6 *atque agrestes* Edd. Cic. — 7 *videant atque arte* P. *atque arte valeant* Edd. Cic. *non possunt* P. — 9 *colus* H. — 12 *Vastus est flatus* P. — 15

|| *Vastum*, ferox. Cicero Tusculanarum [V, c. 27] : « Quæ barbaria India vastior aut agrestior? »

Ventus est flatus. Virgilius [Æneidos] lib. I [v. 66] :

Et mulcere dedit fluctus, et tollere vento.

|| *Ventus* etiam significat odorem. Plautus Cistellaria :

[Nam] ita mustulentus ventus nares obtigit.

Virtus est fortitudo. Virgilius lib. V [v. 455] :

Tum pudor incendit vires, et conscia virtus.

Plautus in Milite [III, 1, 82] :

Deum virtute ut transeuntem hospitio accipiam.

|| *Virtus* rursum meritum est et dignitas. Plautus in Milite [III, 1, 133] :

Sicut merci pretium statui pro virtute ut veneat :
Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperet.

Vesci est edere. Virgilius lib. VIII [v. 182] :

Vescitur Æneas simul et Trojana juventus.

Attius Atreo :

Ne cum tyranno quisquam, epulandi gratia,
Accumbat mensam, aut eamdem vescatur dapem.

|| *Vesci* etiam significat uti. Virgilius Æneidos lib. I [v. 546] :

Quem si fata virum servant, si vescitur aura
Ætheria.

Lucretius lib. V [v. 72] :

Quoque modo genus humanum variante loquela
Cœperit inter se vesci per nomina rerum.

Pacuvius Chryse :

Fugimus qui arte hac vescimur.

Idem Armorum judicio :

Qui viget, vescatur armis, ut percipiat præmium.

Novius Macco exsule :

Cur istuc vadimoniosum vestimentum vesceris?

Attius Armorum judicio :

Sed ita Achilli inclutis armis vesci studet,
Ut etiam cuncta optima levia præ illis putet.

Jam Noster : *Nam ita must.*, p. 63. *mustilentus* Codd., M. *mustulentus* Edd. ceteræ, ut est p. 63. *naris* Codd. *nareis* AJ. *nares* omnes p. 63. — 17 *tunc* omnes. *tum* Edd. Virg. — 19 *virtute est eundem hosp. accipiam* Codd. *virt. euntem h. accipere* AJ. *virt. ut transeuntem* Edd. Plaut. *virt. transeuntem hosp. accipi* M. *apud me est comitas* addunt AJ ex Plauto. — 22 *in milite : quæ improba est mers pretium eis statuis pro virtute ut neviant* Codd. *ut veniant* Bern. *sicut merci pretium statuit*, etc., ex Plauto dant A (qui non habet *statuit*) JM. *sicuti* A, ut Edd. Plaut. — 23 *pauperat* omnes. *pauperet* Edd. Plaut. — 33 *quoque ... loquelam* Codd., M. *quove ... loquela* Edd., ut Lucr. — 35 *crisse* Codd. — 36 *aura hac* cj. Grot. *arte* prob. etiam Steph. Voss.

2 *ut percipiat* vulgo. *it percip.* Gen. *ut id percipiant* P. — 3 *maccho* P. — 4 *curis*

P. 416 M.

Idem Phœnissis :

Num pariter videor patris vesci præmiis?

M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V [c. 20] : « Si, gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis vesci voluptatibus. » || *Vesci* iterum videre. Attius Athamante :

Priusquam infans facinus oculi vescuntur tui.

Velare est cooperire : unde et *revelare* nudare dicitur. || *Velare* rursum ligare. Pomponius Pannuceatis :

Nunc roges quid fiat? Restis viiis est : velet guiam.

Vola est media manus. Varro Ἐπιτάφιον, ἢ βοῦς περὶ τάφον : « Pleni libri, inquam, ubi maneant τὰ πάθη eorum, quorum in sepulcris nec vola nec vestigium exstat. » Idem Ταφῇ Μενίππου : « Hæc Numa Pompilius fieri si videret, sciret suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere. » || *Vola* rursum cavum sub planta.

Vanum, leve, inane. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 225] :

Sed illos
Exspectata seges vanis elusit aristis.

|| *Vanum* est mendax. Virgilius Æneidos lib. I [v. 392] :

Ni frustra augurium vani docuere parentes.

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 103 : « Eos ille non pro vanis hostibus, ut meriti erant, sed accurate et liberaliter habuit. » Idem

istuc vadimonia suum HWM. *cur istuc* PL Gen. *curisis tunc vad.* AJ. *cur is istuc? vadimonia sunt* cj. Guyet. *cur istæc vadimonia? suum* cj. Muuk. *Cur istuc vadimonia assum?* Et mutata persona : *Vestimentum v.* cj. Ribb. *cur istuc vadimonio (in vad.* Bothe) *suum vest.* Both. Gerl., et aliquis in marg. Jun. — 6 *sedit achilli* PV. *sed it achilli* HLW. *sed is* cj. Passer. M. *sed ita* Delr. Bothe 2, Ribb. *cedit, Achilli* M. *cedit Achilli indutis* (*indutus* J) AJ. *sed is* cj. et Guyet. *inclitis* H. *inclutis* PM. *inclytis* J marg. — 7 *ut ea cuncta optima Achilli inclyto* (sic P) vel *incluto levia præ illis* (*preillis* P) *putet* Codd., M. *Achilli induto* AJ. *cuncta opt. is levia p. i. p.* J marg. *Achilli inclyto* omittenda cj. Merc. Bothe 2, improb. Gerl. *ut cuncta opima levia* cj. M, prob. Ribb. *ut etiam cuncta optima is levia* Delr. *ut jam cuncta optimis levia præ* Bothe 2. — 8 *fenissis* Codd. — 9 *nunc* J marg. *patriis* Both. Ribb. *præmis* Codd. *præmiis* Edd. — 11 *gerundis* Codd. pleriq. et Edd. *gerendis* PL Genev. *possit orbatus* omnes. *orbatus p.* Edd. Cic. — 13 Quod jam sup. p. 56. *Vescuntur turtui* P. — 14 *valere* (deleto *a* et suprascr. *e*, ut sit *velere*) P. *cooperire* HPL Gen. *coperire* VWM. *operire* Edd. ante M. — 15 *legare* Codd. *ligare* Edd. — 16 *nunc rogis* Codd. *rogas* Edd., Both. Ribb. *restis biles est velet* Codd., ed. 1476. *restis est bilis* A. *est vilis* J. *vilis est, velet* Turn. M Bothe. — 17 *Vola est media manus* Codd., M. *media pars manus* Edd. ante M. *epitafionibus* Codd. (etiam H ex apographo meo; sed *epitafoaibus* auctore Riese). ἐπιταφίῳ ἢ περὶ τάφων cj. Turn. ἐπιτάφιον ἢ βοῦς περὶ τάφον cj. J, recep. Laurenb. M. *Varro* περὶ ἐπιταφίων *Pleni* A. *Varro Epitaphionibus*, περὶ ταφῶν Œhl. Riese, improb. Dübner. — 18 *maneant tepiti eorum* HVP man. pr. M. *tepeti* P man. sec. L. *epeti* Gen. *manea tepiti* ed. 1476. *tapeti* AJ. *mane antepetitorum* Bern. *tapetia* cj. Gerl. *maneant* τάφοι (*taphi*) *eorum* cj. Turn., prob. M. *man. epitaphii* Riese. *capuli* Œhl., improb. Dübn. — 19 *idem Varro* omnes. *tafe minippu* Codd. pleriq. *tafemippu* W. — 20 *viderit* vulgo. *videret* Mp Genev. Bern. *sciet* HLW, Edd. *sciret* PMp Gen. Bern. — 21 *Volare rursum* Codd. *Vola* Edd. — 25 *in Æn.* P, ed. 1476. — 26 *augurum* P. — 27 Omissum Belli Jugurthini locum restitui, quanquam alterum exemplum pariter ex Jugurthino, ubi non comparet, citat Prisc. p. 994. Hoc in *Hist.* 1 collocat Gerl. hæsitans. — 30 *proficiunt* Edd. ante M, ut Cic. — 31 *quicquam est* Edd. ante M, ut Cic. *Cicero Tusc.* Codd. *Idem Tusc.* AJM. *tusculanorum* P. — 32 *inbuimur* H. *ut* omitt. P.

Historiarum lib. I] : « Mauri, vanum genus. » M. Tullius de Officiis lib. I [c. 42] : « Nihil enim proficiant nisi admodum mentiantur; nec vero est quicquam turpius vanitate. » Cicero Tusculanarum lib. III [c. 1] : « Tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. » || *Vanum*, insidiosum, subdolum. Virgilius Æneidos lib. II [v. 79] :

Nec, si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

|| *Vanum*, obscurum. Virgilius in Æneidos lib. IIII [v. 278] :

Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

M. Tullius de Republica lib. V : « Nostra vero ætas quum rempublicam sicut picturam accepisset egregiam, sed jam evanescentem vetustate. »

Vastitas significat vastationem. Attius Astyanacte :

[Te] propter, tot tantasque habemus vastitates funerum.

|| *Vastitas*, desertio. Varro Prometheo lib. I :

Mortalis nemo exaudit, sed late incolens
Scytharum inhospitalis campi vastitas.

Virgilius lib. VIIII [v. 323] :

Hæc ego vasta dabo, et lato te limite ducam.

Cicero de Deorum natura lib. II [c. 39] : « Qui, quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari. »

Ultimum usu novissimum dicitur. Virgilius Æneidos lib. VIIII [v. 759] :

Ultimus ille dies bello gentique fuisset.

Et M. Tullius de Senectute [c. 14] : « Magis delectatur qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam qui in ultima. » || *Ultimum*, primum. Virgilius Æneidos lib. VII [v. 49] :

Tu sanguinis ultimus auctor.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 17] : « Efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. »

4 *inproba* H. — 7 *ut nostra* omnes. *ut* omitt. August. Civ. D. 2, 21, prob. Mai; quod ipse deleveram, tanquam iteratum numerum. — 8 *pictura* Codd. *picturam* AJM. — 11 *te propter* cj. Bothe, prob. Düntzer; quod ipse videram. *propter te* AJ, prob. Herm. *vastitatis* Codd., M. *vastitates* Edd. aliæ, Herm. Bothe. — 12 *Prometheo liberato* cj. M. *libero* cj. Burm. — 13 *martales* omnes. *mortalis* cj. Scal., prob. M Guyet. *insolens* cj. Gerl. — 14 *satharum* P. *sattharum* HLWM. *Scytharum* conj. J et Scal., prob. M Riese. *Sacarum* etiam cj. J Guyet. *barathrum* AJ. *campis* omnes. *campi* cj. Scal. — 17 *de Nat. deor.* Cic. *quid quasi* Codd., A. *qui quasi* JM, ut Noster, p. 185, et Cic. — 18 *patitur* Codd. *patiuntur* AJM, ut p. 185, et Cic. *inmanitate* H. *beluarum* Codd. pleriq. *belarum* P. *balbarum* L Gen. *belluarum* AJM. *efferari* (non *ecferari*) Codd., M. — 19 *asperitate vattari* H. *asperitates attari* P. *asperitate sattari* LWA. *asperitate vastari* JM, ut p. 185, et Edd. Cic. *vastescere* alii ap. Bentiu., Lambin. et J p. 185.

Idem de Finibus bonorum et malorum lib. III [c. 9] : « Eorum dico qui summum bonum, quod ultimum appello, in animo ponerent. »

URGERE, insistere. Lucilius lib. XXVIIII :

Cæde ostium, Gnatho; urge. Restant : periimus!

Quadrigarius Annali lib. IIII : « Sed circiter horas duas gravi prœlio urserunt; deinde in fugam sunt conjecti. » || *Urgere* est premere, cogere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 522] :

Ima
Solvuntur latera, atque oculos stupor urget inertes.

Et in [eodem, v. 222] :

Versaque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu.

Lucilius lib. XXVIIII :

Urget gravedo sæpius caussa tua.

Varro Antiquitate rerum humanarum :

Qua murum fieri voluit, urgemur in unum.

M. Tullius in Hortensio : « Itaque tunc Democriti manus urgebatur : est enim non magna. » || *Urgere* est tegere. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 351] :

Qui saxo super atque ingenti pondere testæ
Urgerent.

|| *Urgere,* accelerare. Virgilius lib. VIIII [v. 488] :

Tibi quam noctes festina diesque
Urgebam.

VINCERE significat superare. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 123] :

Ubi aera vincere summum
Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ.

|| *Vincere,* exprimere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 289] :

Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quam sit.

|| *Vincere,* animi compotem fieri. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 17] :

Illi victor ego [et] Tyrio conspectus in ostro.

— 27 *eeficiturque* P. *Pythagoras vult in amicitia, ut* Codd. et pleræque edd. Cic. *pytagaras* H. *ultimum in* ap. Cic. legi vult Schott ex Nonio, et habent recentes edd. — 30 *appeltant* omnes. *appelto* Cic. — 31 *urguere* (ubique) Mp. *lib.* XXVIII omnes. XXVIIII recte in v. *Cædere*, p. 272. — 32 *cede hostium* P. *cæde hostium* W, Edd. *ostium* HLJ marg. *gnata urgere stant* H. *gnato urgere restant* Edd. ante M. *gnate urge* J marg. *Gnatho, urge* M Gerl. *perimus* omnes. *periïmus* J marg., recep. Gerl. Corpet.

1 *annali* Codd., M. *annal. lib.* AJ. — 2 *proetio* Codd., J. *prætio* AM. *urserunt* vulgo. *urguebant* Mp. — 5 *inertis. Et : versnque* JM Gerl. *inhertis et in versaque* P. *inertes versnque* vett. edd. — 10 *gravido* Codd., J marg. *gaudeo* A. *gravedo* JM. — 12 *urgentur in* ej. Planck. — 16 *ingenti* omnes, ut pars codd. Virg. *ingentis* vulgo Codd., et

Idem lib. VII [v. 544] :

Junonem victrix affatur.

VERTERE dicitur convertere, contorquere. Virgilius lib. VIII [v. 438] :

Gorgona desecto vertentem lumina collo.

|| *Vertere*, fallere, decipere. Virgilius Æneidos lib. II [v. 62] :

Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

|| *Vertere*, mutare. Virgilius Æneidos lib. I [v. 237] :

Quæ te, genitor, sententia vertit?

|| VERSAT, agitat, commovet, volvit. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 258] :

Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
[Durus amor]?

Idem Æneidos lib. VI [v. 362] :

Nunc me fluctus habet, versantque in littore venti.

VINDICARE est malefactum defendere. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 15] : « Atque iste dolus malus et legibus erat vindicatus. » || *Vindicare*, [ex]trahere, liberare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 228] :

Graiumque ideo bis vindicat armis.

M. Tullius de Senectute [c. 16] : « Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. » || *Vindicare*, revocare. Cicero Academicorum lib. III : « Aliqua potestas [si] sit, vindicet se in libertatem. » M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Qui si nihil ad id beneficium adderes, quo per te me una cum republica in libertatem vindicavissem. » Varro Epistolis latinis : « Ac si te in libertatem vindicare non potes, feres fortunam. » || *Vindicat*, adsciscit, ad se trahit. Varro Andabatis : « Et me Jupiter Olympiæ, Minerva Athenis, suis mystagogis vindicavissent. » M. Tullius in Hortensio : « Deinde imitator, ut sibi quidem videtur, naturæ mos vindicat. »

Edd. Virg. *teste* P. — 18 *adcelerare* P. — 20 *urgebant* P. — 24 *aut ullæ* PA. *haud* HL, vett. edd. *haut* M. *arborius haud* W. *ullo* J marg. *jacto* W. — 30 *ego et* Edd. ante M. — 33 *lib.* VIIII P. — 37 *dolo seu certe* Codd., vett. edd. *dolos seu certæ* JM. *obcumbere* H. — 43 *durus amor* addit Noster in v. *Durum*, p. 285. — 45 *habent* HP. *litore* vulgo. *littore* vett. edd.

2 *etiam legib.* Edd. Cic. — 3 *Vind. liberare trahere* P. *lib.* III P. — 4 *vindicat armis. Cicero Academicorum ... M. Tullius de* (Codd. *Idem de* Edd.) *Senectute ... Varro Andabatis ... Idem epistolis lat. ... Vindicare, revocare. M. Tullius ad Cæsarem ... Vindicat, adsciscit ... M. Tullius in Hortensio* omnes eo ordine. — 5 *loquatior* P. — 7 *pot. sic vindicet in lib.* ed. 1476. *si sit, vindicet se in* AJ, Edd. Cic. *si* omitt. Codd., M, et omitti potest. — 9 *qui si nihil ad beneficium adderem* J marg. *adderes* etiam ms. J (Animadv. p. 261). *quasi me ad id bellum arcesseres* vel *accerseres* AJ. — 10 *vindicavissent* Codd., ed. 1476. *vindicavissem* AM. *vindicassem* J. *Idem epistolis* omnes. *Idem epistolis latiniae si* P. *Latiniæ: si te* Gerl. *latinis : si* JM. *epistolis, latine si* A. — 12 *adsciscit* P, Edd. ante M. *assiscit* LWM. — 13 *olimpie* Codd. *Olympiæ* JM. *suis mystagotis* Codd. *mista gotis* A.

P. 419-420 M.

Usus dicitur ab utendo. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 559] :

Nam neque erat coriis usus.

|| *Usus* dicitur consuetudo. Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 28] :

Mihi sic est usus : tibi ut opus facto est, face.

|| *Usus*, opus. Virgilius lib. VIII [v. 441] :

Arma acri facienda viro. Nunc viribus usus,
Nunc manibus rapidis.

Vitam manifestum est a vivendo dictam. Sallustius in Catilinæ bello [c. 2] : « Vitam secuti peregrinantes transiere. » || *Vitas*, umbras. Virgilius lib. VI [v. 292] :

Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat volitare.

Venire claram habet significationem. Virgilius lib. VI [v. 687] :

Venisti tandem.

|| *Venire*, imminere. Virgilius lib. VII [v. 470] :

Se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.

Verrere est trahere. Virgilius [Æneidos] lib. I [v. 59] :

Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

|| *Verrere*, ferire, pervertere. Virgilius Æneidos lib. III [v. 208] :

Adnixi torquent spumas, et cærula verrunt.

Lucilius lib. XXVII :

Quam non solum devorare se omnia ac deverrere.

|| *Verrere*, mundare. Titinius Gemina :

Everrite ædes, abstergete araneas.

Lucilius lib. XXVII :

Lignum cædat, [pensum faciat,] ædes verrat, vapulet.

Via est iter. Virgilius Æneidos lib. I [v. 422] :

Strepitumque et strata viarum.

|| *Via*, ratio, causa. Virgilius lib. X [v. 879] :

Hæc via sola fuit qua perdere posses.

Terentius Phormione [IV, 1, 34] :

Qua via istuc facies?

mystagogis JM. — 14 *videntur* P. *naturæ mos* omnes. *mons* (expuncto ac deleto *n*) P. — 17 *coriis ussus* P. — 21 *faciunda* vulgo. *facienda* P. — 26 *tenuis* vulgo, ut in v. *Cavi*, p. 466. *tenui* J. — 28 *signifientionem* vulgo. *significantiam* P. — 30 *inminere* H. *Venire, resistere, imminere* ed. 1476, et notat Bentin.

2 *ferant trepidi* Codd. *rapidi* Edd., ut p. 302, et Virg. *verrntque* P. — 3 *in Æn.* P. — 4 *adnixi* Codd. *annixi* Edd. — 6 *quam* omitt. P. *quin* scriptum in marg. Jun. — 7 *gemine verrite* HW. *gemine verritea aedis* P. *geminae verrite* L Bern. *gemina : verrite* A. *Gemina : everrite* JM, ut in v. *Araneæ*, p. 192. *edis* H. *edes* Mp. *ædis* Codd. alii, M. *ædeis* A. *ædes* J. *abstergite* vulgo. *abstergete* M, ut p. 192. — 9 *Lucilius*, etc. Jam sup. in v. *Cædere*, p. 271. *lib.* XXVII PL Gen. Bern. XXVIII HWM. XXVI p. 271, ed. M. — 10 *cedat* P. *pensum faciat* addidi ex p. 271. *ædis* vulgo. *edes* Mp. *ædeis* AJ. *verrat ac vapulet* vulgo. *ac* omitt. M, quod deest p. 271. — 12 *strepitumque strata* P. — 14

|| *Via*, consuetudo. Terentius Heautontimorumeno [I, 1, 49]:

Sed vi, et via pervulgata patrum:
Cotidie accusabam.

Vestigium dicitur pedum impressio. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 59]:

Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

|| *Vestigium*, extrema pars pedis. Virgilius lib. V [v. 566]:

Vestigia primi
Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.

Volutari dicitur volvi. Lucilius lib. XXX:

Quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?

|| *Volutare*, cogitatione perquirere. Virgilius in Bucolicis [9, 37]:

Id quidem ago, et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto.

Lucilius lib. XXX:

Hæc tu me insimulas? Nonne ante in corde volutas?

Vis est celer impetus. Lucilius lib. XXVI:

[Ut] Romanus populus victus vi, et superatus prœliis.

|| *Vis*, fortitudo. Virgilius Æneidos lib. II [v. 491]:

Instat vi patria Pyrrhus.

Et [v. 452]:

Auxilioque levare viros, vimque addere victis.

|| *Vis*, celeritas. Lucretius lib. III [v. 7]:

Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
Consimile in cursu possint ac fortis equi vis?

Vix, cum labore. Virgilius Æneidos lib. V [v. 263]:

Vix illam Phegeus Sagarisque ferebant.

Idem in Georgicorum lib. II [v. 213]:

Vix humiles apibus casias roremque ministrat.

|| *Vix*, statim. Virgilius [Æneidos] lib. II [v. 323]:

Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit.

possis vulgo. *posses* ed. 1476, M, ut Virg. — 16 *quia via istuc* Codd. *qua via* Edd., ut Ter. *isthuc* M. — 19 *cottidie* H. *cotidie* M Gerl. *quotidie* Edd. ante M. — 20 *inpressio* H. — 22 *grandiens* P. — 23 *vestigi extrema* P. *lib.* II *vestigia ... frotemque* P. — 26 *Voluter dicitur* Codd. *Volutare* ed. 1476. *Volutari* AJM. — 27 *quid tu is tunc curas* P. *istuac* Mp. *isthic* cj. Gul. — 31 *hæc dum* J marg. *insimilas* Codd., A. *insimulas* JM. — 32 *celeri impetus* P. — 33 *ut* addidi ex repetito loco in v. *Bellum*, p. 437. *populus Rom.* Dous. Corpet, improb. Dübner. *victus vel superatus* Codd. *victus vi, super.* AJM, ut p. 437. *vi victus* cj. Guyet. — 35 *phyrrus* HP. — 39 *artibus evi* P. *artubus ævi* HLW. *artubus hædi* vel *hœdi* Edd., ut p. 306, et Lucr. — 40 *consimili* omnes. *consimile* Noster sup. p. 306, ut Lucr. *incursu* P, ed. 1476, M. *in cursu* alii, et M, p. 306. *equi vi* P. *equivi* H.

1 *Virg. lib.* v Codd. *Æn. lib.* JM. — 2 *vix illam* L manu pr., ut Virg. *illum* vulgo. *Sagarusque* Codd. *Sagarisque* Edd., ut Virg. — 4 *humles* omnes. — 6 *gemitum* H. — 7 *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Pueri*, p. 153. *non furgarum* P. *non perfugarum* AJ. *fugarum* LW. *furiarum* J marg. M, ut p. 153. Primum cogitaveram de repetendo lemmate *Vulgavit*, quod est sup. p. 182. Prior significatio, quam *honestam* more suo dicit Nonius, recte in secundo libro compareret; sed

P. 421 M.

Varro Eumenidibus : « Vix vulgus confluit non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum. »

[LIBER V.]

DE DIFFERENTIA SIMILIUM SIGNIFICATIONUM.

Cupido et Amor idem significare videntur. Et est diversitas. *Cupido* enim inconsideratæ est necessitatis, *amor* [autem] judicii. Plautus Bacchididus :

Cupidon' tecum sævit, anne amor?

Idem in Curculione [I, 1, 3] discrevit, et vim ejusdem diversitatis expressit, dicens :

Quo Venu' Cupidoque imperat, suadetque Amor.

Afranius in Omine :

Amabit sapiens, cupient ceteri.

Cupidinem, quum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus. Virgilius [Æneid. VI, 373] :

Quæ lucis miseris tam dira cupido?

Quum masculino, deum ipsum. Plautus Mercatore [V, 2, 13 :

O] Cupido, quantus es!

Nævius Gymnastico :

Edepol Cupido, quum tam pauxillus sis, nimi' multum vales.

Inter Amare et Diligere hoc interest, quod *amare* vim habet majorem, *diligere* autem est levius amare. Cicero ad Brutum : « Sic igitur facies, et me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges. » Et lib. VIIII [Edd. ep. 1 init.] : « Lucius Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. » Idem ad Dolabellam [Famil. IX, 14] : « Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid

integrum lemma, cum *varia* significatione, ad quartum pertinet. Sed lectores ad loc. cit. remittere satis sit. — 10 *Incipit de differentia similium significationum per litteras id est per C litteram* HCL. *Incipit differ. sim. sign. per litt. Primo incipit per C litteram* P. *De differentiis verborum* V, M Gerl. Editiones autem aliæ aliter. — 12 *inconsiderate* PC. *amor a judic.* C; unde *autem* addidi, ut sæpius videre est. — 14 *cupidon* vulgo. *cupido* AJ. *tecum sævis* Codd. *sevis* V. *te conficit* AJ. *tecum sævit* J marg. M. — 17 *quod Venus* vulgo. *quo* ed. 1476, ut Plaut. — 18 *in omine* Codd. *nomine* (sed penitus eraso *n*) P. — 19 *ambit* Gerl. *amabit* vulgo. — 25 *Nerius* Gerl. — 26 *pausillus* HVLWM. *pusillus* AJ. — 29 *quod* vulgo, ut in v. *Contentus*, p. 264. *quo* Edd. ante M. *quod antentus sum* P. *aut contentus* L. *aut quod contus* W. *sim* scriptum in marg. Jun.; quod placet. — 30 *et lib.* VIIII *Lucilius Clodius* Codd. *in li.* I. *Luc. Clodius* ed. 1476. *et lib.* vel *in libro primo* vel I : *Clodius* (omisso *Lucilus*) ed. 1500, AJM. *Lucius* cj. Roth, ut Edd. Cic. *enfaticoteron* LW. *enfati coteron* H. *enfaticoceron* P. ἐμφατικώτερον Edd.

accedere? Tantum accessit ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. »

Perire et Interire plurimum differentiæ habet, quod *perire* levior res est, et habet inventionis spem et non omnium rerum finem. Plautus Captivis [III, 5, 32] :

Qui per virtutem ꝑeritat, [is] non interit.

Alere et Educare hoc distant : *alere* est victu temporali sustentare, *educare* autem ad satietatem perpetuam educere. Plautus in Menæchmis [I, 1, 22] :

Nam illic homo homines non alit, verum educat.

Attius Andromeda :

Alui, educavi; id facite gratum ut sit seni.

Inter Tollere et Auferre est diversitas. *Tollere* est levare, erigere; *auferre*, levatum transferre. Virgilius lib. VIII [v. 439] :

Tollite cuncta, inquit, cœptosque auferte labores.

Turpilius Philopatro :

Simul circumspectat : ubi, præter se, neminem
Videt esse, tollit, aufert; ego clam consequor.

Varro Sexagessi : « Numquis patrem, decem annos natus, non modo aufert, sed tollit, nisi veneno? »

Horrendum et Horridum habent plurimam diversitatem. Est enim *horrendum* tætrum et vitabile. Virgilius Æneidos lib. III [v. 679] :

Concilium horrendum.

Horridum plerumque exstans et prominens et erectum. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 251] :

Et glacie riget horrida barba.

Plautus in Pseudolo [I, 1, 66] :

Papillarum horridularum oppressiunculæ.

Attius Medea :

Ut tristes turbinum
Toleraret hiemes, mare quum horreret fluctibus.

1 *habeam* Codd. *habebam* P, Edd., ut Cic. — 2 *ante* Codd., M. *antea* Edd. ante M. — 4 *habet* Codd., M. *habent* AJ. *Perire et inter. plurimum differunt* ed. 1476. *leviorres* (*leviorris* ex emend.) P. — 7 *perit aut non* CL manu sec. W. *perit at non* L manu pr. AJM. *perit, is non* cj. aliquis in marg. Jun. *peritot non* ed. 1476, ut Edd. Plaut. *ot is* scriptum in marg. Jun. *perbitat* cj. Scal., recepit Bothe. — 8 *tempor. vitam sustent.* Edd. ante M. — 10 *in* Codd., ed. 1476. *in* omitt. AJM. *menecmis* H. — 11 *homo hominis non aut verteducent* P. *hominis non aut vert educat* HLW. *homines, non aves educat* AJ. *h. non alit, verum educat* M, ut Plaut. *non alit sed* scriptum in marg. Jun. — 12 *ascius andr.* P. — 15 *legatum transf.* vulgo, etiam CD. *levatum* cj. Passer., habet M. — 16 *inquid* P. — 19 *tulit aufert* PLAJ. *talit* H. *tollit* WJ marg. M. — 20 Jam sup. p. 407. *nunc quis* vulgo. *numquis* J marg. *annorum* omnes. — 21 *sed* vulgo. *seu* H man. sec. W p. 407, Scal. *tollet* vulgo. *tollit* Scal. M Riese. — 23 *taetrum* PLWM. *tetrum* H, Edd. ante M. *et evitabile* vett. edd. — 25 *et terens tum* H (item V, sed *s* intra litteras addito). *terenstum* LM. *terentum* (suprascr. *s*) W. *terestum* P. *erectum* scribi jubet M. *incultum* J. *et te-*

P. 423 M.

Lucilius Satyrarum lib. XVI :

Hi quos divitiæ producunt, et caput ungunt
Horridulum.

M. Tullius de Republica lib. I [c. 40] : « Sed ut ille qui navigat, quum subito mare cœpit horrescere. » Idem de Republica lib. IIII : « Horum enim severitate dicitur inhorruisse primum civitas. » Varro Epistola ad Cæsarem [ex Pacuvio] :

Interea prope jam occidente sole inhorrescit mare.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Subito mare subhorrescere, cæcosque fluctus in se provolvere [leniter occepit]. »

Inter Meretricem et Prostibulum hoc interest. *Meretrix* honestioris loci est et quæstus; nam *meretrices* a merendo dictæ sunt, quod copiam sui tantummodo noctu facerent; *prostibula*, quod ante stabula stent, quæstus diurni et nocturni causa. Plautus in Cistellaria manifestissime discrevit :

Intro ibo; nam meretricem adstare in via
Solam, prostibuli sane est.

Genitrix a Matre hanc habet distantiam, quod *genitrix* semper, quæ genuerit, nuncupatur; *mater* aliquando pro nutrice ponitur. Virgilius lib. VIII [v. 631] :

Geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, et lambere matrem
Impavidos.

Plautus Menæchmis [Prol. 19] :

Ita forma simili pueri, uti mater sua
Non internosse posset quæ mammam dabat,
Neque adeo mater ipsa quæ illos pepererat.

Pudet et Piget hoc distat. *Pudere* enim verecundiæ est, *pigere* pœnitentiæ. Plautus in Pseudolo [I, 3, 47] :

restum omitt. vett. edd. — 29 *oppressiungule* P. — 31 *tristis* Codd., M. *tristeis* AJ. *turbidum* P. — 32 *horret* omnes. *tum horret* P. *quum mare horret* cj. Voss. *horreret* Both. Ribb.; quod ipse scripseram.

1 *etitquos* P. *etit quos* L. *eti quos* W. *et hi quos* vett. edd. *Hi quos* JM, Corpet. *dividiæ* (an sponte?) M. — 5 *horum in severitatem* Codd., M. *insever.* A. *in se veritatem* J. *h. enim sev.* Mai. *in severitate* cj. J. *inaruisse* Codd. *inhorruisse* AJM. — 6 *epistula* Codd. — 7 *prope nd occidentem solem horrescit* omnes. *solem inhorr.* cj. Ribb. (Comic. p. XX). *propem ad* ed. 1476. *prope jam occidente sole inhorr.* emendat Passer. ex Cic. Div. I, 14; hoc etiam in notis innuit M, non autem correxit. — 8 *lib.* III vulgo. IIII M, ut Noster in v. *Cæcum*, p. 449. *subhorrere* vulgo. *subhorrescere* JM. (Cf. p. 449.) — 9 *leniter occepit* addidi ex loco cit. — 10 *meretricem* (et sic ubique) PCD, Edd. *menetricem* Codd. alii. *prostibulam* vulgo, et CD. *prostibulum* VWM. — 11 *nam menetrices* Codd. pleriq. *meretricés* PCD, Edd., et in seqq. *a manendo* Codd., et CD. *a merendo* Edd. — 12 *prostibulo* CD. *ante stnbula* PD. *stabulo* CL. *stabulum* vulgo, et Gerl. — 13 *stent* vulgo, etiam J marg. *stet* Edd. ante M. — 15 *introbonam* P. *intro bonam* L. *intro abo nam* V. *intro abonam* HW. *intro ad bonam* vett. edd. *intro ibo, nam meretr.* M e conj., prob. Guyet. *hastare* P. — 16 *prostibula* omnes. *prostibulum* J marg. *prostibuli* cj. M, in quod et ipse incideram. — 17 *genetrix* Codd., A. *genitrix* JM. — 21 *pendentis* Codd., M. *pendentes* Edd. ceteræ.

Nimio id quod pudet, facilius fertur, quam illud quod piget:
Non dedisse, istum pudet; me, quia non accepi, piget.

Idem Trinummo [II, 2, 64] :

Pol pudere quam pigere præstat, totidem litteris.

Attius Neoptolemo :

Dolet pudetque Graiûm me, et vero piget.

Idem Andromeda :

Nec qui te adjutem, invenio. Hortari pudet; non prodesse, id piget.

Turpilius Demetrio :

Pudet pigetque mei me.

Pacuvius Duloreste :

Quid, quod jam et mihi
Piget paternum nomen, maternum pudet
Profari!

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 95] : « Nam, postea quæ fecerit, incertum habeo pudeat an pigeat magis disserere. » Varro Parmenone : « Pudet me tui et Musarum ; agnoscere piget, currere et una sequi. »

Osculum et Savium his intellectibus discernuntur, quod ab ore *osculum*, *savium* a suavitate dicitur. Varro de Vita populi Romani [lib. I] : « Ideoque hoc ab ore dicitur *osculum*, non a suavitate, unde *savium*, quod simile sit *suavium*. »

Inter Sacrificare et Litare hoc interest : *sacrificare* est veniam petere; *litare* est propitiare et votum impetrare. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 50] :

Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis.

Id est, impetratis. Plautus in Pœnulo [II, v. 42] :

Si hercle istuc unquam factum est, tum me Juppiter
Faciat ut semper sacrificem, ne unquam litem!

puero et P. — 24 *forina* P. *similis* vett. edd. *similes* J. *ut* omnes. *uti* Edd. Plaut. — 27 *distat* Codd., M. *distant* Edd. aliæ. *pudet enim* omnes. *verecundia* P. *pigere* vulgo. *piget* Edd. ante M. — 29 *nimirum id* AJ. *nimio id quod piget* Codd. *id quod pudet* Edd. — 31 *Trinummo* omnes. — 32 *litteris* Codd. *literis* AM.

1 *neoptolemo doet* H. *do et pudet quæ* AJ. *neoptole modo et pudetque* P. *dolet pudetque* cj. Fruter. Passer., habet M. *gravium me* Codd., AJ. *gravius me* cj. Gerl. *qui genuerim* J marg. *Graium me* cj. Fruter., recep. M. — 3 *idem unpromeda ne quiete adjutem inveni hortari* Codd. *an pro me, Dane, quiete* AJ. *quietem ad cutem* ms. J. *qui te* cj. J. *Andromeda : nec qui te adjutem invenio* cj. Lips. Cujac. Passer., habet M, prob. Voss. *adjuter* cj. Bergk. *id pudet* Codd. *id piget* Edd. [*te*] *hortari pudet; Non pr.* cj. Guyet. *hort. piget* cj. Scriver. Voss. — 8 *quid quondam et* vulgo. *quid? quondam et mihi* Gerl. Welcker. *quid quondam, et* A. *quid? quoniam* cj. J. *qui? quoniam* cj. Bothe. *quid? quod et p.* cj. Bergk, recep. Ribb.; in quod ipse incideram (addito *jam*). *me piget* cj. Bothe. *quod etiam mehe Piget* Ribb. — 11 *quæ te fecerit* H. *quam te fecerit* W. *quæ te fecerat* L. *quæ fecerat* P. *quæ fecerit* Edd., ut Sall. — 12 *incretum* L. *deserere* L. — 13 *et Musarum agnoscere, piget currere* Edd. *currerere* P. — 15 *savium* (et in seqq.) Codd. *suavium* Edd. — 16 *de vita populi romani ideoque* PA. *populi Rom. Ideoque* JM. *de vita P. R. I' : ideoque* Gerl. *lib. I : ideoque* cj. Roth. — 17 *non a suav.*

P. 424-425 M.

Expleri et Satiari hanc habent differentiam. *Expleri* est tantummodo plenum esse; *satiari*, supra modum et abundantiam. Lucretius lib. III [v. 1016] :

> Deinde animi ingratam naturam pascere semper,
> Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam.

M. Tullius de Republica lib. VI : « Graves enim dominæ cogitationum, libidines, infinita quædam cogunt atque imperant : quæ quia nec expleri nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos quos illecebris suis incenderunt. »

Arcus et Arquus hoc distant. *Arcus* enim suspensus fornix appellatur; *arquus* non nisi qui in cœlo apparet, quam Irim poetæ dixerunt : unde et *arquati* dicuntur quibus color et oculi virent quasi in arqui similitudinem. Lucretius lib. VI [v. 526] :

> Tum color in nigris exsistit nubibus arqui.

Fors et Fortuna hoc distant. *Fors* est casus temporalis, *Fortuna* dea est ipsa. Attius Astyanacte :

> Itera in quibu' partibus;
> Namquo audire volo si [is] est quem exopto, et quo captus modo,
> Fortunane an forte repertus.

Idem Andromeda :

> Multi iniquo, mulier, animo sibi mala auxero in malis,
> Queis natura prava, mage quam fors aut fortuna, obfuit.

Lucilius Satyrarum lib. XIII :

> Cui parilem fortuna locum, falumque tulit fors.

Idem in eodem :

> Aut forte omnino ac fortuna vincere bello :
> Si forte ac temere omnino, quid cursum ad honorem?

omnes. Forte *aunc* vel *nanea*; sed totus locus non sanus. *tum a suavitate suavium* cj. Popma. *unde savium quod simile sit saviunt* Codd. *uade suavium ... suaviunt* M. *uade, quod suave sit, suavium* cj. M Düntz. *quod simile sit suavitatis* A. *suavitati* ed. 1476, J, improb. M. — 23 *imperatis* P. — 24 *faciam* Codd. *faciem* P. *faciat* Edd., ut Plaut. *neque umquam* omnes, et vulgo Edd. Plaut. *ne uaquam* Guyet. *nuaquam* ed. Bothe. — 26 *saciari* (et inf.) P. — 27 *habundantiam* PD. *lib.* VI vulgo. *lib.* III M. — 29 *ingratum* W. *in gratiam* ed. 1476. — 30 *expleri ... satiarique* Codd. *explere ... satiareque* AJM. — 32 *lubidiues* Codd., M. *lybidines* P. *libidines* Edd. ante M. *quæ quia expleri nec saciari* (suprascr. *t*) P. — 34 *qui ill. s. incenduntur* AJ. *quos ... incenderunt* J marg. M. — 35 *arcus et arcus* W. *et arcuus* L. *et arquis* P. *et arquus* W marg., Edd. *enim omnis susp.* Codd. *omnis* omitt. Edd.

1 *arcuus aon* L. *arquus* P, Edd. *quam Irim* Codd., M. *quem* Edd. ante M. *calor* P. — 4 *existit* Codd. et M, ut Lucr. *extit* W. *extat* ed. 1476. *extabat* AJ. *arquis* AJ. *arqui* J marg. — 6 *dea ipsa est* PCD. *est ipsa* Codd. alii, M. *est* omitt. A. *est ipsa* omitt. J. *atynaacte* Gerl. — 7 Metrum non indicant AJM; plerique, post Grotium, anapæstos esse volunt; dividit in trochaicos Voss., et sic ipse senseram. *in quibus* omnes. *quibus in* (ut Virg. Buc. 3, 106) scriptum fuisse credo. — 8 *nam audire* cj. Both. Düntz. *si est* vulgo. *volo, is est* M e conj. *si est is* cj. Düntz. *quam exopto* HW, ed. 1476. — 9 *an sorte* P. *repertur* Codd. *reperitur* Edd. *repertus* cj. M, prob. Scriv. Voss. et recentt. — 11 *in quo* Codd., A. *iniquo* Gul. J marg. M. *ausere* Codd., J marg. M. *auxere* cj. Gul. M. *hausere* HP. *auferre* AJ. — 12 *quibus* omnes. *quis* Gul. *aingis* omnes. — 18 *Fusium* Edd. ante M. *di queen fors* H, Edd. ante M. *diquaeso* PLW. *dic* J marg. *dices : O fortuna, a fors fortuna* cj. Carrio (ex loco jam

Varro Epistola ad Fufium : « Dices : O fortuna! o fors fortuna! Quantis commoditatibus hunc [onerastis] diem! »

Ferus et Ferox hanc habet distantiam. *Ferus* est sævus; *ferox*, fortis. Attius Tereo :

Novus novo dabunt.
Advena animo audaci in medium proripit sese ferox.

Sallustius in Jugurthæ bello [c. 106] : « Ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere. » Virgilius Æneidos lib. II [v. 326] :

Ferus omnia Juppiter Argos
Transtulit.

Idem lib. IIII [v. 135] :

Et frena ferox spumantia mandit.

Antiquus et Antiquior, ut gradu, ita et intellectu distant. Nam *antiquum* significat vetus. Virgilius in Georgicon lib. II [v. 209] :

Antiquasque domos avium.

Antiquior, melior. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Neque idonei cives aliquid habent antiquius salute communi. » Attius Phœnissis :

Ab dracontis stirpe armata exortus, genere antiquior.

Lucilius lib. XIIII :

Quin potius vitam degat sedatu' quietam :
Quanto antiquiu', quam facere hoc, fecisse videris!

M. Tullius de Amicitia [c. 8 : « An esset] hoc quidem proprium amicitiæ; sed antiquior, et pulchrior, et magis a natura ipsa profecta [alia causa]. » Idem de Republica lib. I : « Sic, quoniam plura beneficia continet patria, et est antiquior parens quam is qui creavit, major ei profecto, quam parenti, debetur gratia. » M. Tullius ad Cæsarem

cit. p. 117), habet M. Porro Terentii locum Phorm. v, 6, 1, exscripsit Varro. — 20 *hnbet* Codd., M. *habent* AJ. — 22 *novus* (ante *a* una littera erasa) *nova dabuat* P. *novus novo dnbunt* Codd., AJM; uncis includit Ribb., tanquam mendosum. *aovo dabit* ms. ap. Voss. *novu' nova dabit* Bothe. *aovus novo habitu* cj. M, prob. Scriv. Voss., improb. Bothe; huic assentior. — 25 *fusam Numidiam* Codd. *fusum Numidiam* A. *fusum Numidaia* JM, ut Sall. — 30 *ac frena* Edd. Virg. — 31 *aaticus* Codd. — 32 *nam aatiquum* HP. *aaticum* Gerl.

2 *fenissarua ab dr.* Codd. — 3 *ab dracontis* HLW, sic etiam Passer. Guyet. *abdracoatis* AJ. *ab draconitis* P. *Dracontis* vel *dracoais* cj. J. *amata* Codd., Edd. ante M. *stirpeamata* P. *armata* cj. Gul. Passer., habet M. *exoratus* Codd., AJ. *exaratus* cj. Gul. Passer. *exortus* M e conj.; quod ipse videram. — 4 *licilius* H. — 5 *vita degat* Codd. *vitam degas* J. *vitam degat* vett. edd. et M. — 6 *quantu aatiq.* Codd., M. *quam tu* ed. 1476. *quam tu antiq. facere quam hoc* (*ut hoc* J) AJ. *quaato* cj. Dous. Guyet, habet Corpet. *qua aihil antiquius* J marg. *quia tu* cj. M. *quam ut hoc f.* J. *videaris* omnes. *videris* cj. Dousa, prob. M. — 7 *hoc quidem proprium est* Codd. *h. q. est prop.* Edd. — 9 *sic quoaiam* omnes. *sed. q.* Edd. fragm. *plura* vulgo, etiam J marg. *plurima* Edd. ante M. *beneficia contiaet* (omisso lemmatis fine) PL, relicto quidem spatio in P. *si quis curaverit* Edd. ante M. *si qui creavit* Codd., M, quod tuetur. *is qui crenvit* J marg., prob. Orell. *si quis, ut aiuat, curaverit* Edd. ante M. — 11 *M. Tull. ad Cæsarem* Codd. *Idem ad* M. Quod exemplum

juniorem lib. III : « Ego autem antiquis sim oriundus Scythis, quibus antiquior lætitia est quam lucrum. »

Faustum et Festum his intellectibus discernuntur. Etenim *faustum* quasi a favendo dictum, ac propter hoc, prosperum et propitium : unde contra, *infaustum* minax et improsperum ; *festum* vero sollenniter lætum et feriatum. Virgilius Æneidos lib. VI [v. 70] :

Festosque dies de nomine Phœbi.

Et Terentius [Andria V, 4, 53] :

O faustum et felicem [hunc] diem!

Cujus et Cujatis hæc est differentia. *Cujus* ad personam refertur hominis ; *cujatis* unde significat. Attius Telepho :

Qui neque, cujatis esset, unquam potuimus,
Multa erogitantes, sciscere.

Animus et Anima hoc distant. *Animus* est quo sapimus, *anima* qua vivimus. Attius Epigonis :

Sapimus animo, fruimur anima : sine animo anima est debilis.

Varro Andabatis : « In reliquo corpore ab hoc fonte diffusa est anima ; hinc animus ad intelligentiam tributus. »

Vultus et Facies hoc distant. *Vultus* est voluntas quæ, pro motu animi, in facie ostenditur ; *facies*, ipsa oris species. Sallustius in Catilina [c. 15] : « Prorsus in facie vultuque vecordia inerat. » Lucilius Satyrarum lib. I :

Vultus item ut facies ; mors, teter morbu', venenum.

M. Tullius de Officiis lib. I [c. 26] : « Præclaraque est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons. »

Sebum et Unguentum hanc habent diversitatem. *Sebum* fit ex adipe ruminantium. Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Tisiphone τίτθη ; pulmonibus atque adipe unguen
Excoctum attulit, Eumenidum sanctissima, Erinnys.

omitt. PL, Edd. ante M. — 12 *ego autem antiquissimum oriundum* Codd., M. *scitis* Codd. *Scythis* JM. *lætitiæ est* Codd. *lætitia est* ms. J, M. — 15 *ac per hoc* vulgo. *pro hoc* P. *proprium* CD. *propit.* vulgo. — 16 *sollenniter* Codd. pleriq. *solemniter* C. *sollenniter* M. *solenniter* AJ. — 17 *færiatum* P. — 20 *hunc diem* AJ. — 24 *multa* Codd., M. *ergitantes isciscere* HVLW. (Hæc verba omitt. P.) *multi rogitantes scire* Edd. ante M. *multa rogitantes resciscere* (*sciscere* Voss.) J marg. Voss. *erogitantes sciscere* M Both. Ribb. — 26 *Epigone* vulgo. *Erigona* ej. M, prob. Voss. *Epigonis* Both. Ribb. — 28 *in teliquo* PL. *diffussus anima* Codd. *diffusa an.* ed. 1476. *diffusa est* AJM. — 29 *intellegentiam* Codd.

1 *speties* P. — 2 *vælordia* P. — 4 *mors citer morbus* vulgo. *mors citera morbus* P. *eitra* ed. 1476. *cetra* ms. Passer. *mors, icterus morbus* ej. Scal., prob. Dous. Corpet. *mors, teter morb.* cj. Passer. — 6 *idem sæpe* vulgo. *idem semper* M, ut Cic. — 7 *Sepum* et vett. edd *fit ex adippe* P. — 9 *tisiphone titene* HL. *tisifon etitene* P. *tinnete* VM. *tinete* (suprascr. signis transpositionis, ut sit vel *teneti* vel *titene*) W. *teneti* ms. Basil. *tecine* ms. Casaub. *retine* ms. J. *tene* ed. 1476. *te* AJ. *retinet* cj. J. *residet* cj. J. et Dousa. *Tisifonene tithene* cj. Roth. *pulmonibus atque* (*adque* P) *adirem unguem* Codd. *unguen* ms. J. *atque* omitt. Edd. ante M. *atque ad id unguen* cj. J. *ex adipe unguem* ed. princ. *atque adeo unguen* cj. Dousa.

Mussare et Murmurare ita discernuntur, quod *mussare* hominum sit, occulte quid depressa voce loquentium, quod celatum velint. Virgilius lib. XI [v. 345] :

> Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.

Et alibi [v. 454] :

> Flent mœsti mussantque patres.

Murmur autem majoris soni est, proximi ad tumultum. Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 358] :

> Et resonantia longe
> Littora misceri, et nemorum increbrescere murmur.

Priores et Primores hanc habent diversitatem. *Priores* enim comparativi sunt gradus; *primores* summæ quæque res. Lucilius Satyrarum lib. VIII :

> Gallinaceu' quum victor se gallus honeste
> Intulit, in digitos primoresque erigit ungues.

Turpilius Demetrio :

> Sandalio innixa digitis [in] primoribus.

Varro Armorum judicio : « Ut in littore cancri digitis primoribus stare. » Lucilius Satyrarum lib. XX :

> Calpurni sævam legem Pisoni' reprendi,
> Eduxique animam primoribu' naribus.

Afranius Vopisco :

> Apage sis clivum tuum! animam in naribus primoribus
> Vix pertuli edepol.

M. Tullius in Hortensio : « Qui illud nescio quid, quod in primoribus habent, ut aiunt, labris. » Idem de Oratore [I, c. 19] : « Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. »

Poesis et Poema hanc habent distantiam. *Poesis* est textus scripto-

unguentum AJ Cujac. *Tisiph. tinctis pulmonibus atque adipe unguen* cj. M, recep. Corpet. *tunsis pulm.* (vel *terit e pulm. ... et coctum*) cj. Corpet. — 10 *excoctum attuli* (*atuli* HLP) *eumenidibus* vulgo. *exactum attuli* ed. 1476. *attulit Eumenidum* cj. J, recep. M. *erynis* Codd. — 12 *occ. quid depressa* CD. *qui depr.* LA. *quid et pressa* vulgo. — 13 *lib.* x vulgo. xi M. — 14 *sed* H. *set* Codd. pleriq. — 16 *maesti* PJ. *mesti* HCD Gerl. *mœsti* vett. edd. — 17 *murmurare autem* Edd. ante M. — 24 *honestem telitus digitos* HP. *oueste mletit us digitos* Gerl. *honeste caelitus et dig.* ed. 1476. *honeste sustulit in dig.* AJM. — 25 *primoresque* Codd. *erigunt* Codd. *erigit* AJM. *unguis* Codd., M. *ungueis* AJ. — 27 *digitis* H, Edd. ante M, quod hic probat. *dicigitis* Codd. pleriq., M. *digitulis* cj. Passer. Bothe, recep. Ribb. — 28 *in* omitt. P. *conc. digitibus* Codd., M. *digiti* P. *digitis* H man. pr. AJ, prob. M Rie-e. — 30 *Calphurni* M. *Calphurnii* AJ. *sævn lege in Pisonis reprehendi* Codd., A. *sævam legem Pisonis* J marg. M. *reprendi* J marg. *rependi* cj. Dousa. — 31 *animum in primoribus naris* vulgo. *naribus* AJ. — 33 *apagesis* H. *apage sis* Gerl. *clivum tum* HPLA. *clivuntum* VM. *clivauntum* (sed suprascr. *u*) W. *clientum* J. *clivum tuum* Steph. Both. Neuk. *apage sis. Diram tuam animam* cj. Ribb. *animum* omnes.

1 *etpol* Gerl. — 2 *qui illum* omnes. — 3 *Idem in oratore quæsti rhet.* P. *quæ isti* H, et Edd., ut Cic. *quæ sti* Gerl. *Idem Orat.* AJ. *de Oratore lib.* I M. — 5 *Poesis et poema differunt. Poesis textus scriptorum : ut Odyssea vel Ilias Homeri : aut Æneis Virgilii : Poema inventio parva quæ paucis verbis exprimitur : ut in gladiatoriis ludis*

P. 428 M.

rum; *poema*, inventio parva quæ paucis verbis expeditur. Lucilius Satyrarum lib. VIIII :

Non hæc quid valeant, quidve hoc intersit et illud,
Cognoscis. Primum hoc, quod dicimus esse poema,
Pars est parva poesis : ut est et epistola quævis.
Illa poesis, opus totum ; tota Ilias una
Est θέσις, aut Annales Enni; atque hoc [opus] unum
Est majus multo quam, quod dixi ante, poema.
Quapropter dico : Nemo, qui culpat Homerum,
Perpetuo culpat, neque quod dixi ante poesin :
Versum unum culpat, verbum, enthymema, locumque.

Varro Parmenone : « *Poema* est λέξις ἔνρυθμος, id est, verba plura modice in quamdam conjecta formam. Itaque distichon epigrammation vocant poema. *Poesis* est perpetuum argumentum ex rhythmis, ut Ilias Homeri et Annalis Ennii. *Poetice* est ars earum rerum. »

Fora et Fori, ut genere, ita et sensibus distant. Nam neutro judiciorum et litium sedes est, masculino spatia in navibus apertiora, vel in gladiatoriis ludis.

Doctum et Peritum quum simile videatur, a M. Tullio discretum est, ut sit *peritum* plus quam quod *doctum :* de Officiis lib. III [c. 3] : « Itaque quum sunt docti a peritis, desistunt facile sententia. »

Homeri. Poetica est nrs earum rerum. Luc. in XI *sntyr.* ed. 1476, ed. 1500. In hæc Varronis locus male intrusus est. *scripturnm* D. *scripturorum* C. — 7 *lib.* VIII A. — 8 *nunc hæc ... Cognosces* Dous. e conj. *hoc intersiet illud* omnes. *quidve huic intersiet* cj. Dous. *intersit hoc et illud* ed. 1476. *hoc intersit et illud* Bad. Luc. Müller, quod ipse videram. — 10 *Pars est parva poema* vulgo. *parva poesis* optime H man. pr., P. *poema : idem epistoln item quevis* (*itemque vis* H, *item quævis* M) *nan magna poema est* Codd., M. *pars est parva. Idem in epistoln : Itemque vis non magna poema est* ed. 1476, ed. 1500. *poema. Item epistala. Idem quævis* A. *Idem epist. Item quævis non m. pars poema est* J. *parva poema* (hic unius versus lacuna) *epistuln item quævis non magna poemn est Illn* Luc. Müller. — 11 *illa poesis opus totum totaque illa summa est una* θεσις Codd. *illa. Poesis opus* J. *illa : poesis* M. *Illa p. opus totum, ut tota Ilias unn Est thesis* Dousa, prob. Schmidt, Corpet, Müller. *quævis Non magna; illa opus est totum, ut tota Ilias unnst* Σύνθεσις Francken. — 12 *thesis ut annnles enni* (*Ennii* Edd.) *atque stoc* (*utquæ stoc* P, *atquestoc* M) *unum* (*sunum* P) Codd. et M, nisi quod hic interpuugit. *atque istoc* J marg. *At quæstus nnum* AJ. *annnlesque Enni, atque istoc opus unum* Dousa, Edd. recentt. *istoc* [*genus*] Francken. — 13 *est majus multo est* Codd. *est hoc maj. m. est* P. *majus multo quam* J et Dousa. — 15 *ante poesin inversum* PM. *in versum* HA Gerl. *in* delent J, Dous. Corpet. — 16 *verbum entymema memn locum* HL. *ent. timalocum* W. *entymemate maio cumque* P. *entymemate malo cum* AJ. *enthymemati m. cum* M (fere ut W). *verum enthymema malignum* J marg., recep. Dous. Corpet. *locumque* dedi, ut fere P. *locumve* Luc. Müller. — 17 *enrythmos* Gerl. *eurythmos* P. ἔνρυθμος Edd. — 18 *forma* P. *disticon* P. *dysticon* Gerl. *disthicon* M. *distichon* AJ. — 19 *et rhythmis* HLAJ. *ex rhythmis. Fora et fori ut genere, ita et sensibus distnnt; nam neutro judiciorum et litium sedes est, mnsc. spatia in navibus npertiora, vel in gladiatoriis ludis minut* (*ludiis min ut* L; *ludis. min ut* W; *minutihns* H) *ilias homeri et nnnalis en poetice* (*Enni; poetice* Gerl.) *est ars earum rerum* Codd. *ex rhythmis, ut* (omisso *min*) *Ilins Homeri et Annalis* (*Annales* AJ) *Ennii : poetice* AJM. — 22 Quum lemma *Fori* et *Fora* præcedenti Varronis exemplo misceatur, id post verba *earum rerum* collocavit M; post quartum versum, reliquis omissis, ed. 1476; omnino deleverunt AJ ; infra enim recurrit, p. 447. Equidem duplicem contextum, ut M, retinui, quum non eadem omnino compareat expositio, et variæ lectt. utrique loco sint assignandæ. — 23 *litium sed est* CD. —

Inter Urbem et Civitatem hoc interest. *Urbs* est ædificia, *civitas* incolæ. Virgilius Æneidos lib. I [v. 12]:

Urbs antiqua fuit.

Ennius Telepho:

Et civitatem video Argivûm incendier.

Pacuvius Atalanta:

Hic sollicita studio, obstupida suspenso animo civitas.

M. Tullius de Republica lib. I [c. 26]: « Quam quum locis manuque sæpsissent, ejusmodi conjunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt, delubris distinctam spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis qualem exposui; omnis civitas, quæ est constitutio populi. » Et secundo [c. 25]: « Quo auctore et principe concitata civitas. » Sisenna Historiarum lib. IIII: « Denique quum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret, Pomponius cum velite superiorem locum inscendere. »

Inter Cogitare et Deliberare hoc interest. *Cogitare* est dubitare; *deliberare*, confirmari. Turpilius Boethuntibus:

Quæso, cogita ac delibera.

Idem Philopatro:

Certum ac deliberatum est, me illis obsequi.

Scius et Conscius hoc differunt, quod *scius* secum, *conscius* cum alio scius est; licet *conscium* indifferenter positum legerimus.

Auspicium et Augurium his intellectibus discernuntur, quod sit *auspicium* avium inspectio, et quæ ex volatu earum significentur et vocibus; *augurium* autem rerum omnium conjecturas prudenter ac diligenter amplectitur.

Monstra et Ostenta similiter intelliguntur, quod imminentia

25 *videatur* omnes. — 26 *plus quod doctus* CD. *plus quam doctum* ed. 1476. — 27 *quum sint* omnes. *sunt* recte Orel. *docti, a perit.* Edd. ante M. *docti a p.* M, et Orel.

4 *telefus* P. — 5 *civitate* P. *Argivûm* AI. *incendere* Codd., M Both. Ribb., qui passivo sensu dici posse credunt. *incendier* AJ; quod ipse conjeceram. — 6 *at halnnta* P. *Athalanta* Gerl. *Atalanta* AJM. — 7 *hic sollicita* P. *hil soll.* Codd. pleriq. *nil soll.* J marg. M. *hic* vel *hil* omitt. Edd. ante M. *nil soll., stud. obst., suspensa* cj. Voss. *nunc soll.* cj. Bothe 2. *hiat soll.* Ribb. — 9 *sepsissent* vulgo. *sæps.* M. *testorum opp.* P. — 12 *omnis civitas quæ est* P, ut Cic. *qua est* Gerl. *exposui, civitas est, omnisque civitas est* JM, repugnante ms. palimps. — 13 *principe concitata* Codd., J marg., ut Edd. Cic. *vocitatur* AJ. — 15 *trepidare ... cum vertice* vulgo. *trepidare, Pomponius* (ut sit comici nomen) Gerl. *trepidare. Pomponius. Cum vertice* A. *trepidare. Pompon. Cum vertice* J. *trepidare. Pompon. cum in urbe* ed. 1476, prob. Bentin. *cum urbis* cj. J. *trepidaret, Pompon.* M. *locum inscende* Codd. *incende* A. *incendere* ed. 1476. *inscendo* J. *inscenderet* cj. Munk. *inscendit* M. — 16 *Cogitare est confirmare deliber. confirmare* Codd., etiam CD. *Cogitare est dubitare* AJM. *boetuntibus* Codd. — 18 *cogita ac deliberatum est me illis* (quinque verbis omissis) CD. — 19 *filio patre* (sed suprascr. o) P. *Filopatro* vel *Philop.* omnes, ut sup. p. 282. — 23 *discernuntur* Codd. (et CD), AJ. *discernitur* M. — 24 *ex volatu avium significetur* AJ. — 27 *imminentia* C. *monstrant et ostendant* H. *monstrant et hostentant* P. *monstrent et ostendant* JM.

monstrent et ostendant. Omen vero votum est mentis et vocis; unde sacrificantibus dicitur : « Bona omina habete, » id est, ut circumstantes et mente recta velint, et bona oribus proferant. Portentum non solum quod portendat, sed quod etiam apportet, et faciat ex his significationibus quæ in auspiciis, auguriis, extispiciis ostenduntur. Prodigium autem pessimum est, dictum quasi porro adigendum. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 365] :

> Sola novum dictuque nefas harpyia Celæno
> Prodigium canit, et tristes denuntiat iras.

Injuria a Contumelia distat. *Injuria* enim levior res est. Pacuvius Peribœa :

> Patior facile injuriam, si est vacua a contumelia.

Cæcilius Fallacia :

> Facile ærumnam ferre possunt, si inde abest injuria;
> Etiam injuriam, nisi contra constat contumelia.

Fulmen et Fulgur his intellectibus secernuntur. Est enim *fulmen* telum ipsum quod jacitur; ut Virgilius Georgicorum lib. I [v. 328] :

> Ipse Pater, media nimborum in nocte, corusca
> Fulmina molitur dextra.

Fulgur, ignis qui coruscat fulmine : unde et *fulgetræ* dicuntur et *fulgor;* ut Virgilius lib. V [v. 87] :

> Maculosus et auro
> Squamam incendebat fulgor.

Fulguritum, fulgure tactum vel exustum.

Jurgium et Lis hanc habent distantiam. *Jurgium* levior res est : siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio *jurgium* dicitur; inter inimicos dissensio *lis* appellatur. M. Tullius de Republica lib. III : « Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Si *jurgant*, inquit. Benevolorum concertatio, non lis inimicorum, *jurgium* dicitur. » Et in sequenti : « *Jurgare* igitur lex putat vicinos, non *litigare*. »

1 *Omen, Portentum, Prodigium*, singula lemmata sunt in Edd. — 2 *idem est* P. — 3 *recte* J. *rectn mente* J marg. Profecto deest verbum : [*esse*] *mente*, aut *velint* [*esse*]. — 4 *sed quod etiam appnret* P. *adportet* CD. *quod jnm apportet* Edd. ante M. — 5 *offenduntur* (sequentibus omissis) *Virg. lib.* III P. — 8 *harplya* P. *celeno* H. *Cæleno* Gerl. — 10 *et contumelia hoc distnnt* ed. 1476. *a c. distant* (sed expuncto *n*) P. *distont* A. *est res* C. — 14 *erumnam* Codd. *possunt* PL, ed. 1476, A. *possum* WJM Ribb. — 15 *nisi contra* Codd. pleriq., A. *nisi* P, ms. Palat., Edd. *constant contumeliam* vulgo. *constat contumelinm* P, ed. princ., et cj. Bad. Spengel. *contumetia* Ribb.; quod jamdiu scripseram. *contra cum stat contumelia* cj. Passer. *constant contumetid* Bothe. — 16 *Fulmen et fulgur his* PW marg., ms. Basil., ed. 1476. *Fulmen et fulguritum* HCDLW. *Fulmen, fulgur et fulguritum* AJM. — 18 *nymborum* Codd. — 20 *unde et fulgere dicuntur et fulgor ut* HVWM. *et fulgur* L. *unde et fulgetru* Edd. ante M. *unde et fulgetræ* J marg., prob. M. *unde fulgor dicitur et fulgur ut Virg.* P. — 23 *squama* PL. — 26 *benivolos* Codd., M. *benevolos* AJ. — 27 *discessio lis* C.

AUDACIA et AUDENTIA hoc diversa sunt, quod *audacia* temeritatis est, *audentia* fortitudinis. Sallustius Catilinæ bello [c. 58] : « Audacia pro muro habetur. » Virgilius Æneidos [X, 284] :

> Audentes fortuna juvat.

Et sæpe sic.

MERX, MERCATURA [et MERCATUS] hoc distant. *Merx* est species ipsa; *mercatura* actus ipse vel lucrum de merce; *mercatus*, locus in quo agitur mercatura. M. Tullius de Republica lib. III : « Phœnices primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum deportaverunt in Græciam. » Varro Sexagessi : « Ubi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus. » Serenus Opusculis :

> Ad mercatum eo, villice :
> Quid vis inde vehi aut agi?

Cicero Tusculanarum lib. V [c. 3] : « Ita nos quasi in mercatus quamdam celebritatem ex urbe aliqua [profectos]. » Et de Officiis [III, c. 3 : « Ad quos] quum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. »

SUPERSTITIONIS et RELIGIONIS distantiam manifestissime discrevit M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 28] : « Non enim philosophi solum, verum etiam majores nostri superstitionem [a] religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui sibi liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati : quod nomen patuit postea latius; qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent et tanquam relegerent, hi sunt [dicti] religiosi, ex relegendo. » Sed vere *superstitiosi* proprietatem ex hoc habent quod præ cultura deorum supersedeant cetera, id est negligant; itidem et *religiosi*, quasi, relinquosi omnium ceterorum, sacrificiis deserviant.

1 *inquid benivol.* L. *inquid benev.* P. *benevol.* vulgo. *non lis* omnes. *non* deleri vult Passer. — 3 *lex putat* vulgo. *putet* HP. *vetat* cj. Passer., quod verum credo. — 4 *Audacia*, etc. Hoc lemma iisdem fere verbis repetitum legitur p. 442; hic omittitur in edd. AJ. — 7 *audentis* vulgo. *audentes* ed. 1476. *juvet* P. — 9 *Merx et mercatura hoc* omnes. — 10 *vellucrum* H. *vel lucrum* CD, AJM. *vel lucum* W. *locum* L. *de mercede* CD. — 11 *pione* Codd., et V Gerl. *pioneprimi* P. *Piones* ed. princ. *Pæones* ed. 1476. *Phœnices* AJ. *Pœni* M. *Iones* etiam cj. M. *primi non merc.* ms. Fabri. *sed mercibus* Codd., ed. 1476. *et* AJM. — 13 *ioportaverunt* W. *io portav.* V. *deportav.* HP. *export.* Edd. ante M, prob. Mai. *importav.* M, prob. Orel., cui ignota antiquissima lectio. — 15 *opposculis* P. — 16 Glyconios nemo dividit. *vilice* Codd. — 17 *ecquid vis* AJ. *vehi* vulgo, etiam ms. Fabri. *evehi* J. — 18 *lib.* IIII : *iter nos* Codd., A. *libro quinto : ita nos* Benlin. JM. *inter (nos)* J marg. *item nos* cj. Roth. — 19 *Officiis : quo tamquam* Codd., velt. edd. *ad quos quum t.* JM, ut et Noster sup. p. 213. — 22 *superstitutionis* (et ita in seqq.) W. — 23 *de Nat. deorum* J, ut Cic. — 24 *a religione* Edd. ante M, ut Cic. *a* vulgo deest. — 25 *precatus et immolabat* Codd., AM. *precabantur et immolabant* J, ut Cic., prob. Guyet. — 27 *postea latius patuit* Cic.

1 *retract. et aliquam rem eligerent* Codd., AJ marg. *et tunquam relegerent* Benlin. JM, ut Cic. *hi* omitt. J, ut Edd. Cic. *dicti* vulgo

P. 432-433 M.

Pejus et Deterius his sensibus discernuntur, quod sit *pejus* a malo, quod in usu est, et creberrime frequentatur; *deterius* vero a bono, ut minoris sit meriti quam id quod placet. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 89]:

> Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
> Dede neci.

Idem lib. VIII [v. 326]:

> Deterior donec paulatim ac decolor ætas.

Hæc enim melioribus comparata sunt.

Inter Circum et Globum hoc interest. *Circus* est planities rotunda, ut circuitus; *globus* soliditas undiqueversum rotunda, ut est sphæra et staminum glomera. M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 18]: « Quumque duæ formæ præstantissimæ sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet), ex planis autem circulus aut orbis. » Virgilius lib. V [v. 288]:

> Mediaque in valle theatri
> Circus erat.

Et [VI, 725]:

> Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra.

Manubias a Præda hoc distare veteres æstimaverunt, ut sit *præda* corpora ipsa rerum quæ capiuntur, *manubiæ*, pecuniæ ex præda vendita redactæ. Et sic apud plurimos. Nam et M. Tullium ita sensisse voluerunt, de lege Agraria: « Prædam, manubias, sectionem, castra denique Cnei Pompeii, sedente imperatore, censores [vendent]. »

Pervicacia : Pertinacia hoc distant. *Pervicacia* est interdum bonarum rerum perseverantia, *pertinacia* semper malarum. Attius Myrmidonibus:

> Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc prædicas,
> Ego pervicaciam aio, et a me ûti volo.

omittunt; babet Cic. *dicti sunt* J. — 2 *ex eligendo* omnes. *relegendo* J marg., ut Edd. Cic. — 3 *per culturam* P. *præ culturam* L. — 4 *quasi relinquosi* Codd., J marg. M. *religiosi omnium* AJ. — 6 *discernitur* C. — 10 *obst* W. — 15 *Inter circulum ... circulus est* CDL. *planicies* H. *rotunda* DP (et in seq.), Edd. ante M. *rutunda* (bis) HLWM. *spera* CD. — 17 *de Not. deorum* Cic. — 19 *spheram* Gerl. *sphæram* PAJM. σφαῖραν Edd Cic. *circus* vulgo. *circulus* L, Edd. Cic. — 21 *theatri* H, Edd. *thetri* P. *tyeatri* Gerl. — 24 *astora* P. — 25 *monuvias* (suprascr. *b* ubique) L. *extimaverunt* ed. 1476. — 28 *prædam* vulgo, ut Gell. 13, 24. *prædas* vett. edd. *manubias sectiles* Codd., Edd. ante M. *sectionem* Bentin. J marg., M; sic enim Gell. — 29 *gnei pompei* Codd. *Cn. Pompeii* Edd. *censores* omnes. *decemviri vendent* cj. Bentin. J marg. (et scriptum in marg. Jun.), ut Gell. — 31 *Pervicatia et pertinatia* CD.

1 *actius* P. — 3 *antiloche* Codd. *Antiloche* Scal. M Herm. Both. Ribb. *Archiloche* Edd. ante M. — 4 *perviciam aiet a me* P. *pervicociam ai et a me* LW. *ai et ame* H. *aio et a* AJM. *et ea me uti* cj. Fruter., prob. Herm. Both. Ribb. *et hac me* cj. Scal. Guyet. *esse, id vincere* Bothe 2. — 5 Versus 5 et 6 præponit Bothe versibus 3 et 4, prob. Ribb. *dicis me* vulgo. *dici me* cj. Scalig. (et cj. Claud. Chiffletus in Junii exemplari Bi-

(Nam pervicacem dici me esse, et vincere,
Perfacile patior; pertinacem nil moror.)
Hæc fortes sequitur, illam indocti possident;
Tu addis quod vitio est, demis quod laudi datur.

SENSUS et SENSA hoc separantur. *Sensus* enim sunt qui sentiunt, *sensa* quæ sentiuntur. Cicero de Oratore [I, c. 8] : « Et quod exprimere dicendo sensa possumus. » .... « Nam primum manifestum est et sapere nos, quum incitatio sit vel sensus. »

JUVENTUS, et JUVENTA [aut JUVENTAS], et JUVENILITAS differunt hoc. *Juventus*, juvenes; *juventa* [et *juventas*], ætas ipsa; *juvenilitas*, quod ὁρμήν vel πάθος vocant Græci. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 472] :

Et patiens operis parvoque assueta juventus.

Sallustius in Catilina [c. 14] : « Scio fuisse nonnullos qui ita æstimarent, juventutem, quæ domum Catilinæ frequentabat.... » Idem in Catilinæ bello [c. 5] : « Ibique juventam suam exercuit. » Virgilius Georgicorum lib. III [v. 63] :

Interea, superat gregibus quum læta juventas,
Solve mares.

Varro Tithono, περὶ γήρως : « Quam dereliquit multicupida juvenilitas. »

MORATA, MORIGERA et MOROSA hanc habent distantiam, quod [*morata* est bene instituta]; *morigera* [morem gerens, obsequens; *morosa*] contrariis et perversis moribus. Afranius Vopisco :

Dum [non] morigeram, dum morosam præbeo,
Deinde aliquid dedita opera controversiæ
Concinno, lædo interdum contumeliis.

M. Tullius de Senectute [c. 18] : « At sunt morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles senes. » Plautus Aulularia [II, 3, 62] :

Dum modo mōrata recte veniat, dotata est satis.

blioth. Vesontiensis), prob. Guyet. Herm. Ribb. — 6 *nihil* vulgo. *nil* JM, Both. Ribb. — 7 *fortis* vulgo. *forteis* AJ. — 8 *quod laudatur* vett. edd. *quod probro datur* cj. Scal., improb. Voss. — 11 Post v. *possumus*, signum defectus addit M. *nam primo* P. — 13 *differrunt* P. — 15 *quod ormen* Codd., etiam CD. *ormenu* L ὁρμὴν JM. (Cf. appetitus, ὁρμή, ap. Cic. Off. I, 28.) *pathos* PC. *patos* D. *phathos* Gerl. πάθος AJM. *Georg. lib.* III vulgo. *lib.* II M. — 17 *operum parvoq.* ed. 1476. *operum exiguoque* Virg. — 18 Duo Sallustii exempla inverso ordine exhibeo. — 19 *existimarent* vulgo. *existumarent* Gerl. *æstumarent* Edd. Sall. *frequentabant* Codd., A. *frequentabat* JM, *ut* Edd. Sall. — 20 *juventutem suam* omnes, *ut* Edd. Sall. (Turpem hunc errorem Sallustio non esse tribuendum, *fusius* quondam ostendi. Qui mox iterum recurret.) — 22 *cum* Codd., *ut* sup. p. 389. *dum* Edd., ut Virg. *juventus* W, Edd., ut p. 389. *juventas* HPL, ut optt. codd. et edd. Virg. — 24 *titone* Codd. *Titosne* A. *Tithono* JM. *derelinquit* P. — 26 *Morata quod est morigera et morosa* Codd., M, præter morem et falso : unde Nostrum reprehendit M. *quod est* omitt. Edd. ante M. Verborum *morata* et *morigera* desunt expositiones; *morata* explicavi ex Acrone ad Hor. A. P. 319. — 28 *dum morigeran dum* Codd. *morigerandum moros.* A. *dum non morigeram* cj. M, prob. Guyet. *dum me morig.* cj. Passer. Neuk., prob. Ribb. *et me* scriptum in marg. Jun. *et dum moratam* J marg. —

P. 434-435 M.

Inter Vegetum et Vigens hoc interest, quod *vegetum* sit incolume; *vigens*, forte. Nam *vegetum* corporis, *vigens* etiam animi possumus dicere : ut in multis.

Profesti et Festi dies discernuntur sic. *Profesti* sunt a festivitate vacui. Afranius Privigno :

Quæ festo facere nos solemus [in] die,
Cotidiano opere permiscet omnia,
Æque profesto concelebrans focum [die].

Quærere et Requirere hoc differt, quoniam *requirere* est diu *quærere*. Afranius Fratriis :

Proin tu, quum quæram, ne requiram te, vide.

Specula et Speculum, sicuti genere, ita significantia differunt. Nam specula despicientiam significat. Virgilius lib. X [v. 454] :

Utque leo, specula quum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem in prœlia taurum.

Speculum, quo imago redditur. M. Tullius in Clodium et Curionem : « Sed, credo, postquam tibi speculum allatum est, longe te a pulchris abesse sensisti. » Varro Eumenidibus :

Sed nos simul in summam speculam pervênimus,
Videmus populum furiis incinctum tribus.

Confiteri et Profiteri hoc distat, quod *profiteri* voluntatis est, *confiteri*, necessitatis et coactûs. Quod ita positum sæpius legimus. Cicero pro Manilio : « Hic ego non solum confiteor, verum etiam profiteor. » Honestius vero *profiteri* quam *confiteri*.

Ulcus et Vulnus hoc distant, quod *ulcus* tecta et clausa est malignitas. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 453] :

Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Ulceris os : alitur vitium, vivitque tegendo.

31 *lædo* H. *ledo* Gerl. — 32 *ac sunt* PLAJ. *at sunt* HWM, ut Cic.

7 *que festi* W. *quæ festi* HLM, vett. edd. *quæ festis* P. *quæ festo* cj. M Herm. Neuk. *quæ festo f. n. s.* [*in*] *die* cj. Guyet; quod ipse scripseram. *solemus* [*de*] *die* cj. Ribb. *quæ non solemus f. nos* cj. Herm. *quæ festivo* J. *quæ nos sol. fac. festivo die* cj. Scal., prob. Bothe. — 8 *cottidiano* L. *quotidiano* vett. edd. *promiscit* Codd., M. *promiscue* A. *promiscuet* ed. 1476. *promiscue et* cj. Herm. *promisces* J marg. Scal. Neuk. *permisces* Bothe. *quot. hic opere miscet* Ribb. *omnia* omitt. vett. edd. *omnino* P. — 9 *æque* Codd., M. *atque* AJ. *profesto ac festo* cj. Guyet. Herm. Ribb. *at quæ profesto contra : cum celebras* cj. Scal. *concelebras* omnes. *concelebrans* cj. Gebh. *contra, concelebrans* Bothe. *concelebras focum tuum* cj. Neuk. — 10 *differunt* AJ. — 11 *fratris* Codd. — 12 *pro intutum quæram* H. *proin tutum* P, Edd. ante M. *tu tum* LW. *tu cum quæram* ms. Fabri, cj. Canter, habet M. *proin te cum* cj. Passer. — 13 *sicuti* vulgo. *sicut* PD. — 14 *despicientiam* HPCW, Edd. *dispicientiam* L. — 15 *utquæ* Gerl. — 16 *meditatem in* P. *meditantem in* HL, ut optt. codd. et edd. Virg. *in* omitt. WAJM. — 18 *tibi speculum* etiam sup. 339. *speculum tibi* Cic. — 20 *simis atque in* HL. *simis at* W. *simus atque* P. *simul ac summam in sp.* cj. Scal. *simul atque in* Beutin. JM. *s. atque in ... venimus* Guyet. Meinek. Œhl. Vahl. Rœper. Riese. Equidem versum restitui non tam licenter. — 21 *futuriis* L. *futuris* AJ. *furiis* vulgo, ut in v. *Exterritum*, p. 295; hoc etiam cj. J. *instinctum* cj. Scal., ex p. 295, prob. Passer., recep. Rœp. Riese. — 22 *distant* Edd. ante M. — 24 *pro Malio* ed. pr. *Manilio* vulgo. *Manlio* J. *M. Tullio* cj. Cujac.

Vulnus, hians et patens. Virgilius lib. VIIII [v. 487] :

> Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
> Veste tegens.

Quartum et Quarto prudentes differre dixerunt. Varro Disciplinarum V : « Aliud est *quarto* prætorem fieri, et aliud *quartum* : *quarto* locum significat, et tres ante factos ; *quartum*, tempus significat, et ter ante factum. Ennius recte :

> Quinctu' pater quartum fit consul. »

Turpe et Fœdum quam habeant distantiam, manifestum est. Nam *turpe* levior res est, *fœdum* vim habet majorem. M. Tullius de Officiis [I, c. 34] : « Luxuria vero quum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. »

Formæ et Figuræ quæ sit differitas, M. Tullius manifestator est ; nam *formam* integritatem speciei esse voluit ; *figuram*, formam nostram : de Officiis lib. I [c. 35] : « Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem : quæ formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. »

Dignitatem et Venustatem discerni voluit M. Tullius, ut *dignitas* viris, *venustas* feminis sit attribuenda : de Officiis lib. I [c. 36] : « Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. »

Monstra, et Prodigia, et Portenta hoc distant, quod sunt *monstra* ostenta et monita deorum. Virgilius [Æneidos] lib. III [v. 58 :

> Delectos populi ad proceres] primumque parentem
> Monstra deum refero.

Prodigia, deorum minæ vel iræ. Virgilius Æneidos lib. III [v. 365] :

> Sola novum dictuque nefas harpyia Celæno
> Prodigium canit.

Et lib. VI [v. 379] :

> Prodigiis acti cœlestibus, ossa piabunt.

Portenta, ostenta quæ aliquid imminere significant. Lucilius lib. XXVI :

> Nisi portenta, anguesque volucres ac pinnatos scribitis.

hoc ega Le Clerc. — 25 *honestius vel* Codd., ed. 1476 et M. *vel* omitt. PLAJ.

8 *discipl. quiato* vulgo. *fieri, aliud quartum* vulgo. *fieri et quartum* Gell. 10, 1. *aliud est quarto et aliud quartum prætorem fieri* P. — 9 *quartum locum* P. *et quartum locum* JM Gerl. *quarta locum* L. *quod quarta locum* Gell. *significat tres* L (itemque P, deleto *et*). *et tres* JM Gerl. *adsignificat ac tres* Gell. *quarta tempus signif. et* JM Gerl. *et* omitt. PL. *quartum tempus adsignificat et* Gell. *igitur Ennius recte quod scripsit vel conscripsit* Gell. — 11 *quintum pater* PL. *Quintus* vulgo, ut Gell. — 14 *luxoria* L. *tunc* Codd. *tum* Edd., ut Cic. — 21 *inpormptum* P. — 23 *adtribuenda* Codd. — 24 *dicere deb.* Edd. ante M. *ducere* J marg. — 25 *hoc distant quod sunt monstra* Codd., AJ. *hoc distant : monstra* M.

1 *monstrat deum* L. — 3 *harpya* P. — 7 *Lucilius*. Jam sup. p. 191. *lib.* XXVII ed. 1476. XXV A. — 9 *anguis* vulgo. *angues* J.

P. 436-437 M.

Celare et Cælare hanc habent diversitatem, quod est *celare* tegere et abscondere. Terentius in Andria [I, 1, 105] :

Bene dissimulatum amorem et celatum indicans.

Virgilius lib. VI [v. 443] :

Secreti celant calles.

Cælare, insculpere. Virgilius Æneidos lib. I [v. 640] :

Cælataque in auro
Fortia facta patrum.

Varro Agathone :

Numnam cælatus in manu dextra scyphus,
Cælo dolitus, artem ostentat Mentoris ?

Ignoscere et Concedere quemadmodum inter se distent, aperit M. Tullius [Epistola] ad Cæsarem juniorem lib. I : « Quod mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo; nam et præteritis ignoscis, et concedis futura. »

Contemnere et Despicere eo distant, quod est *despicere* gravius quam *contemnere*. M. Tullius in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 57 : « Quemadmodum tenuissimum] quemque contempserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit. » Idem ad Cæsarem lib. III : « Amici nonnulli a te contemni ac despici, et pro nihilo haberi senatum volunt. » Et de Senectute [c. 18] : « Contemni se putant, despici, illudi. »

Cupiditas et Cupido diversa sunt. Nam *cupiditas* levior est. Lucilius lib. XXVIII (?) :

Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur.

Quod *cupiditas* pars quædam sit temperatior, defluens ex *cupidine*.

Æmulatio ab Imitatione hoc distat, quod *imitatio* simplex est, et livorem atque invidiam non admittit; *æmulatio* autem habet quidem imitandi studium, sed cum malitiæ operatione. Virgilius lib. VI [v. 173] :

Æmulus exceptum Triton, si credere dignum est,
Inter saxa virum spumosa immerserat unda.

scribistis P. — 10 *Celare et cælatum* C. *quod est celari* Codd. *cælari* C. *celare* Edd. — 11 *tegere abscond.* Codd. *et abscond.* AJM. — 12 *indicat : Accurrit* Edd. Ter. — 15 *inscalpere* AJ. *insculpere* J marg. — 19 *num nam* H. — 20 *dolictus* P. *dolitus* vulgo, etiam p. 99. — 21 *distant* HCWAJM. *distent* PDL. — 22 *lib.* II CD. *quo mihi* Codd. *quod mihi* Edd. — 23 *vac. dabis goudeo* HP. *da bis* W. *des, bis* Edd. *gaudio* W. — 25 *contempnere* P. — 26 *M. Tullius*, etc. Jam in v. *Despicere*, p. 288. *actione* III vulgo. *act.* II M, ut p. 288. *quemadmodum ten.* legitur p. 288. *is tenuissimum* Cic. — 29 *a te cont.* Lips. M. *a* vulgo abest. *et pro* Codd. *ac pro* AJM. — 30 *senatum volunt* Codd., J marg. M. *voluit* Edd. ante M. — 33 *lib.* XVIIII Codd. (sed in P erasa initio littera, ut fuerit XXVIIII) et M. XXVIII ed. pr. XXIII AJ. XXX ed. 1480 et 1500. *in* XXXX ed. 1476. — 34 *ex homine, cupido ex* Edd. (et Edd. Lucil.), non stante septenario. *ex homine cupido* (adjective) *et stullo* cj. Dübner, ingeniosius quam verius. Si ex lib. 29 exemplum est, scribe : *Cupiditas Ex homine*, et senarius recte procedit.

M. Tullius in Cæsarianis [pro Marcello, c. 1] : « Quasi quodam æmulo atque imitatore studiorum et laborum meorum et comite abstracto. »

Probatum et Spectatum [hoc differunt, quod *spectatum*] vis majoris est. Lucilius lib. XXVI :

Tuam probatam mi et spectatam maxume adolescentiam.

Bellum et Prœlium hoc differunt, quod prœlia partes sunt belli, hoc est, in bello congressiones. Lucilius lib. XXVI :

Ut Romanus populus victus vi, et superatus prœliis
Sæpe est multis; bello vero nunquam, in quo sunt omnia.

Virgilius lib. XI [v. 541] :

Infantem, fugiens media inter prœlia belli.

Inter Cavere et Vitare Lucilius esse distantiam voluit, lib. XXVI, et esse plus *vitare :*

Quid cavendum tibi censerem, quid vitandum maxume.

Vetustiscere et Veterascere quid intersit, Nigidius Commentarior[um] grammaticor[um] lib. X deplanavit : « Dicimus quæ vetustate deteriora fiunt, *vetustiscere ; inveterascere*, quæ meliora. » M. [Tullius] ad Hirtium lib. VII : « Quum enim nobilitas nihil aliud sit quam cognita virtus, quis in eo, quem veterascentem videat ad gloriam, generis antiquitatem desideret? »

Nocens a Nefario et Impio distare, uti *nocens* levius videri possit, M. Tullius voluit, de Officiis lib. II [c. 14] : « Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item habendum est religioni nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere. »

Innuere et Annuere hoc distant, quod est *innuere*, facie significare. Terentius Adelphis [II, 1, 17 :

Ne mora sit,] si innuero, quin pugnus continuo in mala hæreat.

1 *temperatio* Codd. *temperator* ed. pr. *temperatior* Edd. *simp. est et levior atque* PCD. — 8 *in Cæsariann* i cj. Lips. *pro Marcella* Noster in v. *Æmulus*, p. 239. *quasi quodam*, etc. Aliter Cic., et Noster rectius p. 239. Hic aliquot verba desunt. *imitatoriae* PL. *imitatari* W. *imitatore* HAJM, ut p. 239. — 10 *abstracto* omnes. *distracto* Cic. — 11 Post *spectatum* lacunam indicat M, cujus sensum recte innuit. — 13 *mihi* vulgo. *mihi* omitt. M. *maxime* CD. *adulescentiam* Codd., M. — 14 *proelium* CD Gerl. J. *praelium* P, Edd. aliæ. — 15 *lib.* XXVII ed. 1476. — 16 Jam sup in v. *Vis*, p. 420. — 22 *ceasere* vulgo. *ceases* J. *censeres* cj. M Guyet. *maxime* CDA. — 23 *Vetustiscere et vetustascere* Codd. *et veterascere* Edd. *commentator grammaticus* vulgo. *commentarior. grammatices* M. — 24 *dicemus* omnes. *dicens* cj. Roth. — 26 *M. ad Hirtium* Codd. *M* (superposito compendii signo) *ad hircum* P. *M. Tullius ad Hirtium* Edd. *lib.* VII omitt. LA. *lib.* VIII ed. 1476. — 28 *antiquitate* vett. edd.

1 *uthis nocens* L. *ut his n.* CD. *ut innocens* P. — 3 *item* vulgo, ut in v. *Religia*, p. 379. *ita* ed. 1476, J, ut Cic. *esse habendum rel.* PLA. *est habendum* Noster in v. *Religio*, p. 379. *habendum est* ed. 1476, J, et Edd. Cic. *est* hic omitt. M. *religione* Codd., A. *religioni* Bentin. JM, ut p. 379. *religioni contrarium* J. — 4 *modo nefarium* Codd., A, etiam p. 379. *modo ne nef.* M (hic et p. 379), e conj.; et nunc ita Edd. Cic. *nocentem aliqu. et nefarium* ed. 1476 et J, ut vett. edd. Cic. *defenderes* Codd., A. *defendere* ed. 1476, JM, ut p. 379, et Cic. — 5 *nnnuere* (ubique) HP. *adnuere* CDLW. — 6 *adelfis*

[Et in sequentibus, v. 20 :]

Non innueram : verum in istam partem potius peccato tamen.

Annuere, concedere. Virgilius lib. XII [v. 841] :

Annuit his Juno, et mentem lætata retorsit.

M. Tullius in Hortensio : « Quod quum uterque nostrum annuissent, omnesque ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissemus. » Positum est *Annuere* pro *innuere*. Plautus Asinaria [IV, 1, 39] :

Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.

Flagrare et Fragrare ita discernitur, quod [*flagrare* est] ignescere, incendi et ardere, *fragrare* vero olere. Et in plurimis invenitur ista discretio.

Noxa et Noxia hanc habent diversitatem, quod est *noxa* peccatum leve. Virgilius Æneidos lib. I [v. 41] :

Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei.

Noxia, nocentia. Virgilius lib. VII [v. 326] :

Iræque [insidiæque] et crimina noxia cordi.

M. Tullius in Hortensio : « Et ceteras quidem res, in quibus peccata non maximas afferunt noxias, tamen inscii non attingunt. »

Plus a Multo vetustas voluit discrepare : et potest videri hanc habere posse distantiam, ut sit *multum* a plurimo minus, ac non supra modum ; ut est Virgilii, Georgicorum lib. I [v. 94] :

Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes,
[Vimineasque trahit crates, juvat arva].

Plus, sicut in plerisque, majoris modi est quam necessarium est ; atque ideo M. Tullius magis discrevit, Epistola ad Catonem : « Nec idcirco mihi desiderandam esse dignitatem meam, quod eam multi impugnarint ; sed eo magis recolendam, quod plures desiderarint. »

Inter Speratam, et Dictam, et Pactam, et Sponsam hoc interest,

(sequebatur *si*, sed erasum) *nnnuere* P. *annuere* vel *ndnuere si qui in pugnus* Codd. *si innuero* M, ut Ter. *quin pugnus* AJM, ut Ter. — 9 *verum in* HLAJ. *verum* omitt. PWM. *peccnto tamen. Fingrare et ignescere itn discernitur ... ista discretio* (permixtis duobus lemmatibus) Codd., etiam CD ; sed in P transponendum alienum lemma duabus litteris indicatur. *Fingrnre* subjecerunt Edd. ante M ; omnino prætermiserat M. — 10 *Annuere est concedere* P. *lib.* x vulgo. XII M. — 11 *lætn* Codd. *lætata* AJM. — 16 *nictes* H Gerl. *nictet* PAJM, ut Plaut., et Noster p. 439. — 17 *Flagrare et ignescere ita discernitur quod ignescere incendi et nrd.* Codd. *Flagrare et fragrare ita discernitur* (*discernuntur* AJ) *quod flagrare est incendi* AJM. — 18 *flag. vero* Codd. *fragrare* Edd. — 22 *olei* CD. — 23 *lib.* VIII vulgo. VII ed. pr. et M. — 25 *et certis quidem rebus* ed. 1476. *et cæteris q. rebus* A. — 26 *maxime afferunt* vulgo. *mnximas ferunt* cj. M. *inscii innnt attingunt* P. *insci innnt* HVM. *inscii nn atattingunt* Gerl. *insciant att.* ed. pr. *ni sciant att.* ed. 1476. *ni sciunt att.* AJ. *inscii att.* J marg. *inscii non att.* cj. M, prob. Guyet. — 28 *distantiam posse* C. — 29 *ut est Virg. Georg.* (compendiose) vulgo. *ut est* omitt. Edd. ante M. — 30 *rastri ... inhertis* PL. *inertis* M Gerl. *inertes* Edd. ante M. — 32 *quæ majoris* Codd., A. *quod majoris* JM. *in plerisque majoris* cj. Roth. — 33 *majus discrevit* vulgo. *magis discernit* ed. 1476.

quod virgo, priusquam petatur, *sperata* dicitur. Plautus in Amphitryone [II, 2, 44] :

Amphitryo uxorem salutat lætus speratam suam.

Dehinc promissa *dicta*, vel *pacta*, vel *sponsa* dici potest. Virgilius Æneidos lib. II [v. 678] :

Cui pater, et conjux quondam tua dicta relinquor?

Et idem in alio loco [X, 79] :

Et gremiis abducere pactas.

Titinius Quinto :

Cui exacta ætate sponsa sit desponsa.

Mutuum a Fenore hoc distat, quod *mutuum* sine usuris, *fenus* cum usuris sumitur : et est quasi accepti fetus, unde et fenus dictum est, ut græce τόκος, quasi partus mutui sumpti. Plautus Asinaria [II, 1, 95] :

Nam si mutuas non potero, certum est, sumam fenore.

Unde honestius *mutuum*, quod sub amico affectu fiat meum tuum usu temporis necessarii.

Simulare et Dissimulare hanc habent distantiam. *Simulare* est fingere scire quæ nescias, *dissimulare* fingere nescire quæ scias. Sallustius in Catilinæ bello [c. 5] : « Cujus rei libet simulator ac dissimulator. »

Inter Nutare, Annuere, Nictare veteres hoc interesse voluerunt, ut *nutare* capitis; *annuere* vel *innuere*, narium vel labrorum; *nictare*, oculorum significantiam esse decreverint. Plautus Asinaria [IV, 1, 39] :

Neque illa ulli hominum nutet, nictet, annuat.

Castitas et Pudicitia paria deputantur, quum sit *pudicitia* ab injuria turpium libidinum libera; *castitas* et ab his continens ac remota, præterea et religiosa munditia et puritas. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 524] :

Casta pudicitiam servat domus.

2 *quod plus desiderant* P. *plures* LA. — 4 *in amfitrione uxorem* P, ed. 1476. *in* vulgo omitt. *Amphitryo uxorem* AJM, ut Plaut. *lectus* Codd., etiam D. *letus* C *lætus* AJM. — 7 *promissam* W, ed. 1476. — 9 *conjunx* Codd. — 11 *gremis* L. — 12 *Titin. Divortio* AJ. — 13 *qui* vulgo, et Ribb. *qui* Bothe. *cui* Bentin. J Guyet. Neuk., non improb. Ribb. *desponsata* ms. Fabri, ed. 1476. *desponsata sit* Bothe. — 14 *fenore* Codd. pleriq. *foenore* CD, item sqq. — 15 *faenus cum* (et sic seqq.) Gerl. *fenus* PM. *foenus* Edd. ante M. *et est quasi accepti* Codd., A. *quasi* omitt. Bentin. JM. *foetus* H. — 16 *tocos* Codd. τόκος AJM. *quasi partes* C. *sumti* M, contra libros. — 18 *sumam* HP, Edd. *summam* WL Gerl. — 19 *affectus* Codd. *affectu* Edd. *meum tum* Codd. *tuum* cj. J, prob. Cujac., habet M. *fiat tamen usu* Edd. ante M. — 21 *hanc habent* Codd., etiam D, et AJ. *hanc* omitt. WM. — 23 *cujus rei l.* omnes, prob. Ciaccon., et sic ed. Sall. Gerl. *cujuslibet* pleraq. Edd. Sall. — 25 *Inter nutare annuere nictare* Codd. *et annuere et nict.* Edd. *annuere* ubique H. *adnuere* CD Gerl. — 26 *annuere vel innuere* vulgo. *vel nuere* W, ed. 1476, M. *labrorum* Codd., etiam CD. *laborum* (suprascr. *i*)

Et in Æneidos lib. VI [v. 661] :

Quique sacerdotes casti, dum vita manebat.

Et lib. VII [v. 71] :

Præterea, castis adolet quum altaria tædis.

Atque ideo plus est *castitas* a *pudicitia*, quod pars sit pudicitia, cum aliis ceteris *castitas*.

PASCERE et ALERE hoc distant, auctoritate Varro[nis] Gerontodidascalo, ut sit *alere* sufficiendi generis curam habere, *pascere* natos cibo saginare :

Ubi graves pascantur [atque alantur] pavonum greges.

ORA et ORÆ, licet paria esse videantur, tamen, ut genere, ita intellectibus distant. Nam quoties in his neutrum tangitur, vultus vel facies nostra significatur. Virgilius [Æneid. I, 589] :

Os humerosque deo similis.

Et lib. XII [v. 373] :

Ora citatorum dextra detorsit equorum.

Quoties femininum, cujus rei libet fines. Idem lib. I [v. 306] :

Exire, locosque
Explorare novos, quas vento accesserit oras.

Inter EXSTINGUERE et OPPRIMERE interesse Cicero voluit, de Amicitia [c. 21], ut sit majus *opprimere* quam *exstinquere*. « Quamobrem primum danda opera est ne qua amicorum discidia fiant; sin tale aliquid evenerit, ut exstinctæ potius amicitiæ quam oppressæ videantur; » quasi quod exstinguitur, possit reflammari; quod opprimitur, non queat.

MORBUM a VITIO prudentia veterum sic voluit separari, ut sit *morbus* cum accessu utique aut temporis aut contagii; *vitium*, perpetua et insanabilis atque irrevocabilis causa.

MEMINISSE et IN MEMORIAM REDIRE hoc differre Aristoteles putat :

L. *labiorum* Edd. — 29 *neque ulla* Codd. *illa* Edd., ut p. 438. *nec illa* J.

5 *in Æn. lib.* II (errore, credo, typothetæ) M. *lib.* VI omnes, ut ipse M, p. 267. — 6 *maneret* omnes, ut sup. p. 267. *manebat* Codd. et Edd. Virg., recte quidem. — 8 *dum altaria* Edd. Virg. (Cf. v. *Adolere*, p. 58.) — 9 *a pudicitia* vulgo. *a* expunctum in W, omitt. M. (Sed *a* etiam usurpat Noster in v. *Omae*, p. 446.) *par sit pudicitia cum aliis ceteris castitas* HWAJM. *aliis citeriis* P. *par sit cum aliis* (omiss. *pudicitia*) LA, prob. Gerl. *pars sit pud., cum aliis* cj. M, prob. Guyet. — 11 *distat* CD. *auctoritote varro geroat. ut sit alere* Codd., etiam CD. *Varronis* A. *Varro Geroat.* hic omitt. W, JM. — 13 *sagiaare. Varro Geront.* HWJM. — 14 *atque alaatur* supplet Bentin. ex p. 314; recep. M. — 15 *ora vel oræ* vulgo. *et oræ* AJ. — 16 *quotiens* (bis) Codd. *quoties* Edd. — 17 *facies rostra* Codd. *aostra* AJM. — 18 *umeros* Codd. — 21 *cujus rei libet* Codd., J. *cujuslibet rei* M. *et lib.* I *idem* Codd. *idem libro primo* M. *Virgil. Æn. lib.* I AJ. — 23 *horas* P. — 24 *extinguere* Codd. *exsting.* Edd. *et inter opprimere* vulgo. *inter* omitt. CD, ed. 1476. *opprimere* (ubique) HCD. *obprimere* Gerl. — 26 *dissidia* Edd. ante M. — 27 *oppressæ esse* Edd. Cic. — 28 *possit renovari* AJ. *reflammori* J marg. *posset refl.* L. — 30 *Morbus et vitium* cf. Gell. 4, 2. — 31 *accessit* J, improb. M. *accessu* etiam ms. Fabri. *utique autem* P. *contagis* CD.

Διαφέρει μνημονεύειν τοῦ ἀναμεμνῆσθαι : et vult *meminisse* omnium esse animantium, ut cibi, potionis, somni, voluptatis; *in memoriam revocare* quod exciderit, non nisi homines posse.

Die quarte et Die quarto hoc differre prudentes volunt, quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit *die quarto* temporis præteriti, *die quarte* futuri.

Mentiri et Mendacium dicere quemadmodum distent, Publius Nigidius, studiis bonarum artium præcellentissimus, manifestissime separavit : « Qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur. Quantum in se est, vir bonus præstare debet ut ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat : alterum incidit in hominem, alterum non. »

Festinare et Properare veteres voluerunt habere distantiam. Cato Oratione quam de suis virtutibus scripsit : « Aliud est *properare*, aliud *festinare*. Qui unum quidquid mature transigit, is *properat*; qui multa simul incipit, neque perficit, *festinat*. » Verum utrorumque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, ut sit sæpe *properare* animi studiose ad res aliquas contendentis; *festinare*, corporis necessitatibus obsequentis. Virgilius [Æneidos] lib. IIII [v. 310] :

Et mediis properas aquilonibus ire per altum.

Idem Æneidos lib. II [v. 373] :

Festinate, viri : nam quæ tam sera moratur
Segnities?

Matronæ et Matrisfamilias dissimilitudinem hoc modo veteres docti separant quidam, ut sit *matrona* quæ peperit semel, *materfamilias* quæ sæpius. Sed hæc definitio videtur absurda. At hæc fidelis : Matronam locupletioris quæ in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos, dictam, meliore tamen matris futuræ spe et

2 *Meminisse*. Cf. Gell. 8, 10, cujus lemma solum ad nos pervenit. — 3 τοῦ ἀναμιμνῆσθε Gerl. του αναμνησθε P. τῷ ἀναμεμνῆσθαι M. τῷ μεμνῆσθαι AJ. τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι J marg. — 5 *hominis* CD. — 6 *Die quarto et* omnes. *die quarta* J. *quarte et* cj. M, ex Gell. x, 24, qui agnoscit *quarte* et *quarti*. (Macrob. exhibet *quarti*, Sat. I, 4.) *prudentis* Codd. pleriq., M. *prudentes* P, Edd. *die quarta fut.* vulgo. *die quarto* C. — 9 *Mentiri*. Cf. Gell. xi, 11. *mendatium* (ubique) CD. — 11 *ipse non fallitur, sed* Gell., qui locum paulo longiorem refert. — 13 *præstare debet et ne* HP. *debetet ne* Gerl. *debet ut non* Edd. ante M. *debet ne* M, ut Gell. — 14 *alterum iudicet* vulgo. *incidit* P in marg. (vetere manu), et cj. Bongars. Passer., ex Gell., prob. M. *in homine* omnes. *hominem* cj. Bongars. M; et habet Gell. — 15 Quod et ap. Gell. 16, 14. — 17 *unum quid* WJM, ut Gell. *unum quicquid* vel *quidquid* HCDPMpLA. *mutare* Codd., etiam D, J marg. *mature* CAJM, ut Gell. *maturare* ed. 1476. *transit* HPW, J marg. M. *transigit* L, Edd. ante M, et M in Emend., ut Gell. — 18 *utrumque* CD. — 20 *ut sit sæpe animi properare* omnes. *ut sit properare animi* cj. M. — 21 *corpore* vulgo. *corporis* ed. pr., et cj. M. *obsequendi* omnes. *obsequentis* cj. M, ut ipse videram.

1 Cf. Gell. 18, 6. *et matresfamil.* CL, Edd. ante M. — 2 *seperant* P. — 3 *deffinitio* D. *diffinitio* C. *obsurda* CD. *at hæc fidelis* H; quod ipse conjeceram. *ad hæc fidelis*

P. 442 M.

omine nuncupatam; matrem vero familias, quæ in familia mancipioque sit patris, etsi in mariti matrimonio esset.

Avarum et Avidum ita discernuntur. *Avarum* enim semper in reprehensione est; *avidum* autem ab *avendo*, quod est honeste cupiendo, et a delectione intelligi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adjungitur causis : ut Virgilius in Georgicon lib. II [v. 375] :

> Pascuntur, oves avidæque juvencæ.

Sallustius in Bello Catilinæ [c. 7] : « Laudis avidi, pecuniæ liberales erant. »

Audacia et Audentia hoc differunt, quod *audacia* temeritatis est, *audentia* fortitudinis; ut Sallustius Catilinæ bello [c. 58] : « Audacia pro mūro habetur. » Et apud veteres sæpe sic. *Audentia.* Virgilius Æneidos [X, 284] :

> Audentes fortuna juvat.

Et [IX, 291] :

> Audentior ibo
> In casus omnes.

Quanquam et *audaciam* pro fortitudine positum legerimus. Virgilius lib. VIIII [v. 2] :

> Irim de cœlo misit Saturnia Juno
> Audacem ad Turnum.

Et [VIII, 364] :

> Aude, hospes, contemnere opes.

[Quod] humanitatis sit potius quam temeritatis.

Prospicere et Respicere distant, ut adversum videre, *prospicere* recte dicatur; *respicere*, quasi retro aspicere. Varro Manio : « Sedens altus alieno sumptu, neque post respiciens, neque ante prospiciens. »

Furorem ab Insania hoc distare Cicero, Tusculanarum lib. III

locupletiores matronam quæ vulgo. *ad hæc fidelis. Locupletiores, matr.* Gerl. *fidelius locupletiores* AJ, cj. Cujac., prob. M. — 5 *liberam dictam* P. *dictam melius et non matris futura spe* CD. *futura* PLA, cj. Cujac. *spe m. t.* (his duabus litteris superducta lineola) *aamine* P. *spe m. t.* (cum lineola sup. *t*) H. *m' t'* Gerl. *mtull'* W. *mat'* M. *dictam matris namiae, spe atque amine* Serv. ad Æn. XI, 476. *dictam ... a matris aomiae non adepta jam, sed cum spe et omiae max apiscendi* Gell. 18, 6. *a matris nomiae nunc.* cj. Cujac. *namine matroaam nunc.* Brisson. *namine matronæ* Passer., prob. Gothof. M. *spe M Tullius ia naaine nunc.* AJ (hic omisso *in*). — 7 *sit patria etsi* vulgo. *sit patrisfamiliæ* cj. J, ex Festo. *sit patris* M. *manc.* [*nan*] *sit pat.* cj. Faber. *sit mariti aut ejus in cujus manu maritus esset* cj. Cujac. — 10 *a delectatione* PCLAJ. *a delectiane* WM Gerl. *ab electiane* J marg. *ac per hoc aliq. mais* Codd., etiam CD. *ac malis per hoc aliq., al. b.* WM. — 11 *georgicoa* P. — 14 *laudis avidæ* C. *avide* D. — 16 *Audacia* (*Audatia* CD), etc. Quod lemma iisdem fere verbis sup. p. 431; semel omittunt Edd. ante M. *Quad audent. f. sit, audac.* vulgo, sed melius p. 431. — 18 *sæpe sit audentia* P. — 20 *audentis* Codd., M. *audenteis* AJ. — 23 *omais* Codd., M. *omneis* AJ. — 29 *cantempaere* H. — 30 *quad* supplet J. — 31 *advorsum* vulgo. *adversum* ed. 1476. — 32 *Varro*, etc. Jam in v. *Altum*, p. 237.

[c. 5], ostendit : « Itaque non est scriptum : si insanus, sed, [si] furiosus escit; *insaniam* enim censuerunt, id est, inconstantiam sanitate vacantem, tamen posse tueri mediocritatem officiorum et vitæ communem cultum atque usitatum; *furorem* [autem] esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum majus esse videatur quam insania, tamen ejusmodi est ut furor in sapientem cadere possit, insania non [possit]. »

Confidentiæ et Fidentiæ discretionem M. Tullius pandit, Tusculanarum lib. III [c. 7] : « Qui fortis est, idem fidens : quoniam confidens, mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur; ductum verbum a confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens, is profecto non extimescit : discrepat enim a timendo fidere. »

Invidia et Invidentia. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 9 : « Si sapiens in ægritudinem incidere posset,] posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixi in invidiam, quæ tum est quum invidetur; ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ. » Et lib. IIII [c. 7] : « Ut ægritudini invidentia : utendum est enim, docendi causa, verbo minus usitato; quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo cui invidetur. »

Ægrotatio et Ægritudo. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 10] : « Sed proprie, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet [non sejunctum a dolore]. »

Iracundus et Iratus, Ebrius et Ebriosus, Amator et Amans, et alia, quid inter se distent, Cicero discrevit, Tusculanarum lib. IIII [c. 12] : « Aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore : neque enim omnes anxii qui anguntur aliquando, [nec qui anxii, semper anguntur; ut] inter ebrietatem et ebriositatem interest; aliud[que] est amatorem esse, aliud amantem. »

1 *Furor ab insania hoc distat Cicero* Codd. *distare Cicero* AJM. — 2 *non esse scriptum* PL. *et furiosus* Codd., A. *sed si furiosus* Bentin. JM, ut Cic. — 3 *esset* omnes. *esse incipit* vett. edd., et pars edd. Cic. *escit* optt. edd. Cic., ex eodem loco cit. ad Heren. I, 13; de Inv. II, 50. *insaniam enim cens. constant. id est (idem P) sanitatem tamen posse tueri* Codd. *cens. inconst. id est sanitate vacantem* vett. edd. *id est inconstant. sanitate vacantem* M. *stultitiam enim cens. inconst., id est sanitate vacantem, posse tamen tueri* Edd. Cic. (*id est*) *insanitatem* J marg. — 6 *cum malus esse* Codd. pleriq. *majus esse* H, Edd., ut Cic. — 7 *cad. possit, non possit insania* Cic. *ins. non possit* AJ. — 10 *idem est fideas* Cic. — 11 *loquentium* vulgo. *loquendum* (superscr. *ti*) L. *loquendi* J marg., ut Cic. — 12 *autem est confidens* vulgo, ut Cic. *est fidens* ed. pr. — 13 *fidere* Codd. *confidere* Cic. *fidens* AJM. — 16 *posset in invidiam* HAJ. *posse* PLW. *posset in invidentiam* ed. 1476, J marg. M, ut Cic. *non dixi in invidentia* PLW. *in invidentiam* A. *non dixi in invidiam* Bentin. JM. *non d. invidiam* ed. 1476, ut pars Edd. Cic.; *in* habent aliæ. — 17 *invidia recte* Codd., A. *invidentia r.* JM, ut Cic. *potest et ut fugiamus* PW (etiam L., sed *et ut* signis transponi jubentur) et Edd. *ut est fugiamus* H. *ut effugiamus* Gerl. *ecfugiamus* cj. Roth. *effugiamus* Edd. Cic. — 23 *nominaret* H. *nominavit* C. *nomi navit* P. *nomin avit* W. *nominatur*

Lætari et Gaudere distant; ut Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 31] : « Atque ut confidere decet, timere non decet; sic quidem gaudere decet, lætari non decet; quoniam, docendi causa, a gaudio lætitiam distinguimus. » Ut autem innuit idem Cicero, gaudium in sapiente et in rebus bonis semper est, lætitia etiam in malis et turpibus rebus esse potest.

Pernicitatem et Velocitatem Cicero discrevit, Tusculanarum lib. V [c. 15] : « Præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus; adde etiam, si libet, pernicitatem [et velocitatem]. » Et Virgilius Georgicorum lib. III [v. 230] hoc sensit :

[Et inter]
Dura jacet pernix instrato saxa cubili.

ut illud sit celeritatis, hoc patientissimæ fortitudinis.

Metum, Timorem, Formidinem, Pavorem Cicero discrevit, Tusculanarum lib. V [c. 18] : « In quem autem metus, in eum formido, timiditas, pavor, ignavia. »

Innocens et innocuum hoc distat quod sit *innocens*, non nocens; *innocuum*, illæsum. Virgilius lib. X [v. 301] :

Et sedere carinæ
Omnes innocuæ.

Legere et Eligere non sub ea[dem] significatione intelligi vult Varro de Re rustica lib. I [c. 54 : « Quæ pars arbusti ac vineæ magis] aprica, prius debet descendere de vite. In vindemia diligentius uva non solum legitur ad bibendum, sed etiam eligitur ad edendum; » ut sit *legitur* colligitur, ut plerumque; *eligitur* melior quæque de plurimis.

Miserari et Misereri veteres his sensibus esse voluerunt, ut sit *miserari*, flere et lamentari; *misereri*, miserationem alienis casibus exhibere; et activo ad primum affectum, passivo ad secundum. Attius Eurysace :

D. *nomin avet* Gerl. *nomen habet* Edd. ante M, ut Cic. *locum habet* M (invitus, ut credo).

1 *qui inter* CD. — 5 *hoc interest* AJ. *hoc* omittunt Codd., M, et Edd. Cic. *aliudque* J marg. — 6 *distat* Codd. pleriq., M. *distant* P, Edd. ante M. — 7 *timere non decet*. Cetera omittunt Codd. et ed. 1476. *sic gaudere licet, lætari non licet* (nec plura) edd. 1480 et 1500. *decet, l. non decet* AJM. Et quæ sequuntur, exhibent AJM. — 12 *Pernicitatem velocitat.* HW. *et velocitat.* Edd. *velocitatem* omitt. L, expungit W. *Pernicit. et præstantiam* P. — 13 *acerrimas* P. *integrisque* Codd., J marg. *integerrimisque* AJ, ut Cic. — 14 *lubet* vulgo. *libet* C. *et velocitatem* cj. Roth, ex Cicer. — 17 *duro* HW. — 20 *in eumdem* Cic. — 22 *distat* Codd., M. *distant* Edd. ante M. — 26 *non sub ea signific.* omnes, sed sine sensu. — 27 *de rusticatione lib.* I : *africa* Codd. *de re rustica lib.* I : *africa* A. *aprica* JM. Locus initio truncatus, quem exscriptis aliquot verbis illustrat Hentin. — 28 *descendere vitæ* Codd. *defendere vite* A. *descend. de vite* JM. *vitæ vindemia* Codd. *in vindemia* AJ, ed. Varr. Schneid. *e vindemia* J marg. *in vindemiam* M, ut mss. Varr. *diligentis* vulgo. *diligentius* M. — 29 *non s. legitur, sed etiam eligitur ad vivendum* (*bibendum* H) *eligitur ad edendum* Codd. *legitur ad bibendum, sed etiam elig. ad edendum* AJM, ut Varro.

Hei mihi!
Ut etiam ærumna hæc mihi luctum addit luctibus!
— Quid miserari id me Eurysacem......
Tuam solitatem memorans, formidans tibi.
— Te commiserabar mage quam miserebar mei.

Et multis talia sunt aliquando vexata generibus.

Acerosum et Aceratum, utrumque nove positum, sed distanti proprietate signatum: *acerosum* namque panem farre minus purgato, nec sordibus a candido separatis, dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV:

Quæ gallam bibere, et rugas conducere ventri
Farre aceroso, oleo decumano, pane coegit
Cumano.

Hunc Græci αὐτόπυρον vocant. *Aceratum* vero est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Lucilius lib. VIIII:

[Ut] laterem qui ducit, habet nihil amplius unquam
Quam commune lutum e paleis, cœnumque aceratum.

Multum et Satis eo distant quod *multum* infinitum est, *satis* finitum: avaris illud, hoc parcis seu continentibus applicandum est. Lucilius lib. V:

3 *membra* *ceteri his sens.* vulgo. *in his* CDMp. *ceteris veteres his* P; in quo dittographia veram vocem exhibet. — 6 *eurysacae* Codd. — 7 *ei mihi* Codd., M. *heu mihi* Edd. ante M. — 8 *hæc ærumna* vel *erumna hæc mihi* Codd., M. *hæc* prius omitt. Schœll. Ribb., posterius Edd. ante M, Bothe. *luctibus alia personn quid* Codd., vett. edd. *alia personn* glossema esse monuerat Steph., et Nonio tribuit Passer., delent Bothe Ribb.; exhibent quidem, sed Attio abjudicant JM Gerl. Personas mutant post *luctibus* et post *form. tibi* Both. Ribb. *Quid miserari id me Eurysacem* omnes. *quid miseraris me* (*sic me* Grotemeyer), *Eurysace?* cj. Passer. Grotem. (Verba Teucro tribuit Passer.) *quid te miseraris, me...* (manco versu) Ribb. *quid commiseraris me neque Eurysacæ* cj. Schœll. *quid miseriam ad me, Eurysaces, tuam, Ac solit.* cj. Voss. (mutata persona). — 10 *Tuam solitatem* vulgo, et J marg., ut p. 173. *sodalitatem* AJ. *memoras, formidas* omnes, et sic Bothe. *memorans, formidans* Passer., ut p. 173, recep. Ribb. *memorans, formidas* Voss. *tibi* (sine distinctione) vett. edd. *tibi?* J, Voss. Both. Ribb. *tibi:* M. — 11 *te commiserabam* Codd., Ribb. *commiserabar* Edd., Passer. Voss. Schœll. Bothe. *magis* omnes. *magi* Passer. *mage* Voss. Bothe. *quam miserabar* Codd., vett. edd. *miserebar* JM, Passer. Schœll. Ribb. — 12 *et multis talia et aliq.* W, Jmarg. M. *et multis mei et aliq.* LA Steph. J. *et multis meietaliquando* P. *mei multis talia et aliter* ed. pr. *mei m. aliq.* Delr. Schœll. Plerique multum sudant ut inde versum extundant. Hæc Nonio tribuit Gerl., deleri vult Passer., quum in libro Fabri absint. — 14 *ferre* CDW. *purgatio* CDLW. *purgato* H. *farre m. purgato* PAJM. — 15 *separato* omnes. *nec candido a sordibus* cj. Gerl. — 16 *lib.* XXV AJ. — 17 *gallam vivere* Codd., A. *bibere* Bentin. JM. *ac rugas* Codd. pleriq., et cj. M, ut habet Paul. ex Festo (v. *Galla*), qui locum illustrat. *rugis* VAJM. *ventris* vulgo. *ventri* Scal. Dous. M., ut Fest. — 18 *olei* Codd., A. *oleo* JM. *oleri* cj. Borgk. *decumano pane cumano coegit* omnes. *oleo et Cumano pane* cj. Dousa. *oleo decum.* jungit Turn., et *cumano* omitt. *coegit Cumano* J marg. Scal., prob. Guyet. *decum.* [*et*] *pane c. Cumano* Corpet. — 20 *hunc* P, Jmarg., prob. M. *tunc* LWAJM. *græce* J marg. αὐτόπυρον Codd., J marg. M. υποπυρον P. ὑπόπυρον AJ. — 21 *ut lateraris* Codd. *lateraris* J marg. M. *laterarii* AJ. — 22 *latere qui ducit* omnes. *lateres* cj. Guyet. *Nam laterem qui* J, recep. Corp. Gerl. *amplius nam quam Commune* omnes. *amplius unquam Quam* cj. J, habent Dous. Corp. Gerl. — 23 *n paleis* omnes. *e paleis* cj. J et Dousa. *cœnumque* vel *cenumque aceroso* vulgo. *acerosum* cj. J et Dousa. *aceratum* cj. Dousa. *cœnoque acerato* cj. Passer. — 25 *parcis seu continentibus* P. *se contin.* Codd. pleriq., Edd. *parcis, se cont.* Gerl. *parce se* J. — 27 *id satis esse potis esse potisset* Codd. *potis esse* omitt. Edd. *potuisset* P, vett. edd. *po-*

Nam si, quod satis est homini, id satis esse potisset,
Hoc sat erat. Nunc quum hoc non est, qui credimu' porro
Divitias ullas animum mi explere potisse?

Et lib. XVIIII :

Denique uti stulto nil sit satis, omnia quum sint.

Omne atque Totum volunt quidam esse sejunctum, ut ab *omni* plus esse *totum* putent, quum indiscretim inter [se] frequenter positum legerimus, et utrumque cum significantia universitatis. Lucretius lib. III [v. 17] :

Totum video per inane geri res.

Virgilius in Bucolicis [10, 69] :

Omnia vincit amor.

Et idem Georgicorum lib. III [v. 242] :

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres
In furias ignemque ruunt ; amor omnibus idem.

Idem Æneidos lib VI [v. 726] :

Totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Quid, quod *totum*, quod plus putatur, non pro *cuncto* alicubi accipi potest? Virgilius Georgicorum lib. III [v. 377] :

Totasque
Advolvêre focis ulmos, ignique dedere.

Ut sit *totas* integras, non *omnes* quæ in mundo sunt, ulmos.

Niti, [Eniti,] Inniti, et Obniti, quum ex uno sit intellectu, acceptis tamen præpositionibus fit diversum. *Niti* enim [est conari. *Eniti*] potest videri ad aliquam gratiam, aut honorem, aut utilitatem ærumnoso tendere sine labore : quanquam in aliquibus gravius audiatur, ut sint *enixæ*, pariendi labore defunctæ. *Inniti* autem incumbere manifestum est. Virgilius lib. VI [v. 760] :

Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta.

Obniti vero est contra adversa obluctari. Virgilius sæpe [ut Georg. IV, 84] :

Usque adeo obnixi non cedere.

tisset JM Gerl. — 29 *mihi* Codd. *mi* JM. *explere posse* PLAJ. *potuisse* ed. 1476. *potisse* ms. Fabri, J marg. M Gerl. *potesse* Gifan. — 30 *lib.* XXVIIII Codd. XVIII Edd. — 31 *ut stulto* vulgo. *uti* J, prob. Guyet. *nihil est satis* cj. Dousa.

1 *cum indiscretis inter freq.* Codd. *quum* M. *cum* vel *cùm indiscrete* AJ. *indiscretim frequenter* cj. M, prob. Guyet. *inter nuctores positum* AJ. — 3 *lib.* I : *totum* vulgo. *lib.* III M. — 18 *ut totas integras sint* Codd. *ut sint totas int.* vett. edd. *ut sit totas* JM. — 19 *Niti inniti et obniti* P. *inniti* omitt. ceteri. *uno sint* J. — 20 *fiunt* J marg. *Eniti enim potest* P. *Niti enim* ceteri. — 21 *aut aliquam gratiam* omnes. *erumnoso* H. — 23 *ut sint enixe* P. *defuncti* CDLW. *defecti* P. *defunctæ* Edd. — 25 *juvenes* L. *juves* P. *qui innititur* P, et sic Nonium legisse putat Guyet. *nititur* ceteri, ut Virg., et ipse Nonius,

Terentius Andria [I, 1, 134] :

Manibus pedibusque obnixe omnia
Facturum.

Illix et Illex hoc discernuntur. Ab illiciendo *illix; illex* a quo lex non servetur. Plautus Pœnulo [III, 4, 35] :

Qui illi [malæ] re tautæ fuimus illices.

Idem Persa [III, 3, 4] :

Injure, illex, labes popli.

hoc est vivens sine lege, sine jure.

Ergastulum et Ergastulus, ut genere, ita intellectibus differunt. Nam neutro, carceris locus est; masculino, custos pœnalis loci. Lucilius lib. XV :

Non ergastulus unus.

.... « Et alius judicem apposuit, ut nemo sententiam libere, quasi ergastulus, posset dicere. »

Fremere et Frendere hoc disparantur, quod est *fremere* magnum sonare. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 160] :

Fluctibus et fremitu assurgens, Benace, marino.

Frendere alicubi cum gemitu vel iracundia miserum aut minax sonare [alias etiam frangere]. Virgilius Æneidos lib. III [v. 663] :

Luminis effossi fluvidum lavit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu.

Pacuvius Antiopa :

Frendĕre noctes, misera quas perpessa sum.

Plautus :

Nec machæra mi audes dentes frendere.

qui versum laudat in v. *Nili*, p. 353. — 28 *non cedere. Et alibi : Obnixi torquent spumas, et cœrula verrunt* vulgo. Sed *a Inixi* exhibet Virg. Æn. III, 208, et IV, 583; itemque Noster in v. *Verrere*, p. 420. Exemplum omnino omittit ed. 1476; unde id tanquam interpolatum delevi. — 30 *Pedibus manibusque* omnes. Aliter Terent. — 32 *Illix et illex* (ubique) H, JM. *inlix et inlex* CD. *inlix, inlex* Gerl. *ab inliciendo* (pro *inliciendo*) CD. *illex vero* Edd. *vero* omitt. Codd., et CD. — 34 *quod illi tantæ rei* (*tanterei* P) *fumus inlix* Codd. *fuimus illix* ed. 1476. *qui male rei ante fuimus illices* A. *qui illi tantæ rei ante* J. *qui illi malæ rei tantæ f. illices* M, ut Edd. Plaut. (nisi quod scribunt *re* meliores).

1 *Persa : Injure, illex, hoc est vivens sine lege, sine jure labes pop.* omnes. *hoc est... sine jure* parenthesi includit M; quasi glossema scribit Gerl. — 2 *in jure* Edd. ante M. *populi* omnes. *popli* Edd. Plaut., et Noster ex optimo cod. p. 10. — 4 *Ergastulum* HC. *ergastylum* D. *ergastulum et ergastilus* Codd. plerique (etiam Mp), M. *ergastilus* (superscr. *u*) *et ergastillus* P. *ergastulum, ergastulus* ed. 1476. *ergastulum et ergastulus* (et sic in seqq.) AJ. — 7 *non ergastylus* P. *unus et alius judicem apposuit* (ut continui sint Lucilii versus) vulgo. *unus. Et alius* vel *Et alibi : Judicem* (ut sit novum Lucilii exemplum) cj. Lips. *Et alibi* cj. vel probat Passer. *unus et alter indicem* A, prob. Dousa. *apposuit* vulgo, etiam ms. Fabri. *opposuit* J, et cj. Lips. — 8 *ut nemo* ad aliud testimonium pertinere putat Dousa. *nemo sentiam* P. *libere quasi ergastilus* vel *ergastulus* vulgo. *ergastylus* P. *libere quam ergastulis* ed. 1476. — 9 *possit* omnes. — 10 *hoc disputantur* C. *distare putantur* DMp. *disseparantur* AJ. — 13 *genitu et* C. — 14 *frangere* addidi ex Paulo (*Frendere est frangere*), id reposcentibus ultimis exemplis. *in Æn.* P. — 15 *erfossi* Codd. pleriq., M. *etforsi* P. *effossi* Edd. ante M. *fluvidum* HPL, Edd. ante M, ut pars codd. Virg. *fluidum* WM Gerl. — 18 *miseras* ed. 1476, ed. 1500. *per-*

P. 417-448 M.

Pacuvius Antiopa :

Fruges frendo sola saxi robore.

Attius Troadibus :

Saxo fruges frendas.

Fora et Fori, ut genere, ita et intellectibus discernuntur. Neutro enim loca sunt quibus jus dicitur; masculino spatia in navibus; ut Virgilius lib. VI [v. 411] :

Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,
Deturbat, laxatque foros; simul accipit alveo
Ingentem Æneam.

Vel locus apertus ac patens : unde et gladiatores *foros facere* dicuntur quum longo circuitu sectantur.

Educere et Educare hanc habent distantiam. *Educere* est extrahere; *educare,* enutrire et provehere. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus, docet magister. »

Aborsus et Abortus significationes varias habent. *Aborsus* enim ille dicendus est qui est in primis mensibus, quum conceptui exordium factum est; *abortus* prope tempus pariendi : tunc enim moritur quod nascitur. In plurimis hæc reconditis invenimus.

[LIBER VI.]

DE IMPROPRIIS.

Edolare fabrorum est verum verbum, quum materiarum complanatur asperitas. Usi sunt eo laudandi scriptores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimarco : « Quum Quintipor Clodianus tot comœdias sine ulla fecerit musa, ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius? »

pessa sum H, Edd. *perpessarum* P. *perpessa rum* Gerl. — 20 *maceram audes* H. *machæ ram* vulgo. *machæra mi audes* Bothe fragm. Plaut. — 21 *Anthiopa* Codd. — 22 *fruges* PAJ, Scal. Gul. Bothe. *fruge* Codd. pleriq., M. *frendeo* cj. Scal. *frende* cj. Heins. *solas ac sic probo re* HAJ. *probore* M. *solas ac si proborem* P. *sola sacsic probore* Gerl. *probare* (*o* super *a* scripto) W. *sicco robore* Scal. *solas saxi robore* Voss. *sola saxi robore* cj. Welcker; quod ipse scripseram. — 24 *Nocturna s. f. f. torridas* integrum versum ex Serv. ad Æn. 1, 178, exhibet Düntzer. — 30 *Æneau* P. *Æneam* vulgo. — 31 *Vel locus,* etc. Cf. sup. p. 206. *vel palens* CD. — 33 *hanhabent dist.* P. *est extruere* CDMp. — 34 Forte *nutrire.*

1 *hoc est et magister* H. *hoc est mag.* P. *hocest mag.* Gerl. *hoc et* J. *docet* cj. J, recep. M. Duo ultima verba omitt. A. — 4 *factus* Codd. *factum* Edd. — 5 *quod nascitur* H, Edd. *quid* Codd. pleriq. *hæc reconditis* Codd. M. *hoc reconditum* vett. edd. — 7 *Incipit de improprиis* Codd., M. *Incipit de in pro bis* C. *incipit* omitt. Edd. ante M. — 8 *est* omitt. W, M. — 9 *ussi sunt* P. — 10 *Vimarco* vulgo. *Bimargo* AJ. *quintipro* (*pro* per compend. scripto, P. *clodius* Codd. *dolius* CDMp. *Clo-*

Sulcus omne quicquid in longitudinem aculeatum est, dici potest veterum auctoritate doctorum. Varro Bimarco :

Et pater divum trisulcum fulmen igni fervido
Actum mittat in tholum macelli.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 475] :

Et linguis micat ore trisulcis.

Pænulam abusive, omne quicquid tegit, nobilissimi veteres transtulerunt. Varro Manio : « Et quum corrigia dirupta sonat aridum, reliquum pedem pænula scortea pertegere. »

Vitreum, pertenue et perlucidum quicquid est, auctoritate veterum dici potest. Varro Modio : « Quam istorum [quorum] vitreæ togæ ostentant tunicæ clavos. »

Tela etiam lapides dici posse auctoritas docuit, et omnia quæque jaciuntur. Sisenna Historiarum lib. III : « Manuales lapides dispertit, propterea quod is ager omnis ejusmodi telis indigebat. »

Silentium fieri consuetudine sumptum est. Sisenna de contrario, Historiarum lib. IIII, *oriri :* « Silentium oritur. »

Cæcum, non solum oculis captum, sed et insidiosum, et occulte malum, et tacitum vel latens quid, dicendum veteres æstimaverunt. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Subito mare subhorrescere, cæcosque fluctus in se provolvere leniter occepit. » Virgilius Æneidos lib. VI [v. 30] :

Cæca regens filo vestigia.

Labra non hominum solum, sed et margines vel fines dici posse, auctoritas persuadet. Nam et *labruscam* genus esse erraticæ vitis

dianus cj. Carrio, habet M, prob. Ritschelio, qui eumdem citatum p. 117 meminit. *Clodius* omitt. Edd. ante M. *Clodius* J marg. — 11 *comedias* H. *sine ulla fecerimus ego* Codd., etiam CDMp, Edd. ante M. *fecerit musa, ego* cj. J, recep. M. *sine cura* ms. Fabri. — 13 *quicquid* HPM. *quidquid* Gerl. *longitudine* vulgo. *longitudinem* L (sed *m* expuncto), ed. pr. — 14 *Vimarco* vulgo. *Bimargo* AJ. — 15 Septenarium agnoscit etiam Guyet. *flumen* P. *igni fruido* Codd., etiam CD. *fervidi* Mp. *fervido* ms. Basil., JM. — 16 *actum* Codd., J marg. *acutum* ms. Basil. *actutum* Edd. *in cholum* P. *Marcelli* ms. Basil., Edd. ante M. *macelli* J marg. — 18 *ora* PCD. — 19 *penulam* vulgo. *pænulam* P. — 20 *corrigias* J. *diruptas* HLMp. *disruptas* Edd. *ruptas* P. *dirupta* ed. pr., et cj. Guyet. Gerl. *tonnt* Codd., M. *tonet* ed. 1476, cj. Gerl. *tenet* AJ. *aridum* HP (etiam W suprascr. *h*), vett. edd. *haridum* L, M Gerl. *aridum* omitt. J. — 21 *reliquum* P. *relicum* C Gerl. *reliquum* Edd. *pede* Codd. *pedem* JM, Turn. *pede* vel *pedem* omitt. P. *penula* vulgo. *pænula* P. — 23 *madio* P. *quamstorum* P. *quam storum* Codd. plerique, M. *quam istorum* MpAJ, ut in v. *Tunica*, p. 536. *istorum quorum* Turn., ex loco cit. *bitæ estote* H. *bite estote* P. *bitea est.* Mp. *bitaeestote* Gerl. *vitreaes* ed. pr. *vitrea æstute* Edd. ante M. *vitreæ togæ* J marg., habet M, ut est p. 536. *ostenant* Codd. plerique, etiam Mp. *osteneant* Gerl. *os tendunt* ed. 1476. *os tendat* AJ. *ostendant* P, J marg. M, ut p. 536. *unice* vulgo. *tunicæ* J marg., ut l. cit. — 25 *dici esse posse* Mp.

1 *manualis* HLW, M. *manunles* DMp, vett. edd. *mnnnles* C. *mannleis* J. *dispertit* Codd. *dispartit* AJM. — 2 *agger omnis* cj. Gothof. — 3 *Sisenna de contrario* vulgo, omitt. J. — 4 *de contr.* (repetitum) *silentium* omnes. — 6 *æstimaverunt* M. *estim.* Gerl. *existimaverunt* Edd. ante M. — 7 *persubhorrescere* vulgo, et J marg. *subhorrescere* J. *subhorrescere* vel *subhorrere* Noster in v. *Horrendum*, p. 423. — 8 *hoccepit* PL. *occepit* HCDWAJ. *occæpit* M. — 9 *lib.* v P. — 10 *filio* P. — 13 *quem sepedibus* Mp. — 16

P. 449-450 M.

volunt, quæ in sæpibus et in labris agrorum et in terminis nascitur : ut Virgilius in Bucolicis [5, 7] :

Silvestris raris sparsit labrusca racemis.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Innixos trementibus artubus repentes extrahi, atque in labro summo fluminis, cœlo albente. » Virgilius lib. VIII [v. 22] :

Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis.

Interfici et Occidi [et Interire] et inanimalia veteres vehementi auctoritate posuerunt. Plautus in Menæchmis [III, 2, 46] :

Occisa est hæc res.

Lucilius :

Durum, molle voras, fragmenta interfici' panis.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 330] :

Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes.

Sallustius Historiarum lib. II : « Multique commeatus interierant insidiis latronum. » Plautus Mercatore [V, 1, 4 :

Usus fructus, victus, cultus jam] mihi harunc ædium
Interemptus, interfectu 'st.

Lucilius :

Intereunt, labuntur, eunt rursum omnia vorsum.

M. Tullius Œconomico : « Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere et interfici, neque terram ab sole percoqui. » Idem ad Hirtium lib. VIIII : « Dicis quasi istuc intereat : nescio, nisi tamen erat mihi jucundum; sed veritus [sum] ne qui casus perimeret superiores. »

Gannire quum sit proprie canum : Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit; et Lucretius lib. V [v. 1069 :

Longe] alio pacto gannitu vocis adulant.

innoxos Codd., M. *innoxios* AJ. — 17 *repente* Codd., AJ. *repente* (*et* superscr.) W. *repetente* HM. *extrahis* Codd., A. *extra his* M. *extrahit sistitque in* J. *in labro* vulgo. *in* omitt. WM. *alvente* Codd. *albente* Edd. (In fine verbum deest, ut puta *sisti*, *sistere*, *consistere*.) — 18 *lib.* VII vulgo. VIII M. — 19 *oenis* Codd. *ahenis* Edd. — 20 *et inanimanttia* ed. 1476. *ad inanimata* A, prob. Bongars. *veteres posse* vulgo; sed *posse* abundat, et id omitt. vett. edd. — 24 *interficit* Codd., A. *interficis* Beotiu. JM. — 26 *fers st.* CD. — 27 *comm. interfecti eront* cj. vir doctus, prob. Gerl. — 29 *harum hedium* PCD. *edium* Codd. alii. *harum ædium* Edd. *harunc* Edd. Plaut. — 30 *interitus interf.* vulgo. *interemptus, interf.* M. *interemptu'st* Edd. Plaut. — 31 *Lucius* Mp. — 32 *intereunti labuntur* Codd., etiam CD. *intereunt* Edd. *euntur omnia* vulgo. *eunt rursum omnia* cj. Dousa; in quod ipse incideram. *sursum* cj. Passer. Guyet. *aguntur que* cj. J. *versum* AJ. Quod exemplum ultimum est in AJ. — 33 οιχωνομιχο W. *oiconomico* PC. *iconomico* D.

1 *perquoqui* Codd. *percoqui* Edd. — 2 *hirciuni* P, ed. 1476. *dicis quasi istuc intereat nescio* Codd., vett. edd. *intereat ? nescio* Gerl. *intereat, nescio* JM. *dicis causa quore istuc intereant nescio* cj. vir doctus in marg. Jun. *intererat* ed. pr. *non tamen* J. *ineundum* alii ap. Bentin. *severitus* Codd., M. *severi tu neque qui* ed. 1476. *severitudini ne qui* D. *severitudine qui* C. *severius* AJ. *sed veritus* J marg. *casum* vulgo. *casus* J marg., prob. Guyet. *Dices : quid, quæso, istuc intererat ? Nescio, nisi tamen erat mihi verendum sæpius ne qui casus perimeret superiora* fragm.

etiam humanam vocem nonnulli *gannitum* vocaverunt. Afranius Rosa :

Gannire ad aurem nunquam didici.

Lucilius lib. VII :

Eodem pacto [il]li obgannis.

Dotatam, non a dote dici, sed ab omni qualibet copia, Cicero de Oratore lib. I [c. 55] auctor est : « Cujus artem quum indotatam esse et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. »

Putidum et sensibus et auribus probari, Cicero de Oratore lib. III [c. 13] scribit : « Quoniam hæc satis spero vobis quidem certe majoribus natu molesta et putida videri. »

Cincinnos ac Fucum, quod est alius coloris, etiam non talium rerum, Tullio auctore, didicimus, de Oratore lib. III [c. 26] : « Atque eo citius in oratoris aut poetæ cincinnis ac fuco offenditur. »

Abdicare non solum de patris facto potest dici, quod est familia abjicere, sed rem quamlibet negare. Pacuvius Atalanta :

Mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant.

Equisones, non equorum tantum moderatores aut magistros, sed omnes quibus regimen conceditur cujuslibet rei, dici posse, veteres probaverunt. Varro Marcipore : « Hic in ambivio navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam æquam ducerent loro. »

Meridiem, mediam diei partem omnes putant solum esse dicendam, quum et noctis esse eam temporis partem, doctorum auctoritas dixerit. Varro Marcipore :

Repente noctis circiter meridiem,
Quum pictus aer fervidis late ignibus
Cœli χορείαν ἀστρικὴν ostenderet.

Cic.; quod Orel. non improbat, sed dubitat. — 7 Cf. *Adulatio*, sup. p. 17. *caanitu* CDL. *vocis* HAJM. *voces* Codd. pleriq. *adulent* vulgo. *adulant* P et Edd., ut p. 17, et Lucr. (*Varro asinos... adulent* parenthesi includit Gerl.) — 9 *Prosa* omnes, et Both. Ribb. *Persa* ed. 1476, prob. Neuk. *Rosa* A; quod agnoscit Passer. (Hunc titulum laudat Isid. Orig. 20, 2.) — 10 *gaan. audrem* Mp. — 12 *eodem pactolo* omnes. *pacto oggannis* cj. Dousa. *pacto illi* scriptum in marg. Jun.; quod ipse conjeceram. — 14 *auctorem cujus* CD. — 15 *(esse) et incomitatam* omnes. Non habet Cic., et deleri vult Düntzer, quasi verborum *et incomptam* repetitionem. *videris* vulgo. *videres* M, ut Cic. — 18 *inhonesta* vulgo, etiam CD. *molesta* M, ut Cic. — 19 *Cinnos ... cinnis* omnes; sed recte apud Cic. *aliud coloris* vulgo. *alius* M. — 20 *discimus* WA. *didicimus* CD. *dicimus* vulgo. *in Oratore* CDM. — 23 *abicere* Codd. pleriq. *abiecere* C. *abjicere* Edd. *Athalanta* Codd. — 24 *iatentaat* cj. Scriv. Voss. *consanguinea messe* Mp. — 25 *non æqu. t. moderetores* P. *omnis* Codd., M. *omnes* Edd. aliæ.

3 *plustrem* H. *palstrem* P. *plaustrem* MpDLW, J marg. *palustrem* AJM. *nauti* Mp. *per viam quam ducerent* Codd. *perviam* P. *p. v. conducerent* Edd. *loco* vulgo, etiam CD. *lore* M (in Emend., sed *loro* voluit). *loro* J marg., prob. Guyet. *lora* Codd. in v. *Equiso*, p. 105. (Ubi et alia vide.) — 5 *solummodo dicendum p.* A. *medium dici diei o. solumm. dic. p.* J. *diceadam* HCDLW. *dicendum* Edd. — 6 *et noctis et eam* Codd. *esse eam* Edd. — 8 *repetente* HW. *meridie* Codd., M. *meridiem* Edd. ante M, Scal. Popma. — 10 *celiore anastrice ost.* H. *caeliore*

P. 451 M.

Nos in Epistolis quæ inscribuntur a doctrinis de peregrinando : « Evigila igitur aliquando, et moracium cogitationum, priusquam ætas in meridie est, torpedinem pelle. »

Redam, pro curru, Varro Marcipore dixit :

Regi Medeam advectam per aera in reda anguibus.

Fasciam, pro cortice. Varro Gerontodidascalo :

In quibus Libyssa citrus fasciis cingit forem.

Librum, pro cortice. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 77] :

Udoque docent inolescere libro.

Viscum positum pro rete, a tenacitate. Varro Parmenone :

Lepusculi timentis hoc quadrangulum
Dedit Diana rete nexile, arcyas,
Viscum fugai, lineamque compedam.

Calcar, pro impetu. Varro Sesquiulixe : « Ventus sub occasu vehementius sufflare, et calcar admovere. »

Ebrios et Jejunos, non [solum] vinolentos aut sine cibo, sed expletos [aut carentes] qualibet re, possumus dicere. Varro Eumenidibus : « Et ceteri scholastici, saturis auribus scholica dape atque ebriis festica ἀπεραντολογίᾳ, consurgimus, jejunis oculis. »

anas trice P. *caeli ore nnastrice* CDMp, vett. edd. *caeli orean astrice* Gerl. *cœli ore anastricæ* J. *oras astricns* cj. J. *choreas astricns* cj. Scal., recep. M. *chorean astricen* cj. Roth, recep. Œhl. Riese. *ostenderent* Codd. pleriq. *ostenderunt* CD. *ostenderet* cj. J et Scal., habent Popm. M. — 11 *quæ inscribuntur n doctrinis de* Gerl. *inscribuntur, a* M. *a doctis* cj. J. *de peregrinando et vigilia igitur* P, ed. 1476. *et vigilia* etiam A Gerl. *de p. et vigilia : Igitur* M et fere J. *Evigila igitur* cj. Gifan. J in Erratis, prob. M. — 12 *moracium* Codd., M, prob. Guyet. *morntium* CD. *mornntium* Edd. ante M, prob. Gifan. Sciop. *dum ætas* cj. M. — 13 *in meridie et torp.* omnes. *meridie est* J in Erratis, prob. M ; quod ipso videram. *torpitudinem* HW, J marg. M. *torpidiem* PA. *torpedinem* L, vett. edd., J et Gifan. (Gell. xi, 2, citat *torpedo* ex Catone.) *pelleret* vulgo. *pellere* (*t* superscr.) L. *pellere* Gerl. *pellet* ed. 1476. *pelle* cj. J in Addendis, Sciopp., prob. M Guyet. — 14 *rnedam* HW. *rednm* PD. *reddam* (sed mox *redam*) C. *rhedem* Edd. *marcip. dicere gimedinm* H. *marcip. dixe* Codd. pleriq. *dixi* Mp. *Marcipore : dixe* M. *dixernm* cj. Guyet. *dixit : Regi* A, Popma. *dixe* omitt. ed. 1476, et omitti vult Passer. *dixit : Dixe regi* J, prob. Vahlen. *in redam* Codd., A. *in rheda* ed. 1476, JM. — 16 *Fascenm* omnes. *geronthod.* P. — 17 *in queis* J marg. *libis sacraturi* HJ (et uno verbo Mp). *libis sacratarus* P. *libissa cratury* CD. *craturi* Gerl. *Libyssa citrus* J marg. M, ut in v. *Citrus*, p. 86. *fasciis* omnes. *frontem* H. *fontem* P. *forem* DMp, et vulgo. *fores* sup. p. 86. — 20 *Varro.* Jam sup. in v. *Compedes*, p. 28. — 21 *timentis* Codd. (etiam Mp), M. *timentes* (superscr. *i*) L. *timentes* Edd. ante M. (Vide totum locum p. 28.) — 22 *Diana, rete* M Gerl. *Diana rete* AJ. *rete nexileat avis cum* P. *nec sileat avis* H. *nexile bravis cum* C. *nexile ara viscum* D. *nexile, ala, viscum* Gerl. *nexile aut viscum* A. ἄρκυας *viscum* J. *arcyas* M. — 23 *fuge* Codd., etiam CD, vett. edd. *fugæ* M. *fugnm* vulgo p. 28. *fugai* cj. M. *viscum, sagenam* J et Popma. *compedem* Edd. ante M. *compedam* Codd., et sup. p. 28. *compendam* C. — 24 *succasu* Codd., etiam Mp. *suo casu* Edd. ante M. *sub occasu* cj. J, et sic ms. Fabri. *sub occasum* cj. Lips. — 26 *Ebrius* vulgo. *Ebrios* W marg., Edd. *et jejunius* H. *et titinius* CD. *ticinius* PL. *ticinnius* W. *ticinios* Edd. ante M. *ex Titinnio* Jmarg. *et jejunos* cj. Lips., prob. Passer., recep. M. *vinulentos* vulgo. *vinolentos* Edd. ante M. *aut sine cibo* H, cj. Lips., habet M. *si nocivo* PAJ ; hoc corrigebat Lips. *sino civo* CDLW. — 28 *ceteris* Mp, vett. edd. *scholasticis nuris auribus* Codd. *scolnticis* Mp. *auris* omitt. AJ, et deleri vult Düntz. *scholasticis fartis auribus* cj. J. *scholastici saturis auribus* cj. Roth, prob. Düntz. *scolica* Codd. *scholica* JM, et Gifan. *dapea qua* HC. *dape nqua ebriis* DLWM. *dape, qun* A. *nque* ed. pr. *atque* J, Popm. Guyet.

1 *festicæ* Codd. pleriq. *festice* CD, Edd. *festiva* cj. J. *aperantologia* Codd., græce

P. 452 M.

Gibberum, pro exstante et eminente. Varro Eumenidibus : « Item tragici prodeunt cum capite gibbero, quum antiqua lege ad frontem superficies accedebat. »

Torrere non solum ignis, sed etiam frigus potest, auctoritate Varronis Eumenidibus :

Capite aperto esse jubet, ante lucem suscitat,
Frigore torret, venatum eicit jejunio villicum.

Cujus auctoritatis gravitatem secutus, Maro a vero non aberravit, Georgicorum lib. I [v. 93] :

Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Ædificandi manifesta est significatio. Ab eo tractum est ut, quæque fabricantur qualibet opera, *ædificari* dicantur. Virgilius Æneidos lib. II [v. 15] :

Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant.

Squalere non sordium plenum esse tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed honesta re abundare et refertum esse, veteres honesta auctoritate posuerunt; ducique hanc significantiam a *squamis* putant : ut enim est in corporibus sordium alta congeries quæ *squalere* dicuntur, ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum inculcatumque, *squalere* voluerunt. Virgilius lib. X [v. 314] :

Per tunicam squalentem auro.

Attius Pelopidis :

Ejus serpentis squamæ squalidæ auro et purpura
[Præ]textæ.

Transgressus a pedum gradu proprie dicitur; sed auctoritas vetustatis liberiorem loquendi usum dedit; ut Sallustius Historiarum lib. I, et de his qui navigassent, et de ipsis navibus, eo verbo uti voluit, in quibus gradus non sit, de Sertorio : « Nactus obscuram

scrib. AJM. *consurgi ac consurgimus* D. *consurgia cons.* vulgo. *consurgin* deleri vult J, prob. Guyet. *consurgimum eiunis* C. — 2 *Gibberum* post *Torrere* in Edd. ante M. *gibberum* vulgo. *libberum* W. *liberum* J marg. *extanti et eminenti* vulgo. *eminente* P. *eumenidibus capite aperto esse* (verbis ex seq. lemmate desumptis) CMp. *item* vulgo. *item [ut]* Ribb. *iter* ed. pr. *iterum* ed. 1476. *illæ [ut] lr.* Riese. — 3 *traici* P. *cum* omitt. AJ. *gibero* HP. *libero* J marg. Gerl. *gibbera* AJM. *cum antiqua* vulgo. *cum* J. *quum* M. *quoniam* cj. Guyet. — 4 *superficias* Codd., JM. *superficies* Guyet. Œhl. Riese. *super faciem* forte. *accedebant* H man. pr., A. — 5 *auctoritate. Varro* vulgo. *Varronis* AJ. — 7 *aperto* Codd. pleriq., M, ut in v. *Apertum*, p. 236. *operto* LAJ. — 8 *eiecit* H man. pr. P Bamberg. *eicit* Codd. plerique, Œhl. Riese. *ejicit* Edd. *elicit* inde possit conjici. *vellicem* vulgo. *villicum* J, Popma. (Septenarios troch. esse volunt Œhl. Vahl. Rœp. Riese, improb. Luc. Müller.) *aperto [is] esse j. [et] ante* Riese. *villicum jejunio* metrum reposcit. — 11 *penætrabile* P. — 12 *quæcumque fabr.* Edd. ante M. — 14 *lib.* III Codd. *lib.* II AJM. — 15 *equum* H, et vulgo. *ecum* Gerl. *pallidis* P. — 18 *habundare* P. — 21 *qua squalere* H, Edd. ante M. *que* P. — 22 *honoratum* (pro *honeratum*) P. *lib.* XI *et tunicam* PL, ed. pr. *per tun.* HW, Edd. ante M. *lib.* X : *per t.* M. — 24 *pnelopidis* Codd. — 25 *squama* Codd., etiam Mp, et A. *squam* C. *squamæ* JM, Both. Ribb., ut Gell. 2. 6, et Macr. Sat. 6, 7. *squalido* Codd., AJM, Bothe 2, Ribb., ut Gell. et Macr. *squa-*

P. 453 M.

noctem, æstu secundo, [furtim ac celeri rate vitare prœlium in transgressu conatus est]. » Ac inde : « Quin transgressos omnes recipit mons præceptus a Lusitanis. » Alibi de scaphis : « Earum aliæ, paulum progressæ, nimio [simul et] incerto onere, quum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. » Lucretius [IV, 529] :

> Præterea radit vox fauces sæpe, facitque
> Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Bibere recte dici ea omnia quæ haustus habent, ut animalia et terræ : ut Virgilius in Bucolicis [3, 111] :

> Sat prata biberunt.

Verum auctoritate litterata, etiam arida ac sicca et quibus haustus non sit, *bibere* positum invenimus. Virgilius lib. XI [v. 803] :

> Hasta sub exsertam donec perlata papillam
> Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem.

Libidinem appetitum vel æmulationem etiam honestæ rei possumus dicere, ut sit *libido* omne quod libuerit. Sallustius in Catilinæ bello [c. 7] : « Magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis, lubidinem habebant. »

Usu, id est utendo : unde et *usurpare* dictum est obtinere quicquam. Sed veteres *usu perire*, hoc est non utendo, aliquid posse [æstimaverunt]. Plautus Amphitryone [II, 2, 215] :

> Est profecto : cavesis ne tu te usu perduis.

Furtum etiam non ablata res, sed omne quicquid occulte geritur, auctoritate veterum dici potest. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 346] :

> Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

tida P. *squatidæ* Voss. Bothe 1, prob. Zeun. *et purpura textæ* vulgo. *prætextæ* Gell. et Macr. *textæ et purp.* Guyet, Bothe 2.

1 *de sertorio* H, cj. J, prob. M; quod et jubet Gell. 10, 26. *desertio* Codd. pleriq. et Edd. *obscura* P. — 2 *æstus secundo* HP. *furtim aut* (*furtivnque* Carrio, *furtim abiit* Lips.) *celeritate vitare prœlium in transgressu conatus est* supplent Bentin. Lips. Carrio, ex Gell. *celeritate* etiam Hertz. *furtim ac celeri rate* cj. Ach. Statius. *furtiva et celeri rate* forte legendum. Post *secundo*, lacunam indicat M. — 3 *inde quia* Codd., A. *qui* W, ed. 1476, M. *quin* vel *qui* omitt. J; nec habet Gell. *omnes* vulgo, etiam CD. *omnis* M. *mons* vulgo. *modos* AJ. *præcepturus* HL man. sec. W, Edd. ante M. *precepturus* C. *recepturus* D. *præceptus* PL man. pr., J marg., ut Gell. — 5 *paulum nimio progressæ inter cum sicco onere* vulgo. *interim sicco* AJ. *paulum prog. nimio simul et incerto onere* J marg., ex Gell. 10, 26, prob. M. — 7 *præterea pavit vox facitque* (*facit quæ* P) *asperas foras* Codd. pleriq. *vos* W. *voxque facit aspera* ed. 1476. *aspera* CD. *voxque facitque asperiora* AJ. *Præterradit enim vox f. s. facitque Asperiora* Bentin. M, ut vett. edd. Lucr. *præterea radit vox* Lachm., ut Gell. 10, 26. *artherin* Codd. vulgo (et P, sed *h* expuncto). — 9 Post *dici* aut post *terræ* verbum excidit, ut *notum est*. — 14 *sub exerta* Codd. *excerta* C. *exertam* vel *exsertam* Edd. — 16 *Libid. et appet.* Codd., ed. 1476. *et App. vel Æmul.* (ut de tribus verbis agat auctor) Edd. — 18 *decoris* omnes. (Ultro legerem *decoribus*, ut Sall. Hist. III : *Equis et armis decoribus cultus*, teste Prisc. p. 699.) *æquis* P. — 19 *lubidinem* Codd., ut Edd. Sall. *habent* W, Edd. (non ed. pr.), improb. Passer. — 20 *unde et usurpare dictum est obtinere quicquam* (*optinere* PD) *possit veteres usu* Codd. *unde et... veteres usu* parenthesi includit Gerl. *vetere usu* C. *utendo; unde et usurp.... veteres usu perire, hoc* M. *dictum est obtinere. Posuit quoque vetustas usu perire, hoc* AJ. *usur-*

Plautus Amphitryone :

Manifestum hunc obtorto collo teneo furem flagiti.

Ingredi, non solum [intrare], ut est manifesta ejus verbi significatio, sed et venire ac se ostendere, auctoritate Plauti possumus dicere, in Amphitryone :

Nilne te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi?

Obsequia non solum minorem majoribus exhibere, sed et [majorem] minoribus per vicem, veterum excellens auctoritas voluit. Plautus Asinaria [I, 1, 61] :

Ego sane [per]cupio obsequi gnato meo.

Versutos non solum ad malitiam callidos, verum et recte peritos, intelligi posse Plautus confirmat in Asinaria [I, 1, 106] :

Nec mage versutum, nec quo caveas ægrius;
Eidem homini, si quid recte curatum velis,
Mandes.

Devorari non solum cibus gutture, sed et vox auribus potest. Plautus in Asinaria [III, 3, 59] :

Auscultate, atque operam date, et mea dicta devorate.

Et in Aulularia [III, 6, 1] :

Nimium libenter ēdi sermonem tuum.

Bicipitem quod incorporatum est, posse dici, Varro de Vita populi Romani lib. IIII aperuit : « In spem adducebat non plus soluturos quam vellent; iniquius equestri ordini judicia tradidit, ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem. »

Defæcata omnia pura et inturbata et sine sordibus possumus dicere, ut vinum si sine fæcibus. Plautus in Aulularia [I, 2, 1] :

Nunc defæcato demum animo egredior domo.

Malitiam veteres, ut dolum, mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et bona. Plautus in Aulularia [II, 2, 38] :

Certo edepol equidem te civem sine mala omni malitia.

pare dictum, hoc est obtin. quidquom possessione veteri et usu cj. M. — 23 *es prof.* M. — 24 *oblata res* HAJM. *oblatas* LW, ed. 1476. *oblotas* P. — 29 *flagitu* omnes.

3 *nihilne* Codd., M. *nihil* Edd. ante M. *sceleste* vulgo, etiam CD. *scelesta* M. — 4 *minoro maj.* CD. *sed et minores per* H. *sed et [mojorem] minorib.* cj. Guyet; quod ipse scripseram. — 7 *cupio* omnes. *Et id ego percupio* Plaut. — 8 *calidos* W. — 9 *informot* omnes. — 10 *nec magis* omnes. *nec co caveas* W. *nec quo* omnes. *quem* cj. Guyet. *cavelis* P. — 11 *ægrius idem (id est* D) *homini versuto si* PCD, ed. 1476. *Idem : homini vers.* J Gerl. — 13 *gutturæ* P. — 18 *Bicipitem quoque rerum iacorporearum* J. *quod incorp. est* J marg. — 19 *in spe* Codd., ed. pr. *spem* Edd. — 20 *iniquius* Codd. *iniquus* L, Edd. Post *vellent*, notam lacunæ addit M, quod non probo. *et iniquus equestri ordini, senatui jud.* cj. Lips. *velleat : Gracchus senotui iniquus* cj. Stadius ad Florum, prob. Popma. *Gracchus equestri ord.* cj. Mai. — 22 *defecata* HCDLW. *defeccota* P. *pura* HPLW marg. J, et cj. Guyet. *puta* WM. *puro puta* forte, de quo p. 29. — 23 *ut vinum sit* omnes. Sed impedita oratio, cui lucem una littera deleta attuli. Aliter *sit* vel *si* abesse vellem. — 24 *defecato* Codd. — 25 *ut dolum medium, ponendam* AJM. *ut dolum,*

P. 454-455 M.

Adeo ut improbum postposuerit malo, quod levius putatur, in eadem [II, 2, 36] :

Quid factis? — Neque malis, neque improbis.

Belluam indifferenter posuit auctoritas veterum. Plautus Aularia [III, 6, 26] :

Quo quidem agno sat scio
Mage curiosam nusquam esse ullam belluam.

Quum sit Crocire corvorum, Plautus in Aulularia [IV, 3, 1] *cantare* eos dixit :

Non temere est quod corvus cantat mihi nunc ab læva manu.

Rostrum hominis dici non debere, consuetudo præsumpsit. Apud Plautum in Menæchmis [I, 1, 13] positum sic :

Apud mensam plenam homini rostrum deliges.

Novius Pædio :

Nec unquam vidit rostrum tantum tragœdia.

Titi[nius].......... Lucilius Satyrarum lib. V :

Ne designati rostrum prætori' pedesque
Spectes.

Idem lib. VIIII :

Arripio, et rostrum labeasque huic zopyriatim
Percutio, dentesque adversos discutio omnes.

Varro Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας : « Itaque videas barbato rostro illum commentari, et unumquodque verbum statera auraria pendere. » Idem in Ser:ano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Rostrum protrudendo incesserent. »

m. p. Gerl. *medium* omnes. — 27 *acerto edepol* Codd. *certo* M. *certe* AJ. — 28 *posuerit* H. *proposuerit* vulgo. *præposuerit* ed. 1476, et cj. Guyet. *postposuerit* reposcit Noster. *levius* vulgo, et J marg. *gravius* AJ.

2 *beluam* (bis) Codd., M. *belluam* AJ. — 4 *in quo quidem* Codd., J. *in* omitt. A, deleri vult Leopard., ex Plauto, non habet M. *quidem agnoscat scio* HPJ. *agno, scat scio* Gerl., more suo dividens. *agno sat scio* A Passer. M, ut Plaut. — 5 *magis* omnes. *numquam* Codd., J marg. *nusquam* AJM, ut Plaut. — 6 *grocire* Codd. pleriq., M. *crocire* CD, Edd. ante M. — 8 *mihi nunc* Codd., ed. pr., ut Plaut. *nunc mihi* Edd. *leva* Codd. *ad leva* C. — 9 *dici debere* P. *apud platam* P. — 10 *positum si caput* H. *positum. sic aput* P. *positum sic : aput* Gerl. *sic* omitt. Bentin. JM. — 11 *hominis* Codd. *homini* JM, ut Plaut. *deligis* Codd., etiam CD. *deliges* JM, ut Plaut. *diligis* ed. 1476. *diligas* A. — 12 *non bis pedio* HP, et uno verbo Mp. *Novius Ped.* M. *Turpil. Ped.* AJ. — 13 *nec nunquam vid.* vett. edd. *rostrum tragœdia tantum titi Lucil.* H. *tan'um titi'* (scilicet *titius*) *Lucil.* P. *tantum Titi. Lucil.* Gerl. J marg. M. *tantum uti* Edd. ante M. *tantum dici* ms. apud M1. *tantum viri* scriptum in marg. Junii. *tantum hæc trag.* vett. edd. *rostrum, Tite, tragœdia Tantum* Bothe. *rostrum vidit hæc trag. Tantum Titi* Munk. *rostrum [ullum in] trag. Tantum Titi* Ribb. — 15 *prætores* PCLMp. — 16 *spectet* J marg. Dousa. — 18 *labeatque hoc* Codd., etiam CDMp. *labe, atque hoc* AJ. *labeasque* Bentin. M, Varges. *labiatque* cj. J. *hoc zeferint (in p. P) inpercutio* HPA. *zefiri at in p.* CDW. *hoc Zeferintin perc.* Gerl. *zeferint im* J. *Zepheri atque in* M. *labensque osque ferio atque im* cj. M. *hic Zopyrioni* cj. J. *Zopyriatim* cj. Varges. *huic zopyriatim* Roth Corpet. Gerl. — 19 *advorsos d. omnis* Codd., M. *adversos d. omneis* AJ. — 20 περίπλους A. περὶ πλοῦ J. *barba* J. *barbato* cj. Passer. — 22 *in serr.* LMp. *in* omitt. alii. *rostrum in protrudendum cesserent* vulgo, etiam Mp. *in protrudentum* P. *in protrudendo incesserent* cj. J. *rostrum protrudendo* cj. Guyet.

FATUM, sicuti communiter intelligitur, significantiam decreti habet : a doctis tamen indagantes invenimus positum esse pro voluntate.

Virgilius lib. VII [v. 293] :

Heu stirpem invisam, et fatis contraria nostris
Fata Phrygum!

Nec enim Juno aut quisquam deorum *fatum* habent quod ipsi faciunt. Et in eodem [v. 50] :

Filius huic fato divum prolesque virilis
Nulla.

Et in alio [IV, 614] :

Et sic fata Jovis poscunt, hic terminus hæret.

RICTUM ferarum dici volunt, quum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere :

Calve, exporge frontem; labeis semper facito rictu' s[it].

Item Pomponius Prostibulo :

Quis hic est? Quamobrem hic prostat? Rictum et labeas quum considero.

Lucilius Satyrarum lib. III :

Mâlas tollimu' nos, atque [....] ulimu' rictu.

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Ante aures modo ex subolibus parvulis intorti demittebantur sex cincinni; oculi suppætuli nigellis pupulis, quam[dam] hilaritatem significantes animi; rictus parvissimus, ut refrenato risu roseo. »

STUPRUM, quod cum viduis committitur, hoc solum dici putant : veteres pro adulterio et vitio ponunt. Plautus Amphitryone [III, 2, 2] :

Stupri, dedecoris a viro argutam meo.

— 25 *indagantes* H, et cj. Guyet. *indaganter* AJ, improb. Guyet. *indagationes* LW, M. *indagationis* P. *indagatione* cj. Roth. — 29 *habet* omnes. — 31 *verilis* P.

1 Versus jam sup. legitur, p. 134. *cnre ex corde* (*excorde* CMp) *frontem* Codd., Edd. ante M. *care, exporge* M, prob. Both. Ribb. *labeat semper facto rictus* vulgo. *habent* Codd. p. 134. (Vid. ibi var. lectt. et conj.) — 5 *mnlns* Mp. *tollunus nnimo atque* vett. edd. *ulimus* cj. Rutgers. L. Müll. — 6 Senarios operose et audacius efficiunt Scal. Vahl. Rœp. Riese, qui ultima verba *rictus*, etc., avellunt tanquam nimium repugnantia; versus autem non agnoscunt Palm. Lips. M, B. Martin. (qui locum fusius tractavit Var. Lect. III, 26), nec Œhler. *ante auris* omnes. *nnteauris* vel *endoaures* (quasi *inuures*) cj. Lips. *inauris* Gifan. *modo* omnes. *nodo* cj. Palm. Scal. Gifan. Riese. *ex subolibus* (*sobolibus* AJ) vulgo. *et subolibus subolidibus* P. *ex silonibus* Martin. — 7 *parvuli* vulgo. *parvulis* cj. Lips. *demitt. sed cincinni* vulgo. *sed incirini* C. *dem. cincinni sed et oc.* Palmer. *et cinc. parv. intorti demitt.* Lips. *sub. parvulis intortæ demitt., ut cincinni* etiam Lips. *ex cincinnis* Gifan. *Intorti demittuntur sex cincinnuli* bis proposuit Scal. *sex cincinnuli* recep. Riese. *demittebant se* Martin. *oculis* omnes. *supetulis* Codd., etiam CD. *supætulis* A. *suppætulis* J. *oculi suppætuli* Palm. Lips. Gifan. Scal. Martin. *nigellis populi* Codd. *pupilis* AJ, Gif. *pupulis* Palm. Lips. Scal. M. — 8 *quam* omnes. *aliquam* Gifan. *nescio quam* Lips. *quamdam* Palm. Scal. Martin. *animitus* Scal. *ut refrenato risu* omnes. *ore frenato* Palm. Lips. *frenatus* Martin. *refrenatus* Gifan. — 10 *quod cum virginibus et viduis* cj. Brisson. — 13 *arguta* Codd., etiam C. *argutam* AJM, ut

P. 456-457 M.

Sallustius Historiarum lib. III : « Ac statim fugitivi, contra præceptum ducis, rapere ad stuprum virgines matronasque. »

Thesaurum etiam copiam pessimæ rei dici posse Plautus voluit in Amphitryone :

> Qui domi uxorem meam
> Impudicitia impedivit : teneo thesaurum stupri.

Compotem in bonam partem solum accipi putatur, quum et in mala positum sit. Plautus Epidico [IV, 1, 32] :

> Cedo manum. — Accipe. Ærumnarum et miseriarum compotem
> [Mulierem retines].

Nævius Danae :

> Eam nunc scis esse inventam probri compotem.

Viva posse dici ea quæ neque anima nec spiritu moveantur, Virgilius auctor est, Æneidos lib. I [v. 167] :

> Intus aquæ dulces, vivoque sedilia saxo,
> Nympharum domus.

Indolem adolescentium tantum consuetudo dicit, quasi novæ sobolis crementum; veteres autem senum dixerunt. Plautus in Milite [III, 1, 38] :

> Si albet capillus, hic videtur neutiquam ingenio senex;
> Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.

Alacritatem in malis habendam, Cicero Tusculanarum [lib. V, c. 16] ostendit : « Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, sine ulla libidine, nonne beatus? »

Catuli non solum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 245] :

> Temporo non alio catulorum oblita leæna.

Et alio loco [v. 437] de serpente :

> Quum positis novus exuviis, nitidusque juventa,
> Volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens.

Plaut. — 14 *hac statim* P. — 16 *Thesaurum etiam cujuspiam pessimæ* P. — 19 *impediunt* C. *tene* P. — 21 *in mala* Codd. (etiam C), A. *in malo* WM. *in malam* ed. 1476, Bentin. J. — 22 *caedo* Codd., A. *cedo* JM. — 24 *dane* Codd. *Danae* Bentin. JM. — 25 *Eam nunc esse... compotem scis* omnes. *compotem Scis* Voss. Gerl. *Compotem scis* Ribb. *Eam nunc scis esse* cj. Bothe (in Notis); in quod ipse incideram. *inventam propris* H. *propris* (superscr. *i*) L. *propriis* PVCW. *opprobriis* AJ, improb. M. *opprobrii* cj. Voss. *probri* M, Both. Ribb., *non* improb. Voss. — 28 *dulcis* Codd., M. *dulces* Edd. aliæ. *vivo sedil.* CD. — 29 *nimpharum* H. *nimfarum* Gerl. — 30 *quasi nove sub sole* H. *sub sole* (superscr. *ole*) L. *nove subsole* VWM. *nove suboles* P. *novæ suboles* C, edit. 1476. *novæ subolis* D, cj. M. *nova suboles* AJ. *indoles autem est crementum* Codd., J marg. M. *incrementum* Edd. ante M. *subolis indoles sit increm.* cj. M. *quasi nove subolis : indoles autem crem.* uncis includit Gerl. — 31 *vet. etiam senum* cj. Guyet. — 33 *si albet capillus* Codd., ed. pr., J marg. M. *si albus* Edd. aliæ ante M, ut Plaut. *albu' cap.* verum credo. *ne utiquam ne utiquem* C. *senes* Codd. *senex* ed. 1476, J marg. M. *est senex* Plaut. *neut. ibi ingenium senis est in hoc* AJ. *inest* J marg.

1 *in hoc emeusietas* H. *emeussiaetas* Gerl. *emeussi netas* PC. *emussitata* AJM. *amussitata* Edd. Plaut., quod notat et Bentin. — 4 *alacrit. ulla, sine lib.* omnes, et Edd.

Plautus Truculento [II, 2, 13] :

Jam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pedibus proteram.

Lucretius lib. V [v. 1035] :

At catuli pantherarum scymnique leonum.

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Concursare tigris catulos fetumque ferarum.

Idem lib. VII :

[I]rate ad catulos accedere inultum.

Compressus cum virgine admissus dicitur. Plautus in Truculento [II, 6, 16] etiam coitum cum meretrice *compressum* dici vult :

Nunc ad amicam, decimo mense [post], Athenas Atticas
Viso, quam gravidam hic reliqui meo compressu, quid ea agat.

Opificem, non [solum] ex opere posse dici Cicero, Tusculanarum lib. V [c. 12], auctor est : « Advena quidam, et ignobilis verborum opifex, insinuasse in antiquam philosophiam videtur. »

Semina pro virgultis vel malleolis vel surculis dici posse, auctoritatem Virgilius dedit in Georgicorum lib. II [v. 354] :

Seminibus positis, superest deducere terram
Sæpius ad capita, et duros jactare bidentes.

Sumen proprie a sugendo dictum; nam et mulieris mammam *sumen* veteres dici volunt. Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Quod si nulla potest mulier tam corpore duro
Esse, tamen tenero maneat succussa lacerto,
Et manu' liberius lactanti in sumine sidat.

Exuvias et Spolia non solum hominum tegmina aut vestes dici posse, Virgilius auctor est, in Georgicorum lib. III [v. 437], dicens de serpente :

Quum positis novus exuviis nitidusque juventa
Volvitur.

Cic. *lubidine* Codd. *libid.* Edd. *livid.* C. *nan vexatus* vulgo. *nonne beatus* M, ut Cic. — 5 *dimminutive* H Gerl. *diminut.* P, Edd. — 6 *apellantur* P. — 8 *de serpentibus* omues. *de serpente* eodem loco iterum cit. p. 458. — 9 *compositis* AJ. — 12 *pede poternm* L. — 14 *panterarum* P. *ychimnique* Codd. *ychymni l.* C. *scyraniique* AJ. *scymnique* cj. J, habet M. — 16 *concursaret agros catulos* vulgo. *concursare* cj. Gifan. *concursare agros, cat.* Gerl. *concursare agris cat.* cj. Guyet. *concussaret* C, cj. Fruter. *ægros cat.* A, Gifan. *apros* cj. Scal. *agens* cj. Dousa. *fetumque ferat* Codd., M. *fœtum* C, Edd. *ferarum* AJ et Dousa. — 18 *rate ad cat.* omues. *ratead* (sequitur lacuna, aliquot litteris erasis) *cat.* P. *rete* cj. Dousa. *pantheræ* forte. *accederet* vulgo. *accenderet* P. *accedere* J, Dous. Corpet. *acceleret* A. — 20 *etinm cœtum* PL. *cum melemtricem* P. *cum meletrice* L. *cum meretricem* C. *meretrice* Edd. *compressus* Codd. *compressum* Edd. — 21 *athenas attiseas* Codd. *attis eas* P. *attisteas* C. *post Ath. Atticas* AJM. — 22 *relinqui* PCL. *mea compresso* P. — 23 *non exopa* (sed *n* altero emendato) P. *nan ex apere* ed. 1476. *dici posse* C. — 25 *insinuasse se* Bentin. J, improb. M, qui Ciceronis libros adiit; Orel. dubitat, et *se* uncis includit. — 29 *bidentis* Codd., M. *bidentes* AJ.

4 *tenere* CD. *maneatque sucus* HCDLW. *mneat succusque* P. *manentque sucussa* ms. Basil., M. *maneat* J marg., prob. Guyet. *moveat succussa* Edd. ante M. *tenerom moveat succussn lacertom* cj. Lips. — 5 *uberi* vulgo. *uberiar* J, Corpet. *interior* vel *ulterior* cj. Lips. — 6 *Exubins* Codd., etiam C. — 7 *lib.* II Codd. *lib.* III M. — 9 *campositis* C.

P. 458-459 M.

Attius Bacchis :

Tunc silvestres exuvias lævo pictas lateri accommodant.

Lucretius [IV, 59] :

Nam sæpe videmus
Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

Divortia non conjugii distractionem solum [dici], sed etiam omnium inflexionum quæ a recto detorquentur, Virgilius auctor est, lib. VIIII [v. 379] :

Objiciunt equites sese ad divortia nota
Huc illuc.

Virgines non solum feminæ dicuntur, verum etiam pueri investes; nam et quicumque ex ephebis excesserant, *devirginari* dicebantur. Varro περὶ ἐξαγωγῆς : « Quam συμπαθείαν lumbi ad oculos haberent, quid magnum interesset, puerum utrum essem devirginatum usurus, an μόνως ἐρώσας purus, dum cogito. »

Enixas non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas, auctore Virgilio Æneidos lib. III [v. 326] :

Stirpis Achilleæ fastus juvenemque superbum
Servitio enixæ tulimus.

Pransi non solum qui pranderint dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν : « Quare, o Marce, pransum ac paratum esse t[e] hoc minumo oportet. »

Os, rostrum vel faciem hominum tantum dici putant; ut de rostro Virgilius lib. VIIII [v. 442] :

Donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso.

Et de facie idem Æneidos lib. I [v. 589] :

Os humerosque deo similis.

exuviis omnes. — 11 *Attius*. Jam in v. *Accommadatum*, p. 244. — 12 *tunc pecudum exuvias* omnes. *tunc silvestris exuv.* Codd. p. 244. (Vide ad hunc locum.) — 15 *spoliis vere vepres* Codd., etiam C, vett. edd. *vere* omitt. Bentin. JM. — 17 *quæ recta* P. — 18 *lib.* VII AJ. — 19 *obiciunt* Codd. *æquites* PD. — 20 *Hinc atque hinc* Virg. — 21 *fœminæ* P. — 22 *exyfæbis* P. *ex yfæbis* HCLW. *ex ephebis* Edd. *excesserat* Codd., M. *excesserant* Edd. ante M. *dicebantur* omnes. — 23 περι ξαγωγης Codd. εἰσαγωγῆς AJ. ἐξαγωγῆς cj. J, habet M. *symphathian* Codd., etiam C. *symphathiam* A. *sympathiam* JM. *tubiat oculos* Codd. *tubiat oculus* A. *lumbi ad oculas* cj. Lips., habet M. *libidinis oculos* cj. J. — 24 *quid imaginum* vulgo. *in mnginum* P. *quid magnum* cj. J, prob. M. *quid inguinum* Lips. Popm. Riese. *puer utrum esse* omnes. *puerum u. esset* cj. J, prob. Lips. M. *puerum u. essem* Popm. Riese. — 25 *usurus anmonuce* H. *an manuce* vulgo. *anino nuce* C. ρωcαc Codd. ρω.cαc P. *monuce* cum sequente v. jungit Gerl. ῥώσας AJM. *an* μόνον ἐρώσας cj. J, prob. Lips. M. — 27 *exercitos* Codd. *exercitus* C. *exercitas* Edd. *auctore* C. *auctorem* W (etiam P, sed expuncto *em*, quod compendiose scriptum). — 30 *pranderent* omnes. *pranderint* cj. Guyet. — 31 *Flexabulis* A. *Flextabulis* J. περι επαρχιων P, Edd. *ite* ριεπαρχιων H. ιτερὶ Gerl.

1 *par. esset hoc minume* vel *minime* vulgo. *hoc mi inume* P. *esse, te hoc* cj. Roth, recep. Œhl. Riese. *esse hominem op.* cj. Lips., recep. Riese. *hoc minumo* optime C et Bamb. — 5 *contendit* Codd. *contudit* AJ. *condidit* ed. 1476, M, ut Virg. *adcorsa* Codd., M. — 6 *sed de facie* PAJ (etiam in L, *sed* superscr.). *sed facie* C. *sed* omitt. HWM. — 7 *umeros-*

quum, auctoritate veterum, et pecudum et ferarum dici possit. Virgilius lib. XII [v. 373] :

Ora citatorum dextra detorsit equorum.

Et de leone lib. XII [v. 8] idem :

Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento.

Os etiam alicujus rei, et omne patens, accipi potest. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 453] :

Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Ulceris os.

Idem [Æneidos] lib. II [v. 482] :

Et ingentem lato dedit ore fenestram.

Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 12] : « Nam in ipso aditu atque ore portus. »

Dorsa tergora hominum vel aliorum animantium dici tantum consuetudo putat, quum et aquarum dici possint. Virgilius in Georgicorum lib. III [v. 361] :

Undaque jam tergo ferratos sustinet orbes.

Et in Æneidos lib. I [v. 110] :

Dorsum immane mari summo.

Omne castum veteres [et] incorruptum sub Virginis vocabulo appellaverunt. Cicero in Oratore [c. 19, de] philosophia : « Casta, verecunda, virgo incorrupta [quodam modo]. »

Nidos non solum domicilia avium, sed et fetus earum, Virgilio auctore dicere possumus, in Georgicorum lib. IIII [v. 16] :

Ipsasque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.

Imbres consuetudo agmen cœlestium aquarum et pluviarum induxit solum dici, quum auctoritas variet. Virgilius omnium aquarum dixit, in Georgicon lib. IIII [v. 114] :

Ipse feraces
Figat humo plantas, et amicos irriget imbres.

Pecudes non solas quadrupedes, sed et alia animalia dicere auctore Virgilio possumus, in Georgicorum lib. IIII [v. 327] :

Quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers.

que Codd. — 10 *equorum. Os etiam alicujus rei... ulceris os. Et de leone...* omnes. Aptiorem ordinem instituisse videor. — 13 *rei omne* Edd. ante M. — 15 *sumum* P. — 19 *de Suppl. in Verrem* omnes. *ora* Codd. *ore* Edd., ut Cic. — 21 *Dorsa et tergora* omnes. — 22 *possit* omnes. — 24 *ferratas* PL. *ferratus* C. — 26 *inmane* C. — 27 *et* omitt. omnes. — 28 *Philosophia casta* omnes. Tullius autem de « oratione philosophorum » agit. — 29 *veneranda virgo* C. — 31 *posumus* P. — 32 *ipsæque* Codd., AJ. *ipsasq.* ed. 1476, M, ut Virg. *volantis* Codd. *volantes* Edd. ante M. *volucres* mendose M. — 33 *inmitibus* CD Gerl. *immitibus* H. — 34 *et pluviarum* delendum glossema. — 36 *georgicon* P; sed pleriq. compendiose. *feracis* Codd., M. *feraces* Edd. — 38 *imbres* omnes.

P. 460-461 M.

Et [v. 168]:

Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

Varro Sexagessi : « Neque quassatipennes anates, remipedes, buxeis rostris pecudes, paludibus nocte nigra ad lumina lampadis sequens. »

Pacem peti et a diis posse, Virgilius significat in Georgicorum lib. IIII [v. 534]:

Tu munera [supplex]
Tende, petens pacem.

Et in Æneidos lib. III [v. 369]:

Hic Helenus, cæsis primum de more juvencis,
Exorat pacem divum.

Plautus Amphitryone [V, 1, 75]:

Ut Jovis supremi multis hostiis pacem expetam.

Profundum non solum imum, altum, sed etiam summum dici posse, auctoritas usurpavit. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 58]:

Ni faciat, maria ac terras cœlumque profundum.

Procacitatem non animantium solum dici posse, Virgilius auctoritatem dedit, [Æneidos] lib. I [v. 536]:

Penitusque procacibus austris.

Quod est, sævientibus, procellosis.

Putidum non solum ab odore fœtido et gravi, quod naribus probetur; sed et quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum sit, *putidum* dici posse, auctoritas vetustatis admisit. Cicero in Oratore [c. 8]: « Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes [ex]agitetur [ut] putidus? »

Devotum ad prosperum tantum usus trahit, sed auctoritas et adversum significare voluit. Virgilius in Æneidos lib. I [v. 712]:

Præcipue infelix, pesti devota futuræ.

Reos non solum crimini et culpæ obnoxios, sed etiam honeste, vel

1 *sed et* Codd. *s. etiam* JM. — 5 Quem versum, qui ad rem non facit, ultro delerem. Certe Lucretianum exemplum, inf. interpolatum in AJ, non ita peccat. — 6 *neque quas agi pennis* HPLAJ (etiam in W *pennas*, superscr. *i*). *quas aqui penni sanat est rem.* C. *pennas* W man. prim. *quas agilipennes* cj. Bentin. *quassagipennas* cj. Palmer., recep. Popm. M. *quassatipennes* cj. Schneid. ad Varr. R. R. 3, 11. *tremipedas* vulgo. *remipedas* C. *remipedes* cj. Passer. Schneid. Roth. — 8 *sequens. Lucret. lib.* I : *mutæque natantes Squamigerum pecudes* AJ. — 11 *tum munere tende* Codd. *tu munera supplex Tende* AJM. — 13 *lib.* IIII P. — 17 *hostis* C. — 18 *in imum altum* vulgo. *inimum* (ux-punctis litt. *in*) P. *in* omitt. ed. 1476. — 19 *in* (*Æn.*) omitt. Edd. — 20 *ni faciat* omitt. Edd. ante M. — 21 *solum a precando* (recte *procando* AJM) *et poscendo dici posse* omnes. Equidem verba delevi, quæ ex superiore loco, p. 23, v. *Petulantia*, mihi desumpta visa sunt. Non hic etymologiam tangit Noster. — 25 *ab odore* HPL, vett. edd. *ab ore* WJM. *fetido* HL. *fœtido* PCWJM. *prœbetur* Edd. ante M. *probetur* J marg. — 26 *rancidum se* Codd. *rancidum est, p.* M. *rancidumve* cj. Gerl. *rancidum, id* J. — 28 *quoniam* Codd. pleriq. *quonam* Edd. *quo igitur* CD. *aut fryx* H Gerl. *frix* PCD. *agitetur* omnes. *exagit.* Cic. *ut* supplet Passer. ex Cic. — 31 *adversus* vulgo. *adversum* M.

voti [vel] promissi debitores, auctoritas voluit. Virgilius in lib. V [v. 237] :

Constituam ante aras, voti reus.

Dapes non tantum opiparos apparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabiles et infandos cibos, auctor est Virgilius in Æneidos lib. III [v. 630], cyclopem describens extensum ad humana viscera :

Nam simul expletus dapibus vinoque sepultus.

Et in Bucolicis [6, 79] :

Quas illi philomela dapes, quæ dona pararit.

Domum consuetudo hominum tantum habitacula dici putat, quum auctoritas et templum, et nidos, *domum* dixerit. Virgilius lib. VI [v. 81] :

Ostia jamque domus patuere ingentia centum
Sponte sua.

Et in Georgicorum lib. II [v. 209] :

Antiquasque domos avium cum stirpibus imis
Eruit.

Incestum usu dicitur flagitium in affines admissum; sed *incestare funere*, polluere, auctore Virgilio possumus dicere, lib. VI [v. 149] :

Præterea jacet exanimum tibi corpus amici,
Heu nescis! totamque incestat funere classem.

Pedem quum hominum et aliquarum animantium dici manifestum sit, Virgilius lib. VIIII [v. 123] etiam fluviorum dici posse ostendit :

Cunctatur et amnis
Rauca sonans, revocatque pedem Tiberinus ab alto.

Et Plautus remos navium *pedes* dixit [Menæchm. II, 2, 75].

Murices vetustas etiam saxorum asperitates, vel talia omnia, voluit posse dici. Virgilius lib. V [v. 205] :

Et acuto in murice remi
Obnixi crepuere.

Dentes non solum quibus cibus atteritur, sed omne quo aliquid

1 *præcipuæ* P. *precipue* C. — 2 *sed etiam honesti vel voti debitores promissi* omnes. — 3 *auctoritotas* P. — 5 *voti reos* P. — 6 *adparatus* C. *ut relig.* P. *plerumq. significant* ed. 1476. — 7 *auctore Virgilio possumus dicere... describens* omnes. — 8 *ceclopem* Codd. *describeas hostes ad humana* omnes, nullo sensu. *ostes* dat facile *extens*, nempe *resupinus* Virgilii. *lib.* III *de cyclope : Nam simul* Edd. ante M. — 12 *Philomena* AJ. — 14 *nidos domos* C. *dixerit* etiam C, prob. Guyet. *duxerit* WM. *hostia* Edd. ante M. — 21 *incestare, funere poll.* M. *inc. funere, poll.* Gerl. (et sine commate AJ). *funere* omitt. ed. 1476. — 23 *licet exan.* CD. — 25 *Revocare pedem* omnes; quod injuria ab exemplo desumptum. *et aliorum animantium* Edd. ante M. — 27 *cunct. et animis* P. *amnis* (superscr. *nimis*) L. — 29 Locum indicat Bentin. — 30 *asperitates tela omnia* vulgo. *vela omn.* C. *asper. dici posse* (ceteris omissis) D. *et talia* cj. Rittershus., ut fere ipse videram. *lib.* VI Codd. *lib.* V Edd., ut in v. *Crepare*, p. 255.

P. 462 M.

exsecari vel teneri potest, Virgilius dici voluit; ut in Georgicorum lib. II [v. 406] de falce :

Et curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitque putando.

Et in Æneidos lib. VI [v. 3] :

Tum dente tenaci
Ancora fundabat naves.

Locupletes non magnarum opum tantummodo, sed et ad quamlibet rem firmos et certos, M. Tullius dici voluit, ad Cæsarem juniorem lib. II : « Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc auctorem habemus. » Et de Officiis lib. III [c. 2] : « Accedit eo testis locuples, Posidonius. »

Monumenta et templa dici posse, M. Tullius auctor est, in Verrem actione II [de Prætura urbana, c. 49] : « Ausum esse in æde Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, [quod templum in oculis quotidianoque adspectu populi Romani] positum est. »

Promeritum etiam in mala parte posuit Plautus in Amphitryone [II, 1, 20] :

Quid mali sum, here, tanta ex re promeritus?

Pallorem vetustatem et negligentiam Lucilius lib. XXX voluit dici posse :

Lanæ opus omne perit; pallor, tineæ omnia cædunt.

Bonus et fortis et pius dici potest. Lucilius lib. XXX :

Calvu' Palatina, vir nobilis [et] bonu' bello.

Virgilius in Georgicorum lib. II [v. 447] :

Et bona bello
Cornus.

Multare quum sit condemnare, positum est augere, voti compotem reddere. Nævius Colace :

3 *Dentes* omnes. *non sulum* P. *adteritur* C. *omne quibus* Codd., M. *quo* Edd. ante M. — 4 *execari* vett. edd. *exsiccari* L. *exsiccari exsecari vel* P. *exsecarit teri* C. — 7 *adtondens* C. — 9 *tun dente* P. — 10 *anchora* vulgo. *ancora* J. *navis* vulgo. — 11 *Locupletis* vulgo. *Locupletes* AJ. — 13 *omnino cerci* P. — 14 *accedit eo* vulgo. *eodem* J, ut Edd. Cic. — 15 *possidonius* Codd., vett. edd. *Posidonius* JM. — 18 Post *monumento*, plura verba omiserunt librarii; lacunam innuit solus ms. P dimidia linea vacante : locum supplevit M. — 19 *positum est* Codd.; quæ omitt. AJ. *est positum* Edd. Cic. — 20 *malam partem* fortasse. — 22 *mali sumere* Codd., ed. 1476. *mali sum ere tanta* M. *here* AJ. *tua ex* A. — 23 *neglegentiam* Codd. — 25 *lana* vulgo, ut in v. *Cædere*, p. 272. *luna* CDMp. *lanæ* cj. Gul. Scal. Dous. Guyet. *piniæ* Codd. pleriq., M. *tineæ* DMp, Edd. ante M. — 27 *calvus pallantino* Codd. *Palantino* AJM. *Palatina* (scil. tribu) cj. Fruter. Gul. Passer. *quidam vir nobilis bonus bello* omnes. *quidam vir non bonus bello* cj. Schott. Guyet. *vir* (deleto *quidam*) *nobilis ac bonus* cj. Frut. Dousa. — 31 *condempnare* P. *contempnare* C. *votis* Codd., etiam CD, vett. edd. *voti* Bentin. JM. — 32 *nevius* Codd. pleriq., etiam CD, AJ, Ribb., prob. Ritschelio. (Cf. *Prolubium*, p. 64.) *Novius* Mp, M Bothe. *colare* Codd. *collace* A. *Colace* AJM, Both. Ribb. — 33 *et asseri* vulgo. *adseri* L. *est affatim* cj. Bothe. *Grates et laudes ago* cj. M (metro non satis consulens). — 34 *memul-*

Et affatim

Laudes ago, quum votis me multas meis,
Quod, præterquam velle audebam, hoc mihi annuis.

Disciplinosus etiam [in] pessima arte potest dici. Cato de Re militari : « Quam gladiator disciplinosus. »

Propitios et homines placatos dici vetustas voluit. [Lucilius] lib. XXVII :

In bonis porro est viris, si irati, seu cui propitii
Sunt, ut diutius eadem una maneant in sententia.

. . . . . . « nam cum benignitate sollicita propitios. » Terentius in Adelphis [I, 1, 6] :

Quam illa quæ parentes propitii.

Cachinnare non risu tantum, sed et de sono vehementiore, vetustas dici voluit. Attius Phinidis :

Simul et circum magna sonantibus
Excita saxis, sæva sonando,
Crepitu clangente cachinnant.

Tacere etiam ea possumus dicere quæ sine voce vel sono sunt. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 363] :

Totumque pererrat
Luminibus tacitis.

Et [v. 525] :

Quum tacet omnis ager.

Affari non solum respondere vel fabulari, sed etiam rogare positum. Attius Tereo :

Deum Cadmigena natum Semela affare, et famulanter pete.

Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 424] :

I, soror, atque hostem supplex affare superbum.

talis H. *me multntis* vulgo. *me multat* cj. Herm. Munk, recep. Ribb.

1 *præter qunm vellem* Codd., M. *præter spem quem vellem* AJ. *quàm* J marg. *vellem audiebam* omnes. *Quod præterquam velle audebnm* cj. M, prob. Bothe. *quod præterquam quod velle nudebam* scripsit aliquis in marg. Jun. *hoc mihi ennius* HW. *hennius* PL. *En.* ed. pr. *Ennius* AJM. *emunus* ed. 1476. *eminus* ed. 1496. *cnntus* J marg. *hoc mi eminus* cj. Herm. Munk, prob. Ribb. *hoc nihi evenit* cj. M Botbe. — 4 *Lucilius* omitt. Codd., ed. pr. *Lucil.* AJM. *Luc. in* XXVII ed. 1476. — 6 *inuonis* HPLW. *in uonis* C. *in bonis* JM Guyet. *id bonis* Gifan. Dousa. *est juris* ed. 1476. *proprium est juris* cj. Gif. — 7 *sunt dii diutius* H. *di diut.* WM, Corpet. *vi diut.* PCL. *dii, ut diut.* J. *ii ut* cj. Gifan Dousa. *sunt ut diut.* A, Bentin., prob. Roth; quod ipse scripseram. — 8 *Nam cum benignitate* (tanquam tertius Lucilii versus) omnes. *una cum* scriplum in marg. Jun. *non cum* cj. Gif. Dousa. *et cum* J marg. *sollicito* HPCLW. *solicito* Edd. *solicitos* J marg. *sollicitarier* Gifan. Dousa. *soll. propositos* Codd., M. *propositus* vett. edd. *proposito* J marg. Gifan. Dousa. — 10 *quam ut ea quæ* vulgo. *quam ea quæ* sup. in v. *Propitium*, p. 59. *quam illa quæ* Edd. Ter. — 12 *Finidis* vulgo. *Phœnissis* AJ. — 13 *megna* L. *megann* (expuncto priore *n*) P. *magna* vulgo. *mngnisonnntibus* cj. Scal. *nmgniton.* Barth. *stagna son.* cj. Bentl., prob. Bergk. *tonantib.* Bergk; quod placet. — 14 *sæva Celæno* cj. Bentleius, ingeniose quidem, sed non ad Nonii mentem, et mutato *cachinnant.* (De *æquoribus* aut *fluminibus* dictum suspicor.) *suavisona echo* Ribb., quod longius a vero abesse mihi videtur. *clangentes* vulgo. *clangente* Scal. M. *cachinnat* Scal. Scriv. Bentl. Ribb. — 18 *pererat* C. — 22 *Affari* (item in seqq.) HP, Edd. *Adfari* C, Gerl. *fabulare* C.

P. 463-464 M.

Fastigia consuetudine summæ altitudines dici putantur, quum sint et imæ; significant et finis. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 288] :

Forsitan et, scrobibus quæ sint fastigia, quæras.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 7] : « Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. »

Numerum et de his quæ non numerantur, sed admetiuntur, dici auctoritas voluit. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 12] : « Si, exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit. »

Fervor quum ex igni sit et ex flammis, e contrario ex frigoribus positus invenitur, ut sit *fervere* non solum ex incendio calere, sed ex quibuscumque molestiis perturbari; unde et jactatus marini et exæstuatio animi sub hac significantia recte positi sentiuntur. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 455] :

Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Fervere.

Templum et sepulchrum dici potest veterum auctoritate. Virgilius Æneidos [lib. IV, 457] :

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui.

Vestigia consuetudine signa impressorum pedum dicimus. Lectum invenimus partes extremas pedum dicta *vestigia*. Virgilius lib. V [v. 566] :

Vestigia primi
Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.

Parere etiam viros dici posse, Cæcilius auctor est, Chalciis :

Sat hic vicinus, si has peperisset vobis.

Dictum id prudenter, [et] mutuatum ab Homero [Iliad. VI, 155] :

Αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.

— 23 *Attius*, etc. Jam sup., v. *Famulanter*, p. 111. — 24 *Cadmo generatum* omnes. (Vid. ad p. 111.) *Cadmigena natum* cj. Voss., prob. Both. Ribb. *Cadmigenam natum* cj. Delr. *semet* vulgo. *Semela* M, ut p. 111. *et famularent perpetuere* (*perpeture* C) Codd. *affare effamularent* W. *et famulanter pete* Beutin. ex p. 111, J marg., recep. M. — 27 *summe* P. *altitudinis* C. — 28 *et fineis* AJ. *et finem* D. — 31 *apere* Codd. *aperi* Edd., ut Cic. *inquoata* PL. — 32 *et prope tamen* pars Edd. Cic. *et prope jam* Edd. ante M, ut pars Edd. Cic. *inponimus* CD Gerl. *impanimus* H.

3 *altexerit* HP. *adlixerit* C. *adlexerit* Gerl. *advexerit* Edd., ut Cic. — 4 *ex contrario et frig.* vulgo. *excontrario* J. *e contrar.* D. — 6 *molestis* C. *jactus* vulgo. *ictus* AJ. — 15 *inpressarum* C. — 19 *fartemque* (superscr. *n*, ut sit *fantem*) P. *ostentant aydus* C. *ostentant sarduus* W. *astentans* (superscr. *t*) L. — 20 *auctorem* P. *chalcis* Codd., Edd. ante M. (Quod tuetur J, ex fabula Menandri τὰ Χαλκεῖα.) *calcis* Codd. in v. *Soniti*, p. 491. *Chalciis* cj. Grauert. Speng. *Chalcia* Ribb. *chalchissat* JM. *sat hic vicinus* vulga. *sat hiccinus* P. *at hic* cj. Speng. *ait hic v. se* cj. Grauert. *se asperisse* HPLWM. *se asperasse* C. *se autem peperisse* Edd. ante M. *se eas peperisse* cj. J, prab. Grauert. *se ait eum peperisse* cj. vir doctus ap. Gerl. *se ait te peperisse* cj. Bothe 2. *et vobis da-*

Parere etiam dicta ea quæ non concipiant. Virgilius lib. XI [v. 24] :

Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.

Viros etiam de animalibus posse dici, Virgilii auctoritas jubet, in Bucolicis [7, 7] :

Vir gregis ipse, caper deerraverat.

quum posset *maritum* dicere ; sicut in Georgicorum lib. III [v. 125] :

Quem legere ducem, et pecori dixere maritum.

Grundire quum sit proprie suum, ut Laberius in Sedigito :

Grundientem aspexi scrofam.

Et Claudius lib. XVI Annalium : « Grundibat graviter pecus suillum ; » etiam hominum esse grunditum Cæcilius in Imbriis designavit :

Cruento ita ore grundibat miser.

Insaniam non hominibus solum aut animalibus, verum et his quæ sine anima sint..... Virgilius in Bucolicis [9, 43] :

Huc ades, insani feriant sine littora fluctus.

Elegantes non solum, ut consuetudine, ab elegantia ingenii, aut cultus electione et dilectu, plerumque dici potest; sed a veteribus etiam vitio datur. M. Tullius in Clodium et Curionem : « Tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriæ; qui effeminare vultum, attenuare vocem, [lævare corpus] potes. » Cato Carmine de moribus : « Avaritiam omnia vitia habere putabant : sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus. »

Amarum non solum ex sapore triste, sed ex quacumque causa

tum id prud. Codd., Edd. ante M. *et vobis. Datum id* M. *et vobis datum. Id* Gerl. *peperisse vobis. Dictum id* cj. J. — 22 *prudentem atuatum* H. *ut tuatum* C. *ut uatum* P. *prudente mutuatum* Gerl. *prudenter, et natum ab* AJM. *prudenter mutuatum* cj. Roth. — 23 ΒεΜεροφοντην Codd. Βελλεροφόντην AJM. — 24 *dictum eo quæ* C. *lib.* VI P. — 27 *pepere* PL. *peperere* HW, Edd. — 34 *in se dicit* Codd., etiam V. *ut Lab. dicit* D, vett. edd. *in Sue dicit* J, prob. Osann. *in Sedigito* cj. Passer. ex eodem verbo p. 114. *Sedicito* M, quia *Sedicitus* vel *Sedigitus*, ait, « Laberii mimus » est.

2 *lib.* XVI *agni grundibant* vulgo, item, omisso numero, Mp. *lib.* XVI *Annal. Grundibat* cj. M. *grundibat* Bentin. *grumiter* vulgo. *grundibant dixit grumiter* A. *grundibat dixit gr.* J. *graviter* Bentin. J marg. — 3 *esse grundium* P. *imbris* vel *Imbris* vulgo. *Imbriis* cj. Speng. *ebriis* A. *Cæcil. ex Diomede in umbris* J. *ex Diomede* pro glossemate habet Passer. — 6 *his qui sine* Codd. pleriq. *quæ* D, Edd. *que* C. — 8 *litora* vulgo. — 9 *Elegontes* (et fere in seqq.) PCDL, Edd. ante M. *Eligontes* HWM. De quo verbo Gell. XI, 1. — 10 *dilectus* Codd., etiam CD, ed. 1476. *delectus* AJ. *dilectu* M. *sed veteribus* P. — 11 *tu elegans* (et ubique) CD. *eligans* P. — 12 *mulieris* Codd., vett. edd. *muliebris* JM, ut fragm. Palimps. Cic., et Rufinian, p. 30 (Capperon.). — 13 *qui levare vultum, mollire vocem potes* omnes : locum emendavi ex Cic. — 14 *Cato*, etc. Habet Gell. XI, 2. *potes* (omisso *Cato*) *carmine de* Codd. *potes carmine* (reliquis omissis) Mp. *Cato de* AJ. *Cato Carmine de* M, ut Gell. l. cit. — 15 *putant* vulgo. *putabant* M, ut Gell. *elegons* P. *vitiosus* omnes. *inritus* vel *irritus* Gell. — 16 *sed ex* vulgo. *ex* omitt.

P. 465-466 M.

terribile et infensum, Maronis auctoritate dicimus, Æneidos lib. X [v. 900] :

Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?

Multitudo, quum sit numeri populorum, ut quidam putant, Varro pro multo non absurde etiam adscripsit, de Vita populi Romani lib. II : « Nihilo magis argenti facti multitudinem iis erat furandum, quod, propter censorum severitatem, nihil luxuriosum habere licebat. »

Sanguinolentum corporum potest esse. Lectum est et de incorporeis. Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Itaque, propter amorem imperii, magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis uti, quo dominatus appellerent. »

Pondus, pro numero. Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « E Græcia suas in villas comportasse magnum pondus omnium artificum. »

Carere etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio, dolentis persona :

Meos parentes careo.

Audiendi sensum etiam his rebus Virgilius dedit quæ nec aures habent nec sensum, Georgicon lib. I [v. 513] :

Et frustra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Cavi proprietas est sinuosi et concavi, ac per hoc sine dubitatione corporalis. Virgilius vero etiam de incorporalibus, quæ sunt inania tantum vel obscura, dici posse testatur, lib. VI [v. 292] :

Ac, ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat volitare, cava sub imagine formæ.

Et lib. X [v. 636] :

Tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram.

Lavere, quum sit eluere et emaculare, et aquis sordida quæque

WM. — 17 *inpensum* vel *impensum* vulgo. *infensum* H, et cj. M; quod ipse videram. — 21 *as scripsit* H. *asseripsit* P. — 22 *magis propter argenti* omnes; sed *propter* repetitum reor ex sequente linea. *multitudinem miserat furandum* Codd. pleriq., Edd. ante M. *mult. is erat* C (et ipse litteram *m* male iteratam videram). *his erat* M e conj. *propter a. f. mult. jus erat excuriuadi* cj. Lambec. — 23 *eensorinm* AJ. — 25 *saaguinuleatum* Codd., M. *sanguiaol.* Edd. ante M. — 26 *de vita P. R. lib.* Codd. *de vita prisciaao lib.* P. *de v. patrum* ed. 1476. — 27 *grnvatim* J. *grndatim* J marg.

1 *nut dominatus quo appellerent* vulgo. *appellnrent* (superscr. *e*) P. *appellareat* J. *ut domin. quos appelerent* cj. M. *ut domin. appel.* Guyet, ex M. — 3 *asias in villas* Codd. pleriq. *Asias* M. *Asiatiens* AJ. *sias* C, ed. pr. *suas* cj. M, prob. Guyet. — 5 *rem bonam* AJ. *Demetrio : Dolentis persona eos* AJ. *dol. personn* Turpilio non tribuunt Steph. Passer. Gothof. M Gerl. Nec ea exhibet locus iterum citatus p. 497. — 7 *eos parentes* vulgo. *meos* CM, et cj. Passer. ex eodem loco cit. p. 497. *parentes* HC. *parente* P. *parentis* M Gerl. Locum esse dixi p. 497, ubi priscus accusativi usus indicatur. — 9 *hnbeant* C. — 11 *curus* C. *abeaas* Codd. — 12 *Cau* (in fine superscr. *e*) P. *hae per* P. *corporate* H. *corporali* PCLW. *eorporalis* Edd. — 15 *ac ni* Codd. *ac indocta* C. *et ni* AJM, ut Edd. Virg.

purgare, vetustatis auctoritas posuit etiam polluere. Virgilius Georgicorum lib. III [v. 221]:

Lavit ater vulnera sanguis.

Et lib. X [v. 727]:

Lavit improba tæter
Ora cruor.

Plautus Pseudolo [I, 1, 8]:

Eas lacrimis lavis.

Ennius Hecuba;

Heu me miseram! interii! pergunt lavere sanguen sanguine.

Varro Hecatombe:

Pater ut cruore laveret ararum aggeres.

Afranius Suspecta:

Viden' tu lavere lacrimis me tuum collum, pater.

Animas, pro corporibus. Virgilius lib. XI [v. 24]:

Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus.

In quo etiam hoc novum est, quod *patriam* posuit pro regione vel terra, quum *patria* sit civitas vel urbs parentum.

[LIBER VII.]

DE CONTRARIIS GENERIBUS VERBORUM.

Aucupavi, activum positum pro passivo. Titinius Veliterna:

Id ego aucupavi; plenas aures affero.

Plautus Truculento [V, v. 72]:

Lepide ecastor aucupavi atque ex mea sententia.

Idem Menæchmis [IV, 1, 12]:

Huc concedamus; ex insidiis aucupa.

tenues Codd., etiam C. *tenueis* AJ. *tenuis* M. — 19 *Lavare* omnes. Quod convenit expositioni, non exemplis. — 22 *vulnera sanguis* omnes, ut et Codd. p. 337. *corpora* Virg. — 23 *et decimo* Gerl. *et* x M. *et lib.* x PAJ. — 24 *teter* vulgo. *tæter* M. — 27 *lacr. lavi* vulgo. *lavis* M, ut p. 503, et Plaut. — 29 *eu me* Codd. pleriq., M. *heu* PAJ. *miserum* vett. edd. *miseram* vulgo, ut p. 224. *pergunt lavare* P, vett. edd. *lavere* etiam p. 224 et 504. — 30 *Varro*, etc. Iterum p. 504. *hecatombe* P. *hetatonbe* Gerl. ἑκατόμβη AJM. — 31 *labere* (*labre* C) *terrarum ageres* (*aggeres* A) Codd., A. *aggerem* H man. sec. LW p. 504. *laveret ararum aggerem* JM. *aggeres* Riese. — 32 *Afranius*. Iterum p. 504. — 33 *vident ut lavere* Codd., vett. edd. *ut* omitt. J. *viden lavere* ms. Fabri. *viden tu lavere* M, Ribb., ut inf. p. 504. *me tu* HPC Gerl. *metu* A. *motum* ed. 1476. *me tuum* JM, ut p. 504.

1 *muneris* C. — 2 *hoc unum est* AJ. — 3 *urbes* Codd. *urbs* Edd. — 5 *Incipit de contr.* Codd., M. *Incipit* omitt. Mp, Edd. ante M. — 7 *auris* Codd., M. *aureis* AJ. *adfero* Codd. — 9 *lapide* W. *eacastor* P. *æcastor* AJ. *mecastor* perperam ms. Plaut.; correxit

P. 467 M.

Ennius Medea :

Fructus verborum aures aucupant.

Pacuvius Chryse :

Incipio saxûm tentans scandere verticem
Summum, inde in omnes partes prospectum aucupo.

Attius Astyanacte :

Nunc in consilio id reges Argivûm aucupant.

Id [est], quærunt.

Idem Medea :

Ego me extollo in abietem, alte ex tuto prospectum aucupo.

Vagas, pro vagaris. Plautus in Milite [II, 5, 14] :

Te alloquor, vitii probrique plena,
Quæ circum vicinos vagas.

Serenus in Opusculis :

Rure puella vagat virido.

Pacuvius Medo :

Quid tandem? ubi ea est? quo [se] receptat exsul? — Incerte vagat.

Attius Bacchis :

Deinde omnes stirpe cum inclyta Cadmeides
Vagant matronæ, percitæ tumultu[ant].

Turpilius Leucadia :

Ut tu vecordi vagas insania!

Attius Tereo :

Famæ nam nobilitas late ex stirpe præclarâ vagat.

Acidal. e *mea* omnes. *ex* Edd. Plaut. — 11 *ut conced.* omnes. *huc* Plaut. — 13 *fructus* vulgo. *fluctus* J marg. Vahlen. *aures* omnes. — 14 *crissæ* HP. *Crysæ* Gerl. *Chryse* Edd. — 15 *saxum* omnes. *saxeum* cj. Scriv. Voss. *saxi* cj. Passer. Bothe 2. *temptans* Codd., etiam C. *vorticem* Codd., AJ. *verticem* W, M. — 16 *in summis dein* vulgo. *in summum dein* Lips. J. *in summum* prob. M. *scandere summum, atque in* Bothe 2. *summusque in* cj. Bothe, recep. Ribb. *Summi (saxi)* cj. Passer. *hominis partes* Codd., AJ. *in omnis partes* cj. Lips. Scal., recep. Both. Ribb. *dein omnis* M. *inde in omnes* cj. Passer. M. — 18 *concilio* Delr. Scriv. *aucupant, Id quærunt* (tanquam verba Attii) omnes. — 21 *prospectans* omnes. *prospectum* cj. Gul. Grot. Passer., recep. Both. Ribb. — 23 *adloquor* Codd. *plenus qui* vulgo. *plena quæ* Passer. M, ut Plaut. — 24 *vages* vel *vaga es* male Edd. Plaut. — 26 *virido. Accius Tereo : fama... Idem Medea... Idem Bacchis... Pacuv. Medea... Turpil. Leucadia... Enn. Hectoris l....* AJ. — 28 *quod receptat* vulgo. *recepta* J. *receptata* vel *recepta est* cj. Bergk. *receptast* Ribb. *quo ire cœptat* cj. M, prob. Voss. Ante *exsul* omnes interpungunt. *exsul incerta* omnes. *incerte* cj. Bergk, ut ipso emendaveram. *incerta an* Voss. *incertan'* Bothe. *Exsul... vagat* novæ personæ tribuunt Bergk, Ribb. — 29 *accius uaccheus* P. *uaccheis* Codd. pleriq. *Bacchis* Edd. — 30 *omnis* vulgo. *omnes* Bentin. J. *cadmide* Codd., etiam C. *Cadmi devagant* AJ. *Cadmeide* Scriv. M, Both. Ribb. — 31 *percitatæ tumultu* vulgo. *percitate tumultum* C. *percitæ* cj. J, recep. Both. Ribb. *percitæ tumultibus* cj. Bothe 2, Boeck. *vag. matronæ omnes tumultu percitæ* Voss. *tumultuant* Bergk Grotemeyer Ribb. *tumultu vecordi vagas insania Turpil.* vulgo; et idem statim repetitur. Post *tumultu*, defectus notam babet M. *vec. vag. insan.* priore loco deleri jubet J, prob. M. — 33 *vultu vecordi vagas* vulgo. *vultu* (tanquam ex voce truncata *tumultu* repetitum) omitt. J, et hunc sequuntur M Ribb. *vultu* retinet Botbo, et scribit *devagas*, ut constet senarius. Equidem *pervagns* malim. — 35 *famam* Codd. *fama* Edd. *famæ* cj. Grot., prob. Both. Ribb. *nob. lata* vulgo. *late* Grot. Both. Ribb. *præclara evagat* Codd. pleriq. *præclarae vagat* C. *vagat* Grot., prob. Voss. *præclare vagat* Edd. — 36 *item* omnes. *media* P. *Medea* M Gerl. *idem Medea* sup. in v. *Pecuda*, p. 159. —

Idem Medea :

Vagant pavore, pecuda in tumulis deserunt.

Ennius Hectoris lytris :

Constitit, credo, Scamander; arbores vento vacant.

Pacuvius Peribœa :

Multiplici pertimefactus mœrore, animi incerte errans vagat.

Varro Pseudolo Apolline, περὶ θεῶν ἀναγνώσεως : « Quum sex pueri, et puellæ item sex aut septem numero, quæ cum choro pari vagarunt. » Idem, Hercules tuam fidem :

Per maritimas oras vagat.

[SUFFRAGANT, pro] suffragantur. Pomponius Pappo præterito :

Populis voluntas hæc est et vulgo data :
Refragant primo, suffragabunt post, scio.

Sisenna Historiarum lib. XXIII : « Multi populi, plurimæ conciones dictaturam omnibus animis et studiis suffragaverunt. »

MERET, pro meretur. Plautus in Menæchmis [II, 3, 8] :

Item huic ultro fit ut meret,
Potissimus nostræ domi ut sit.

Idem in eadem [V, 1, 7] :

Adibo, atque hominem accipiam dictis quibu' meret.

Turpilius Philopatro :

Utinam possim tibi referre gratiam ut de me merest

Idem Hetæra :

37 *vagant, pavore pec.* M Gerl. — 38 *hæctoris* H. *lystris* HP. — 39 *crelo* omnes. *creto* (*sanguine*, ait, intelligendum est) Ribb. *arboris* Codd. *arbores* Bentin. JM. *vagant* omnes, retinent Ribb. Vahlen. *vacant* cj. Columu. et Passer. (ex simili Ennii loco ap. Macr. 6, 2 : *Constiterc amnes perennes, arbores vento vacont*), etiam Heins. Hessel. Schœll. Bothe.

1 *in triplici* vulgo *peribeo triplici* C. *in* omitti volunt Gifan. Voss. Bergk, non habet Ribb.; nec enim ferendum. *multiplici* cj. Passer. Voss., quod arripui. *merore* Codd. *animus* Gif. *incerte* omitt. M, prob. Bothe. — 2 *Varro pseudulo* omnes. *Pseudoapolline* cj. Turn. αιαγνωσεως Codd. ἀναγνώσεως M, ut Codd. p. 478. ἀπαντήσεως A. ἀναγνωρίσεως Turn. ματαιώσεως J. — 3 *puellæ pariter item* omnes. (Sed alterutrum delendum : *pariter* vocabuli *pari* dittographia mihi videtur.) *septem siuero quæ cum* Codd., M. *sinuero quæ* A. *numero quæ* Bentin. J. *in utroque* cj. M, prob. Guyet. *choro* H, Edd. *coro* Codd. pleriq. — 4 *hercles* W. *hercule* AJ. *tuam fidem* cum titulo jungere debuerunt AJ, ut Passer. M. — 5 *horns* Codd. *oras* AJM. (Versus fragmentum esse censuit primus Guyet; cui accedunt Lachm. Buechel. Riese. Septenariusne fuerit, ut Guyet putat, an senarius, in incerto est.) *vagat suffragantur Pompon.* Codd. *vagot, suffr.* M. *quæ vagat suffr.* A. Pomponii exemplum vulgo lemmati *Vagos* jungitur. *vagat. Suffragantur* Gerl., qui mancum lemma suspicatur. — 6 *mappo præter.* Codd., vett. edd. *Pappo* Bentin. JM. *Macco* cj. Roth. — 7 *populi* AJ, prob. Munk, Bothe. *voluptas* cj. J, prob. Bothe. *voluntas* retinet Ribb. *et vulgo datus* Codd., AM. *vagas* ed. 1476, J. *vulgo vages* cj. Roth. Munk. — 8 *datus refragabunt pro subfragabunt post scio* Codd. *datus. Refragab. pro suffr. Sisen.* C, AJ. *datus. Refray.... post, scio* Gerl. *datas.* Refragabunt pro suffragabunt.* post scio* M. *Suffragant pro suffragantur. Sisen.* cj. J. *Suffragabunt pro suffragabuntur* cj. Guyet. *Refragant primo, suffr.* cj. Roth. — 9 *lib.* XXIII Codd., AM. XIIII J. XII ed. 1476. IIII cj. M1, prob. Gothof. *contionis* Codd., M. *contiones* ed. 1476. *conciones* AJ. *multi populo, plurimis concionibus* cj. Ranchin. — 10 *stud. refragabunt* Edd. ante M. *suffragaverunt* J marg. — 12 *item hic* vulgo. *huic* M, ut Plaut. — 15 *quibus dictis* Plaut. — 17 *possint tibi*

Meres
Merito ut diligare.

AUSPICAVI, pro auspicatus sum. Plautus in Persa [IV, 6, 7] :
Lucro faciendo ego auspicavi.

Idem in Sticho [III, 2, 46] :
Eam auspicavi ego in re capitali mea.

Atta Lucubratione :
Cum primo luci hodie ut exornata sit,
Atque auspicetis : cras est communis dies.

Cæcilius Plocio :
Insanum auspicium aliter est histrionium
Atque ut magistratus, quum publice auspicant.

Nævius Belli Pœnici lib. IIII :
Verum prætor advenit, auspicat auspicium
Prosperum.

DELUCTAVI, pro deluctatus sum. Plautus Trinummo [IV, 1, 20] :
Cum hisce ærumnis deluctavi.

Idem in Vidularia :
Quid multa verba? plurimum luctavimus.

Terentius Hecyra [V, 3, 31] :
Dicitque illi annulum sese, dum luctat, detraxisse.

SCRUTO. Plautus in Aulularia [IV, 4, 30] :
Postremo hunc jam perscrutavi.

AUGURO. Attius Œnomao :
Atque ea conjectura auguro.

Idem Amphitryone :
Si sati' recte aut vera ratione augurem.

Codd., A. *possim* JM. *gratias* omnes. *gratiam* Bothe; quod ipse videram. *ut demerueris* ed. 1476. — 18 *hetera* Codd. *Hetæra* JM. — 19 *meret* Codd., etiam C, vett. edd. *meres* JM, Bothe. — 23 *Idem istichoc* C. *isticho* Codd. plerique. *in sticho* P, quod et ipse conjeceram cum Bothio. *in* omitt. AJM. — 24 *en ego* Codd., M. *eam ego* AJ. *eam ausp. ego* Edd. Plaut. *auspicavi* (iteratum) P. — 25 *acta lucubr.* Codd. *Atta* AJM. — 27 *atque ut ausp.* omnes. *ut* delet Bothe 2; quod ipse feceram. — 29 *insanum hospitium* HPLAJ. *auspicium* WMJ marg. *haud aliter* cj. Spengel, recep. Ribb. *istrionum est* Codd. *histrionum est* vulgo. *histrionium* cj. Guyet. Bothe, habent Speng. Ribb. — 30 *publice cum* vulgo. *publice quoque* Spengel. *pub. quando* cj. Bothe, hab. Ribb. *cum publice* J. *Atque magistratus... auspicat* ultro legerem, fere cum Bothio. — 31 *nævus belli* P. *lib.* III AJ. *lib. quarto* J marg. — 32 *virum prætor* vulgo. *verum* J marg. Herm. Düntz. *ubi cum* Merul. Bothe. *tum prætor* cj. Stewechius, qui primas litteras pro numero habet. *adveniet* vulgo. *adveniat* P. *advenit* Merul. Both. Herm. *advenit et* Düntz. *adveni et auspicn* J marg. — 33 *prosperum* omitti volunt J, Merul. Herm. Düntz. *prosperum. Cæcilius* (*Caelius* W) *plocio : ut magistratus publice cum auspicant* (*auspiciant* P) Codd. et Gerl.; quod omittunt Edd. ante Gerl. — 34 *Deluctavi* vulgo. *Eluctavi pro eluct.* J. Scriptum fuisse credo : *Luctavi pro luctatus sum*; sed postea lemma ad primum exemplum accommodatum est, ut sæpius. — 35 *herumnis* P. *erumnis* vulgo. *ærumnis* J. *deluctavit* vulgo. *eluctavit* J. *deluctavi* M, ut Plaut. — 39 *d. q. illis anulum* Codd. pleriq. *illi* Edd. *dicitque sese illi* Edd. Ter. *dixit quæ illi samulum* P.

2 *hunc jam* omnes, ut p. 317. *jam hunc* Edd. Plaut. — 3 *actius* P. — 6 *si recte satis* cj. Voss. *aut ver rat.* C. *ratione augurer* Codd. pleriq. *augurem* P, ed. pr., M. *augu-*

Ennius Menalippo :

Certo hic est nulla, quin monstrum siet :
Hoc ego tibi dico, et conjectura auguro.

Pacuvius Chryse :

Propemodum animus conjectura de errore ejus augurat.

Cicero ad Calvum : « Præsentit animus et augurat quodammodo quæ futura sit suavitas. » Virgilius lib. VII [v. 272] :

Hunc illum poscere fata
Et reor, et si quid veri mens augurat, opto.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Cui quidem utinam fideliter abunde ante auguraverim ! »

ASSENSIT est, et passivum. Attius Neoptolemo :

Ubi nihil contra rationem æquam habuit, assensit silens.

Idem Erigona :

Assentio : age nunc tu tuam progeniem ede ordine.

Pomponius Sponsa Pappi :

Pol mage [curabo,] ubi cognorint, omnes una assentiant.

CUNCTANT, pro cunctantur. Attius Alphesibœa :

Ita territa membra animo ægroto
Cunctant sufferre laborem.

Ennius Ambracia :

Bene mones : tute ipse cuncta. — Tu vide fortem virum !

Idem Hectoris lytris :

Qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi cunctent.

ACCINGE, pro accingere. Pomponius Maccis geminis :

Jam egomet adero : dum ego revortor, age, anus, accinge ad molas.

rent Edd. ante M, Voss. — 7 *Menalippo* PW, Edd. *Melanippo* L. *Melanippa* Columm. Ribb. — 8 *hic est nulla quin* PL, Edd. ante M. *nullum monstrum* W. *hic est, nullum quin m.* M. *est nullum, quin* Gerl. *certatio hic est nulla quin* cj. Passer., ingeniosius quam verius. *Dubium certo hic est nullum* cj. Guyet. *Certo est nullum dubium quin* cj. Bergk Welck. *est nulla... quin* Ribb. (et cj. deesse v. *mater*). — 9 *tibi dico* omnes. *dico tibi* cj. Guyet. Ribb. *et c. auguro Pacuv.* omitt. P. — 10 *chrysae* Codd. — 11 *errore et ius* vel *etius* Codd. *ejus* Edd. — 12 *et augura quodam* P. — 13 *lib.* VI P. — 16 *lib.* VI : *cui quidem* cj. Beier. *utinam vere fidel.* omnes. *vere, fid.* M. *vere fideliter* scriptum super versum in L. — 17 *abundiente* Codd., M. *abudiente* (*n* superscr.) L. *abundante* AJ. *abund'* ed. pr. *abunde auguramentum* ed. 1476. *abunde ante* cj. J, juxta quem Edd. Cic. *fideliter quidem certe* cj. M, prob. Guyet. *auraverim* P. — 18 *assensit* (ubique) H, Edd. *adsensit* C, Gerl. *asensit* (hic solummodo) P. — 19 *ratione et quam* omnes. *æquam* cj. Frut. Gul. Cujac. Scriv. Ranchin; quod et ipse videram. *orationem æquam* cj. Passer. — 21 *tu tuam* vulgo. *tu* omitt. ed. 1476, Both. Ribb. *progeniem* P. *et ordine* Codd., Edd. ante M. *ex ordine* scriptum in marg. Jun. *et ordinem* M. *ede ordine* cj. M, prob. Guyet. Voss. Both. Düntz. Ribb. — 22 *Pompon.*, etc. Jam in v. *Cognoscere*, p. 275. *papipol* Codd. *Papipol : magis* M. *papi* W, ed. 1476. *Pape pol* A. *Papæ pol* J. — 23 *magis* vulgo. *magi* C. *mage* Bothe. *curabo* addunt Both. Munk, ex p. 275. *cognorit* vulgo. *cognoris* P. *cognorint* Noster p. 275, et requirit Guyet. *omnis* vulgo. *omnes* AJ. — 26 *sufferre* H. *subferre* Gerl. — 27 *ambrachia* Codd. — 28 *cunctato vide* HPLAJ. *cuncto* W Bamb., M. *Cuncto* Ribb. (quod novæ personæ tribuit, et *Vide* alteri, præf. Comic. p. IX). *cuncta* cj. Guyet; quod ipse scripseram. *cunctas* Bothe 2, Vahlen. — 29 *hæctoris* H. — 30 *qui cupiunt* Bothe. *ut ipse cunctent* Codd., etiam C, et A. *cunctet* P. *ipsi* JM, Bothe. *ut ipse* vel *ipsi*

CONTEMPLA. Attius Philocteta :

Contempla banc sedem, in qua ego novem biemes saxo stratus pertuli.

Nævius Danae :

Contemplo placide formam et speciem virginis.

Titinius Fullonibus :

Aspecta formam, atque os contempla meum.

Ennius Medea :

Adsta, atque Athenas, antiquum opulentum oppidum,
Contempla.

Plautus Asinaria [III, 1, 35] :

Meum caput contemples.

ALTERCAT est, [et ALTERCATUR] passivum. Pacuvius Iliona :

Cur illaqueetur bic? — Mecum altercas? Tace.

ARBITRABUNT. Plautus in Sticho [I, 2, 87] :

Probiores vero arbitrabunt, si probis narraveris.

AMPLEXA, pro amplexare. Attius Alcmæone :

Postremo amplexa; fructum, quem dii dant, cape.

Cicero Academicorum lib. I [c. 9] : « Quas mirifice Plato erat amplexatus. » Cicero de Oratore lib. III [c. 17] : « Nec voluptatem tuentur, quam amplexari volunt. »

CRIMINAT. Ennius Satyrarum lib. IIII :

Nam is non bene vult tibi, qui [me] falso apud te criminat.

DIGNAVI, pro dignatus sum. Attius Meleagro :

Remanet gloria apud me; exuvias dignavi Atalantæ dare.

delet Ribb. — 31 *Pomp. inachis* P. — 32 *jam ego miki ad.* vulgo. *ego imbi* cj. Lips. Sciop., recep. Ribb. *ego hic* cj. Dübuer. *egomet hic* Bothe. *dum egerevortor* P. *revertor* C. *age anus* Codd. pleriq., M. *age amus* C, ed. 1498. *agamus* A. *age antè* J. *age jam te* cj. Lips. *a me, age* cj. Sciop. *accinge* HW, Edd. *adcingere* P. *accingere* L. — 33 *filoctela* Codd. — 34 *ego navem* HPCW (etiam in L manu sec.). *novem* L man. pr., Edd., Scal. Düntz. *hieme* C. *taxo* Codd. pleriq. *taxostratus* P. *saxo* C, Edd. — 35 *nevius danea* P.

1 *placitæ* conjici potest ex vetusto *placitoi* quod tentabat Merula. — 2 *titinnius fulle mas pecta* P. *fulloni* L. *fullonia* AJ. *fullonibus* W, J marg. M. — 3 *formam meam atque* cj. Guyet. *os contemplo* W. *contemplato* cj. Bothe, Herm. *formam atque spontem pla meum* P. — 5 *asta* vulgo. *asta* (sed superscr. *h*) P. *hasta* ed. pr. *asty* vel *astu* cj. Columm. Gifan., improb. M ined. Voss., prob. Osann. *antieum* Codd., etiam C. *anti eum* P. *antiquum* Edd. *anticum* cj. Roth. *opulentum* L. — 8 *capud* P. *contempla* Edd. Plaut. — 9 *Altercata est passiv.* vulgo. Sed eadem formula quæ est in v. *Assensit*, p. 469, et in v. *Populat*, p. 471. — 10 *cur illuqueetur* HJ marg. *inlaqueetur* W. *inlaquetur* CL. *inlacuetur* Ribb. *cur illa que etur* M. *cum illa quetur* P. *cur illa quæ tu hic mecum* cj. Düntzer. *cur illa hic* Edd. ante M. *hic meum altercas?* M. *meum* P. *hic mecum altercas, tace* J marg. *hic? meum altercas?* Gerl. *mecum* vett. edd., Both. Ribb. *altercata est?* (omisso *tace*) Edd. ante M. — 12 *vero* omues. *credo* Edd. Plaut. *probiores arbitr.* P. — 13 *actius altmoena postremo* P. — 14 *amplexa, fructum* JM Gerl. *quem di dant* Mp. — 15 *cape. Cicero academicorum lib. 1 quas mirifice* (*murifice* H) *plato erat amplexari cicero de orat.* HP. *erat amplexatus* Edd. Cic. Quod exemplum omitt. plerique. *cape. Amplexari pro amplecti. Cic. de Orat.* D, AJ, qui duo lemmata exhibent. *Amplexari p. amplecti* omitt. M Gerl. — 16 *voluatatem* P. *ampl. possunt* omnes. *volunt* Cic. — 19 *nam ns* vel *us* Codd. *is* Edd. *nam* omitti vult J. *vultibi* P. *vult ibi* C, ed. pr. *tibi vult* Vahlen. *qui falso criminat apud te* vulgo. *Apud te* Casaub. Gerl., ut sit alter senar. *te apud* ed. 1476. *ad te* cj. J. *ad me* cj. Bothe. *apud te* delet Vahlen. —

Pacuvius Hermiona :

Quum neque me aspicere æquales dignarent meæ.

Miserarent, pro miserarentur. Attius Athamante :

Atque ita de illis merui, ut jure hæc nunquam miserarent mala.

Largi, pro largire. Lucilius lib. XIIII :

Quod viscus dederat, tu quidem hoc in viscera largi.

Attius Diomede :

Benigne et pro beneficio largi atque ampliter.

Cato Lege Bæbia : « Pecuniam inlargibo tibi. »

Intui et Contui, pro intueri [, contueri]. Turpilius Pædio :

Tamen oculi longa intercapedine appetunt cupide intui.

Pomponius Maccis geminis :

Incœpi contui : conspicio coleatam cuspidem.

Proficisceret, pro proficisceretur. Turpilius Hetæra :

Hortatur hominem, quamprimum proficisceret.

Sortirent, pro sortirentur. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Quum venerint censores, inter se sortirent. » Ennius Cresphonte :

An inter se[se] sortiunt urbem atque agros?

Moderant, pro moderantur. Pacuvius Peribœa :

Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum iram exsilium levat.

Polliceres, pro pollicereris. Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς : « Nam in omnibus legi ποαινεκαουσπερηλιτον : Ne dares; ne polliceres, [si] quid datum est. »

Populat est, et passivum Populatur. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 185] :

Populatque ingentem farris acervum

20 *dignatus sum vel dignum duxi* vulgo. Equidem glossema sustuli; non enim de verborum significatione nunc agit Nonius. — 22 *Pacuvius*, etc. Quod et ap. Diom. p. 395. — 23 *aspiceret* Codd. *aspicere* Edd., ut etiam Diom. l. cit. — 24 *acius* P. — 26 *Lucilius*, etc. Jam in v. *Viscus*, p. 184. — 27 *vicus* P. *dederas tu quidem hoc est viscera* omnes (et sic p. 184 : ubi vide). — 29 *largiaque* Codd. *largi aquæ* A. *largique* C. *largi atque ampl.* JM. *largito atque* J. — 30 *inlargivo* Codd., etiam C. *inlargibo* Edd. — 32 *tamea* omnes. *tam* forte leg. *oculis* omnes. *oculi* cj. Gul. J, prob. Guyet, recep. Both. Ribb. *intercapidine* P. — 33 *macchis* Codd. — 34 *colentam* P. — 35 *pro prof.* vulgo. *pro* omitt. PM. — 36 *ut quamp.* ms. Palat. ap. Gebh.

2 *inter se sortiant* omnes. *sortiunt* cj. Od. Müller. Post *sortiunt* sequitur lemma *Moderant*, et recurrit *sortiunt* (*sorciunt* P). *Ennius*, etc. Ejusdem verbi duo exempla junxi, et v. *Moderant* tantum non delevi. — 4 *inter sese* cj. Voss. Bothe; quod ipse videram. — 5 *Moderant*, etc. Iterum p. 471, cum eodem exemplo. *Pacuvius*, etc. Etiam in v. *Levare*, p. 336. — 6 *neque cuum* P. *nec tuum* Voss. Bothe. *moderant* D. *frater non* Codd. *fraternum* Edd. *fraterna* cj. Delr., prob. Bothe. *ira* omnes, hic et prædictis locis. *vetat* Codd. *levat* Edd., ut Noster p. 336. — 7 *Pollicere pro polliceris* Codd. pleriq., M. *pro polliceres* P. *pro polliceri* cj. M. *Polliceres pro polliceris* vett. edd *Polliceres pro pollicereris* J. *Varro anoputio* ποαιπεκλενεθλιακης majoribus litteris scriptum : in quo initium saltem ex satiræ titulo repetitum est. *anoputιοπολι* πακ λενεελιακης Codd. pleriq. *Anaputio* πολιπεκλινε εθιακης AJ. *Anthropopoli* περὶ γενεθλιακῆς cj. J, recep. M. *Varro : Ne dares* vett. edd. — 8 Post *legi*, excripsi græcas

Curculio.

Cæcilius Asoto :

Jamdudum depopulat macellum.

Ennius Ambracia :

Agros audaces depopulant, servi dominorum domus.

Quadrigarius : « Agrum Nolanum populare cœperunt. » Attius Astyanacte :

Qui nostra per vim patria populavit bona.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Protinus agros populabundus, ad Nuceriam convertit. »

Punitur aliquem, pro punit. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 25] : « Neque ad ejus qui punitur aliquem, [aut] verbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referri. » Et Tusculanarum lib. I [c. 44] : « Quum multi inimicos etiam mortuos puniantur. »

Ruminat. Virgilius in Bucolicis [6, 54] :

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Fabricantur. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 41] : « Ut enim pictores, et ii qui signa fabricantur. » Plautus Asinaria [I, 1, 89] :

Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.

Cicero de Oratore lib. III [c. 46] : « Capitolii fastigium illud, et ceterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. »

Palpatur. Lucilius lib. XXVIII :

Hic me ubi videt, subblanditur, palpatur, caput scabit.

Luctant, pro luctantur. Ennius lib. VIIII :

Viri, validis ac viribu' luctant.

litteras codicis P. πολι πεκ λο ὑπέρβατον Gerl. (qui arbitratu suo verba dividit. Nullam varietatem e cod. H notatam accepi ; unde ad ed. Gerl. fere accedit). ποαι πεκ αε L man. pr. πολι πεκ λε L man. 2. πολιπε καθ' ὑπέρβατον M. πολιπεκλυς περβατον (περβαιτον J) AJ. πολύτελες καθ' ὑπέρβατον cj. J. πολύπλοκον ὑπέρβατον scriptum in marg. Jun. *in omnibus legibus* καθ' ὑπέρβατον : *ne* cj. M. *nam*... ὑπέρβατον omitt. Popma, et omitti vult Roth, ut glossema in superiorem versum ; uncis includit Gerl. *ne dares* vulgo. *nec dares* A. — 9 *poll. quid datum est* Edd. ante M. *quid : datum est* Gerl. *quod datum est* cj. J, prob. Voss., habet M. *quid daturum* (omisso *est*) ms. Fabri, prob. M Guyet. — 16 *ambrachia* H. — 17 *depop. servi dominorum dominis* vulgo. *domini* Bentin. J Columu. Bothe. *dominor. minis* (sine distinctione) cj. Ribb. (Comic. præf. p. x). *aud. servi dep. agros* Bothe 2. *aud. dep. agros Servi* Vahlen. — 18 *agrum nolantum* P. — 21 *populandos* Codd., etiam C. *populabundus* AJM. (Cf. Gell. xi, 15.) — 22 *Numeriam* Codd., Edd. ante M. *Nuceriam* cj. Gifan., recep. M. — 24 *ponitur aliquem* P. *aut* Edd., ut Cic. *fatigat* vulgo. *castigat* ed. 1476, agnoscit Bentin., et J marg., ut Cic. — 25 *Et Tusculan.* Iterum p. 479. — 26 *quo multum* P. *quo multi* Codd., AJ. *quum multi* M, ut p. 479, et Cic. *puniuntur* omnes, et p. 479. *puniantur* Edd. Cic. — 27 *bucolicon* P. — 28 *pallentis* Codd., M. *pallenteis* AJ. *herbis* P. — 29 *pictoris* Codd., M. *pictores* Edd. ante M. — 30 *et hi* vulgo. *et ii* A, et Edd. Cic. — 31 *quidvis* semel scrib. Codd. et Edd. ante M ; iterat M, ut Plaut.

1 *capitoli* Codd. pleriq. *capitolii* D. — 3 *lib.* XXVIIII vulgo. XXX ed. 1476. — 4 *Hic me ubi videt* vulgo. *hic ubi me videt* ed. 1476. *me vidist* C. *Ubi me videt, caput scabit, pedes legit* Fest. et Paul. (in v. *Pedes*). *sublanditur patur capud* P. *scapit* C. — 6 *viri a validis* HLW, vett. edd. *a* omitt. ed. pr. JM. *varia val.* MpBamb. *varria* C. *viri ac validis* P. *validis ac* cj. Merul., in quod ipse incideram. *validis cum* cj. Dousa, prob. Merul. Wakef. Spengel. [*Fortuna*] *varia*

Bellantur, pro bellant. Virgilius lib. XI [v. 660] :

Et pictis bellantur Amazones armis.

Partiret, pro partiretur. Lucilius lib. XXVIIII :

Quidquam partiret ipse doctrina boni.

Plautus Asinaria [II, 2, 5] :

Hanc quidem, quam nactus prædam, [pariter] cum illis partiam.

. Impertit. Lucilius lib. XXVII :

Hospita impertit salutem plurimam et plenissimam.

Cohortarent. Quadrigarius Annalium lib. V : « Et dicerent castra facta esse, atque hos cohortarent uti maturarent. »

Moderant, pro moderantur. Attius Epigonis :

Viden' ut te impietas stimulat, nec moderat metus?

Pacuvius Peribœa :

Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum iram exsilium levat.

Commiserescimus. Virgilius Æneidos lib. II [v. 145] :

His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.

Ennius Hectoris lytris :

Per vos, et vestrum imperium et fidem,
Myrmydonum vigiles, [nostri] commiserescite!

Prœliant. Ennius Achille :

Ita mortales inter sese pugnant, prœliant.

Complectite. Pomponius Fullonibus :

Quin ergo, quando convenit, complectite?
— Mi frater, salve! — O soror, salve, mea!

Expergisceret, pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone supposito :

Ne quis miretur, quum tam clare tonuerit,
Ut, si quis dormitaret, expergisceret.

val. cum Vahlen. — 7 *lib.* x omnes. xi Roth. — 9 *Pararet pro* Mp. *lib.* xxviii P. xxx ed. 1476. — 10 *quid quas* omnes, etiam D. *quid? quas... boni?* Gerl. *ipsa* P. *pro doctrina* omnes. Dempto glossemate metro succurri. — 12 *nanctus* L. — 13 *lib.* xxviii vett. edd. — 13 *inpertit* (bis) C. — 14 *sospitat, impertit* omnes. *salutem* omnes. *plurima et plenissima* Codd. pleriq., M. *plurimam et plenissima* P. *plurunam et plenissimam* Edd. ante M. — 16 *castra facta* vulgo, etiam C. *capta* M. *esse* vulgo. *est* P. — 17 *Moderaat pro moderantur.* Jam sup. p. 471. *ephigonis* Codd. — 18 *videa in te impetas* P. *videat ut* C. — 20 Jam sup. p. 336 et 471. *frater aua* H. — 23 *listris* vett. edd. *Lystris* Gerl. — 24 Non octonarius est (juxta Fruter. Bothe), nec anapæstici, sed senarii, ut volunt Voss. Ribb. *servos et vest.* vulgo, etiam C. *per vos* cj. Palm., recep. M Voss. Ribb. *vostrum* Codd., M. *vestrum* P, vett. edd. — 25 [*Obsecro vos*] *Myrm.* supplet Ribb. *nostri* vel *Priami* addere suadet Voss. *fid. Myrmid., vigiles comm.* interpungit Gerl.; sine distinctione JM. — 26 *proelinnt* C, J Gerl. *praelinnt* P, vett. edd., M. *Achille Aristnrchi* AJM. *Aristarchi* non habent Codd. — 27 *ita* HP, Edd. *inta* C, Gerl. *inta* deleri vult Düntz., ut vocis *iater* dittograph. *Ita Mortales* M, quod nolim. *inter se* ms. Fabri, prob. Dübn., recte procedente senario. Sed trochaici partem credo.

1 *mihi frater* Codd., ed. pr. *mi* Edd. *o soro* Codd. pleriq. o *soror* P, Edd. — 2 *Agam. suppos.* jungi vult Bentin. — 4 *miraretur* vulgo. *miretur* ed. 1476, prob. Voss. Both. Muuk Ribb. — 5 *domitaret* P. — 6 *Labascor pro labor* P, Edd. ante M. *pro labo*

P. 473 M.

Labascor, pro lab[asc]o. Attius :

> Nam nullum est ingenium tam [tæ]trum, neque cor tam ferum,
> Quod non labascatur languore, [ac] mitescat malo.

Varro Rerum divinarum lib. VII : « Postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi. »

Congredias. Plautus in Epidico [IV, 1, 16] :

> Quid si adeam? — Haud scio an congredias, si hæc [ea] est.

Certatur, pro certat. Pacuvius Armorum judicio :

> An quis est qui te esse dignum quicum certetur, putet?

Frustro, pro frustror. Pomponius Maiali :

> Miseret me eorum, qui sine frustis ventrem frustrarunt suum.

Imitat. Varro Epistola latina lib. II : « Tuum opus nemo imitare potest. » Livius Achille :

> Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis.

Exsecrarent. Afranius Incendio :

> Experjurabant, exsecrabant se ac suos.

Progredi, pro progredere. Novius Vindemiatoribus :

> Quid hic stas? Age, move te. Manen'? — I primus. — Progredi.

Consolaret. Varro Œdipothyeste : « Per idem tempus Œdipus Athenas exsul venire dicebatur, qui consolaret. »

Minitas, pro minitaris. Nævius Danae :

> Etiam minitas? Mitte ea, quæ tua sunt mage quam mea.

Plautus in Amphitryone :

> Quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores?

DM. *lavo* CLW. *Labascor* [*et Labasco*] *pro labo* cj. Voss. — 7 Versus minime sani, quos trimetros esse putant : hoc autem non fit nisi mutato *labascatur*, præcipuo verbo. *Nullum est* PDLAJM, Voss. Both. Ribb. *nam nullum* W, ms. Fabri, edd. 1476, 1480 et 1500. *non nullum* HW Gerl. *non ullum* ed. pr., prob. Roth. *neque ullum* cj. Scal. *ingenium tantum* omnes, nullo sensu. *ing. tam durum* cj. Ranchin. *neque tartum ferum* P. — 8 *Quod non labascat* cj. Voss. Passer., prob. Both. Ribb. *lingua* vulgo. *linga* D. *languore* scripsit aliquis in marg. Jun. *longo ac mit.* cj. Passer. *mitiscat* Codd., M. *misticat* P. *mitescat* Edd. ante M. Versus sunt, ut arbitror, octonarii, priore acephalo; alterum sic refingerem : *Quod non labascatur languore, [ac longo] mitescat malo.* — 12 *adeam aut sicia an* H Gerl. *sicia aut* C. *aut sic iam an* P. *si iam* ed. 1476. *haut* vel *haud scio an* AJM. *congrediar* Ed. Plaut. *si hoc est* Codd., ed. 1476. *si hæc est* M. *hæc en est* AJ, ut Plaut. — 14 *aaae is est* cj. aliquis in marg. Jun. — 15 *Frustro pro freustro* P. — 16 *frustis* HD. *frustris* (altero *r* expuncto) LW. *fustis* P. *fructis* C. *frustrareat* AJ. — 17 *epistola latina* (*latini* P) HP, Edd. *epistula* Gerl. — 18 *Livius*, etc. Jam sup. in v. *Pretium*, p. 365. — 19 *si males* Codd. pleriq. *malas* C. *malos* AJM, ut p. 365. — 21 *experjurabant* Codd. *expeturabaat* P. *exsecrabaat se* PJM. *execrabant* vett. edd. et Gerl. — 22 *pro progredere* omitt. Codd. — 23 *quidiscas ege move te mane miprimus* H. *quidiscas egemo vetema nemi primus* P. *quid isca segemo ve te mane mi primus* C. *quidi scas ege, move te manem! i prius* Gerl. *qui discas ege move inanem primus* ms. J. *quid stas, age, move te inanem primus* J e conj. *inanem* prob. Munk. *quid stas? age move te inanem, i prius, prog.* M. *quid hic stas* cj. doctus in marg. Jun. (quod ipse conjeceram). *enge, move te* idem ibid. *move te, ignave* Bothe. *manen'* cj. Voss., prob. Ribb. *I primus* (altera persona loquente) Ribb. *primus* etiam L, prob. Munk. *prius* (superscr. *m*) W. — 24 *Consolare* omnes. *consolaret* W marg. *Œdipo Thyeste* vett. edd. *œdipothyeste... athonas... consolarent* P. — 26 *pro minitaris* P. *pro miau-*

Mutuet. Cæcilius Asoto :

Ad amicos curret mutuatum? — Mutuet causa mea.

Percontat. Novius Malevolis :

Si percontassem, malum hoc me præterisset.

Nævius Belli Pœnici lib. II :

Blande et docte percontat, Æneas quo pacto
Trojam urbem liquerit.

Ominas. Pomponius Cretula vel Petitore :

Bene eveniat! Ita sit! — Et tibi bene sit, qui recte ominas!

Savies. Pomponius Munda :

Ego illam non amplectar? Ego non saviem?

Novius Quæstione :

Mammas teneas, pedes extollas, savies [quum] congemit.

Paciscunt. Nævius Belli Pœnici lib. VII :

Id quoque paciscunt,
Mœnia sint, quæ Lutatium reconcilient.

Idem :

Captivos plurimos
Sicilienses paciscit obsides ut reddant.

Convivant, pro convivantur. Pomponius Munda :

Si calendis convivant [domi], idibus cœnant foris.

Ennius Satyrarum lib. I :

Malo hercle suo magno, convivat sine modo.

Mirabis. Pomponius Patruo :

Mirum facies, fatue, si istud studium mirabis diu.

ris vulgo. *lius* P. *livius* Gerl. *danea* Codd. *Nævius Danae* AJM. — 27 *etiamiaites muttea* P. *magis* omnes. — 29 *populissem* P.

1 *Mutuat et mutuum sumnt* H. *mutumet* C Gerl. *mutuet, mutuum* PJM. *mutuum sumat* omnes. Manifestum glossema delevi. Totum autem lemma omitt. vett. edd. *Cæc. hasto* P. — 2 *ad amicum* J. *mutuetatum* C. *mutuatum, mutuet* .M. *mutuatum?* Et alia persona : *Mutuet* Both. Gerl. Ribb. (hic sine interrogatione). *mea causa* omnes. — 3 *Perconta* Codd. plerique, etiam C. *percontat* DMp, AJM. — 4 *supercontassem* C. *nisi perc.* cj. Passer. *ni perc.* scriptum in marg. Jun. — 5 *Punici* omnes; sed alibi, vel mox, *Pœnici*. — 6 *docte percontra... æneidos quo* P. *percontat aeanius* H. *aen quo* C. *Aen' quo* Gerl. *neneam* D. *Ennius quo* WA. *Ennius : quo* J. *percontnt, Æneas* cj. Carrio, habet M. — 7 *reliquisset* vulgo, etiam CD. *liquisset* Merula. *liquerit* M, ut Noster p. 335, et cj. Lips. Herm. — 8 *Pompon. mundu* (sedecim verbis omissis, sed superscr. et deleto v. *cretula*) P. *vel petiture* Codd., vett. edd. *vel Petitore* cj. Beutin. Gul., recep. M. — 9 *bene evenat* Ribb., in fine senarii, sed altero claudicante. — 10 *Savies* Codd. *Suavies* Edd. — 11 *amplectare ego* C. *non sabiem* Codd., etiam C. *suaviem* Edd. — 12 *quæstionem amas* P. — 13 *savies* (*suavies* M) *cougemit* Codd., M. *Cangemit* Guyet. Ribb. *cum gemit* J Munk, non improb. Ribb. *coagenues, savies* cj. Scal. — 14 *poenici* Codd., M. *lib.* VII vulgo. VI P. — 15 *paciscuntur mœnia* HCLW. *paciscunt* P, Edd. ante M. *p. ut mœn.* M. — 16 *lutantium* (superscr. c, ut sit *luctantium*) P. *luctantium* ed. pr. *luctatium* ed. 1476, A. *Lutntium* M Gerl. *reconciliant* omnes. *reconcilient* cj. Herm. *reconciliant capt. plurimos idem Sicil.* CP. *reconc. capt. plur.* jungunt AJ. *reconciliant : capt. pl. idem Sicil.* Gerl. *plurimos. Idem : Sicil. reconcil. Idem : captivos plur. Sicil.* J marg. *reconciliant.* * *Capt. plur.* (omisso *idem*) *Sicil.* M. *idem* expunctum in W. *id Sicil.* ed. 1476. — 21 *si calendis convivantur* Codd. *convivant* ed. 1476, Bad. M. *convivent* AJ. *si cal.* [*domi*] *convivant* cj. Dübner, prob. Munk, Bothe 2, Ribb. — 24 *Pomp. Pappo* cj. J. — 25 *fatue* HCLW, Ribb. *fatuæ* AJM. *fatues*

Urinantur. Cicero in Academicis, lib. II : « Si quando enim nos demersimus, ut qui urinantur, aut nihil superum aut obscure admodum cernimus. »

Miserete. Ennius Hecuba :

Miserete, manus!
Date ferrum, qui me anima privem.

Opino, pro opinor. Plautus Bacchidibus :

Prænestinum opino esse, ita erat gloriosus!

Pacuvius Chryse :

Inveni, opino, esse optumum, vestes ut heres; sed tamen.

Ennius Eumenidibus :

Tacere opino esse optumum, et pro viribus
Sapere. — Atque fabulari tute noveris.

Cæcilius Asoto :

Nil fore opino inter me atque illum.

Promeres, pro promereris. Plautus in Trinummo [III, 2, 15] :

Nam retineri nequeo quin dicam ea quæ promeres.

Opitula. Livius Equo Trojano :

Da mihi hasce opes
Quas peto, quas precor : porrige, opitula.

Fite, imperativo modo. Cato de Præda militum dividenda : « Tum dites fite. » Cn. Mattius lib. XVI Iliados :

[O] socii, nunc fite viri.

istudium P. *si istud studium* cj. Voss., prob. Bothe 2. *si tu studium* cj. Dübner, Munk. *sistud nimium* Ribb., ex conj. Lachmanni. — 29 *ecuba* Codd. — 30 *manus* omnes. *manûs* Bothe. *anuis* cj. Scal. Passer. Columu. Herm. Osanu. Ribb. *mei anus* cj. Palm. *mei anuis* cj. Voss. — 31 *qui me* J. — 32 *Plautus acidibus* P. — 33 *ita errat* Codd. *erat* Edd.

2 *inveni opina* vulgo. *juveni* vett. edd. *id vero opino* cj. Grot. Voss. *opinio* LW (sed *i* expuncto in L). *juveuem ores* (deletis *opino esse optimum*, quæ sunt et in seq. lemmate) Bothe 2; quod et ipse notaveram. *optumum orestes ut heres* (*utheres* H) *sed tamen* Codd., M. *optimum : Orestes ut hæres : sed tamen* vett. edd. *Orestes ut heres sit, sed tamen* Bentin. J. *Orestes heres ut siet* cj. Voss. *heres sit tamen* Welcker. *ut esset* cj. Gerl. *Id vero opino, isti opt. Restituere sit eam* cj. Voss. *opt. ut restes, here* cj. Grot. *opt. Chryses hero Ut sit solomen* cj. Scriv. *Orestes uter esset* (ex fabula Duloreste) cj. Roth. *Inveni, opino, Orestes uter esset tamen* Ribb. — 4 *Tacere opino esse* omnes. *Sapere esse opinor* (hoc profecto male) opt. *pro viribus : Tacere ac* cj. Bothe. *Ita sapere opino esse* Ribb. *optutum* W. *et pro vir.* omnes. *ut pro* cj. Scal. Columu. Scriv. Both. Ribb. *viribus Sapere* Scal. *aut pro viribus* cj. Lange. *optumum pro viribus Ni sapere* cj. vir doctus ap. Voss. — 5 *sopere atq. fabulari* (*afabulari* P) vulgo. *atq. fabularitate nov.* C. *Tacere ac fab.* cj. Bothe, recep. Ribb. *fab. tute noveris* Codd., AJ. *fabulari; tu te noveris* M. *tute noverint* cj. Scal. Columna. — 7 *nihil foro opinio* C. *mea atque* Codd. *me atq.* Edd. — 8 *pro promereris* P, Edd. ante M. *pro* omitt. Gerl. M. — 9 *retinere* omnes. *retineri* Edd. Plaut. *quæ promereres* P. — 11 Metrum perobscurum : cretici mihi satisfacerent, nisi *opitula* in alium versum excurreret. *corrige* vulgo. *porrige* ms. Fabri, ms. Vatic., et cj. Gebh., prob. Herm. Osan. Both. Dübn. Ribb. *precor cor* forte perperam geminatum, et *regi opit.* legendum. — 13 *militum* omnes. *militibus* melius Gell. XI, 18, et sic Iordan (Caton. fr.). — 14 *cu dives fite* P. *tu dives* vulgo. *tu dives fito* cj. Laurenb., prob. Meyer, Iordan; sed *fito* in titulo esse debuit. *Crassus* omnes. *Cn. Mattius lib.* XVI cj. Scal., prob. Passer. M. *fito Crassus. Cn. Mattius* cj. Struvo. — 15 *Socii* vulgo. *sotii* C. *o socii* J. *nunc, socii, nunc* cj. Scal. — 16 *Livius odyssia* P Gerl. *fit quoque fitum est* omnes. Quod critici

Livius Odyssea ait quoque *fitum est*.

Pœnitebunt. Pacuvius Armorum judicio, prologo :

Nec pœnitebunt liberi grato ex loco.

Partiret, pro partiretur. Afranius Divortio :

Quum testamento patria partisset bona.

Lucilius lib. III :

Tu partem laudis caperes, tu gandia mecum
Partires.

Attius Chrysippo :

Æternahilem divitiam partissent.

Ennius Telamone :

Eamdem me in suspicionem sceleris partivit pater.

Recordavit. Quadrigarius Annali lib. V : « Is ubi Dasium cognovit, et patriæ eum recordavit. »

Poti, pro potiri. Pacuvius Iliona :

Usi honore, credo, adhuc [hunc] sceptrum patiuntur poti.

Præstolat, pro præstolatur. Turpilius Pædio :

Ego præstolabo, illi ut citanti opi siem.

Livius Tereo :

Nimi' pol imprudenter servos præstolaveras.

Revortit. Pomponius Maiali :

Cœnam quæritat :
Si eum nemo vocat, revortit mœstus ad mænam miser.

[Rhetoricasti, pro rhetoricatus es.] Novius Asinio :

Age nunc, quando rhetoricasti, responde quod te rogo.

(inter quos Herm.) pro parte versus babent. *Odyssca oil quoquc* cj. Passer. *sic quoque* cj. Herm., prob. Düntzer. — 17 *Poenilebout* Gerl. *Penitcbnnt* P, Edd. *Pænitebant* Edd. *Pænitcbat* C. — 18 *pænitebunt libunt liberi* HL, M, Bothe. *penitcbt libt liberi* (cum signo compendii) P. *bibunt biberi* (sed utrubique *l* initio suprascr.) W. *libant liberi* AJ. *libunt* deleri vult Düntz, quasi dittogr. *si ivil liber* cj. Grol. *si ibil* cj. Bothe 2. *grnto* omnes. *ingrnto* cj. Bothe 2. *ignaro* cj. Grot. *Prologui non pænit. liberi ingrato* cj. Herm., recep. Ribb. — 19 *Portire pro* Codd., etiam C. *Portiret* ed. pr. JM. — 20 *portis sed bono* P. — 21 *lib.* IIII vett. edd. — 23 *partisses* vulgo. *partissis* C. (Equidem *partires* dedi ob antiquam scripturam *partises*.) — 25 *divitia* P. — 27 *eamdem me in* vulgo, et Ribb. *eamd. me susp.* P. *eadem* C. *eamd. in me* cj. Delr. Passer. Bothe. — 28 *Qandrig. nnimoli* P. *lib.* V HPLAJ. III W, M. *ubi dacium* vel *Dacium* vulgo. *dotium* ed. 1476. *Decium* cj. Anton. Augustin. *Dasium* Roth. *patria* omnes. *patriæ* cj. J. — 31 *usi honcre credo* HVW man. sec., M. *usi onere* CL Bamb., ed. 1476, J marg. *usonere* P. *usi honore* W man. pr., ed. pr. *ut si honore* vel *onere* ed. 1500, AJ. *usum honore* cj. Palm. *summo onere* cj. Acid. *tu si conere* cj. M. *ut si Ilionem* cj. Grot., prob. Voss. Düntz. *ad huic scept.* Codd., M. *adhuc* Edd. ante M, Palm. *regium istuc sc.* cj. Grot., prob. Voss. *avitum sc.* cj. M. *patientur* HAM Gerl. *potienter* P, ed. pr. J. *patiuntur* ed. 1476, ed. 1500. *Usi, Ilione, te credo abhinc scept. patientur poti* cj. Düntz. — 33 *illi co citnnte opitium* (*opicium* PJ) vulgo. *cicnnt obtitum* C. *illi ut citonte opicium* A. *illi ut citonti opi sim* ms. Fabri. *illoc citnnte ut opitulem* Bothe 2. *illico hic onte hospitium* cj. Gul. *illi oscitans ante ostium* Ribb. — 34 *Liv. terero* P. — 35 *nimis* omnes. *imprudentem* P. *servus* Codd., M. *suis* Edd. ante M. *scrvis* J marg. *servos* cj. Scriv.; quod ipse conjeceram. *præstoloras* vulgo. *præstolores* ed. pr. *præstolas* Ribb.

3 *nd me nnm* H, Edd. ante M. *mennm* vulgo, J marg. *mænom* scriptum in marg.

P. 476 M.

TUTANT. Plautus in Mercatore [V, 2, 23] :

Invoco
Vos, Lares viales, ut me [bene] tutetis.

Nævius Lycurgo :

Tuos qui celsos terminos
Tutant.

Pomponius Parcis :

Non erat qui corpus tremulum famula tutaret toga.

Pacuvius Peribœa :

Tu, mulier, tege te, et tuta templa Liberi.

PATITOR, pro patere. Plautus in Asinaria [II, 2, 108] :

Patitor tu item, quum ego te referiam.

COPULANTUR, pro copulant. Plautus in Aulularia [I, 2, 38] :

Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.

PRÆSAGITUR, pro præsagit. Plautus Bacchidibus [IV, 4, 28] :

Occidi! — Animus jam istoc dicto plus præsagitur mali.

EXPALPABITUR, pro expalpabit. Plautus in Vidularia :

[Nunc] servus a patre argentum expalpabitur.

REDDIBO, pro reddam. Plautus in Casina [I, v. 41] :

Ruri reddibo.

Idem in Menæchmis [V, 7, 49] :

Salvum tibi item, ut mihi dedisti, reddibo.

LUDIFICATA ERO hominem, pro [ludificavero. Plautus Milite, III, 3, 53 :

Ni] lepide ludificata
Ero, culpam omnem in me imponito.

OSCULAVI. Titinius Hilla rubra :

Laudor quod osculavi privignæ caput.

Jun. — 4 *Rhetoricasti pro rhet.* addunt JM. *asinio* P. *asinio* vel *Asinio* vulgo. *Asino* cj. J (in Indice), prob. Munk. — 8 *diales* vulgo. *viales* M. *bene juvetis* plerq. edd. Plauti. — 10 *tuos qui* vulgo. *euos qui* P. — 12 *Pomp. Partis* vulgo, et J marg. *Partis non erat* velt. edd. *Parcis* Both. Ribb. (Laudatur ejus fabula *Parcus* a Goll. 3, 17.) *Patruo* Bentin. J. — 13 *non erat quid* Codd., etiam C. *quod* AJM. *tutaret tota* P. — 15 *tum mulier* ed. 1476. *tege te et* vulgo. *tege et* A. *tegete et* P. *tegete tuta* cj. Bothe. *tuta* vulgo. *tota* PC. — 16 *Patitor pro* HWJM. *Patitur* PCLW marg. — 17 *patitur tui item* P. *patitor tui* Gerl. *patitor tu* AJM. — 18 *Copulantur pro copulant, passivum pro activo* omnes. Equidem glossema delevi; quod abest p. 479 : *Copulantur pro conjungunt.* — 19 *Copulant tur dext.* P. — 20 *pro præsagnt* PL, ed. pr. — 21 *animis jam stoc* Codd. *animus jam stoc* M. *animus jam ista* AJ, ut Edd. Plaut. — 22 *pro expalpabit, quod est extorquebit* omnes. Hæc autem abundant. Lemma est jam sup. p. 104, ubi convenit interpretatio. — 23 *arg. a potre* Noster p. 104. — 24 *Reddibo.* Idem lemma recurrit p. 508. *reddebo* (ter) cj. Sciopp., prob. Botho. *pro reddum* P. — 26 *menecmis* H. — 27 *tibi ut* P. *tibi ita ut* vulgo. *tibi item ut* duo mss. Sciop., ut Edd. Plaut. — 28 *ludificavero. Plautus milite : ni* supplent Lips. M. — 30 *ludificata lepido* Gerl. *lepide* AJM. *lodificata tepide* P. *lepide ludif.* Edd. Plaut. — 31 *imponit* Codd., AJ. *imponi* ed. 1476. *imponito* M, ut Plaut. — 32 *Titianius ila rubra* P. *Ilarubra* AJM et Gerl. *Illa rubra* ed. 1476. *Veliterna* cj. J. *Illecebra* cj. Botho. *Privigno* cj. Neuk. *Ulubrana* cj. Mommsen, recep. Ribb. — 33 *privigne* Codd. *privignæ* Edd. — 34 *Expedibus pro* P. *Expedivo* W. *Expedibo* ceteri.

Expedibo, pro expediam. Plautus in Truculento [I, 2, 36] :

Ego expedibo :
Rem perdidi apud vos.

Pacuvius Peribœa :

Mane, expedibo : fac tu mihi contra, quod rogo, respondeas.

Manducatur, pro manducat. Pomponius Pappo agricola :

Nescio qui sella urget, quasi asinus, uxorem tuam :
Ita opertis oculis simitu manducatur ac molit.

Lucilius Satyrarum lib. IIII :

Assequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
Commanducatur totum.

Idem lib. XIIII :

Quum illud quid faciat, quod manducamur in ore?

Afranius Fratriis :

Facile manducari qui potest.

Miseretur, pro miseret. Turpilius Epiclero :

Quam matris, tunc patris me miseretur magis.

Pacuvius :

Attat cepisti me istoc cum verbo : miseretur tui!

Muneratur, pro muneratur. Turpilius Thrasyleone :

Dat ultro ac munerat quod ab illo abstulit.

Rixat, pro rixatur. Varro Armorum judicio : « Illic viros hortari ut rixarent, præclari philosophi! » Idem Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν : « Dormit alius; nimirum vigilant, clamant, calent, rixant. » Idem de Re rustica lib. I [c. 15] : « Ne familiæ rixent cum vicinis. »

Adjutatur, pro adjutat. Pacuvius Duloreste :

Illum quæro qui adjutatur.

1 *ego expidibo* P. — 2 *apud nos* P. — 4 *fac tum* H Gerl.; quæ verba omitt. P. *factum* Edd. ante M. *fac tu* ed. pr., M. *facdum* cj. Sciop. *actutum : ibi* cj. Gul. *quod coatra rogo* Edd. ante M. — 6 *qui settam* HP, Edd. ante M. *quis* J marg. *quis ettam* M Gerl. *quis ettam* vel *asettam* scriptum in marg. Jun. *quis quasi molam urget asinus* Ribb. — 7 *ita* omitt. P. *apertis* ed. pr., J; quod emendat Passer. *oculis simul* omnes. *simitu* cj. Bothe, recep. Ribb.; in quod ipse incideram. *manducatur* (superscr. *n* post alterum *a*) P. *molet* Codd. *molit* JM. — 9 *neque opinnntem* omnes. *nec opinantem* p. 479. — 10 *ipsum commanducatum* Codd. pleriq., A. *quod mnnducetur* P. *commanducatur* Bentin. JM, ut p. 81 et 479. — 12 *quid manduc.* P. *quod mand.* vulgo. *commnnducamur* cj. J, prob. Dousa. *more* (pro *in ore*) P. — 13 *fratris* Codd., A. *Fratriis* JM. — 15 *Miseret pro miseretur* C. *Miserere pro misere* P. — 16 *quam maris tunc* Codd. *q. matris nunc* AJ. *q. matris tunc* M. *cum matris, tum* cj. Bothe 2. — 18 *Pacuv. at accepisti* HPLAJM. *ad accep.* C. *at ac cepisti* Gerl. *at* (superscr. *ac*) *cep.* W. *at* omitt. ed. pr. *atat cep.* cj. Gul. *attat* vult Guyet. *Pac. Atulanta : cepisti* cj. M, prob. Bothe. *Pac. Atat! Cepisti* Ribb. *me isto cum herbo* HPC Gerl. *cum erbo* W. *cum verbo* Edd. ante M. *me istoc verbo* M Guyet Bothe. — 19 *Muneratur pro munerat* C. — 20 *at ilto* W. *ab illo* vulgo. *ab atio* cj. vir doctus in marg. Jun. — 21 *ille viros* Edd. ante M. — 22 περι αρχηρεσιον Codd. et Gerl. — 23 *dormit altius* cj. J. *vigilat et. catant* P. *calent* vulgo. — 24 *de rerum natura* vulgo. *de re rustica* Vict. Lips., recep. M. *lib.* II P. *ræ familiæ* P. *ne f.* vulgo. *nec* vett. edd. *rixentur* (sed *ur* per superpositam notulam scriptum) P. *rixentur* AM Gerl., ut Edd. Varr., improb. Victor. *rixent* ed. 1476, J. — 26 *Illum*

P. 477-478 M.

Afranius Inimicis :

Hoc, obsecro, igitur agite, et me adjutamimi.

Lucilius lib. XXVII :

Nec si paulo minus usura est magna, adjutatur diu.

Pigneraretur, pro pigneraret. M. Tullius de Republica lib. I [c. 4] : « Sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii partes ipsa sibi ad utilitatem suam pigneraretur. »

Murmurari, pro murmurare. Varro in Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων : « Ita uti soliti eramus Romæ in balneis, plodere cœpimus et murmurari. » Quadrigarius Annali lib. VIII : « In eo loco populus murmurari cœpit. » Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Hoc Græcis renuntiato, ut facile intelligeres nos ab iis amari, commurmurantur αὐτοί. » Idem Virgula divina : « Præsertim quum ventrem meum coerceam, nec murmurari patiar. »

Excalceatur, pro excalceat. Varro Pseudulo Apolline, περὶ θεῶν ἀναγνώσεως : « Quod in ejus dei templa calceati introeunt; nam in oppido quo est ædes Apollinis, et quæ ibi ad Herculis, ut introeat, nemo se excalceatur. »

Nutritur et Nutricatur, pro nutrit et nutricat. Varro Testamento, περὶ διαθήκης : « E mea φιλοφθονίᾳ natis, quos Menippea hæresis nutricata est, tutores do :

Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis. »

M. Tullius de Deorum natura lib. II [c. 34] : « Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator et sator et parens, ut

uero Mp. *quæ adjutatur* P. — 28 *hoc obsecro* Codd., ed. pr., M. *hæc* Edd. ante M. *ut me adjutamini* A. *adjutemini* ed. 1476. — 30 *nec sic* C. *usuras et magna* omnes. *usura magna* cj. Düntz. *usura est magna* Corpet. *usurus* scriptum in marg. Jun. *adjutatus* omnes; sed participium haud æque ad rem facit.

1 *consili partis* Codd. *consilii partis* M. *partes* J. *id utilit.* Codd. *ad utilit.* Edd., ut Cic. — 2 *Varro in eurenulo parto* (*parco* P) *poma* περι γεσγαμηκοτων (σ in H omisso) HP. *in Heurea u topas to poma* περὶ γεγαμηκότων Gerl. εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα JM. — 3 *soliti eramus, Romæ* J. — 4 *cœpimus* H. *cepimus* Gerl. *Annali lib.* Codd., M. *Annal. lib.* J. — 5 *meo* (pro *in eo*) *loco* P. — 6 *intellegeres* Codd. *ab his* omnes. — 7 *auto idem* HPW. *auto udem* C. *autoi* L Bern., Gerl. *aucto. Idem* M. *Author* vel *Auctor idem* AJ. αὐτοὶ Œhl. Riese, quod ipse scripseram. αὐτῷ Ribb. — 8 *coherceam* Codd. *coheroenam* P. *patiatur* vulgo. *patiamur* ed. 1480, A. *patiar* J Popm. Guyet. — 9 *Varro*, etc. Titulus jam in v. *Vagas*, p. 468. — 10 *calciati* P. — 11 *oppido quæ est* vulgo. *in quo est* cj. Scal. *qua est* scriptum in marg. Jun. *qui in ædem* J marg. *et quæ ibi* vulgo. *set* (*s* expuncto) *quæ* L. *sed quæ* P. *et qui ibi* J, et cj. Scal. *ut introeat nemo se* Codd., M. *ut* omitt. Edd. ante M, prob. Scal. *introeat, nemo* A. *introeunt, nemo* Scal. — 12 *excalcietur* vulgo. *excalceatur* Scal. — 14 περι ατασνοη φιλοφεσνα *natis* P. περι διαθησης : εμεα φιλοφθονια *natis* Gerl. διαθήκης AJ. διαθήκης, εμεα φιλοφθονία : *Natis* M. ἢ περὶ φιλοφθονίας. *Natis* A. διαθ. μετὰ φιλοφθονίας : *Natis* J. *e mea philophthonia natis* cj. M. φιλοφωνίᾳ Riese. *Menippe* vulgo. *Menippea* cj. Gifan. Passer., habent M Riese. *heresis* Codd. *hæresis* JM. *nutricata et tut.* vulgo. *nutricata est* cj. Gif. Passer., habet M. *here sis nutricatus* J marg. — 16 *lacumque* P. *alciscere* Codd., J marg. M. *adciscere* vett. edd. *adsciscere* Bentin. J. *lacessere* cj. Voss. *herciscere* cj. J. *algiscere* vel *nugescere* cj. Gif. *augescere* cj. Passer., ex Porphyr., qui hunc Ennii versum citat ad Hor. Sat. 1, 2, 38. *nugiscere* cj. M. *ultis* P. — 17 *de nat. deorum* Cic. — 19 *omniaquæ* Gerl. — 20 *partis* Codd., M. *partes* Edd.

ita dicam, atque educator et altor est mundus; omniaque, sicut membra et partes suas, nutricatur et continet. » Afranius Vopisco :

Nam nutrica[tur....

Virgilius Georgicorum lib. II, 425 :

Hoc pinguem et placitam paci nutri]tor olivam.

Lucilius lib. XXX :

Seu se nutritur, sane caput opprimit ipse.

VOLAM, pro velim. Lucilius lib. XXVIIII :

Eidola atque atomos vincere Epicuri volam.

Plautus in Asinaria [I, 2, 96] :

Atque audin' etiam? [— Ecce. — Si quid te volam.

Et in eadem, I, 2, 26 :

Meo modo loquar quæ] volam, quoniam intus non licitum est mihi.

COMMANDUCATUR. Lucilius lib. IIII :

Assequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
Commanducatur totum complexa [comestque].

Idem lib. XV :

Villicum Aristocratem, mediastinum atque bubulcum,
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

ESURIBO, pro esuriam. Pomponius Augure :

Immo mane, non esuribis diutius : quare roga.

Novius Mortis et Vitæ judicio :

Ita vobis otiosus sum : mi algebo et mi esuribo.

FATISCUNTUR, pro fatiscunt. Attius Epinausimache :

Tamen haud fatiscar quin tuam implorem fidem.

Varro Antiquitate [rerum] humanarum lib. XIIII : « Altera ita et altera vulneribus fatiscuntur. » Pacuvius Duloreste :

Vereor, nisi nunquam fatiscar facere quod quibo boni.

ante M. — 21 *num nutricator oliva* Codd. *Oliva* (sq. versu) Ribb. *nutricatur oliva* Edd. Quod, minime aptum in comœdia, Virgilio restitui, præsertim quum *nutriri*, in lemmate prænuntiatum, exemplo careat. — 25 *sensu nutricntum* HAJM. *nitricatum* PLW. *sine caput* HW Gerl. *nutricatum sine, caput* M. *siue* J marg. *sune capud* P. *sune caput* opp. LAJ, Corpet. — 26 *lib.* XXVIII vulgo. XXVII J marg. Neutrum admisi. — 27 *et dola* P. *eidolu* CLW. *idola* J marg. Dousa. *eidola* M. *atque dolo* AJ. *atque acomus* PCL. *atonius* H Gerl. *atomos* J marg. M. *attonitos* AJ. — 29 *atque haud in* H. *Ecce... loquar quæ* supplevit M. *Meo modo loquar quæ* jam addiderant AJ.

1 Jam sup. p. 477. — 2 *complexum* Codd., vett. edd. *complexa* Bentin. JM, ut est p. 81. *comestque* hic omitt. Codd., M, supplet J ex p. 81. — 4 *mei astrinum* P. *meiastrinum* HCLW. *medinstriaum* J marg. M. *mediastinum* Bentin. AJ et Dousa. Vid. sup. p. 123 et 143. — 5 *commanducatur* (*ur* compendiose scriptum) *utcorrupit* (c supra lineam) P. *commanducatur* A. *commanducatus ut corr.* HC Gerl. *ut* omitt. AJM, quod abest p. 123. *ad incta* P. — 7 *esuriuis* C. *diuitius* P. — 9 *mihi alg.* omnes. *et mihi servibo* Codd. *mihi esuribo* ms. Palat. et Edd. — 11 *tamen aut* (*ut* C) *fatiscam* Codd., vett. edd. *haut* vel *haud fatiscar* Bentin. JM, ut sup. p. 307. *t. unplere f.* P. — 12 *antiquitatem humana* P. *antiquitate* vulgo. *antiquitatum humanarum* aliquis in marg. Jun. *Antiquitate rerum humanarum* est in v. *Urgere*, p. 418. Sic et Ritschelius in Indice Varroniano, p. 75. *ita et altera* HVM Gerl. (Forte *item*.) *et* omitt. PCLA. *altera ira, alt.* Bentin. J. *altera ætate*,

P. 479-480 M.

Conscreabor. Plautus in Persa [II, 5, 7] :

Sed qui bic ansatus ambulat? — Magnifice conscreabor.

Fruticari, pro fruticare. Cicero ad Atticum lib. XV [ep. 4] : « Excisa enim est arbor, non avulsa; itaque, quam fruticetur, vides. »

Exsugebo. Plautus in Epidico [II, 2, 4] :

Jam ego me convortam in hirudinem, atque eorum exsugebo sanguinem.

Copulantur, pro copulant. Plautus in Aulularia [I, 2, 38] :

Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.

Invenibo, pro inveniam. Pomponius Buccone adoptato :

Sæpe anquirit, invenibit sæpe.

Puniuntur. M. Tullius Tusculanarum lib. I [c. 44] : « Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem, quum multi inimicos etiam mortuos puniantur. »

Sacrificantur, pro sacrificant. Varro Antiquitate rerum humanarum lib. XIIII : « Viri nuptis sacrificabantur in cubiculo viduæ. » Varro Manio : « Non maledicere, pedem in focum non imponere, sacrificari. » Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Quum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusæ, a potione Potinæ nutrices. »

Discrepuit, pro discrepavit. Cicero de Oratore lib. III [c. 30] : « Nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepuit ab Antonii divisione. »

Spolior, pro spolio. Afranius Crimine :

Quos impune depopulatur, dispoliatur, dedecus.

alt. cj. M, prob. Guyet. — 13 *Accius Dul.* vulgo. *Pacuvius* J, ut p. 307. — 14 *vereor si nunquam* Codd., M. *si unquam* AJ. *nisi nunq.* Sciop. Both. Ribb., ut p. 307 : ubi vide. *quod quod quibo* PC. *quodquod* A Gerl. *quidquam quod* J. *quod quibo* M, ut p. 307. — 15 *Conscreabor* Codd. pleriq., cj. Lips. Passer. Guyet. *Conscrebor* (itemque mox) C. *Consecrabor* Edd., etiam M sine nota. *Consecrabor pro consecrabo* AJ. — 16 *quis hic conatus* Codd., etiam C. *quis hic ansatus* AJM, ut Edd. Plaut. *qui hic* omnino requirit Guyet; quod ipse videram. — 20 *Exugebo* Codd., vett. edd. *exsugebo* JM. — 21 *me vortam* omnes. *me convortam* sup. p. 102, et Plaut. *erundinem* Codd. *irudinem* ed. 1476. *hirudinem* AJM, ut Plaut. *adque* P. — 22 *Copulantur*, etc. Jam p. 476, iisdem fere verbis. *pro conjungunt* vulgo. *conjunguntur* L. Scriptum hoc sane fuit post additum glossema : *Copulantur pro copulant, quod est conjungunt :* media interciderunt. — 23 *copulantur corpora* Codd. pleriq. *dextras* D. *dexteras* AJM, ut p. 476. — 24 *pro inveniant* P. — 25 *sae annuit* W. *sæpe adnuit* vel *annuit* Codd. *annuit* Edd., sed nullo sensu. *ambit* cj. Bothe. *invenit sæpe* Codd. *invenibit* Edd. — 26 *Pæniuntur* Codd. plerique, M. *pæniuntur* (initio superscr. *u*) P. *Puniuntur* Edd. ante M, ut est sup. p. 471, et mox in exemplo. *Tusculanorum* Gerl. — 28 *et mortuos* vulgo. *etiam m.* M, ut sup. l. cit. et Edd. Cic. *puniuntur* omnes. — 29 *antiquitatum rerum* vulgo. *antiquitantum* P. *antiquitate* sup. in v. *Urgere*, p. 418.

1 *viri* vulgo, etiam J marg. *viris* LAJ. *viris nuptæ* scriptum in marg. Jun. *biviris* cj. Popma. *nupti* ed. pr. *nuptiis* cj. Merkel. — 2 *viduæ. Sacrificuri. Varro* (vel sine interpunctione) omnes. — 3 *Idem*, etc. Quod jam in v. *Edusam*, p. 108. — 4 *cum primoribus de potione* Codd., etiam C. *primores cibis et* A. *cum primores cibo et p.* J. *primo cibo et p.* J marg., habent M Riese. *cum primore* cj. Lips. Vid. p. 108. *sacrif. ab idibus* vulgo. *ab edulibus* cj. J ex p. 108, habet M. *Æduse potione nutrici* Codd. *Edusæ et Potinæ* Bentin. J. *Edusæ, a po-*

Quadrigarius Annali : « Ita per sexennium vagati, Apuliam atque agrum Campanum, quod his per militem licebat, exspoliabantur. »

Verecundantur. M. Tullius in Hortensio : « Hi nostri amici verecundantur, capti splendore virtutis. »

Convertitur, pro convertit. Plautus in Amphitryone [I, 1, 83] :

Sed in fugam se tamen nemo convertitur.

Ruminatur. Varro Sexagessi : « Erras, inquit, Marce, accusans nos ruminari antiquitates. » Idem Bimarco : « Odysseam enim Homeri ruminari incipis. »

Precantor. Varro Eumenidibus : « Ego medicina Serapii utor : Quotidie precantor. Intelligo recte scriptum esse Delphis : Θεοῦ ἔρα. »

Miras, pro miraris. Varro Eumenidibus :

Hospes, quid miras animo curare Serapim?
Quid? quasi non curet tantidem Aristoteles.

Idem eisdem :

Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem.

Nolitote, pro nolite. Sisenna Historiarum lib. III : « Nolitote [1] mirari quam desperata voluntate ad unam belli faciendi viam... »

Gliscitur, pro gliscit. Sempronius Asellio Historiarum lib. IIII : « Ut major invidia Lepido glisceretur. »

tione Potinæ cj. J, habet M. *nutrici* Codd., J marg. *nutricis* M, ut p. 108. *nutrici* omitt. AJ. *nutrices* cj. Lips., prob. Popma. — 7 *antoni* Codd. — 9 *Spolor* Codd. *Spolior* Edd. *pro spolior* PL. — 10 *et dispolntur* Codd. *et dispohatur* Edd. *et* omitt. Bothe, prob. Ribb., quod ipse jamdin (a. 1836) in meo Thesauro poetico deleveram. *despoliatur, dedecus* Botho. Hæc vox nempe convitium est. — 11 *vngnti* Codd., J marg. M. *lugati* L. *ampolnm* vel *Ampolam* Codd. et Gerl. *nmpalnm* ed. pr. *apolam* C. *lugntinm polam* AJ. *Apuliam* cj. J, habet M. *Lucaniam* cj. Palmer. — 12 *quod his per* omnes. *quod ejus* cj. Palmer. *per militiam* scriptum in marg. Jun. *expolabatur* Gerl. *exspolnbatur* PA. *spolabatur* C. *exspoliabantur* JM. — 14 *Verecundntur* Codd., M. *verecundnntur* W marg., Edd. ante M. — 16 *sed fugam in se* omnes, ut Edd. Plaut.; ubi, ut credo, vetus librorum mendum inest. *in fugnm se* scriptum in marg. Jun. — 17 *Ruminntum* Codd., etiam C. *Ruminntur* Edd. *inquid* L. *accusare nos criminaris antiq.* Codd. *nos ruminaris* AJM. *ruminnri* cj. Guyet; quod jamdiu scripseram. *Mnrce, criminaris* vel *criminnns nos ruminari* (deleto *nccusnre*) forte leg. — 18 Jam sup. p. 383. *id est vimarco* P. *Vimnrco* vulgo. *Binargo* AJ. *odissiam* PC Bern. *Odyssiam* Gerl. *odysseam* AJ. *Odyssean* M. (Vid. v. l. ad p. 383.) — 19 *incipis* HM, ut sup. p. 383. *incipes* PC Gerl. *incipies* Edd. ante M. — 20 *Precantur* omnes. *Precantor* scripsit M in marg. Junii, ex conj. Scal. *medicinn Scrapi utor cot.* vulgo. *med., Serapi, utor* Riese. *a Sernpi* cj. Turn. *Sernpidis* J marg., improb. M ined. σεραπείου *precantor* scripsit M in marg. Junii; quod eum miror in notas suas non retulisse. — 21 *cotidie* M. *cottidie* Gerl. *quotidie* AJ. *precantur* omnes, etiam M Riese. *precantor* cj. Scal. et M ined. *scriptum tum esse* C. — 22 *theo hern* Codd., M. *Theohera* A. θεῷ Ἥρᾳ Bentin. Turn., improb. J. *delphisteo horas* ed. 1476. θεοῦ ἐρᾶ (sic) cj. J. θείων vel θεῶν ἔρα (divina ama, deos cole) cj. Scal. θεῶν ἔρα M ined. θεῷ ἀρῶ cj. J, quod præfert. θεῷ ἦρα ŒhI. Riese. — 24 *animo* omnes. *nnimo curare* cj. Turn. Scal. Voss. Meyer. *animos* equidem conjicio. — 25 *qui quasi* P. *non curat* omnes. *curet* cj. Turn. Scal. Voss. Meyer. — 26 *idem ejusdem* Codd., A. *idem eisdem* L (sed superscr. *u*), JM Gerl. — 27 *noli mirare de me de eodem* Codd., etiam C, A. *de me* omitt. JM Scal. *mirnre deum me De eodem* Riese. — 28 Hunc titulum interpolatum credo : qua de causa, statim in sequentibus videbis.

[1] Nihil me movet quod inf. p. 505 occurrat : *Nolito pro noli*, quod ipsum suspectum habeo. Nunc titulum dele, et cum Varronis locis optime concinet Sisennæ fragmentum : *Nolitote mirare* (pro *mirari*) *quam desp.* Post

P. 481 M.

Ignescitur, pro ignescit. Laberius Colace :

Figura humana inimici ardore ignescitur.

Luxuriabat, pro luxuriabatur. Tubero lib. XIIII Historiarum : « Pars omnis luxuriabat. » Virgilius Georgicorum lib. III [v. 81] :

Luxuriatque toris animosum pectus.

Focillatur. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Propter [res] secundas sublato metu, non in commune spectant, sed suum quisque diversi commodum focillantur. »

Emungerentur. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent neque emungerentur. »

Libertatem uti, pro Uti libertate. Titinius Quinto :

Item uti eum oportet libertatem, qui sapit.

Novius Zona :

Atque facilitatem, video, uteris vulgariam.

Lucilius Satyrarum lib. XIIII :

Quem metuas sæpe, interdum quem utare libenter.

Sic Potior illam rem, pro Illa re potior. Terentius Adelphis [V, 4, 17] :

Ille [alter sine labore patria potitur commoda.

Et in sequentibus, v. 22 :

Hic] potitur gaudia.

Lucretius lib. III [v. 1050] :

Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
Sceptra potitus.

Nævius Lycurgo :

Dic quo pacto eum potiti : pugna[ne] an dolis?

Attius Phœnissis :

Ut natus tutè sceptrum poteretur patris.

viam verbum excidit, ut puta *decurrerim*, *decurrerit*, etc. — 3 *ut mnio invid.* D. — 7 *pars* omnes. *pare* M, sed invitus. *lib.* II vulgo. *lib.* III M. — 9 *Focilatur* Codd., M. *Focillatur* ed. 1476. *Focillatur pro foret* AJ. *propter secundas* omnes. *res secundas* cj. Popma. *propter secunda* cj. Freinsh. — 10 *subatto* P. *in communi* vulgo. *in commune* J marg. Popma. *spectent* P. — 11 *diversio* C. *focilatur* HC Gerl. *focillatur* A. *focilantur* PM. *focillantur* ed. 1476, J. — 13 *eo consecuti* Codd., etiam DMp, vett. edd. *eo consetuti* P. *eo* omitt. C. *eam sunt consecuti* Bentin. JM, ut in v. *Siccum*, p. 395, ubi locus plenius citatur. *ut* omitt. HPL. *ut* W, Bentin. JM. — 15 Quæ sequuntur, manifestum est ad hunc librum non attinere. Omnino desunt in cod. Mp. *pro libertate* P. *Titin. lib* V vulgo. *in Quinto* M. — 16 *ita uti* cj. Bothe 2. — 18 *uteris* omnes. *utere* cj. Guyet. — 21 *Sic et potior illam rem* legitur iterum p. 501. *Terent. Ad. Mille potior gaudia* Codd., AJ. *hic potior gaud.* W. *Ter. Ad. mille* omitt. W, ed. 1476. *ille potitur g.* M. — 27 *helicaonindum* P. *quorum munus* Codd., etiam C. — 28 *homerus escreptra* HW. *esceptra* C Gerl. *es sceptra* ed. 1476. *Hom. sceptra* PL, Edd. *potitur* omnes. *potitus* Lucr. — 30 *pacto eu* P. *potiti eum* (metri causa) cj. Voss. *potiti* [*sitis*] Ribb. *pugna an* omnes. *pugnane an* cj. Guyet. Bothe 2; quod ipse scripseram. — 31 *fenissis* H. — 32 *natus ut tute* omnes. *gnatus uti tute* Bothe, prob. Ribb. *gnatus* vel *natus virtute* Delr. Scriv. J. *ut tute natus*

Pacuvius Atalanta :

Regi ut memorabis, nunc regnum potitur transmissu patris.

Turpilius Lindia :

Me vis potiri? fac, ego potiar quod volo.

Sic et Opus est illam rem, pro Illa re. Plautus Cistellaria [IV, 2, 40?] :

Malum aufer; bonum mihi opus est.

Et in Captivis [I, 2, 61] :

Jam maritumi omnes milites opu' sunt tibi.

Lucretius lib. II [v. 815] :

Scire licet nil principiis opus esse colores.

Sic et Callet illam rem, pro Illa re. Pomponius Pictoribus :

Mirum ni hæc Marsa est : in colubras callet cantiunculam.

Afranius Epistola :

Quanquam istbæc malitiosa, notam calleo,
Tamen non fefelli.

[LIBER VIII.]

DE MUTATA DECLINATIONE.

Apricatio, pro apricitas. M. Tullius de Senectute [c. 16] : « Ubi enim potest illa ætas aut calescere apricatione melius vel igni? »

Itiner dictum pro iter. Equidem mutata declinatio non est : ab eo quod est *iter*, iteris facit; ab eo quod est *itiner*, itineris. Varro Pranso parato : « Luna spectante Adriam,

se itiner longum sermone levare. »

Plautus in Mercatore [V, 2, 88] :

Quin tu ergo itiner exsequi meum me sinis?

Guyet. *tuto gnatus* cj. Voss.; quod placet. *potiretur* omnes. *poteretur* Guyet. Bothe; quod jam pridem in Thesauro poetico meo reposui. — 34 *Regi tu m.* forte legendum. *memoravi, is* cj. Bothe. *regi id memora, qui* cj. Voss. — 35 *Turpil. Lindia.* Hoc in finem sequentis lemmatis male irrepserat. — 36 *ego potior* Codd., etiam C. *potiar* Edd.

3 *omnis* vulgo. *omnes* M. — 5 *nihil in principiis* Codd. *nihil princ.* M. *nil princ.* A. Post *colores*, vulgo sequitur *Turp. Lindia*, quod exemplum sup. dedi. — 6 *Pistoribus* W man. pr. AJ. — 7 *canticulam* HPCLAJ. *canticulum* WJ marg., Ribb. *cantiunculam* dudum scripseram, quum vidi Passeratium idem conjecisse. — 9 *ista ec* C. *istæc* H, et cj. Nenk. *isthæc* J. *istahæc* Gorl. *ista hæc* AM. *ista mal.* P. *non tam calleo* omnes (nullo sensu cum seqq.). *Tamen haud fefelli* cj. Guyet. *Tamen fefelli* (audacter deleto *non*) Ribb. *Tamen eum fef.* scriptum in marg. Jun. *Non tam fefellit* cj. Bothe. — 12 *Incipit de mut.* Codd., M. *Incipit* omitt. D, et Edd. ante M. — 14 *vel apric. vel* Edd. Cic. — 15 *Equidem mutata*, etc. Hæc, quæ glossema sapiunt, initio statim collocavi; vulgo autem comparent post Varronis exemplum. — 16 *ab eo quod est itiner itineris* (et mox repetitum) Codd., etiam C. *iter iteris* Edd. — 17 *parata* Codd., vett. edd. *parato* Bentin. JM. *expectans* HPL, ed. pr. A. *expectant* W, Riese. *expectante* J, Popma. *spectant* M. *spectans* C. — 18 *adrias-*

Lucretius lib. VI [v. 339] :

Obvia discutiat plagis, itinerque sequatur.

Attius Œnomao :

Conjugium Pisis; patere ad te itiner tendere.

Idem Meleagro :

Labore aut minuat itiner ingressum via.

Turpilius Thrasyleone :

Age, age, egredere! Atque utinam istuc perpetuum itiner sit tibi!

Festinem, pro festinantem. Titinius Quinto :

Nunc hoc uror, nunc hæc res me facit
Festinem.

Lacte, nominativo casu, ab eo quod est lac. Ennius lib. XI :

Et simul erubuit, ceu lacte et purpura mixta.

Hemina Annalium lib. IIII : « Ex Tiberi lacte haurire. » Cæcilius Titthe :

Præsertim quæ non peperit, lacte non habet.

Varro Andabatis :

Candidum lacte e papilla quum fluit.

Mansuetem, pro mansuetum, ut sit nominativus *mansues*. Plautus Asinaria [I, 2, 19] :

Reddam ego te, ex fera, fame mansuetem.

Attius Meleagro :

Nunc si me matrem mansues misericordia
Capsit.

Varro Ὄνος λύρας : « Non vidisti simulacrum leonis ad Idam, eo loco ubi quondam subito cum quum vidissent quadrupedem galli, tympanis adeo fecerunt mansuetem ut pertractarent manibus? »

sent itiner C. *Adria* vulgo. *Adriam* cj. Roth, recep. Riese. *sese itiner* J marg. Hexametri partem cum Büchel. instituo. *Adria sese itiner* Popma. — 20 *Quin tu igitur* cj. Guyet. *Quin tu ego* PC. *in eum ne* P. *meum me sine* C. *sines* vulgo. *sinis* M, ut Edd. Plaut. — 22 *disc. gladis* HCL Gerl. *gladiis* PW, Edd. ante M. *cladis* D. *plagis* M, ut Lucr. — 24 *conjug. tisis* omnes. *Tisis* (puellæ nomen) Guyet. *Pisis* cj. Delrius, prob. Voss. Ribb. Post *tisis* vel *Pisis* nemo interpungit. *pater eat te itiner* Codd. pleriq., AJ. *pater catte itinere* P. *patere ad te* J marg. M Bothe. *petere, eo te itiner* cj. Delr., prob. Voss. *petere* [*atque huc*] *ad te* cj. Ribb. — 26 *Labore aut* omnes. *Laborem aut* cj. Voss. *Laborem ut* Guyet, Ribb. *ingressum via* omnes, et sic Bothe. (Erasa littera in P, ut *viam* fuisse videatur.) *ingresso viæ* cj. Voss. *ingressum viæ* Ribb. *Laborem ut m. itineris* Guyet. *Laboret, minuat itiner* Passer. *ingressus viam* Passer. Guyet. — 27 *traseleone* P. — 29 *Titinnius lib.* v vulgo. *in Quinto* M. — 30 *hæc resine facit* P. *me festinem facit* cj. Bothe 2; de quo ipse cogitaveram : nec damno.

1 *Lacte pro nom.* LA. *ennis* P. — 2 *essi mulier* H Bamb. *es simulier* Gerl. *et si mulier* P, ed. 1476. *et Si* J. *etsi* A. *et simuliter* ed. pr. *et si Erub. mul.* cj. Voss. *Et simul erub.* Gul. M, Vahlen. *sic* Gifan. Colum. *ceci lacte et purpuram* P. — 4 *tite* Codd. *Titthe* JM. — 7 *Candidum*, etc. Plenus comparet versus in v. *Parti*, p. 486. *lacte papilla* omnes, etiam CD. *e papilla* Carrio. *confluit* Codd., J marg. *cum fluit* AJM, ut p. 486. — 8 *Mansuete et mansues pro mans.* omnes. — 10 *ex feram* PCL. — 11 *coius meleagro* P. — 14 *non vidi* M. *convidisti* C. — 15 *e loco ubi* omnes. *eo loco* cj. Popma. *eloco* vel *illico* cj. Palm. Gul. *quodam* P. — 16 *ferunt* vulgo *mansuem* omnes. *fecerunt* Gul. M. *tractarent* vulgo. *retractarent* P. — 17 *Questu*

QUÆSTI vel QUÆSTUIS dictum pro quæstûs. Titinius Fullonibus :

Ni nos texamus, nihil
Est, fullones, vobis quæsti.

Plautus Aulularia [I, 2, 5] :

Nam hic apud nos nihil est [aliud] quæsti furibus.

Novius :

Per deam sanctam Lavernam, quæ cultrix quæsti siet.

Terentius Hecyra [V, 3, 38] :

Nunquam animum quæsti gratia ad malas inducam partes.

Pomponius Pistore :

Nam plus quæsti facerem quam quadrinas si haberem molas.

Turpilius Demiurgo :

Mulier meretrix, quæ me quæsti causa cognovit sui.

Idem Hetæra :

Simulare me a se amari quæsti gratia.

Cæcilius Venatore :

Satin' hoc ordivi? etsi nihil egi quæsti, quia sunt æmuli.

Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Non insinuarunt manum opificio, qui bysso vel lino quid faciunt aut palma; nam liberti, quæstuis gratia, diribebant suas res pueris. »

TUMULTI, pro tumultûs. Plautus Casina [III, 5, 22] :

Quid intus tumulti fuit?

Terentius in Andria [II, 2, 28] :

Nihil ornati, nil tumulti.

Pomponius Piscatoribus :

Quid hoc est tumulti?

vel questuis C. *vel quæstiuis* P. — 19 *vobis quæsti* Codd., M. *nobis* Edd. ante M, improb. Passer. *questi* (et sic ubique in sqq.) H. — 21 *quæsti furius* Codd., etiam C. *furibus* AJM. — 23 *sanctam* HP, Edd. *saacta* LW. *labernam* Codd. pleriq. *libernam* P, ed. 1476. *Lavernaa* AJM. *cult. quæstuisit* Codd. *quæstui sit* PC. *quæstuis sit* AJM. *quæ sit cultrix quæstuis* Bothe. *quæ [mei] c. quæstuist* Ribb. — 24 *ecyra* H. — 25 *adducam* Edd. Ter. *partis* Codd., M. *parteis* AJ. — 27 *plus quæstum* P. *quadrina* C. *molas* vulgo, etiam C. *malos* HW. *q. si haberem q. m.* cj. Guyet. — 29 *meletrix* W. — 30 *idem æthera* Codd. *Hetera* Bentin. JM. — 31 *simulari me* Codd., AM. *simulavit* J. *simulare* cj. Bothe 2. *simulat me a sese* cj. Carrio. — 32 *Cæc. Fæneratore* Speng. *Obolostate* vel *Fæn.* Ribb. — 33 *satine huc ordini* Codd., M. *satisne huic* AJ Steph. *satiae huic* Bothe. *ordine* (superscr. *i*) L. *ordine* A Steph. *egisti, quæsti? Quæsti* (alia persona)? *Quia* (alia p.) Ribb. *quia suæmuli* Codd., M. *sunimuli* C. *sunt æmuli* AJ Guyet. Both. Ribb. — 34 *non in suarum manu* HPCLA. *in suarum manunm* Bentin. J. *in siauarum manu* W Gerl. *insinuarum* M. *non iaserunt manus* Riese. *insinuarunt manus* jamdiu conjeceram, sed prætuli *manum*. — 35 *quibus almelino quid* (*quod* P) *faciunt* HPM. *alm e lino quid* Gerl. *alme lino* A. *almo lino* Bentin. J. *albo lino* cj. Faber, Schott. *quibus cannabi, lino quid* cj. Schneid. *qui bysso vel lino* Riese; in quod ipse jamdudum incideram. *manu, opificio quibunt ob. E lino* Barth. *nam libro ii quæstuis* Codd. pleriq., etiam C, et AJ Gerl. *nam liberi* cj. Popma. *nam liberti* cj. J, habet M. *libertæ* Barth. *quæstmus* P. — 36 *deribant* Codd. et J marg. *deribebant* M. *diribebant* Schott. *deridebant* Edd. ante M. *diribiunt* cj. J. *diribunt* Riese. — 37 *casin* P.

3 *nihil tum.* omnes, ut semper. — 4 *piscatoris* W. — 5 *quod hoc est* Codd. pleriq. *quid hoc* C, AJM. — 7 *nihil* omnes. *nil* Voss.

P. 484 M.

Attius Æneadis vel Decio :

Nil neque pericli neque tumulti est, quod sciam.

Idem Nyctegresia :

Cujus vos tumulti causa accierim, et, quid parem, animum advortite.

Victi, pro victûs. Plautus Captivis [V, 2, 75] :

Proin [tu tui] quotidiani victi ventrem ad me afferas.

Æsti, pro æstûs. Pacuvius Chryse :

Æsti forte ex arido.

Senati vel Senatuis, pro senatûs. Plautus Epidico [II, 2, 5] :

Senati qui columen cluent.

Sallustius Catilinæ bello [c. 30] : « Igitur senati decreto Q. Marcius Rex Fæsulas, [Q.] Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi. » Sisenna Historiarum lib. III : « Lucius Calpurnius Piso ex senaticonsulto duas novas tribus... » Idem : « Simul et senaticonsultis clarissimis amplificati. » Varro de Vita populi Romani : « Posteaquam Q. Fabio Maximo dictatore... »

Vas, pro vade. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 10] : « Vas factus sit alter ejus sistendi, ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. »

Sumpti, pro sumptûs. Plautus Trinummo [II, 1, 20] :

Quod ebibit, quod comest,
Quod facit sumpti.

Turpilius Philopatro :

Ecce autem tuo more, ut soles, videre mi
Ægre id pati, quia hos dies complusculos
Intercapedo sumpti faciundi fuit.

Lucilius lib. XXX :

Quid dare, quid sumpti facere ac præbere potisset.

— 8 *nectegresia* Codd. *Nyctegersia* J. *Nyctegresia* M. — 9 *acie rimer quid* H. *accierrimer* P. *acierimeo* W. *accierim et* L, Steph. Gerl. *accierim, eo* M. *acie timeo* Edd. ante M. *quid parum advorti* HJ. *quod parom (parum* A) *adv.* PA. *quid parum divorti* J marg. Gerl. *quod p. divorti* ed. 1476, M. *divorti* (pro *divortii*) Guyet. *et quid parum* cj. Roth. *eo quod parum advortis* cj. Lips. *quid parem* C Bamb. *et quid parem* (*par est* Steph.) *advortite* cj. Steph. Scriv. Voss. Bothe. *aniaum advortito* C Bamb. Steph. *quid parem, aa. advortite* Ribb. — 11 *pro victi cotid.* vulgo. *cottid.* D. *proin* Passer. ex Plaut., et scripsit Merc. in marg. Jun., non tamen edidit. *ad feras* CD. — 12 *chrysae* Codd. — 13 *æsti fonte* cj. Osann. — 14 *Senati vel senatus pro senatui* P. — 16 *Martius* AJM. — 17 *fesulas. m. tullius* P. *Fesulas, M'tullius* Gerl. *Metellus* Edd., ut Sall. *quicumque ea loca* PCL. *ea* male omitt. Edd. Sall. — 18 *Lucilius Calp.* PMp. *Licius Calpus* W. — 19 *et senatis consultis* Codd., etiam C, AJ. *senatuisconsultis* M. *senaticons.* Guyet. *clarimis* C. *carissimis* P. — 21 Post *dictatore*, lacunam innuit M. *ex senaticonsulto ver sacrum votum* addi vult Popma. *senaticonsultum factum est* cj. Schott. — 22 *pro vade* vulgo. *pro vades* Edd. ante M. *lib.* I Codd., AJ. *lib.* II ed. 1476. *lib.* III P, M. *factus est* omnes. Recte emendat van Bergen. — 25 *Sumpti* vulgo. *Sumti* (item sqq.) M. *Turpilius*, etc. Quod iterum p. 525. — 29 *tuum ore* HPA. *tuu more* C Gerl. *tuo more* Bentin. JM, ut p. 525. *uti* omnes. *ut* p. 525. *mihi* omnes. — 30 *hoc dies* Codd., etiam C, ed. A. *hos dies* Bentin. JM, ut p. 525. — 31 *faciendi* M. — 33 *quid dare equid s. f. hac*

Cæcilius Plocio :

> **Quid hoc futurum obsonio est, ubi tantum sumpti factum?**

Varro Bimarco :

> **Quum novissime mutiret quantum sumpti fecerit.**

Iteris positum pro itineris, et quidem recte : ab eo quod *iter*, iteris facit; *itiner*, itineris. Nævius Lycurgo :

> **Ignotæ iteris sumu', tute scis.**

Attius Œnomao :

> **Præsto etiam adsum : exprime**
> **Quid fers; nam te longo itere cerno vadere.**

Idem Telepho :

> **Studiumque iteris reprime.**

Varro Cycno, περὶ ταφῆς :

> **Tua templa ad alta fani properans citus itere.**

Exerciti vel Exercituis, pro exercitûs. Attius Armorum judicio :

> **In quo salutis spes supremas sibi habet summa exerciti.**

Idem Epinausimache :

> **Contra quantum [tu] obfueris, si victus sies,**
> **Considera, et quo revoces summam exerciti.**

Varro de Vita populi Romani lib. II : « Quibuscum turpe fecerant fœdus sine publico consilio, dediderunt hosti... quod Decius imperator pro exerciti salute se diis Manibus devovit. »

Aspecti, pro aspectûs. Attius Astyanacte :

> **Abducite intro; nam mihi miseritudine**
> **Commovit animum excelsa aspecti dignitas.**

Idem Alphesibœa :

> **O dirum bostificumque diem!**
> **O vim torvam aspecti atque horribilem!**

præb. P. *potis esset* ed. 1476. *potissit* cj. Dous. Merula. — 35 *obsonio et ubi* omnes. *est* cj. Botho 2, recep. Ribb.

1 *Vimarco* vulgo. *Bimorgo* A. *Bimarco* J. — 2 *novissume* Codd. *mutaret* Codd., J marg. M. *mitoret* (suprascr. *u*) L. *mitteret* AJ. *mutitaret* cj. Palm. Lips. *quanti sumpti* C. — 3 *initeris* P. *quod est iter* AJ. — 4 *facit* (tribus vocibus omissis) *lycurgo* P. — 5 *ignoti iteris* omnes. *ignotæ* sup. in v. *Ignotæ*, p. 124. *summis* (pro *sumus*) P. — 7 *presto* H. Post *adsum*, novam personam inducunt Both. Gerl. Ribb., aliter sentiente Voss. *exprome* vulgo. *exprime* ed. 1476, ed. 1500 ; quod ipse conjeceram. — 10 *studium quæ* PC. *repprime* Ribb. — 11 *cycno* Codd. κύκνῳ M. *cycno* omitt. AJ. — 12 *Tua templa*, etc. Hic galliambum animadverterunt Guyet, Beutl. ad Ter., et Herm. (E. D. M. p. 506), prob. Œhl. Riese. *citur* P. — 13 *pro exercituis* P. — 14 *spesque supremas* Codd., M. *spes suprem.* J marg. Scriv., et cj. Botho. *spesque summas* PCL, edit. pr., A. *spes summas* J. *sibi habet exerciti* J Voss. — 15 *Idem Epinaus.* Hæc et exemplum desunt in H. — 16 [*et*] *contra* cj. Scriv. Voss. Herm. *contra*[*que*] præfert Voss. [*at*] *contra* Ribb. *quantum tu obf.* cj. Düntzer; quod jamdiu scripseram. *obfuris* W, ed. 1476. — 18 *a quibus ictum turpe fœdus* cj. Popma. — 19 *dederunt* omnes. *hosti quod* PMp. *quodquod* CL. *quotquot* HW, Edd. ante M. *hosti quotquot**. *Decius* M. *hosti. Quid, quod* cj. Palmer. Passer., prob. Gerl. *Varro quod decius imper.* (reliquis omissis) D. *quod factum non minus profuit quam quod Decius* cj. Popma. — 20 *dis* vulgo. *diis* A. — 25 *odirum* H. *odirum* (suprascr. *o* post *i*) L. *odiorum* PW, Edd. *o dirum* cj. J. Voss., habent Gerl. Ribb. *odiosum* cj. Delr. Voss. Bothe 2. — 26 *o vim turbam* H. *tor-*

P. 485-486 M.

Scriptio, pro scriptura. Cicero de Oratore lib. II [c. 1] : « Illud autem est hujus institutæ scriptionis ac temporis. »

Salti, pro saltûs. Attius Menalippo :

Ilic Menalippum inter trajectus nemorum, in salti faucibus.

Lucti, pro luctûs. Attius Pelopidis :

Cesso hinc ire, et capere lucti vestem in leto conjugis?

Idem Nyctegresia :

Tun', quod superest sociûm, mittis leto? an lucti pœnitet?

Parti et Partuis, pro partûs. Pacuvius Atalanta :

Ubi ego me gravidam sentio aggravescere
Propinquitate parti.

Varro Andabatis :

Candidum lacte [e] papilla quum fluit, signum putant
Partuis, quod hic sequatur mulierem e partu liquor.

Frons, pro fronde; ut Virgilius Georgicorum lib. II [v. 372] :

Præterea, quum frons tenera imprudensque laborum.

Varro Parmenone : « Cæditur lucus : alta frons decidit Palladis, platanus ramis... »

Ibus, pro iis, minus latinum putat consuetudo, quum veterum auctoritate plurimum valeat. Titinius Gemina :

Eu ecastor, si moratæ sitis ambæ ibus ut pro ego moribus!

Plautus Milite [I, 1, 74] :

Latrones, ibus denumerem stipendium.

Pomponius Pappo agricola :

Nunc, quando noluisti, face voluptati sies ibus.

vam W. *ovium turbam* PL, J marg. M. *obvium turbam* vett. edd. *orribilem* C. Metrum impeditum; equidem ultro legerem : *O d. hostificum diem! O v. t. aspecti horribilem!* Nempe anap. dim., priore non integro. — 27 *Scriptio pro scriptura* H, Edd. ante M. *Scribtio pro scribtura* PM Gerl. — 29 *Salti... Lucti* Codd. et Gerl. *Lucti... Salti* Edd. — 30 *hi Menal.* AJ. *intra* HPL Gerl. *intera* W. *interea* Edd. *inter* CDMp, et cj. Voss. — 32 *ceso* P. *et tapere* Codd., etiam C. *rapere* Edd. et Bothe. *lavere* cj. Roth. *intecto* H. *in lecto* PW, vett. edd. *in leto* (superscr. *c*) L. *læto* C. *leto* cj. Gul. Passer., hab. M Bothe. — 33 *nicta egresia* P. *Nyptegressia* W. — 34 *tunc quod* vulgo. *tune* cj. M1. *tune, quod superest, socium mittis* M. *tun'* Voss. Both. Ribb. *tu nunc* J marg. et cj. Gifan. *sotium* C. *sociûm* Scriv. Voss. Bothe. *mittes* cj. Bothe. *læto* HC. *paenitet* Gerl. *poenitet* W, Edd.

2 *aggravascere* vulgo. *adgrav.* C. *aggravere.* AJ. — 3 *prop. partis* PCL. — 4 *Varro.* Jam in v. *Lacte*, p. 483 : ubi vide. — 5 *cum fuit* P. *confluit* J marg. *putane* W. — 6 *e pastu* C. *a partu* cj. Carrio. — 7 *Frons.* Jam sup. p. 114. — 8 *Præcipue dum* ed. 1476, ut Edd. Virg. — 9 *cæditur lutos* Codd. pleriq. *luctos* P. *lotos* M. *lucus* Bentin. pro v. l., J marg. Scal. *creditur lucos* AJ. *ceditur lucus* J marg. *alia frons* cj. Scal., qui plura fragmenta connectit : *alia trabes* sequitur. — 10 *platanus* vulgo, etiam J marg. *platanos* JM. — 11 *pro his* Codd., etiam C. *pro iis* Edd. — 13 *eurcastor* H. *eu æcastor* Gerl. *eu ecastor* M. *euoe Castor* ms. Palat., AJ. *si morate sitis ambe* C. *sic moratæ* cj. Palmer. Gul. *sitis ambæ* P. *ut pro ego* HPW, Edd. *ibus ut ego* ms. Fabri, ed. 1476, Gul. Neuk. *ut porro ego* cj. Guyet. *pro ut ego* Lachm. Herm. Ribb. *utpote ego* cj. Palmer. *ut probo* cj. Gebh. *ut præcipio* Bothe 2. *ego majoribus* HPW, Edd. *maoribus* (superscr. *i*) L. *mauribus* C. *moribus* ms. Fabri, Palm. Gul. M (in Emendandis) Bothe 2. Ribb. Equidem nec sensum nec metrum assequor. Senarium plures agnoscunt. Forte *eu ecastor* clausula est, et extra versum. — 16 *papo* A Gerl. — 17 *voluisti* vulgo. *noluisti* CL. *facere fuc* omnes. *voluntati* C.

Excelsitas. M. Tullius de Officiis lib. III [c. 5] : « Etenim [multo] magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo. »

Campans, pro Campanum. Plautus Trinummo [II, 4, 144] :

Credo istuc, Stasime, [ita esse;] sed Campans genus
Multo Syrorum jam antidit patientia.

Pernicii, pro perniciei. M. Tullius pro Sexto Roscio [c. 45] : « Quorum nihil, pernicii causa, divino consilio, sed vi ipsa ac magnitudine rerum factum putamus. » Sisenna Historiarum lib. VI : « Romanos inferendæ pernicii causa venisse. »

Herem, pro heredem. Nævius Gymnastico :

Atque meis bonis
Omnibus ego te herem faciam.

Gelu ars monoptoton esse vult; contra sentit auctoritas. Lucretius lib. V [v. 206] :

Assiduusque geli casus mortalibus aufert.

Idem lib. VI [v. 156] :

Denique sæpe geli multus fragor, atque ruina.

Vapor et vapos, et Timor et timos, et Labor et labos, ita sunt ut *Color* et *colos*. Lucretius lib. VI [v. 953] :

Pervolitant; permanat odos, frigusque, vaposque.

Nævius Lycurgo :

Jam ibi nos duplicat advenientes timos.

Attius Andromeda :

Qui neque terræ est datus, nec cineris causa unquam evasit vapos.

Varro Manio :

Sternit juvencum, quem labos mollem facit.

Pervico, pervicaci. Attius Armorum judicio :

Sed pervico Ajax animo atque inorabili.

sies Ibus Both. Gerl. Ribb. — 21 *istasime* Codd. pleriq. *ista sime* C. *Stasime* Edd. *ita esse* addit Gayot. *Campas* Edd. Plaut. — 22 *multo surorum* Codd. pleriq. *in multo* P. *suorum* W. *Syrorum* AJM. *ancidit* C. *antro it* A. *anteit* J. *antidit* J marg. — 23 *Pernici* omnes. *Pernicii* J marg., et Gell. 9, 14. — 24 *pernici causa* omnes. *pernicii* Gell. l. cit. *et ut ipsa* Codd., etiam C. *et vi ipsa* Edd. *sed vi* Edd. Cic. et Gell. — 25 *putem* Codd., J marg. *putemus* Edd. *putamus* Edd. Cic. et Gell. — 26 *in re cerne* omnes. *inferendæ* cj. M, ex Cic. et Gell. *pernici* omnes. *pernicii* Edd. Gell. — 27 *Heredem pro heredem* C. — 29 *te herem* H et Edd. *heredem* Codd. plerique.

1 *monopoton* H. *menoptotonies se vult* P. — 3 *assiduus geli* D. *assidus g.* C. — 5 *sæpe multus fr. otque ruino geli* Codd., etiam C, vett. edd. *sæpe geli multus fr. a. r.* D, JM, ut Lucr. — 7 *lib.* v vulgo. *lib.* vi M. — 8 *pervolitas* Codd. pleriq., etiam C. *pervolitans* D, Edd. ante M. *pervolitant* M, ut Lucr. *permanatados* P. *permanat ados* HC Gerl. *ad os* D. *permaneat ados* W. *odos* AJM, ut Lucr. — 10 *jam ubi* Edd. ante M. *ibi* J marg. *duplicat* vulgo. *duplicant* AJ. *advenientis* omnes. *advenientes* Bothe 2. *timos pavos* Codd., M. *vaposque* Edd. ante M, Gifan. *pavosque* cj. Gul. Carrio. *timos Paaos* cj. J. *timos (id est pavor)* additum glossema credo. *timos. Vapos : Attius* cj. Passer. — 12 *terra est* C. *nec cynaeris causa* PC. *cineris cura* ed. 1476. — 14 *juvencus* omnes. *sternitur juvencus* J. *quam* vulgo. *quem* J. — 16 *atque norabili* Codd. *adnorabili* PC. *inorabili* cj. Lips. Voss., habet M. *morabilioni* (scil. *morabili*) *Ioni* Edd. ante M. *immôrabili* cj. Herm.;

IONI. Plautus Aulularia [III, 6, 20] :

Quem quondam Ioni [Juno] custodem addidit.

ANTISTITAM. Attius Astyanacte :

Utinam unicam mi antistitam Arquitenens suam
Tutetur !

GEMITI. Plautus Aulularia [IV, 9, 11] :

Tantum gemiti, et malæ mœstitiæ mihi dies hic obtulit.

SPECIS, pro specubus. Attius Alcmæone :

Quod di interdum in terram penitus
Depressum altis clusere specis.

GALLUM, pro gallorum. Varro Eumenidibus : « Puditatem an pudorem gallûm cœpit mihi videri. »

GENERIBUS, pro generis. Attius Alcmæone :

Qui ducat, quum te viderit
Socerum, generibus tantam esse impietatem.

ARGUS, pro Argivus. Plautus Amphitryone [Prol. 98] :

Amphitryo natus Argis ex Argo patre.

Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 661] :

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus.

AUGURA, pro auguria. Attius Telepho :

Pro certo arbitrabor sortes, oracla, adytus, augura.

HUMU, pro humo. Varro Pranso parato :

Contra coactus cervus latratu canum
Fertur bisulcis ungulis nitens humu.

Varro Ταφῇ Μενίππου : « In pavimento non audes facere lacunam; at in humu calceos facis elixos. »

de quo ipse cogitaram. *mexorabili* cj. aliquis in marg. Jun. et Guyet. *evocabili* Ribb. — 17 *Ioni*, cum præcedente voce confusum, deest in Edd. ante M; unde in his : *Hic quidam pervicus cust.*, prava conjectura. *quem quond. Ioni cust.* J marg. Passer. — 20 *mihi* omnes. *mi* Both. Ribb. *me* forte leg. — 23 *mali* omnes; omitt. A. *malæ* Plaut. *maestitiae* Codd., M. *mihi hic dies* vulgo. *m. dies hic* C. *hic dies mihi* Edd. Plaut. *optulit* Codd. — 24 *Spectis* C. *alchmeone* H. *alchimœno* P. — 25 *quod di* Codd. *dii* JM. *quid dii* A. *qui dii* Steph. *quem* (scil. Amphiaraum) cj. Passer. *interdum inferam* omnes. *interdiu inferûm* (*inferi* Passer.) cj. Gul. Passer. Bothe. *quo di infernum penitus* Ribb. *quod di ted infernis*, vel, *di infernis interp.* cj. Voss. *depressum* HDLAJ, Steph. Gul. Passer. *depresum* C. *depusum* Mp. *depgressum* P. *interpressum* W, J marg. M. *clusere* DMp. *clnusere* vulgo. — 27 *pruditatem* Codd., etiam C, ed. 1476. *puditatem* AJM. *ruditatem* Œhl. Vahl. Rœper. *procacitatem* cj. Preller. *probitatem* Riosc. *propudium* cj. Ribb. *an pudorem* omnes. *aprudorem* P. *gallûm* J. — 29 *alchmeone* H. *alomeone* W. — 30 *qui ducnt* vulgo. *duat* (superscr. *ca*, sed recentiore manu) P. *te socerum viderit* cj. Voss. — 33 *amphitreo* H. *amfit.* PLW. *nutum* PCL. *Argis* Codd., ut Plaut. *Argus* Edd. *pater* P. — 34 *Dardanus pro Dardanius.* (*Virg.*) insori vult Passer. — 35 *nuriat* C.

2 *sortis oracla* vulgo. *oracula* J. Quæ nomina minimo aut parum interpungunt Edd.; recte autem Voss. — 3 *Varro*, etc. Jam in v. *Niti*, p. 353. — 4 *servus* vulgo, etiam C. *cervus* Turn. M Riese. — 5 *ung. neces humum vident* Codd., et C. *ne se humu videunt* AJ. *nitens humu* Bentin. J marg. M, ut p. 353. — 6 *tafe menippu* P. *Mnippu* Gerl. *non ædes* Codd., A. *audes* Bentin. JM, ut p. 48. *laccunam* H. *lacaunam* P. — 7 *humo* Codd.

Fluctı, pro fluctus. Attius Telepho :

Flucti cruoris volverunt mihi.

Idem Clytæmnestra :

Flucti immisericordes jacere, et tætra ad saxa allidere.

Pacuvius Chryse :

Interea loci
Flucti flaccescunt, silescunt venti, mollitur mare.

Piscati, pro piscatûs. Pomponius Piscatoribus :

Quid habes in sirpiculis, calve? — Omne piscati genus.

Turpilius in Demetrio :

Antehac, si flabat aquilo aut auster, inopia
Tum erat piscati.

Poematis [pro poematibus]. M. Tullius [de Officiis] lib. III [c. 3] : « Quod idem in poematis [et] in picturis usuvenit. »

Cultio, pro cultura. M. Tullius de Senectute [c. 16] : « Num igitur horum senectus miserabilis qui se agri cultione oblectabant? »

Vulgariam, pro vulgarem. Novius Zona :

Atque facilitatem, video, uteris vulgariam.

Turpilius Thrasyleone :

Non est mediocris res, neque vulgaria hæc fallacia.

Afranius Privigno :

Dehinc temeritatem repudio vulgariam.

Pannibus, pro pannis. Pomponius Maccis geminis :

[Quin] bono animo es! Video, erepsisti primiter de pannibus.

Indecoris, pro indecora. Attius Athamante :

Cujus sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit.

ad in humo C. *humu* JM. *elixos* H, Edd., ut p. 48. *clixos* P Gerl. — 9 *fluctu cr.* P. *volverunt* HWM. *volverent* AJ Scriv. *volverentur* PCL, ed. pr. *salvo luerentur mihi* Ribb. — 10 *clytæmystra* P. — 11 Forte [*eos*] *jacere*, de naufragis dictum. *et æthrn* HL. *etaethra* P. *et ætra* AJ. *et tætra* M. *adlidere* C. — 12 *crisæ* P. — 13 *inter ea loca* vulgo. *iter ea* W. *interea loci* Gifan. Gul. Scriver. Passer. Ribb. *flacciscunt* omnes. (Quidni et *siliscunt*, si ista placent?) — 16 *quod habes* P, ed. 1476. *syrpiculis* Codd., etiam D. *scirpiculis* J. *sirpiculis* C, M. — 18 *si flabat* Codd., M, et cj. Scal. *sufflabat* Edd. ante M. — 19 *tum erat* HAJM. *tum orat* (superscr. *e*) L. *tumeor atpisc.* P. *tum eornnt* W. Post *ernt piscatu*, inserueram lemma *Arci* [*pro arcus*], quod alieno loco legitur p. 77. Sed talibus mederi longum est, nec satis tutum. — 20 *de Off.* supplet M. *item in poematibus et pict.* male Edd Cic. — 21 *usum venit* H Gerl. *usu venit* (superscr. nota litteræ *m*) P. *usu venit* AJ. *usuvenit* M. — 23 *igitur eorum* Edd. Cic. *mirabilis* P. *agricultione* M. — 25 *Nævius* Edd. ante M. *novius zeno* HPL, etiam W man. sec. *Zenone* ed. 1476. *Zona* AJM, ut p. 481. — 26 *aquæ facilitat.* HC. *nque* L. *aquile* W. *aquile* J marg. *atque* P, AJM, ut p. 481. *facilitate* P. *utier* A. *uti* J. *uteris* J marg., et vulgo, ut p. 481. — 27 *transileonem* P. — 28 *vulg. fallacia hæc* omnes. *hæc fall.* Bothe. *neque* [*est*] *vulg. Fallacia hæc* Ribbeck. — 30 *dehinc temeratum* cj. Rauchin. — 31 *Pompon.* omitt. P. *machis* HP. *macchis* A. — 32 Quod repetitum p. 154 et 506. *quin* addidi ex p. 154. *eripisti* Codd., etiam C. *eripuisti* Edd. ante M. *erepisti* Voss. Ribb. *eripis* M, ut p. 154 : ubi vide. *primitus* Edd. ante M.

1 *turpe* vulgo. *turpem* J, Schott. Bothe Ribb. *aut* vulgo. *haut* ms. Complut. *haud* ms. Fabri, vett. edd., Voss. Schott. Both.

P. 489 M.

Virgilius lib. XII [v. 25] :

Nec genus indecores.

Fetis, pro fetibus. Attius Bacchis :

Ubi sanctu' Cithæron
Frondet viridantibu' fetis.

Sublima, pro sublimis. Attius Phinidis :

Aut sæpe ex humili sede sublima evolat.

Sallustius Historiarum lib. III : « Nam tertia tuuc erat, et sublima nebula cœlum obscurabat. »

Ab eo quod est lâbor, Labosum facit. Lucilius Satyrarum lib. III :

Præterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

Nefantia, pro nefanda. Lucilius Satyrarum lib. III :

Tantalu' qui pœnas ob facta nefantia pendit.

Idem lib. XXVIIII :

Dissociat, atque omnia ... ac nefantia.

[Suppetias.] Varro Sciamachia, περὶ τύφου : « Ego enim quid eam suppetias, quicum mihi nec res nec ratio est? »

Gracila, pro gracilis. Lucilius Satyrarum lib. VIII :

Quod gracila est, pernix, quod pectore puro,
Quod puero similis.

Bacchanaliorum, pro bacchanalium, ut *vectigaliorum,* et *compitaliorum,* et *novaliorum,* et *vulcanaliorum*. Sallustius : « Exaudirique sonus bacchanaliorum. » Idem Historiarum lib. IIII : « Curio Vulcaniorum die ibidem moratus. »

Ribb. *aut* vel *haud* omitt. J, improb. Schott. — 3 *genus indecoris* omnes. *indecores* Guyet, ut Virg. — 5 *citheron* vel *Citheron* omnes. — 6 Parœmiacum videram, ut Herm. Ribb.— 7 *Finidis* vulgo. *Phœnissis* AJ. — 8 *sublime volat* P. *sublima evolat* vulgo. *sublimæ volant* Scriv. Scal. — 9 *tertia* vulgo, et J marg. *tetra* ed. 1476. *terra* ed. 1500. *terna* AJ. *nunc* vett. edd. — 11 *quod est labos* vulgo. *labus* P. *labes* non iam cj. Turn. quam affirmat priorem produci : unde *laborem* refellit. *facit, non laboriosum* omnes : stultum glossema delevi. — 12 *est hoc* Codd., et bis in P, quum idem vs. in *Nefantia* repetatur. *hoc est* AJM. *omne interest* C. *labosum atque lutosum* Codd., ed. 1476. *atq. lutosum* omitt. AJM. *Pr. hoc iter omne labosum est* Merul. Dous. — 13 *lib.* III : *Tantalus* Codd. IIII WM. *Idem : Tantalus labosas pœnas. Nefantia pro nefanda. Lucil. Sat. lib.* VI (*lib.* III AJ) : *Tantalus qui pœnas* Edd. ante M. *labosus Tantalus qui* cj. Passer.— 14 *qui pœnas ob f. nefantia pœnas pendit* HP. *Pendit* Gerl. *nefantia pendit* AJM. *nef. luit* vet. ms. (Fabri, credo), ed. 1476. *luit* Turn. Dous. Passer.; hoc displicet. — 16 *diss. atque omnia* vulgo. *dissociatque* scriptum in marg. Jun. *dissociataque* cj. Guyet. *æque* cj. Fruter., prob. M1. *æqua omn.* cj. Scal. *omnia ac nef.* Codd., J. *an nef.* WM. *omnia nef.* ed. 1476. *omnia bona ac nef.* cj. M1. *funda nc malim.* — 17 Huc novum lemma *Suppetias* inducendum conjeceral Merc. 1. *sciamacchia* Codd. σκιαμαχίᾳ JM. σκιομαχίᾳ A. *ego, inquit, enim* vulgo. *inquid* PL man. pr. *ego enim quid eam* C Bern. *etiam suspecias* P. — 18 *qui tunc* vulgo. *quæ tunc* AJ. *quocum mihi* cj. Ranchin. *quicum* Büchel.; quod ipse videram. *atqui nunc* cj. Roth. *nec ratio est. Dissociat atq. omn. ac nefantia* (scil. iteratus Lucilii versus) omnes; quem delendum conjecerat M1, sed postea cum aliis servavit. *dissociataque omnia* Riese. — 19 Cf. *Gracilam*, p. 116. *Gracila est pro gracilis est* Codd. pleriq., M. *est* alterum omittunt PAJ. *Gracila pro gracilis* ed. 1476. — 20 *Quod gracila est, pernix,* [...] *quod pectore, puro Quod* cj. Scal. *Quod gracila est* (primo pede deficiente), *pernix, quod pectore puro, Quod* Corpet. *pede quod pernix* cj. Dousa. *quod puero* (*puro* P) HPAJ Gerl. *puro quod* omitt. WM. — 22 *et compital.* Codd. *et* omitt.

Tumulti [pro tumultûs]. Ennius Hectoris Lytris :

Quid hoc hic clamoris, quid tumulti est? nomen qui usurpat meum?

Turpilius Pædio :

Progredior foras
Visere quid hinc tumulti ante fores.

Sallustius in Catilinæ bello [c. 59] : « Ille cohortes veteranas, quas tumulti causa conscripserat, in frontem; post eas ceterum exercitum in subsidio locat. » Afranius Vopisco :

Hem quid hoc? perii! pertimui! Quid tumulti exaudii?

Progenii [pro progeniei]. Pacuvius Paulo :

Pater supreme nostræ progenii patris.

Strepiti, pro strepitûs. Ennius Hectoris lytris :

Quid in castris strepiti est?

Admirabilitas, pro admiratio. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 11] : « Ergo et hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. »

Itiner, pro iter. Ennius Telepho :

Deumque de consilio hoc itiner credo conatum modo.

Pacuvius Atalanta :

Dolet pigetque magis magisque me
Conatum hoc nequicquam itiner.

Idem Duloreste :

Delphos venum pecus egi, inde ab stabulo hac itiner contuli.

Ferocitate, pro ferocia. Pacuvius Teucro :

Inscitia atque ferocitate.

Delirita, deliratio. Laberius :

M. — 24 *curia* P. — 26 *pro tumultus* Edd. ante M. *haectoris* H Gerl. *lystris* HW. *lytris* (superscr. *s*) L. *litris* P. *Lytris* Edd. — 27 *qui hoc hic cl.* J, improb. Passer. *quid* [*hoc hic*] *tumulti* Herm. Ribb. Ille enim duo bacchios finxit, quia hoc fragmentum jungi cum lemmate *Strepiti* volebat Hessol. — 28 *paedio* H. — 30 *heic* scriptum in marg. Junii. *quid in tum.* C. *an fores* W. — 31 *cohortis* vulgo. *cohorteis* AJ. — 32 *in fronte* Edd. Sall., improb. Ciacconi.

1 *in subsidiis* ed. 1476, ut Edd. Sall. — 3 *Progeniis* C. *pro progeniei* Edd. ante M. — 4 *progeai pat.* Codd., etiam C. *progenii* Edd., ut Gell. 9, 14. *prog. parens* cj. Ranchin. — 5 *haectoris* H. *lystris* HP Gerl. *listris* ed. 1476. *Lytris* AJM. — 7 *Mirabilitas* omnes. — 8 *dispicientia* Codd., etiam C. *despicientia* JM, ut Noster, p. 203. *admirabilitatem* omnes, ut et Noster, p. 203. — 9 Quod lemma jam est p. 482. *Iter pro iter* P. *Iter pro itiner* W. — 10 *de* J marg.; omitt. W, ed. 1476. *crede* P. — 13 *nequiquam* Codd., M. *nequicquam* AJ. — 14 *duloreste* H. *doloreste* Codd. pleriq. — 15 *Delphos versum* cj. Ranchin. *pecus* (*pecu* W) *secunde* HPW. *pecus secundae* LAJ. *ecunde* M. *pecus egi, unde* J marg. Delr. Scriv. *pecus egi inde* cj. Voss., prob. Both. Ribb. *ab stabula* Codd. *abstabula* AJM. *ad stabula* cj. J, prob. Voss. Ribb. *ac itiner* omnes. *hæc it.* Ribb. — 16 Quod lemma iterum in Codd. p. 492; non repetunt Edd. ante M. Sed duo lemmata sunt. *Ferocia pro ferocitate* omnes. *pro* omitt. M. *pacuius* P. — 17 *nisi citia* PCAJM. *nisicitia* H Gerl. *nisi scithia* ms. Fabri. *inscitia* cj. J et Scal. *insita* cj. Bentin. Fruter. *insititia* cj. Roth. *fericitate* HC. *fercitate* L. *ferocitate* Edd. *in scythica ferocit.* forte leg. *atque ferocia* addunt omnes. *nisi coerceo Protervitatem atque hostio ferociam* cj. Passer. ex p. 121, v. *Hostire*; cui assentiunt M Ribb. Non autem liquet. *atque ferocia. Tull. de Rep.* Edd. ante M (quæ leguntur p. 492); vocem vero *Ferocia*, illic datam a libris, omittunt. — 18 *Deleritas, deleratio* (item in sqq.) Codd. *deliritas* W, Edd. *subpolitoris* C. *suppolitoris* Codd. pleriq., M. *soppolitoris* P. *suppolitores* J marg. *suppi-*

P. 490-491 M.

Quænam mens, quæ deliritas vos, suppolitores, facit
Cum cano eugio velitari?

Olerorum, pro olerum. Lucilius Satyrarum lib. XV :

Tintinnabulum abest hinc, surpiculique olerorum.

Mixtura et Moderatura. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Sed quod ea et propter talem mixturam immoderatam exacescunt, ita quoque temperantur a moderatura in Romuli civitate triplices civitates. »

Guberna, pro gubernacula. Lucilius Satyrarum lib. XX :

Proras despoliate, et detondete guberna.

Singularia, pro singulari. Turpilius Demetrio :

Homo unica est natura ac singularia.

Lubidinitas, pro lubidine. Laberius in Scylace :

Lubidinitate labitur.

Fructi vel Fructuis, pro fructûs. Turpilius Canephoro :

Sati' fructi reddunt.

Idem Hetæra :

Hæc si impetro abs te ut faciat, satis ex te fructi cepero.

Varro de Re rustica lib. I [c. 2] : « Ejus enim salivam esse fructuis venenum. »

Mensionem, pro mensuram. Cicero in Oratore [c. 53] : « Aures enim, vel animus, aurium nuntio, naturalem quamdam in se continet vocum omnium mensionem. »

Volutabundus, pro volutans. M. Tullius de Republica lib. II : « Cupido autem, et expetenti, et libidinoso, et volutabundo in voluptatibus. »

Porti, pro portûs. Turpilius Demiurgo :

Neque nautæ, quum essent circumventi ventis, incerto itinere,
Porti indigentes.

latores AJ. *subolitores* Both. Ribb. — 20 *puellituri* Codd., J marg. M, prob. Barth. *puellitarier* cj. Scal. *vellitari* ed. pr. *velituri* Edd. ante M. — 21 *Holerorum pro holerum* vulgo. *pro olerum* C. — 22 *surpiculinque* P. — 23 *Mistura* C. *Mixtura pro moder.* Edd. ante M. — 24 *mixtura immoderata* HPM. *inmaderata* C, Gerl. *mixturam immoderata* ed. 1476. *misturam inmoderatam* AJ. *mixturam moderata* cj. Roth. *exaquiscunt* Codd. pleriq. *ex aquis cunctit aquæ quod* C, ed. 1476. *ex aquis scuat* J marg. *ex a. eunt* M. *ex nquis eunctis quod* AJ. *ex aquis crescunt* cj. J. — 25 *itaque quod temperatura moderatur in Ramuli* omnes. *ita quoque temperatur moderntura* cj. Rath; quod ipse videram. *Romuli vita* omnes. *triplicis civitatis* Gerl. M. *triplicis civitates* PCL. *tripliceis eivitates* AJ. — 28 *despoliata* P. *detundite* vulgo. *detunditate* C. *detondete* cj. Gul. Passer., et sic Mar. Victor. p. 2499.

1 *Singularia*, etc. Totum hoc lemma deest in P. — 3 *Libid. pro lib.* C, ed. 1476. *pro tubidinem* P. *in sitiace* ed. 1476. *Colace* cj. J. — 5 *caaeforo* Codd. — 7 *hethera* H Gerl. — 8 *hæc simpetro* P. *abs te* vulgo. *a te* M. *ut faciat* HPCLAJ. *faciet* W, ed. 1476, M. *facias* cj. Roth, recep. Ribb. *eæpero* H. *fructi cepero ex te* omnes. *ex te cepero* Both. Ribb. — 10 *veneno* Codd., etiam C. *venenum* JM, ut Varr. — 11 *pro mensura* vulgo. *mensuram* P. — 13 *vocem omnium* PCL, ed. pr. — 15 *expetendi* PW. *voluatalibus* Codd., A. *luvidinoso* C. — 17 *Porti pro postus* C. —

Domuis, pro domûs. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Perrexit in interiores partes domuis. »

Soniti et Sonu, pro sonitûs et sono. Pacuvius Duloreste :

Quidnam autem hoc soniti est, quod stridunt fores?

Cæcilius Chalciis :

Numquidnam fores fecere soniti?

Sisenna Historiarum lib. III : « Postquam sonu signorum prœlium magno cum clamore virorum commissum est. »

Glutino, pro glutine. Lucilius lib. XXVI :

Præter ilo; tepido glutinator glutino.

Cautio, pro cautela. Cicero de Oratore lib. II [c. 74] : « Neque illa mihi cautio et timiditas in causis, propter præstantem prudentiam Crassi, negligenda est. » Terentius in Andria [II, 3, 26] :

Puerum autem ne resciscat mi esse ex illa, cautio est.

Ferocia, pro ferocitate. M. Tullius de Republica lib. VI : « Qui compressit ejus vim et effrenatam illam ferociam. »

Gelo, pro gelu. Varro Sesquiulixe : « Pieridum comites, quæ tenent acuto gelo putria montium saxa. »

Cæstis, pro cæstibus. Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας : « Dicat pugilis : Spectatores, qui miserum putatis vinci, quæro a vobis, si adversarius supercilia mihi cæstis descobinarit, numquis vestrum sua mihi est daturus? »

18 *nautæ essent circum ventis* P. — 19 *indigentis* P. — 20 *interioris* WM. *interiores* PLAJ, ut sup. p. 217. — 22 *Soni et sonus pro* H Gerl. AJ. *Soniti et sonu* P. *Soniti* cj. Passer. *pro sonitus et sonu* HPC Gerl. *Soniti et sonu pro sonitus et sono* M, et ms. Complut. ap. Scholt. *pro s. et sonu* J. *Soniti pro sonitus et sonu pro sono* ed. 1476. *Pacuv. doloreste* P. — 23 *stridunt foliecilius* P. *stridunt fori. Cæcil.* Codd. pleriq. *fores* JM. — 24 *calcis* Codd., ed. 1476. *Calcis* M Gerl. *Chalciis* cj. J, Speng. χαλκείοις cj. J. — 25 *nam quidnam* vulgo. *nom quid jam* vel *nunc* cj. Speng. *nam quid fores* cj. Bothe. *numquidnam* cj. Grauert. *facere* ed. 1476. *fortes facere* W. — 26 *postq. in sonu* Edd. ante M. — 28 *Gultino pro* P. — 29 *præterito* omnes. (Sed imperativum futuri temporis eredo, ut est ap. Ter. And. IV, 2, 35.) [*et*] *tepido* [...] *copul.* conjicio, ut compleatur septenar. *glutinator* etiam imperativum puto, et spurco sensu omnia. *glutinator glutinor* Codd. *glutino* Edd. — 30 *caucio* (bis) D. — 31 *illa mihi* omnes, ut sup. p. 228. *illa men* Edd. Cic. *tim incautis* P. — 32 *Terentius*, etc. Quod exemplum hic exhibent Edd. ante M, sed p. 493 Codd. et M, repetito iisdem verbis lemmate.

1 *mihi* vulgo. *est* omitt. Codd. et A; habent JM, ut Edd. Ter. — 2 *lib.* V : *qui* AJ, Mai. Porro hoc exemplum lemmati *Ferocia* adstruunt Edd. ante M, quod sup. p. 490. — 3 *comperit* HPL man. sec. W, AJM. *contuperit* L. *compescit* cj. Sigon. *compressit* cj. Moser; in quod ipse incideram. *contuderit* cj. Roth. *et hæc frenatam* P. *et ecfrenatam* Codd. pleriq., M. *et eff.* AJ. — 4 *pueridum* Codd. pleriq. *pueri dum* vett. edd. *peridum* C. *Pieridum* cj. Scal., prob. Gehh.; recep. M. *comes* vulgo, etiam Scal., prob. M. Œhl. Riese. *comesque* C, vett. edd. *comitesque* J. *que tenent* vulgo. *tenet* A, Riese. *quæ tenes* cj. Scal., habet M. — 5 *cata gelo* vulgo. *categelo* (superscr. *a*) P. *caunta* cj. Scal., prob. M, Œhler. *cava* Riese. *strata* J marg., non improb. Passer. *gelo putri* omnes. *patria* cj. Passer. *montium laxa* Codd. et Edd., prob. M Œhl. Riese. *saxa* cj. Bentin. Scal. Passer. Gehh., improb. M. — 6 *Cestis pro cest.* vulgo. *Cæstis p. cæst.* C. *devictis* H Gerl. *de victis* P. *de vitis* C. *væ victis* AJM. — 7 *pugillis* H. *pugilis* PAM. *pugil is* Gerl. *pugil, is sp.* J marg. *spectatores* PJ marg. Popma. *pugilis spectatoris* (sine distinctione) vulgo. *pugilis pectorum qui* C. — 8 *supercilido* L. *super ciltam incertis* P. *mi* vulgo. *discopi-*

Fructuis, pro fructûs. Varro Meleagris : « Quæro utrum fructuis an delectationis causa : fructuis, ut vendatis. » Idem Ταφῇ Μενίππου : « Aliquot Romæ sunt qui cellas vinarias fructuis causa fecerunt. »

Quæsti, pro quæstûs. Varro Prometheo libro [.] : « Æmulum illius artis atque obstriugillatorem; quapropter aliquot annos quæsti nihil fecerit. »

Senectam, pro senectute. Virgilius lib. VI [v. 114] :

Vires ultra sortemque senectæ.

Lucilius lib. XXVIII :

Prospiciendum ergo senectæ nunc in adolescentia est.

Inermis, pro inermibus. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 107] : « Neque quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere. » Sisenna Historiarum lib. III : « Plerique inermi in castra perfugiunt. »

Galliæ, pro Gallicæ. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Quum interim, lumine etiamtum incerto, duæ Galliæ mulieres, conventum vitantes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. »

Effigia, pro effigies. Afranius Vopisco :

Cujus te suscitat
Imago, cujus effigia, quo natus patre.

Intemperia, pro intemperantia, apud veterem auctoritatis obscuræ : « Has ejus intemperias in maritum. »

Poematorum, pro poematum. Afranius Privigno :

Poematorum non bonorum.

Plautus Asinaria [I, 3, 22] :

Nam nec fictum usquam est, neque pictum, neque scriptum in poematis.

nnril Codd. *discobinarit* AJM. (*Descobinare* sup. p. 99.) *suam mihi* vulgo. *sua* ed. 1476, J marg. M. — 10 *Fructuis pro fructibus* HPWA. *pro fructis* (superscr. *bu*) L. *Fructuis pro fructus* JM Gerl. — 11 *fructuus a delectationis causa* C. *an delectionis causa fructnis et vend.* P. *causa, fructus ut* AJ. *causa* fructuis ut* M. *causa structuis* HC. *causas tructuis* Gerl. *causa? si fructuis* cj. Roth. Optimo vidit Faber hoc fragmentum cum alio conaectendum quod est in v. *Descobinatis*, p. 99, prob. M. Equidem locum sic refingerem : *Quæro, utrum f. a. d. c. venamini? Fructuis, ut vendatis? Sin autem delectationis causa* (deleto *venamini*), *quanto satius est*, etc. *Idem Varro* plerique. *Varro* omitt. AJ. *tafe minippu* PC, Gerl. *aliquod* PCW. *rome* P. — 13 *Prometheo libro* PM. (Libri numerus deest.) *lib.* omitt. vett. edd. J. — 14 *obtrigilatorem* vulgo. *obtrigillatorem* ed. 1476. Sed *Obstringillo*, p. 147. *quæ propter* Codd., vett. edd. *quæ per* Popma. *quapropter al.* cj. Roth. *qui per* JM. *aliquod* P. *aliquos* vett. edd. *quæstis* P. — 19 *in senecta nunc* omnes. *in senectam* cj. Casaub. Dousa. *nunc adolescentia est* Codd. *nunc adolescentiæ est* Dous. M. *nunc in adol.* cj. Casaub. *senectæ nunc in adol.* scriptum in Puteani exemplari; ut ipse jamdiu correxeram. — 20 *Inhermis* C. — 21 *nec quemquam* Edd. Sall. — 22 *plerique* HL, Edd. ante M. *plerisque* PWM Gerl. *inhermis* HL. *inermi* Bentin. J. — 24 *Gallæ* (bis) Bentin. pro v. l., et sic Bad. *lib.* III C. — 25 *luminet etiam* P. *mulieris... vitantis* Codd., M. *mulieres... vitantes* Edd. ante M. — 26 *mentrua... ascendit* P. *mestrua* C.

3 *effigia cognatus* vulgo. *effigia, cognat.* Gul. *quognatus* C. *quo gnatus* Bamb., ed. pr., et cj. M, prob. Both. Neuk. Ribb. — 4 *Intemperia pro intemperies* legendum credo. *veterem a. obscuræ.* Nempe Gellium 1, 17, iaauit. Quod moaet Merc. — 5 *has* omitt. P. *heius* P. *intemperantias* CLW (et H, credo). *intemperias* P, ed. 1476, AJM. *intemperies*

Acritas. Attius Neoptolemo :

Veritatis vis atque acritas!

Largitas, pro largitudo. Terentius in Adelphis [V, 9, 28] :

Quod proluvium? quæ isthæc subita est largitas?

Dextrabus, pro dextris. Livius in Odyssea :

Deque manibus dextrabus.

Curatura et Curatio, pro cura. Terentius in Eunucho [II, 3, 25] :

Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas.

Cicero Tusculanarum lib. III [c. 10] : « Nam ut medici, causa morborum [inventa], curationem esse inventam putant. »

Imberbi, pro imberbes. Lucilius lib. XXX :

Imberbi androgyni, barbati mœchocinædi.

Varro Epistola ad Fabium : « Quod facie satyrorum similes sunt, quod maximi fiunt, iidemque imberbi. »

Sexcentum, pro sexcentorum. Lucilius lib. XXX :

Maximu' si argenti sexcentum ac mille reliquit.

Idem lib. XXX :

Quid vero est, centum ac ducentum possideas si millium?

Pauperies, pro paupertate. Ennius Hecuba :

Senex sum : utinam mortem oppetam, priusquam evenat
Quod in pauperie mea senex graviter gemam!

Ædis nominativo singulari. Varro de Vita populi Romani, lib. I :

Edd. Gell. — 9 *nam nec* vulgo, ut p. 309. *n. neque* AJ, ut Edd. Plaut. *fictum unquam* omnes. *fict. usquam* p. 309. *usquam fictum* Edd. Plaut. *neque pictuntum neque* P. Post *poematis*, Codd. et M exhibent : *Cautia pro cautela. Ter.* Quod eidem lemmati adjunxi p. 491, cum Edd. ante M. — 10 *neoptolemeo* PW. Vocabulo *acritas* Attium in Neoptolemo usum testatur Gell. 13, 3. — 11 *vis veritatis* omnes. *verit. vis* cj. Voss. Bothe. — 13 *praluvium* omnes ; et sup. p. 373. *ista hæc* HP. vett. edd. *istahæc* Gerl. *isthæc* JM. — 14 *pro dexteris* omnes. *Laberius* Codd., vett. edd. *Livius* cj. Bentin., habent JM. *Laberius madissi adeque* P. *in odyssia* Codd. pleriq. *odissa* C. *Odyssea* AM. *in* omitt. J. — 15 *denique manibus* W, J marg. M. *deque* HPLAJ. — 19 *causa verborum* P. *causa* (*verb.*) iterat C, omitt. ed. 1476. *morborum* HAJM. *morbi* Gerl. *morbi inventa* Cicero, ut notat Gerl. — 20 *Inuerbi pro inuerbis* Codd. *In verbi pro verbis* A. *Imberbi* J, cj. Cujac., habet M. *pro imberbis* JM. *pro imberbes* Delben. Cujac. *lib.* XXX : *Maximus si argento inuerbi* P. *in verbi* A. *argento. Inverbi* Gerl. *argento in verbo* J. *max. si arg.* deleri volunt Delben. Cujac. Schott. M, ut ex sequente Lucilii loco illata ; versum autem totum huc inserunt Scal. Dousa. *si argento**. *Imberbi* M. *argento maximus, etsi Imberbi* cj. J. *imberbi* cj. et Turn. Scal. Cujac. *Imb. androgyni, b. m.* Delben. *androgyno... mœchocinædo* cj. Scal. Dousa, improb. M. — 22 *quod facis* vulgo. *facie* cj. J, Lips. Cujac., habet M. *saturnorum* vulgo. *saturorum* cj. Lips. Cujac. *satyrorum* M. — 23 *maxima fiunt* PCL man. sec. AJ. *maximi sunt* L man. pr. W J marg. M. *idemque* omnes. *idque* J marg. Lips. *inuerbis* P. *in uerbis* C. *inverbi* Gerl. *imberbi* J marg. Scal. Lips. Cujac. M. — 24 *Sescentum pro sesc.* (item in seqq.) Codd., etiam C, M. *Sexcentum pro sexc.* Edd. ante M. — 25 *si argentis* Codd. *si argenti* Edd. *si* omitt. LA. *sexcentum* J. *sexcentum* accus. neut. esse credo cum Schmidtio. *reliquid* PCL. — 26 *lib.* XXX : *quid* omnes, vitiose, ut arbitror.

1 *possideas milium* HPC. *similium* ed. 1476. *si millium* M. *si Millium* J. *si Milium* Gerl. Sed versus est septenar., et liber forte XXVI. — 2 *pro paupertatem* P. — 3 *morinr mortem opp.* Codd., etiam CDMp. *moriar. mortem opp.* A. *morinr* omitt. JM, et Noster p. 507 ; delent etiam Nic. Loens. et Victor. *obpetam* Mp. *veniat* P. *eveniat* Codd., vett. edd. *evenat* Bentin. JM. Düntz., ut p. 507. — 4 *pauperiem senex* C. — 6 *qua nunc* vulgo, etiam Mp. *quod* P. *quæ nunc* AJ, Scal. Rut-

« Hæc ædis, quo nunc est, multis annis post facta sit, [de]nique omnia regiis temporibus delubra parva facta. »

Victuis, pro victûs. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Primum de re familiari ac partibus; secundo de victuis consuetudine primigenia; tertio de disciplinis priscis necessariis vitæ. »

Graduis, pro gradûs. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Multo præditi pudore et pudicitia adolescentes vixerunt cum majore parte ejus graduis, [quum] ætate stipendia facerent. »

Puerilitas, pro pueritia. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Velim mehercules, inquit, ipse usu magno puerilitatis formulam audire. »

Anuis, pro anûs. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Eam nutricem oportet esse adolescentem : anuis enim ut sanguis deterior, sic lac. Lac enim, ut quidem dicunt physici, sanguinis spuma. »

Præcantrix. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Ut faciunt pleræque, ut adhibeant præcantrices, nec medico ostendant. »

Rituis, pro ritûs. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Itaque domi rituis nostri, qui per dium Fidium jurare vult, prodire solet in compluvium. »

Pronis, positum pro prona. Varro Parmenone : « Alia trabs, pronis in humum accidens, proximæ frangit ramos. »

1 Teneritas [pro teneritudo]. Cicero de Finibus bonorum et malorum, lib. V [c. 21] : « In primo enim ortu inest teneritas ac mollitia quædam. »

[LIBER IX.]

DE NUMERIS ET CASIBUS.

6 *Accusativus* numeri singularis positus pro genitivo plurali. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Qui tamen quibus litibus fœdera majorum suûm dissoluta ! » Titinius Veliterna :

gers. *facta siat* P. *facta fuit* cj. Scal. Rycquius. *inque* PM. *inquæ* C Gerl. *in que* H. *in qua* AJ, Rycq. *quia* cj. Scal. — 7 *omiam* P. *regis* vulgo, etiam D. *regiis* cj. Scal. Passer., habet M. *facta suat* Rycquius. — 9 *ab partibus* Codd. pleriq. *ad part.* C. *a part.* ed. pr. *ab patribus* Edd. ante M. *ac part.* M. — 12 *adulescentis* Codd. *adalesc.* vett. edd. *adolescentes* J. *adulesc.* M. *dixeruat* omnes. *dierunt* C (et L superscr. *x*). *duxeruat* Popma. *vixeruat* cj. M Voss. — 13 *partre* (priore *r* deleto) P. *patre* Codd., AJ. *parte* Popm. M Voss. *quum majorem partem* cj. M. *gradui* Gerl. *graduis* P, Edd. *et adestipendia* P. *etadte stip.* Gerl. *graduietate* C. *etate* ed. pr. *et ætate ad te* vett. edd. *et [ætate] ad te* J. *et ætatis* cj. Popm. M Voss. *graduis ad te* M. *graduis ætate* cj. Roth. *fucecerent* P. — 15 *vel ia ae hercutis* P. *velim meherculis* Gerl. *mehercules* AJM. *inquid* P. — 17 *aanuis* W. *aanius* P. *auis* C. — 19 *ut quidam* vulgo. *ut quidem* Victor. Gul. M. *ipse ut magna* C. *sang. spuma est* Edd. ante M, et Vict. —20 *præcantatrix* cj. Gifan. *ut faciant* Codd.,

Omnium vitiûm expertem, consilii plenum prohibui.

Idem in Gemina :

Nomen exsecrat is parasitûm, nec virum aspellit domo t

Plautus Persa [III, 1, 62] :

Pol deûm virtute dicam et majorum meûm.

Lucretius lib. VI [v. 643] :

Flammea tempestas Siculûm dominata per agros.

Terentius Hecyra [Prol. II, 14] :

Prope jam remotum injuria adversariûm.

Attius Eurysace :

Reprime parumper vim citatûm quadrupedum.

Idem Epinausimache :

Ab classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest
Fulgentium armûm armatus ardorem obtui.

Novius :

Millia sex nummûm in arcam demisi nummariam.

Turpilius Epiclero :

Ni Calliphonis nunc te miseret liberûm.

Pacuvius Atalanta :

Parentum incertûm investigandûm gratia.

Idem Peribœa :

Regum imperator, æternûm deorum sator.

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων : « Omni obstat in ministerio invidûm tabes. » Idem de Vita populi Romani lib. IIII : « Hor-

M. *ut faciunt* AJ. *ostendunt* omnes. *ostendant* cj. Grauert. — 23 *deum* omnes. *dium* cj. Scal. Turn. — 24 *solet in publicum* cj. Scal. Popma. — 25 *Jam* sup. p. 178. *alia* omnes. *alta* cj. Passer. Œhler. — 26 *accedens* AJ. *proxime* vulgo. *proxime* Scal. M, ut est sup. p. 178. *ramos cadens* omnes. Equidem glossema verbi *accidens* delevi.

1 *Temeritas* P. *pro tenerıtudo* ed. 1476. *pro* omitt. AJ. — 2 *temeritas ac mollicia* P. *et mollities* Edd. Cic. — 5 *Incipit de generibus et casibus* H Gerl. *Incipit de numeris et c.* PM. *De numeris* Edd. ante M. Qui liber omnino deest in Mp. — 6 *Accusativus numeris et casibus* (iterato scilicet titulo) *singularis* P. *pro genetivo* PLW marg. (et sic sæpe in tribus his Codd.). — 7 *lætibus* Codd., M. *litibus* Edd. ante M. *luctibus* conjiciebam. *fœdera* HPCL, Edd. ante M. *fœdere* WM. — 8 *vel interna* P. — 9 *prohibui* omnes. *præhibui* cj. Bothe 2. *probi* cj. Faber et Passer. — 10 *in gemena* P. — 11 *non exsecrat is* HM Gerl., et cj. Passer. *execrastis* P. *execratis* Bentin. Palm. J. *nomen exsecrat parisitûm* cj. Herm., prob. Ribb. *aspellitis* Bentin. Palm. J marg. — 13 *virtutem* vulgo. *virtute* M, ut Plaut. — 17 *ab injuria* omnes. *ab* omitt. Edd. Ter. — 19 *parum per vim* M. — 22 *armorum* Codd., A. *armûm* Bentin. JM, ut hujus notæ titulo satisfiat. *obui* P. — 23 *Novius* vulgo. *Attius* cj. J. *eurysace* Codd., ed. 1476. *eurisace* P. *Erisace* WM. *Eurysace* delere suadet Munk, et delevi cum Ribb., nempe repetitum ex vicino exemplo : verus titulus excidit. — 24 *milia* Codd. *dimisi* omnes, etiam Ribb. *demisi* Passer. Bothe. — 26 *in Callif.* LAJ. *ni* J marg. *nuntæmiseræ* P. *nunc te misere* H Gerl. *miseræ* LAJ. *miseret* cj. J, habet M. — 30 *regnum* omnes. *regnûm* Bothe. *regum* cj. Gul. Fab. Voss. *æternum morum* omnes. *morum* cj. Gul. *deorum* cj. Faber. *deûm vel deorum* cj. Voss. — 31 *Varro*. Diversissimum metrum tentant docti. *o mi optanti ministerio* HWAJM. *ministerio* (novissimo *i* expuncto) P. *ministero* L. *omni obstant in min.* cj. Popma. — 32 *inviduum* Codd. *invidûm* AJM. — 33 *heredi re tollis* H Gerl. *heredi retollis* ed. 1476. *heredire collis* P. *heredi re.* * *tollis medimnum* M ; qui locum in notis supplet ex v. *Cadi*, p.

P. 495-496 M.

tensius supra decem millia cadûm heredi re[liquit. » Lucilius lib. XVIII :

> Millia tu centum frumenti] tolli' medimnûm,
> Vini mille cadûm.

Sallustius Historiarum lib. VI : « Cujus duas insulas, propinquas inter se, et decem stadiûm procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere. » Afranius Vopisco :

> Antiquitas petenda in principio est mihi :
> Majores vestri incupidiores liberûm
> Fuere.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 23] : « An emat denario quod sit mille denariûm ? »

Accusativus positus pro dativo. « Ignoscamus illam rem, » pro « illi rei. » Plautus Amphitryone [I, 1, 101] :

> Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.

Terentius in Eunucho [IV, 4, 13] :

> Au !
> Ne comparandus hic quidem ad illum est.

Geniticus casus positus pro accusativo. Titinius Psaltria :

> Dic istuc, quæso, quo te avortisti ? Mei
> Fastidis, meæ deliciæ.

Plautus Aulularia [II, 2, [illegible]] :

> [illegible], neque me certiorem fecit : fastidit mei.

Pro, me fastidit. Lucilius lib. VII :

> Tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum.

Turpilius Leucadia :

> Vide, nunc fastidit mei.

Lucilius lib. XXVIIII :

> [illegible] sæpe imposui mille plagarum in diem.

Plautus Aul[ul]aria [II, 7, 9] :

> Deinde [illegible] mecum cogitare inter vias
> Occepi.

544, præeunte Pastor ; [illegible] inscrit Bontin. *her[illegible]* A. [illegible] *reliquit* J. — 36 *vinum* [illegible] ed. 1476, M. [illegible] ed. pr. *lib.* VIII [illegible] *lib.* I cj. Gerl. *euas* P. *quas* cj. Roth.

1 *agradibus* P. [illegible] vulgo. *sitas* cj. Carrio, habet M. — [illegible] P. *repetenda* cj. Bothe 2. — 4 *majoris* v. *incupidioris* Codd., M. *cupidioris* C. *majores nostri incupidiores* J. — 9 *pro illi rei ignoscant* Codd., Edd. ante M. *ignoscant* omitt. M. — 12 *aut ne* Codd. *au* JM, ut Ter. — 14 *casus positum* P. *saltria* Codd. plerique. *altria* W. *Psaltria* AJM. — 15 *dicis tu* omnes. *dic* J marg. *dice* [illegible] . *dic sis* cj. Gul. Gebh. *dic istuc* [illegible] uk. *dic istud* Ribb. *quo a te* HPA. *quoa te* Gerl. *quo te* ed. 1476, JM. *abhortisti* H. *abortisti* PC Gerl. *avortisti* AJM. — 16 *mei fastidis* (*fatidis* C) *meæ* HCJM. *fastidis si meæ* PA. *fatidissi* Gerl. *fastidisti* cj. Roth. — 17 *in Aulul.* P. — 18 *neque certiorem* WJ. *ne cestiorem* P. *fastidi* P. — 20 *tristis* vulgo. *tristes* J. — 23 *lib.* XXVIII vulgo. XXVIIII P. — 24 *imposui mille* A. Post *in diem*, vulgo sequitur : *Idem : si argenti indiges* ; quod in locum suum, prope alterum *indigeamus*, p. 498, rejeci. Hic abest exemplum in ed. 1476. — 26 *cogi-*

|| Quum sit *Veretur illam rem*, sicuti et consuetudo, et Terentius in Phormione [II, 1, 2] auctor est dicens :

Non simultatem meam
Revereri saltem?

veteribus genitivum pro accusativo poni placet. Afranius Compitalibus :

Si non verear, nemo vereatur tui.

Idem Simulante :

Tam tui veretur, me ad te misit oratum pater.

Et in Emancipato :

Optandum uxorem quæ non vereatur viri.

Pacuvius Hermiona :

Tyndaro
Fieri contumeliam, cujus te veretur maxime.

Atta Gratulatione :

Nilne te populi veretur, qui vociferere in via?

Varro Sardis venalibus :

Non te tui saltem pudet, si nil mei
Reveretur?

Attius Alphesibœa :

Si tui veretur te progenitoris, cedo.

Accusativus positus pro ablativo. Titinius Gemina :

Edepol hominis gnavi functu's officium!

Plautus Menæchmis [I, 4, 5] :

Nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.

Idem Trinummo [Prol. 1] :

Sequere hac me, gnata, ut munus fungaris tuum.

Lucilius Satyrarum lib. I :

Munu' tamen fungi, et muros servare potissent.

tare interdum omnes. *cog. inter vias* cj. M, ex Plauto. — 27 *hoccipe* P. *hoccepi* L. *occepi* vel *occœpi* vulgo. — 28 *cum sit ver.* J marg. — 29 *phormione* H. *Formione* Gerl. — 30 *simultatam* P. — 31 *vereri* omnes. *revereri* Brodæus, ut Edd. Ter., et Cic. Att. 2, 19. — 32 *vet. genitivos* Gerl. *genitivus* PL, od. pr. *genitivum* Edd. ante M. *genitivo* M. *pro* omitt. P. — 34 *verear* vulgo. *vereare* cj. M, prob. Both. Neuk. [*Ego*] *sinon verear* Ribb., quod ipse conjeceram; verum possit esse *at si;* nec displicet Merceri conject. — 35 *Idem simula tui ver.* Codd., A. *simultatui* P. *Simulante : tui* JM. — 36 *oratum peteret* omnes. *pater* cj. Passer., babent M Both. Neuk. Ribb. *peteret in ea mancip.* P. *Idem in Emancip.* Gerl. *Idem Emanc.* AJM. *idem* omitt. L. *eamancipato* WL man. pr. *pater. Et in Emanc.* cj. Roth. — 38 *oblandum* C. *aptandum* P. — 40 *tindare* P. *Tindareo* vel *Tyndareo* omnes, et Ribb. — 41 *fici* P. *cujus ad te* P. *a te* vulgo. *a* omitti vult Voss. *cujus veretur* Ribb. *maxume* Codd. *maxime* M. — 42 *maxume acta gratulatione* HP, Edd. ante M. *Atta* Lips. M Ribb. — 43 *nihil nete* P. *nihilne te* vulgo. *vociferere* Codd., etiam C, Ribb. *vociferare* AJM.

1 *si nihil* omnes. — 2 *revereatur* omnes. *Si nihil meæ iræ revereatur mei* ed. 1476. — 6 *ignavi functus officium* vulgo. *fructus off.* P. *off. functus* [*es*] cj. Bothe 2. *hominis* [*es*] *ignavi* Ribb. *hom. gnavi f.* Putean., nescio an ex cod. — 8 *munus hominum* cj. Guyet. — 10 *Sequere ac me* Codd. *hac* Edd. *Sequere me, mea gnata* Edd. Plaut. *ut mus nus* P. *fungas tuum* (*tuus* P) Codd., vett. edd. *fungaris* JM,

Idem lib. V :

Læliu' pauperem ait se ingentia munera fungi.

Turpilius Epiclero :

Sed volo ut familia nostra officia fungatur sua.

Idem Pædio :

Nuptias abjeci, amicos utor primores viros.

Pacuvius Duloreste :

Nonne officium fungar vulgi, atque ægre malefactum feram?

Accusativus vel *Nominativus* pro ablativo. Turpilius Demetrio :

Meos parentes careo.

M. Tullius de Republica lib. V : « Sed tamen ut bono patrifamilias colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam usus opus est. » Varro Cycno, περὶ ταφῆς : « Denique si vestimenta hæc opus sunt, quæ fers, cur conscindis? Si non opus sunt, cur fers? » Idem Prometheo lib. I : « Id ut scias, audi hoc quod falsum dicis esse, nemini oculos opus esse, si habet. » Sallustius Historiarum lib. II : « Ruuntque; pars magna suismet aut proxumorum telis, ceteri vicem pecorum obtruncabantur. » Afranius Vopisco :

Tandem ut possimus nostra fungi munera.

Idem Fratriis :

Id aurum me condonat litteris.

Lucilius lib. XXVI :

Hæc tu si voles per aures pectus irrigarier.

Genitivus positus pro ablativo vel adverbio loci. Plautus Trinummo [V, 2, 29] :

Non ego sum dignus salutis?

Cicero Tusculanarum lib. IIII [c. 16] : « Aliquod malum metuit; exanimatus pendet animi. » Plautus Amphitryone [I, 2, 32] :

Ut salvi potiremur domi.

ut Plaut. — 12 *possint* Codd., etiam C. *potissent* JM. — 14 *Lælius* M Gerl. *Lelius* J marg. *Lævius* LA. *Livius* J. *levius* P. *pauperem ait* vulgo. *pauper* cj. Dousa. *Lenius* (non vero *Lentus*, ut citat Gerl.) *pauperiem ac se* cj. Gifan. — 16 *sed vola* vulgo. *sed volo* P, et cj. Bothe. *sedulo ut* cj. Gul. — 18 *nuptias abjeci iniquos nupt. abj. amicos* P. *primoris* Edd. *primores* AJ. — 19 *doloreste* PW. — 20 *vulgi, qui ægre* cj. Voss. *malefatum* P Gerl. *malefactum* ed. 1476, J marg. *madefactum* AJ. — 22 *parentes* omnes, etiam C. Locus jam sup. p. 466. — 24 *patria famil.* P. *racionandi* WJ marg. — 25 *Cygno* vulgo. ταφες Gerl. ταφετ (*et* latine et compendiose scriptum) P. *Deniq. si vestim. ei* vulgo. *et* P. *tibi* scriptum in marg. Jun. *ea* cj. Roth. — 27 *id ut cia* P. *dicis esse* PA Gerl. *esse* omitt. WM. — 28 *ruina quæ pars* HPJ. *ruinaquæ* Gerl. *ruinaque* CM. *ruuntque* cj. Coler., prob. Gerl. ed. Sall. Quod recepi, sed verbum ad præcedentia refero. — 29 *au proxumorum* P. *citeri vece* L. *citere voce* P. *citeris vete* C. *ceteri vice* vulgo. *vicem* Passer. M. — 32 *fratris* Codd. — 33 *litteris* PJ Gerl. — 35 *auris* Codd. pleriq. *aureis* AJ. *aures* WM. *inrigarier* Codd. — 36 *Genetivus* (et sic sæpe, ut monui) P. *adverbium* P Gerl. *adverbio* AJM. — 38 *salute* vel *salutis dignus* Edd. Plaut.

2 *examinatus* CL manu sec. W. — 3 *potiremus* C. *domum* Edd. Plaut. — 4 *Pomponius*, etc. Iterum p. 503. — 5 *domus hæc fuerit placiti* (*plauciti* C) vulgo; quod emendari

Pomponius Pappo agricola :

Domus hæc fervit flagiti.

Attius Erigona :

Locrorum late viridia, et frugum ubera.

Lucilius Satyrarum lib. VI :

Hortare, illorum si possim captu' potiri.

Idem lib. VIII :

Quarum et abundemus rerum, et quarum indigeamus.

Idem :

Si argenti indiges.

Idem lib. VIIII :

Si nihil ad faciem, et si olim lupa prostibulumque,
Nummi opus atque assis.

Pacuvius Peribœa :

Postquam est oneratus frugum et floris Liberi.

M. Tullius de Republica lib. III : « Noster autem populus sociis defendendis terrarum jam omnium potitus est. » Afranius Excepto :

Quod vitæ studium, aut quod præsidium in posterum
Mihi supponebas, me quum privaris tui?

Varro de Vita populi Romani lib. II : « Ut noster exercitus ita sit fugatus, ut Galli Romæ, [præter] Capitolii, sint potiti, neque inde ante sex menses cesserint. » Plautus Captivis [I, 1, 24] :

Ille alter potitus hostis est.

Significat ad genitivum : « in potestatem venit. » Sallustius in Jugurthæ bello [c. 25] : « Ut, priusquam legatos conveniret, Adherbalis potiretur. » Idem in eodem [c. 90] : « Ager autem aridus et frugum vacuus. » M. Tullius de Officiis lib. I [c. 81] : « Hæc sunt opera magni animi, et excellentis, et prudentiæ consilioque fidentis. » Idem [ibid. c. 42] : « Omnium autem rerum, ex quibus aliquid

vult M ex p. 503, prob. Guyet. — 6 *Epigonis* J. — 7 *lacronum* Codd. *Locrorum* Edd. *late* vulgo. *lalac* L. *læta* forte leg. *vidia* P. — 9 *illorsum si* cj. Scal. *possim capi sortiri* HP. *capi* AJ. *capis sortiri* M Gerl. *capis ortiri* L. *capisotiri* C. *captus* cj. Scal. *oriri* vett. edd., cj. Scal. *capiu' potiri* cj. Dousa, recep. Corpet. — 10 *lib.* Vi Codd. pleriq., M. *lib.* VIII CLAJ. — 12 Huc insero, cum affini loco, Lucilii exemplum quod alio irrepserat (*Genit. pro accus.*, p. 496). — 15 *et si olim* omnes. *et solum* cj. Lips., prob. Dous. M. — 16 *numini opus* vulgo. *numi* (suprascr. *ni*) L. *minimi* P. *atque obsit* Codd., M. *absit* AJ. *nummi opus atque assis* cj. Lips., prob. Dous. M. — 18 *honoratus* Codd., M. *oneratus* ed. 1476, et cj. Bentin. J, babent Both. Ribb. *et flores* P. Post *liberi*, repetitur *Genitivus pro ablat.* in Codd., omitt. io Edd. — 20 *omnium potius est* PW. — 22 *cum privis* omnes. *privas* cj. J. *privasti* cj. M, prob. Both. Neuk. *prives* cj. aliquis ap. Gerl. *privares* Ribb. Sed perfectum malui. — 23 *noster excitus* W. — 24 *fatigatus* vett. edd. *Romæ* * *Capitolii* M. *Romæ nisi Cap.* cj. Popma. *Capitolii* deleri volunt M Guyet. Freinsh. — 25 *menses gesserint* Codd. *cesserint* Lips. M Freiosh. *excesserint* scriptum io marg. Jun. Post *gesserint* vel *cesserint* sequitur glossema quod Plauti sequenti exemplo subjeci, iodicaote M. — 26 *meus rex est pot. hostium* Plaut. l. cit. — 27 *Significata ad genitivum* omoes. *Significat id genit.* cj. M. — 28 *uti* Edd. Sall. — 31 *animi et excelsi* Edd. Cic. *et pruden-*

acquiritur, nihil est agricultura melius. » Virgilius Æneidos lib. I [v. 215] :

> Impleutur veteris bacchi pinguisque ferinæ.

M. Tullius in Hortensio : « Et qui exspectat, pendet animi, quia semper, quid futurum sit, incertum est. » Varro Eumenidibus : « Ego autem, qui essem plenus vini et veneris. » || Sic « Desipiebam mentis, » pro « Mente desipiebam. » Plautus Epidico [I, 2, 35] :

> Desipiebam mentis, quum illa scripta mitterem [tibi].

Sic « Mille annorum vivunt, » pro « Mille annis vivunt. » Plautus Milite [IV, 2, 88] :

> Qui mille annorum perpetuo vivunt ab sæclo ad sæclum.

Dativus pro accusativo. Titinius Barbato :

> [At] ubi ambitionem virtuti videas antecedere.

Plautus Truculento [I, 2, 35] :

> Quia tu vestimento et cibo alienis rebus curas.

Attius Meleagro :

> Cujus exuvias et coronam huic muneravit virgini.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet; sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus. » Sallustius Catilinæ bello [c. 56] : « Brevi spatio legiones numero hominum expleverat, quum initio non amplius duobus millibus habuisset. » Lucilius lib. XXVI :

> Si ipsi miserentur sibi,
> Vide ne illorum causa superiore loco locaverit.

Terentius [Adelph. III, 4, 45?] :

> Facite ita ut vobis decet.

Idem in Andria [I, 1, 42] :

> Interea mulier quædam, abhinc triennium,
> Ex Andro commigravit huic viciniæ.

tiæ quæ Codd. *prudentiæque* M. *prudentiæ* J marg. *que* deleri vult Guyet. *prudentia æque consilioque* AJ. (Item, omisso *æque*, Edd. Cic.) — 33 *adquiretur* C. — 35 *veteres* P. — 36 *M. Tullius* nomen omitt. P. — 38 *plenus uni ex* C.

1 *sic despiebam* P. — 6 *Quin* Plaut. *ad sæculo pro ad sæculum* Codd., etiam C; quæ omitt. AJ. *a sæculo ad s.* M. *ab sæclo ad sæclum* Edd. Plaut. — 7 *Titin. varrato* Codd. pleriq. *varcato* ms. J. *varro ubi* C. *Barathro* J. *aratro* vett. edd. *Barbato* M, prob. Ribb. *Barathro* vel *Barbato* Bothe. — 8 *antecedere, pro virtutem antecedere* vulgo. *pro v. a.* omitt. P; et ipse glossema deleveram. — 10 *quia tu* vulgo. *tuo* M, ut Edd. Plaut. *qua tu* P. — 11 *accius* H, ut vulgo. *abius* Gerl. — 12 *aumeravit* PAJ. *muneravit* vulgo, J marg. *virgi* W. — 13 *præfectis* Edd. ante M. — 14 *reponatur* vulgo. *præponatur* J marg. M. *sed fit* vett. edd. *uxoribus* omitt. P. — 18 *si miserantur se ipsi* omnes. *misereantur* cj. Faber. *misereantur* Donsa. *illorum causa superiore loco* omnes. *causam* cj. Guyet. *causa se priore* cj. Fab. et Gothof., recep. Corpet. *collocavit* vulgo. *collocarit* vel *collocaris* Guyet. *collocaverit* AJ. *se priore collocaverint loco* cj. Dübner. Qui recte vidit priorem versum lemmati non respondere, nec tamen sanare tentavit; in posteriore metrum octonar. improbo. Equidem *miserentur* dedi, quia *miserantur* dativum non admittit. — 21

Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Tanta porro invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel cœlum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent. »

Accusativus pro genitivo. M. Tullius de Officiis lib. II [c. 8] : « Dum homines perditi hastam illam cruentam [et] meminerint et sperabunt. » Virgilius in Bucolicis [7, 19] :

Alternos Musæ meminisse volebant.

Plautus Cistellaria :

Meminere officium suum.

Et Menæchmis [Prol. 45] :

Propterea illius nomen memini facilius.

Attius Eurysace :

Heu me miserum quum hæc recordor! quum illos reminiscor dies!

Idem Epinausimache :

Eos mortales, Phœnix, misereor : semper auditos volo.

Et Athamante :

Veritus sum arbitros : atque utinam memet possim oblivisci!

[Et] in Nyctegresia :

An ego Ulixem obliviscar unquam? aut quemquam præponi velim?

Turpilius Pædio :

Jam desine
Meminisse illius formam.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Atque ipsa mens, quæ futura videt, præterita meminit. » Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας : « Libet me epigrammatia facere; et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit, ponam. » || Sic et « Invidit illam rem, » pro « illi rei. » Attius Menalippo :

Unde, aut quis mortalis florem liberûm invidit meûm?

facile ut vobis placet Codd., etiam C. *vobis decet* Edd. *Adelph. ut vobis* cj. M. *fiant... ut vobis decet* Ter. l. cit. — 22 *Terent. Andria* AJ. — 23 *intea* P. — 24 *huic* Codd., improb. M. *huc* Edd. ante M, ut Charis. p. 197. (*Huc* et *huic* agnoscit Donat.) — 25 *tanta* HP. *tanto* Gerl., ed. pr. — 26 *dummodo* PGL, ed. pr., AJ. *modo* W, ed. 1476, M. *amagistratum* P. — 29 *homines cruenti* omnes. *perditi* Cic. *astam... meminerit* P. — 31 *meminise* P. — 36 *erisuce* P. — 37 *eu me* Codd. *cum illo* Codd. *illos* Edd.

1 *epinausimace* Codd. — 2 *mortalis fœnis lib.* x *miseror* vulgo. *libro decimo* A. *misereor* C, Bentin. J, Herm. *Phœnix, misereor* cj. Grot. Pass. (Aliorum conjecturas, quæ minus placent, referre longum est. Locum mutilum suspicantur Herm. Ribb.) *sæpe studitos volo* vulgo, etiam C. *stioditos* P. *custoditos* cj. Passer. Ribb. *sæpe adjutos volo* cj. Grot. *miseros semper auditos* Bothe. — 3 *et adamante* PA Gerl. — 4 *arbitror* omnes. *arbitros* cj. Bothe; idque ipse scripseram. *obliscier* L. — 5 *Neclegresia* Gerl. — 6 *Ulixen* H Gerl. *ulyxen* P. *Ulyxem* M. *Ulyssem* AJ. *proponi* P. — 10 *ipsa mens* P, Edd. *mensa* LW (et, credo, H). *mensas que* C. *mensasque* ed. pr. — 11 *de victis* C. *devictis* P. *Devictis* Gerl. Œhl. Riese. *Væ victis* JM Turn. φιλονεικίας Gerl. (Græca verba desunt in CP, relicto spatio.) — 12 *epigramma* P. *æpigrammata* L manu sec. Bern. *æpiglammata* L man. pr. *epigrammata* P, Edd. *epigrammncie* C. *epigrammatia* Œhl. Riese; quod ipse scripseram. *nominina* P. — 13 *Sic vidit* P. — 14 *Melanippo* HL. *Menalippo* PWJM. — 15

|| « Privatur illam rem, » pro « Illa re privatur. » Novius Pædio :

Quo tu res vis hunc privari pulchras, quas uti solet?

Ablativus pro genitivo. Plautus Pseudolo [I, vs. 50] :

Vino modo cupidæ estis.

Lucilius Satyrarum lib. I :

Porro quæcumque, et cuicumque, ut diximus ante,
Obstiterit, promo hoc minuendi ... refert res.

Idem lib. VI :

Id solum adversæ fortunæ reque resistit.

Turpilius Pædio :

Neque mirum, educta ut par est, expers malitiis.

Virgilius Georgicorum lib. II [v. 222] :

Illa ferax oleo est.

Accusativus [imo *Genitivus* in priore exemplo] pro nominativo. Pomponius Præcone posteriore :

Quid lætitias insperatas modo mi irrepsit in sinum?

[Virgilius Æneidos lib. I, v. 573 :

Urbem quam statuo, vestra est.]

Nominativus pro dativo. Novius Agricola :

Licetne te duobus verbis? — Etiam primo et postremo, idem.

Cicero Tusculanarum lib. I [c. 16] : « Multaque sæcula postea sic viguit Pythagoreorum nomen. » Varro de Re rustica lib. I [c. 18] : « Centum jugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia. »

Genitivus pro dativo. Attius Neoptolemo :

Quid si ex Græcia omni illius par nemo reperiri potest?

Turpilius Pædio :

Neque mirum : educta ut par est, expers malitiis, metuens viri.

inv. meam C. *meum* omitt. P. — 16 Alterum *privatur* omitt. JM, habet etiam C. *Novius* Codd., M. *Nævius* Edd. ante M. — 17 *quod res* omnes. *quot* Steph. *quo tu res* Both. Munk. *hunc* HPL et Bamb. *hanc* W, Edd. *quas ti solent* C. — 19 *cupide testis* HC. *cupit testis* P. *cupidæ testis* vett. edd. *cupidi estis* J. *cupidæ estis* Bentin. M, ut sup. p. 394. — 22 *promo* P manu prim. W, J marg. M. *primo* HP man. sec. L Gerl. *hoc* omnes. *hæc* Gerl. ed. Lucil. *minuendo* cj. Scal. *minuenda, refert, res* Gerl. — 23 *lib.* VI *et id* omnes. — 24 *reique res.* Codd. *rei quæ* J. *reque* Gifan. Passer. M. — 25 Quod iterum, et plenius, p. 501. — 26 *neque virum* Codd. pleriq. *utrum* C. *mirum* J marg. M. *expertem alicuius* HP. *expartem* C. *experte malicuius* Gerl. *exparte* WL man. prim., vett. edd. *expers malitiis* AJM, ut inf. l. cit. — 31 *quod lætitias* vulgo. *quot* ms. Fabri, AJ marg., prob. Munk Ribb. *quot lætitiæ insperatæ* cj. Guyet, et Bothe, Nonium castigans. *mihi irrepsere* omnes. Nos autem, contempto titulo, priscum genitivum agnoscimus. Influxit *irrepsere* quod *lætitias* pluraliter interpretareutur. — 32 Hoc exemplum omitt. Codd. et M, habent Edd. ante M. Quod sane ad rem facit, et datur a Prisc. p. 1101. — 34 *Nominativus* omnes. *Accusativus* cj. Passer. — 35 *lecnete* H Gerl. *lec nete* M. *laec ne te* P. *lernete* Edd. ante M. *lenete* ms. Fab. *cernite* cj. J. *licetne* cj. Bothe, prob. Ribb. *duobus* Bothe. *postremo idem* M. *Idem* sequente vs. Ribb. *idem* habet et C, omitt. Edd. ante M. Post *idem* vulgo sequitur : *Plautus in Aulularia : Credo ego,* etc. Quod ad similem usum verbi *inhiat*, aptius rejecisse videor, p. 502. — 36 *postea* HPCL. *postula* VW. *postilla* M. *post* AJ. — 37 *reviguit* vulgo. *viguit* vett. edd. *sic viguit... ut* Cic. *phitagoreorum* H. *pithag.* C. *phaphitagoreorum* P. *Phylag.* Gerl.

Virgilius Æneidos lib. I [v. 14] :

Dives opum, studiisque asperrima belli.

Plautus in Asinaria [I, 1, 62] :

Volo amori obsecutum illius, volo amet me patrem.

Idem Pseudolo [I, 1, 3] :

Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi, et tui respondendi mihi.

Cicero de Oratore lib. II [c. 48] : « Bonorum virorum plenum forum. » Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Ipsa Italiæ oppida sunt vastata, quæ prius fuerunt hominum referta. »

Nominativus [imo *Accusativus*] pro genitivo. Turpilius Epiclero :

At enim scies ea quæ fuisti inscius.

Terentius Phormione [I, 3, 20] :

Ita plerique ingenio sumus omnes : nostri nosmet pœnitet.

|| Sic et « Potior illam rem. » Pacuvius Peribœa :

Regnum potior, conjugem macto inferis.

Ablativus pro dativo. Lucilius :

Quod sumptum atque epulas victu præponis honesto.

Virgilius lib. VI [v. 465] :

Teque adspectu ne subtrahe nostro.

Genitivus pro nominativo. M. Tullius de Republica lib. VI : « Ut, quemadmodum scribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent. »

Ablativus pro accusativo. Virgilius lib. V [v. 344] :

Gratior et pulchro veniens in corpore virtus.
Adjuvat.

Accusativus pro genitivo. Attius Myrmidonibus :

Mea facta in acie obliti.

Sallustius Historiarum lib. III : « Sed Pompeius, a prima ado-

2 *genetivus* P. — 3 *omne ilium par* Codd. *ilium par* (omisso *omne*) C. *omne nomen lium* AJ. *omni nomen illius par* cj. Palmer. *omni illius par* M, Both. Ribb. *illim* cj. Voss. — 4 Quod jam sup. p. 500. — 5 *edueca* P. *expars* PL. *expar* C. *sui* vulgo. *metuens ui* C. *viri* cj. M (acute, quum librum C ignoraret); quod amplexus sum. — 8 *plautus tur in* P. — 9 *amari obsecutnm* Codd. *amori obsecutum* AJM, ut Plaut. Sed peccat senarius. Forte, *Volo n. illi obs.* — 11 Cf. Gell. 20, 0. *hominem* vulgo. *hominum* M, ut Plaut. *parsisem* P. — 12 *me interrog.* vulgo. *mei te rogandi* Passer. M, ut Plaut. *et uirespond.* P. — 13 *de oratore libro* IIII *ipsa* (omisso Tullii exemplo) P. — 14 Quod exemplum alio pertinet. — 17 *ad cuim* C. — 18 *phormione* H. *Formione* Gerl. — 20 Quod sane junctum erat cum similibus: *Sic potior illam rem*, etc. p. 481. — 23 *dictu* vulgo. *victu* Bentin. J marg. ex Gell. 4, 16; habet M. *præponis* Codd. pleriq., M. *præpones* Gerl. *prepones honestos* C. — 25 Et hic versus ap. Gell. 4, 16. — 27 *cotidiano* HPM. *cottidiano* Gerl. *quotid.* Edd. ante M. *mille hominum* Cf. Gell. 6, 1; Macr. 1, 5. — 28 *palleis* PC Gerl. *concilio* CLW. *conchilio* P. *conchylio* Edd. *discenderent* Codd. *discederent* Bentin. AJ. *descenderent* Bentin. pro v. l., J marg. M. *descenderet* cj. Garaton. — 30 *virtus. Adjuvat, et... Diores* Virg.

1 *mea fata* vulgo. *facta* P, et cj. Passer. M Both. Herm. — 3 Lacunam explevit Carrio

P. 502 M.

lescentia, similem fore se credens Alexandro regi[, facta consultaque ejus quidem æmulus erat]. » Virgilius Æneidos lib. VIII [v. 156] :

Et vocem Anchisæ magni vultumque recordor.

Accusativus pro dativo. Lucilius lib. XXVI :

Suspendatne se[se], an gladium incumbat, ne cœlum videat.

Afranius Vopisco :

Male merentur de nobis heri,
Qui nos tantopere indulgent in pueritia.

Plautus in Aulularia [II, 2, 88] :

Credo ego illum jam inaudivisse mi esse thesaurum domi :
Id inhiat.

Cæcilius Plocio :

Dum ego ejus mortem inhio.

Plautus Amphitryone [I, 1, 101] :

Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.

Virgilius Æneidos lib. III [v. 203] :

Tres adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

Cicero de Oratore lib. III [c. 18] : « Locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas. »

Dativus pro ablativo. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Aliis saltu ac velocitate certare. » Varro de Re rustica lib. I [c. 31] : « A quo, quod indigent potui, poma dicta esse possunt. » Idem, Cato vel de Liberis educandis : « Non solum qui primus in alterutra re præstet alios, sed etiam qui secundus et tertius. »

Nominativus [imo *Accusativus*] pro ablativo. Sisenna Historiæ lib. III : « Omnia, quæ diximus, loca statim potitus. » Idem : « Hostes loca superiora potiti. » Virgilius Æneidos lib. X [v. 196] :

Saxumque undis immane minatur.

[LIBER X.]

DE MUTATIS CONJUGATIONIBUS.

Fervit, pro fervet. Lucilius lib. VIIII :

[Fervit aqua et Fervet :] fervit nunc, fervet ad annum.

ex lemmate *Æmulus*, p. 239 ; recep. M. — 7 *susp. nese* H. *suspendatne se an in* vulgo. *in* omitt. ms. Fabri, et deleri volunt Passer. Dous. M Guyet. *sese* reposcit versus. *cœlum virat* Codd., M. *videat* PAJ, prob. M. — 10 *qui non* Codd. *nos* Bentin. JM. *tanto opere* C Gerl. *tantopere* P, Edd. — 11 *Plautus*, etc. Quod vulgo legitur sub fine p. 500, ante *Cic. Tuscul.* — 12 *mihi* omnes. — 13 *ad inhiot* W. — 15 *mortem inibo* Codd., Edd. ante M. *inhio* cj. Passer. Faber, ut ap. Gell. 2, 23 ; recep. M. — 16 *Plautus*, etc. Jam sup. p. 496 (Accus. pro dat.). — 17 *orant ut* P. *orant vel* C. — 20 *eamus* P. — 23 *ati* Codd. pleriq., etiam C,

Attius Nyctegresia :

Classis abit, labitur, fervit.

Titinius Setina :

Sapientiâ gubernator torquet navem, haud valentiâ;
Cocu' magnum ahenum, quando fervit, paulâ confutat truâ.

Attius Meleagro :

Heu! cor ira fervit cæcum; amentia rapior, feror.

Pomponius [Pappo] agricola :

Domus hæc fervit flagiti.

Afranius Privigno :

Hoc potius, hoc nunc fervit animus, hoc volo.

Varro Sexagessi : « Quod leges jubent, non faciunt; δὸς καὶ λάβε fervit omnino. » || Ab eo quod est *fervit,* breviato accentu *fervere* facit, ut *spernit, spernere.* Afranius Epistola :

Ego misera risu clandestino rumpier;
Torqueri mater, amens ira fervere.

Lucilius Satyrarum lib. VIIII :

Fervere; ne longum vero, hoc lectoribu' tradam.

Virgilius Æneidos [lib. VIII, v. 677 :

Fervere Leucaten.

M. *alii* PAJ. *aliis* cj. Roth. *saltu* H Gerl. *saltua ac* C. *saluti* P. *saltui* Edd. — 24 *relocitate* Codd., M. *velocituti* Edd. ante M. *Varro,* etc. Jam sup. p. 62 : ubi vide. — 25 *potui* omnes, ut p. 62. *possent* P. — 26 *represtet* H. — 28 *imo Accusativus* scriptum in marg. Jun. — 29 *statim potius* PW. — 30 *hostis* omnes. *hostes* J marg. *potiri* M. *potitus* P. *æneid.* omitt. P. — 31 *inma mane* P. — 33 *Incipit de mut.* Codd. pleriq., M. *Incipit* omitt. DMp, Edd. ante M. — 34 *lib.* VIII vett. edd.

1 Initium versus dat Quint. 1, 6, et addit Passer. — 2 *nyctegræsia* H. *Nyctegersia* J. — 3 *classis ad id claditur* HPC. *adit claditur* L. *classis adit, ocladitur, f.* M. *oditocluditur, f.* Gerl. *adit, clauditur, f.* AJ. *aditus clauditur* cj. Voss. *adeo occluditur* Bothe. *adit : occluditur* Ribb. *aggreditur* cj. Düntz. — 4 *sedina* P. — 5 *navem torq.* Codd., retinet Ribb. *torq. nav.* JM, ut sup. v. *Trua,* p. 19. *non val.* omnes. *haud* J marg., prob. Passer. Guyet, ut est p. 19. *haut* Ribb. — 6 Qui versus etiam p. 249. *cocus* vulgo. *quocus* P. *oenum* vulgo, et C. *ænum* P. *ahenum* J. *paula* (*nula* PC) *confutata roce cum amentia rapior fervorque accius melegro heu cor* (*heucor* H) *ira fervet cæcum amentia* HPC. *nula confutat avo cecum am. r. fervorque.* *Accius Mel. heu cor ira fervit c. a. r. fervorque. Pompon.* D Gerl. *paula conf. trua* AJM, ut p. 19. *trün. Accius Melengro : heu* (mediis omissis) AJM. — 8 *fervorque* etiam A. *ferorque* Basil. JM. *feror* (omisso *que*) Scriv. Voss.; quod ipse conjeceram, et nunc prædictis doctis accedo, etsi *ferorque* octonarius esse potest. — 9 *agrila* P. *Pappo agric.* etiam sup. p. 477, et alibi. — 10 *hæc fuerit flagitii* P. *fervit flagiti* HM Gerl. *flagitiis* AJ. — 13 *sesxagesi* P. *non faciunt faciant dos* HPLAJ. *non facinnt* C. *faciant* omitt. M. *dos celave fervit* HPA. *dosce lave* C. *doscelave* J. δὸς καὶ λάβε cj. Scal., recep. M, valde probans. λάβε, *ferv.* M. *fervit animo* P. *omnino* vulgo. — 14 *brevi acc.* D. — 15 *epistula* H Gerl. — 16 *ego miso* (*misso* P) *clandestinorum pietor* HPAJ. *miso clandestino rumpie torfere* Gerl. *miso cl. rumpiet orfervere* C. *misi clandestino rumpi* J marg. *ego misera cl. r. rumpier* Steph. Scal. M, ut in v. *Rumpere,* p. 382. — 17 *ferematera* H Gerl. *fere matera* AJ. *fervere matera* PC. *mat. menstra fervere* Codd. *menstrua* CJ. *rumpier.* * *orfere matera menstra* M. *rumpier, nostræ eræ* cj. M. *rumpi et torquere matura monstra f.* ms. Basil., ed. 1476. *rumpier, Torpere* Both. Neuk. Ribb. *fere mater amens ora* cj. Scal. *Torpere mater amens, tum ira f.* Both. Neuk. *Torp. m. amens ira* Ribb. — 19 *fervere ne longum vero hoc* Codd., AJ, item Corpet. *Fervere. Ne longum verbo* Palm., Dousa. *ne longum! vero* Gerl. *fervere ; ne longum, vero* M. *non longum* Mp. *dictoribus* P. *lictoribus* vulgo, etiam J marg. *litoribus* D, Edd. ante M. *lectoribus* cj. Palm., recep. Dous. Corpet.

P. 503 M.

Idem] lib. IIII [v. 567]:

Jam littora fervere flammis.

Lucretius lib. II [v. 42]:

Fervere quum videas classem lateque vagari.

Nævius Lycurgo:

Late longeque transtra nostris fervere.

Attius Telepho:

Ære atque ferro fervere,
Insignibus florere.

Varro Desultorio, περὶ τοῦ γράφειν:

Fervere piratis, vastarique omnia circum.

|| Fervat, pro ferveat. Pomponius Fullone:

Facite ut ignis fervat, ligna insipate, far concidite.

Attius Achille:

Ne tum quum fervat pectus iracundia.

Lavit, pro lavat. Virgilius Georgicon lib. III [v. 221:

Lavit ater corpora sanguis.

Idem Æneidos lib. X, 727]:

Lavit improba tæter
Ora cruor.

Plautus Pseudolo [I, 1, 8]:

Eas lacrimis lavis.

Lucretius lib. II [v. 376]:

Littoris incurvi bibulam lavit æquor arenam.

Attius Phinidis:

Salsis cruorem guttis lacrimarum lavit.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου:

Atque Ægeus fluctu quam lavit ante aquilo,
Sævus ubi posuit Neptuni filius urbem.

Fervere ad antecedentem sententiam refert Palm. — 20 *lib.* VII *jam* P. *abtius virg. fervere leucaten* W marg. Ex codd. PW novum exemplum addidi. — 23 *fervere littora* Codd. pleriq. Virg. — 26 *ligurco* P. — 27 *trans nostros* vulgo. *nostras* P. *Traces nostros* cj. Bothe. *Thracia nostra* Grot. *longeque transtros* Ribb. — 29 *rere atque* Codd. pleriq. *ære atque* Bamb., AJM. *fervet igni* Codd. et A. *fervere igni* Bentin. JM, Both. Ribb. *igni, insign.* Bothe. *inque ins.* cj. Both. *igni* delet Ribb., quod ipse omiseram. — 31 *desulturo* (omissis græcis vocibus, sed spatio relicto) P. τοῦ τράφειν Gerl. περὶ στρέφειν A. π. τρυφῆς Bentin. J. τοῦ γράφειν J marg. M. — 32 *pirotes* W. — 33 *Fervnt pro*, etc. Hoc addidi ex p. 504. — 34 *instipite* vulgo. *in stipite* A. *insipite* Scal. Gul. Ribb. Vid. in *Condepscre*, p. 39. — 35 *acille* Codd. pleriq. *occille* P. — 36 *rectus* P. *iracundiæ* PA Gerl. *iracundia* Bentin. JM. *nedum... victus iracundia* cj. Fruter. — 37 *lib.* III omnes. *libro quarto* J marg. — 38 Lacunam supplet M. *ater vulnera* M, ex p. 466: ubi vide. — 40 *tecer* P. *teter* vulgo. *tæter* M. — 43 *eas lacrimas* Codd. *lacrimis* AJM. *labis* C. — 45 *incurvam bitam* C. *bibula* P. *hurenam* Codd. — 46 *Finidis* Codd., M. *Phœnissis* AJ. — 48 *cosmotorynæ* Codd. *Cosmotoryne* M. *cosmoterine* A. Græca verba omitt. P, non relicto spatio. — 49 *atque egeus* Codd. pleriq. *egetis* H man. pr. P. *Ægeus* AJM. *atque* in fine hexametri ponunt doctus in marg. Jun. et Riese. *fluctus* Codd., J Riese. *fluctu* Scal. Popm. M, Œhler. *oquilo* omnes. *Ægeo fluctu* cj. Œhler. *aquilo*, i. e. atro. — 50 *sebus* Codd. *sævus*

Sallustius Historiarum lib. II : « Dubium an insula sit, quod euri atque austri vi superjactis fluctibus circumlavitur. » || *Lavere* inde tractum est. Nævius Danae :

Animi jubeo fonte lavere memini manum.

Ennius Telamone :

Strata terræ, lavere lacrimis vestem squalam et sordidam.

Idem Hecuba :

Heu me miserum! interii! pergunt lavere sanguen sanguine.

Lucretius lib. V [v. 948] :

Lubrica, proluvie larga lavere humida saxa.

Attius Medea :

Lavere salsis vultum lacrimis.

Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς : « Et hymenæus, qui primo lavere alvum marsupio solet. » Idem Hecatombe, περὶ θυσιῶν :

Pater ut cruore laveret ararum aggerem.

Afranius Suspecta :

Viden' tu lavere lacrimis me tuum collum, pater.

|| *Laverent* etiam inde manavit. Ennius Andromacha :

Nam ubi introducta est, puerum qui laverent, locant
In clypeo.

Afranius Fratriis :

Aquam ex sino haurire, qui laverent manus.

Plautus Amphitryone [V, 1, 50] :

Postquam peperit, pueros lavere jussit nos : accedimus.

|| Inde imperativo modo *lavite* facit. Titinius Psaltria :

Manus lavite, mulieres, et capita velate.

Beutin. JM. *neptoni* P. — 51 *an insula sit* HPJM. *in ansula* LW. *quod euri* vulgo, etiam C. *quo deuri* H. *quæ euri* ed. 1476.

1 *atque astrici* Codd., M. *austri* AJ, Guyet. *superiatis fluctis* C. *circumlabitur* Codd. *circumlabit* W. *circumlavit* Edd. *Lavere inde tractum est.* Hoc glossema primo exemplo præposui, quod vulgo ante secundum. *dane* Codd. — 3 *animi* omnes. *auri* cj. Delr. Voss. Ribb. *amici* scriptum iu marg. Jun. *auri fulvo f.* Grot. *fonte labare* P. *memini* Codd. *me memini* Grot. *nemini* Scriv. Bothe. *neminem* Ribb. *Jubeo* (deleto *animi*) *te fonte l. neminis* Bergk. — 5 *terræ* PWJ marg. M, ut p. 172. *terra* HCL, Edd. ante M. *labere* Codd. *lavere* AJM, ut p. 172. *squalidam* Codd., etiam C (P manu sec.), AJ marg. *squalem* P man. pr. *squalam* Beutin. JM, ut p. 172. — 6 *idem hæc cuba* P. — 7 *miserum* omnes. *miseram* J marg. *iterii* P. *sanguinem sanguine* PL. *sanguen sanguinem* HCW. *lavere sanguinem. Lucret.* AJ. *sanguen sanguine* J marg. M Gerl., ut p. 224 et 466. — 9 *umida* Codd. — 11 *falsis* ms. Fab., ed. 1476, improb. Passer. — 12 *Varro* (pro titulis spatium vacat) P. ἀνθρωποπόλι Gerl. ἀνθρωπόπολι JM. περὶ τενεολιακῆς Gerl. γενεθλιακῆς JM. *lavare* C. — 13 *marsuspici* (omisso *solet*) P. *marsuppio* Gerl. *idem* (omissis titulis) P. ἑκατόμβη AJM Gerl. — 14 *aggerum* P. — 16 *vident lavere* vulgo. *viden lavere* ms. Fabri. *viden tu* M Bothe, ut p. 466. *metum* P. *me tum* C Gerl. *me tuum* AJM, ut p. 466. — 17 *Lavere et inde* P. *Lavere etiam* Codd. pleriq. *Laverent etiam* Edd. *andromaca* H. *Andromeda* Edd. ante M. — 18 *puerumque, ut* M Gerl. *puerum uti* Bothe 2. *puerum ut* Düntz. *laverunt* ed. pr., Column. — 19 *incipio* P. *in cipco* HM Gerl. *cypeo* LC. *clypeo* AJ. *clupeo* Both. Ribb. — 20 *fratris* Codd. — 21 *ex sino* CMp, et cj. Scal., prob. Passer. Both. Neuk.; quod ipse videram. *ex seno* HM Gerl. *exe no* P. *ex cœno* AJ. *ceno* Ribb. — 22 *in amf.* P. — 23 *jussit*

P. 504-505 M.

|| *Lavi* etiam positum pro lavari. Pomponius Herede petitore :

Ita velim facias : jampridem latrinam volo lavi.

Sonit, pro sonat. Attius Æneadis aut Decio :

Clamore et gemitu templum resonit cœlitum.

Idem Phinidis :

Hac ubi curvo
Littore latratu unda sub undis
Labunda sonit.

Ennius Hectoris lytris :

Æs sonit, franguntur hastæ; terra sudat sanguine.

Pacuvius Duloreste :

Hymenæum fremunt
Æquales; aula resonit crepitu musico.

|| *Sonere* inde tractum est. Lucretius lib. I [v. 157] :

Caligare oculos, sonere aures, succidere artus.

Attius Neoptolemo :

Atque adeo valvas sonere sensi regias.

Idem Atreo :

Sed quid, tonitru turbida torvo,
Concussa repente æquora cœli
Sensimu' sonere?

|| *Sonunt* etiam inde manavit. Ennius Andromache æchmalotide :

Nam neque irati, neque blandi quicquam sincere sonunt.

[Pacuvius] Iliona :

Ibo ad eam, ut sciscam quid velint. Valvæ sonunt.

Expedibo, pro expediam. Pacuvius Atalanta :

Nam quod conabar, quum interventum est, dicere,
Nunc expedibo.

ut hos Codd. *nos* AJM. *accedimus* vulgo. *occepimus* A, ut Plaut. — 25 *mulieris et* omnes. *mulieres* (vocandi casu) Passer. Schegk. Herm. Bothe. — 26 *petitorem heredem* P. *petitore heredem* H Gerl. *Petitore herede* JM. *Herede petitore* in v. *Ampliter*, p. 511 : quod probant Both. Ribb. — 27 *facies* P. *volo latrinnm* omnes. *volui* Bothe. *volo lavatrinam* Ribb. Post *lavi*, vulgo sequitur : *Fervnt pro ferveat*, quod lemmati *Fervit* assuimus : cf. p. 503. — 29 *gemimitu* P. — 30 *finidis* Codd., M. — 31 *ac* vulgo, prob. Scal. *hac* cj. Scriv. Both. Ribb. *curbo* Codd. *curvo* Edd. — 32 *latratu* vulgo. *latra unda* P. *latrans* Scal. Scriv. — 34 *Hæctoris* H Gerl. *littris* P. *lytris* C. *Lystris* Gerl. — 35 *et sonit* vulgo. *et* omitt. P. *æs* vel *aer* cj. Faber. *aer* Passer. *æs* M. *et* (*et* omitt. A) *terra sang. sud.* ed. 1476, A.

3 *æquales curas resonat* P. *aura* omnes. *aula* Scal., prob. Scriv. Stiegl. Welck. Ribb. *musico. Expedibo pro... Sonere inde tractum* Codd., vett. edd. Lemmata *Sonit* et *Sonere* continuant JM. — 5 *sonere auris* vulgo. *aureis* AJ. *tauros* P. — 8 *in Atreo* P. — 9 *tronitu* W. *tronitrum* P. *torbo* HC Gerl. *turbo* P. *torvo* Edd. — 11 *sensimus sonare* PC. — 12 Sequuntur lemmata *Notito*, *Axim*, *Fervitur*, *Mantat*, *Sonunt* in Codd. et ed. Gerl.; *Sonunt* ante *Notito*, etc., exhibent Edd. *Sonuit et inde mnn.* ed. 1476. *Sonivit etinm inde* AJ. *nndromace ethemnpotide* H Gerl. *ethemn potide* P. *et hæmopotide* J marg. *et Hermnphrodito* Edd. ante M, et Planck. *Andromachemolotto* M, e conj., improb. Duntz. *æchmalotide* cj. Roth, recep. Ribb. *Andromache : cui malo* Düntz. *æchmaloto* jamdiu scripseram in v. *Exnnctare*, p. 292 : ubi vide. — 13 *quiquam* Codd. *quicquam* Edd. — 14 Nomen omitt. Codd. *Accius* AJM. *Pacuvius* J marg., prob. Scriv. Welck. — 15 *ibit ad* P. *uts ciscam* H. *velit* ed. 1476,

Attius Nyctegresia :

Cuncta expedibo : id modo jusjurandum date.

Pomponius Vernionibus :

Sed qui utroque error vos agitat, expedibo.

Ennius Eumenidibus :

Id ego æquum [me] ac jus fecisse, expedibo atque eloquar.

Nolito, pro noli. Lucilius lib. XXX :

Nolito, tibi me maledicere posse, putare.

Axim, egerim. Pacuvius Peribœa :

Ut quæ egi, ago, vel axim, verruncent bene.

Fervitur, æque pro fervetur. Afranius Vopisco :

Quanta vociferatione fervitur ! Hei miseræ mihi !

Mantat, pro manet. Cæcilius Hypobolimæo rastraria :

In voltu eodem, in eadem mantat malitia.

Artivit, pro artavit. Novius Dotata :

Artivit linguam in palatum ; cœpit labia sugere.

Idem Hetæra :

Conatu se artivit matris inter femina fortiter.

Audibo, pro audiam, more antiquo. Ennius Telamone :

Audibo, atque aures tibi contra utendas dabo.

Idem Pancratiastis :

Quo nunc me ducis ? — Ubi molarum strepitum audibis maximum.

Cæcilius Nauclero :

Nunc abeo : audibis præterea, si dicis filia redeat.

Bothe. *balvæ* H. *balve* Codd. pleriq. *valvæ* Edd. — 16 *Expedibo*, etc. Quod lemma jam sup. p. 476, sed cum diversis exemplis. — 20 *cuncto* Codd. *cuncta* Edd., etiam J marg. *cunctexa pedibo* J. — 22 *se qui* WJM. *sed qui* PCA. *utrosque* cj. vir doctus in marg. Jun., et Munk. — 24 *id ego æcum* (*æquum* P) *accius fecisse* Codd., etiam C. *æcum fecisse exp.* Ribb. *aptius f.* Edd. ante M, prob. Scal. *ae jus fuisse* cj. Gul. Voss. Bothe. *ac jus fecisse* M. *fecisse me* cj. Scal. — 26 *mala dicere* P. — 28 *aut quæ* H Gerl. *aut qua* CLA. *ut qua ægi* P. *ut quæ* Bentin. JM, ut p. 185. *everruncen* H et Gerl. *everruncem* (omisso *bene*) P. *everuncem* ed. 1476. *averruncem* A. *axime verruncem* C. *verruncent* Bentin. e conj. JM Voss., ut p. 185. — 29 *Fervitur æque pro fervit* HW, ms. Fab. *atque p. ferritur* P. *æque p. fervitur* L. *æque* omitt. AJM. *pro fervit* Edd. *pro fervetur* C, et cj. Roth. — 30 *quanti* Codd., vett. ed. *quanta* Bentin. JM. *ei* vulgo. *hei* J. *miseremihi* H. *misere* CP. *mchi* P. — 31 *Mantat*, etc. Quod lemma omitt. P. *hypobrastraria* Codd. pleriq. *hypobrastaria* A. *hypobolimæo* L, J Ribb. *hypobolimæa* Scal., habet M. — 32 *in eodem voltu* cj. Gul. — 33 *Nævius* vett. edd., prob. Grauert. — 34 *linguat... cepit l. surgere* P. *surgere* et C. *labias* forte leg. — 35 *in æthra* H. *dem æthera* P. *idem Ethera* Gerl. *Hetæra* Bentin. JM. *Turpilius Hetæra* cj. Carrio. — 36 *conatus artivit* vulgo, etiam C. *cognatus* Passer. Munk. *eum natus* cj. Palm. *quum natus* M. *artivit cum natus* Guyet. Ribb. *quum nates* Bothe. *matri* omnes. *matris* Bothe. *matrix* cj. Passer. *femina* Codd. et J, habet Ribb. *feminas* C. *fœmina* A. *feminia* M. *interfemiaia* Palm. — 37 *Audibo pro audiam. Ennius Telamone : More antiquo audibo* omnes, prob. Fab. M. Colum. Voss. Both. Ribb. *pro audiam, more ant. Ennius* cj. Gothof., quod et ipse scripseram ; glossema subodoratur Voss. *telemone* P.

1 *neque auris* vulgo. *atque auris* ed. pr., Fab. Voss. Both. Ribb. *aureis* A. *atque austibi* Mp. — 2 *panchratiastis* Codd. — 3 Duas personas agnoscunt Steph. Gul. Both. Ribb. *molarum* vulgo. *molarium* W ; etiam *i* superscr. in L. *molariam strepidum audivis* C. — 5 *nunc abeo* HPL, Ribb. *nunc habeo*

P. 506 M.

[Idem] Progamo . . . .

Fulgit, pro fulget. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Primum fulgit, uti caldum ex fornacibu' ferrum.

Pomponius Macco sequestre :

Simile est quasi quum in cœlo fulgit propter lunam Lucifer.

Lucretius lib. VI [v. 160] :

Fulgit item, nubes ignis quum semina multa.

[Idem, v. 214 :]

Fulgit item, quum rarescunt quoque nubila cœli.

|| *Fulgere* correpte, pro fulgēre. Lucretius lib. V [v. 1093] :

Multa videmus enim, cœlestibus incita flammis,
Fulgere, quum cœli donavit plaga vapores.

Pacuvius Medo :

Linguæ bisulcæ jactu crispo fulgere.

Attius Bacchis :

Lætum in Parnasso inter pinos tripudiantem in circulis
Ludo atque tædis fulgere.

Lucilius Satyrarum lib. XI :

Conventus pulcher, bracæ, saga, fulgere torques
[Undantes] magni.

Es, pro esto. Lucilius lib. XXVIII :

Conjice te intro, et bono animo es t

Pomponius Maccis geminis :

[Quin] bono animo es t Video, erepsisti primiter de pannibus.

Amplant, pro amplificant. Pacuvius Teucero :

Ubi poetæ pro sua parte falsa conficte canant,
Qui causam humilem dictis amplant.

C, J marg. *num ab eo* Edd. ante M. *num habeo audibis; præt.* M. *aum abeo?* Bothe 2. *si dicis filia redeat* Codd. *si dicis, filia* AJM. *si ducis* cj. Gerl. *si ejus redeat filia* (omisso *progamo*) Ribb. *progamo* Codd. *Pergamo* Edd. et Bothe. *Idem Progamo* (deperdito exemplo) cj. Grauert; hæsitat Gerl. — 8 *furnacium* Codd. *furnatium* C. *fornaceum* AJ. *fornacium* M. *e* (*ex* Dous.) *fornacibus* Passer. Dousa. — 10 *quas cum* Codd., etiam C. *quasi cum* Edd. — 12 *nubis* Codd. *nubes* AJM. *semina multa Excussere. Idem : Fulgit item* J. *Excussere suo concursu* Lucr. — 16 *vidimus* Codd. *videmus* AJM. *insita* Codd., etiam CD, et vett. edd., ut pars edd. Lucr. *incita* JM, edd. Lucr. Eichst. Forbig. *inlita* Lachm. — 17 *plaga vere* PC. *vare* H Gerl. *vagari* ed. pr. *vagare* vett. edd. *vapores* JM, ex Lucr. — 19 *bisulcis actu* vulgo. *bisulcæ jactu* Detr. Passer. Voss. Ribb. — 21 *parnaso* Codd. *Parnasso* JM. — 22 *ludo* omnes. *ludere* cj. Scal. Scriv. Voss. *atque telis* C. Locus truncatus videtur, sed Ribbeckium septem verba addentem sequi non possum. — 24 *pulchre* P. *fulgere torques magni* vel *Magni* omnes. *Mnali* cj. Gul. *fulg. torquem dntis magni* Codd. sup. p. 227 : ubi vide. — 27 *coaicite* P. *conjicite* ed. 1476. *conici te* Gerl. *conjice te* CAJM. — 28 *magis gem.* P. *Magis* Gerl. *Macchis* A. *Maccis* JM. — 29 *quin* addidi ex v. *Primiter*, p. 154 : quod adeundum. *derepis* Codd., etiam C, vett. edd. *deripis* J. *eripis* cj. Bentin., habet M. — 30 *Pacuv. teuc. lib.* I *poeta* C. *ubi ponetæ* P. *sua arte* cj. Roth. *conficta* vulgo. *confictaque* J. *falso confictum* cj. Bothe. Verborum ordinem et ipsa verba temere mutant Grot. Voss. Herm. Ribb., ut inde eruant anapæstos, improb. Both. Dübner. — 32 *causa humilem* P. *amplent* W manu pr., Ribb. — 33 *hermionibus* P. *vermionibus* P man. pr. Bamb., Ribb. *ver-*

Aperibo, pro aperiam. Pomponius Vernionibus :

Aperibo : non possum suem pati :
Porcus est quem amare cœpi; pinguis, non pulcher puer.

Cupiret, pro cuperet. Lucretius lib. I [v. 70] :

Perfringere ut arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Dicebo, pro dicam. Novius Depathicis :

Primum quod dicebo, recte; secundum, quod eo meliu' sit,
Prodam.

Edim, pro edam. Cæcilius Asoto :

Nilne, nil tibi esse quod edim?

Novius Buculo :

Quod editis, nihil est; si vultis, quod cacetis, copia est.

Pomponius Conditionibus :

Vix nunc, quod edim, invenio : quidnam fiet si quam duxero?

Plautus Pœnulo [III, 1, 34] :

Est domi quod edimus : ne nos tam [contemptim] conteras.

Facitur, pro fit. Nigidius Commentatione Grammatices lib. XVIIII : « Id quod dico, hujusmodi est : ποιεῖ, facit; ποιεῖται, facitur. » Titinius Quinto :

Stultitiâ cupidinis,
Petunt consilium bonum, eâ gratiâ ut parvifaciatur.

Evenat, pro eveniat. Ennius Hecuba :

Senex sum : utinam mortem oppetam, priusquam evenat
Quod in pauperie mea senex graviter gemam!

monibus ed. 1476. — 34 *non possum civem pati* Edd. ante M, prob. Munk. *civem* deleri vult J marg. *suem pati* scriptum in marg. Junii. *non possum patior sus est* P. *pnti orcus est* DMp. *pati : orcus* AJ Gerl. *ortus* C, Edd. ante A. *porcus* Scal. M, et prob. Passer. *pulchre* P. — 36 *Cupiret p. cupiret* P. — 37 *perfringe* H Gerl. *profringe* P. *perfringere* AJM. *confringere* fere Edd. Lucr., ut Prisc. p. 879. *utar naturæ* HC. *ut ar* Gerl. *utra* P. *ut arta* vel *arcta* AJM, ut Lucr.

1 *Depaticis* Codd., M. *de paticis* P. *de pathicis* A. *Pnthicis* Bentin. J, prob. Guyet. Munk. *Dapaticis* Ribb., ut Codd. p. 509. *Hepaticis* cj. Bothe. — 2 *recte secundum quod dicebo eo melius* (varie distinctum) vulgo. *recte, secundum, quod dicebo eo* AJ. *et melius* W. *est melius* cj. Gerl. *secundum : quod eo melius dii prodnm* ed. 1476. — 4 *Edi pro* Codd. *Edim* Edd. — 5 *nihilne hil tibi* L. *nihil nehil t.* P. *nihilne tibi* CAJ. *nihilne nihil* M. *q. edi* Codd. *edim* Edd. — 6 *buculo* P. *Bucculo* WM Gerl. *Buccula* AJ. — 7 *quod edisti* Codd. *quod editis* Bentin. JM. — 9 *quodnam f.* C. — 11 *quo dedimus* H. *contemptim* habent AJ. — 12 *grammaticis* PW (etiam *i* scriptum super *e* in L). *grammatices* HLAJ. *grammaticæ* ed. 1476. *Commentariis grammaticis* verum nomen est. — 13 *tui facit* Codd. *tui* etiam ed. 1476. ποιεῖ, *facit* AJM Rutgers. ποιετα *facitur* Codd. ποιεῖται, *f.* AJM. *facitur tineta* (*tinetea*, expuncto altero *e*) *esse* P. *facitur tinæ tnee* H. *tinaetaee* Gerl. *facitur*, ποιεῖν *facere* M. Duo ultima verba omitt. Edd. ante M, Rutg.; quos sequor. *uti facit* ποιεῖ, *ita facitur* ποιεῖται *est* cj. Roth. — 14 *Titinnius quinto* HP. *Quinto* M Gerl. Neuk., et sic Prisc. p. 789. *libro quinto : Quanta st.* A. *Titin. Qunnta st.* J. *Quinto : Quanta* servari vult Neuk., sed *quanta* nec Codd. nec Prisc. habent. — 15 *cupidinis petunt* vulgo. *cupidius* Both. Neuk. *cons. bona gratia ut* omnes. *Consilium bonum grat. parvifaciatur* decurtatum versum citat Prisc. p. 789. — 17 *Eveniat pro veniat* P. *Ennius*, etc. Jam p. 494. — 18 *obpetnm* C. *priusq. evenint* P. — 19 *pauperio* P. — 20 *pro fecerim* Edd. ante M. *fenice* Codd. — 21 *miser sum* vulgo. *sim*

P. 507-508 M.

Faxim, [pro] fecerim. Ennius Phœnice :

Plus miser sim, si scelestum quod faxim, dicam fore.

Moneris, pro monueris. Pacuvius Armorum judicio :

Dic quid faciam : quod me moneris, effectum da[bo].

Idem Chryse :

Di monerint melioral

Nivit, pro ninguit. Pacuvius Paulo :

Nivit sagittis, plumbo et saxis grandinat.

Obedibo [pro obediam]. Afranius Maritis :

Meo ut obsequare amori, obedibo tibi.

Operibo, pro operiam. Pomponius Præfecto morum :

Pater adest : negato esse hic me; ego operibo caput.

Paribit, pro pariet. Pomponius Buccone auctorato :

Si prægnans non es, paribis nunquam.

Perveniebunt [pro pervenient]. Pomponius Pintone Gorgonio :

[O] hominem beatum, quo illæ pervenibunt ditiæ!

Reddibo [pro reddam]. Plautus Vidularia :

Ego servabo, quasi sequestri detis : neutri reddibo.

Reperibitur, pro reperietur. Pomponius Annulo posteriore :

Id, credo, metuis ne invidia adsiet [tibi],
Quum nemo, qui a te recipiat, reperibitur.

Plautus in Epidico [I, 2, 48] :

Quid illa fiet fidicina igitur? — Aliqua res reperibitur.

Cæcilius Obolostate :

Nunc enim vero est quum meæ morti remedium
Reperibit nemo.

Delr. Both. Ribb. *scelestim* Codd., M, prob. Voss. *scelestem* P. *scelestum* Edd. ante M, Both. Ribb. *faxim quod* omnes. — 23 *da* vulgo. *dabo* cj. J, prob. Voss. Both. Ribb. — 25 *di monerint* etiam CD. *de minuerint* W. Cf. Lucil. in *Averruncassint*, p. 74. — 26 *Nium pro n.* C. — 27 *Sagittis nivit plumbo e. s. grandinat* HP. *Sagittis, pl. e. s. grand.*, *nivit* AJM. *nivit* omitt. Codd. pleriq. — 28 *Oboedibo* PCLWM. *Obedibo* H, Edd. ante M. *pro obediam* Edd. ante M. *Mnterteris* cj. J. — 29 *obsequerer* Codd., M. *obsequar* Edd. ante M. *obsequaris* Bothe. *absequare* Neuk. *amari* P. — 30 *Præfecto morum* jungendum jam viderat Bentin.; J marg. M. — 31 *pater at est* H, Edd. ante M. *atest* Gerl. *at st. neg.* M. *paterate* P. *adest* cj. Bentin. Passer., prob. Both. Dübn. Ribb. *pater. at st!* cj. Palm. Scal. Munk. *ego* omitt. AJ.

1 *pro parit et* P. — 2 *non est* P. — 3 *Pintone* Codd. J marg. M, de quo valde dubitat Bothe. *Pinthone* ed. 1476. *Pithone* AJ Steph. *Pythone* cj. Steph. Scal., prob. Munk. Ribb. — 4 [*O*] *hominem* cj. Guyet, quod ipse jamdiu scripseram. *beatum quod* WM, improb. Bothe. *ille* Codd. *illæ* Edd. *divitiæ* vulgo. *ditiæ* Guyet. Ribb. — 5 Cf. v. *Reddibo*, p. 476. — 6 *quasi* omitt. PL. — 7 *Reperibitur* HPJM. *Repperebitur* (sed *repperib.* in exemplis) Gerl. *anulo* vel *Anulo* HM Gerl. Ribb. *annula* vel *Annula* PA, Bothe. — 8 *ne invidia desit cum nemo* Codd. *desit tibi cum* JM (in Emendandis), prob. Munk. *ne invidiæ id sit tibi* cj. M. *ne tibi invidia inde sit*, vel *ne tibi invidiæ siet* cj. Bothe. *ne invidiæ siet* Ribb. *a te recipiat* vulgo. *qui a te* omitt. P. *a* deleri vult Passer. *repperib.* P. — 10 *in* omitt. PA. — 11 *quod illa* P. *quid de illa* male Edd. Plaut. — 12 *Obolo* Codd., vett. edd. *Obol. Nunc* J. *Obolostate* M, Both. Ribb. — 13 *nec enimv.* W. *repperibit* C Gerl. *nec enimv. ... reperibitur* (omisso *nemo*) cj. Osann. — 15 Hoc lemma a sequentibus *Poteratur*, *Potestur*, divulsum puto. *Annalium* vulgo. (Sed vid.

Possetur, pro posset. Quadrigarius Annali lib. I : « Quum non possetur decerni, utrius putaretur victoria esse. »

Sapivi, pro sapui. Novius Virgine prægnante :

Quando ego
Plus sapivi, qui fullonem compressi quinquatrubus.

Venibo, pro veniam. Pomponius Maccis geminis :

Sero est : sexta, si tibi placet,
Venibo.

Poteratur, pro poterat. Cælius Annali lib. I : « Quum jure sine periculo bellum geri poteratur. » || *Potestur,* pro potest. Pacuvius Chryse :

Si quâ potestur investigari viâ.

Quadrigarius Annali lib. III : « Adeo memorari vix potestur ut omnes suum quisque negotium adorti essent. »

Soluerit, pro solitus sit. Cælius Annali lib. VII : « Duos et septuaginta lictores domum deportavisse fasces, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri. »

Vivebo [pro vivam]. Novius Depathicis :

Tibi quum vivebo, fidelis ero.

Deplorabundus, pro deplorans. Plautus in Aulularia [II, 4, 38] :

Homo ad prætorem deplorabundus venit.

Coctum, pro ad coquendum. Plautus in Aulularia [II, 4, 46] :

Solet ire coctum.

Macet, pro macilentus est. Plautus in Aulularia [III, 6, 28] :

Qui ossa atque pellis totu'st : ita [cura] macet.

[LIBER XI.]

DE INDISCRETIS ADVERBIIS.

Humaniter. M. Tullius ad Pansam lib. I : « De Antistio fecisti humaniter : quem quidem ego semper dilexi, meque ab eo diligi

inf. in *Potestur;* et *Annalis* ap. Gell. passim.) — 18 *quanto ego* cj. M, Voss.; sed *quando* ex Nonio citat Prisc. p. 879. — 19 *qui in fullonem* P. *quin full.* vulgo. *qui full.* J, prob. M; et sic Prisc. p. 879, quem laudat Bentin. *quæ* Bothe 2. *quinquntribus* Edd. ante M, Prisc. l. cit. — 21 *si sexta* C. — 23 *Cæcilius nnnn libro* P. *annali* A. *Cælius annali lib.* M Gorl. *quum jure* M. *cum* J. — 26 *investigaria via* P. *via* nominativo esse vult Guyet. — 27 *annalium* Edd. ante M. *memorati* M (invitus, credo). *potest ut* Codd., etiam C. *potestur ut* Edd. — 28 *omnis* P. *omnes* vulgo. *simul sunt quisque* Codd. *suum quisque* Edd. — 29 *Cæcilius* P. *Cælius* A Gerl. *Cælius* C, JM. *Annalium* vulgo. *Annali lib.* M. (Qui titulus valde incertus, quum *historiam* scripserit. Cf. in v. *Pedetentim*, p. 29.) *lib.* VIII C. — 30 *lictoris* Codd., M. *lictores* Edd. aliæ. *littoribus* P. *facis* vulgo, etiam C. *fasceis* cj. Passer. *fasces* Gul. *fascis* M.

sensi. » Idem ad Attium lib. II : « Invitus litteras tuas scinderem, ita sunt humaniter scriptæ. »

DISERTE et consuetudine dicitur, et Afranio auctore, in Divortio :

Quod vult diserte pactum aut dictum.

|| DISERTIM dicere, plane, palam, Titinio auctore possumus, in Veliterna :

Habui recte disertim.

Plautus in Sticho [I, 3, 87] :

Fuit disertim; [verum] id usu perdidi.

Attius Eurysace :

Disertim id unum incommodis defit meis.

Livius :

Tuque mihi narrato omnia disertim.

INSANITER. Pomponius Auctorato :

Metuo illum : jocari nescit ; ludit nimium insaniter.

SEVERITER, pro severe, dici auctoritas veterum jubet. Titinius Prilia :

Severiter hodie sermonem amica mecum contulit.

COMMUNITUS, pro communiter. Varro Rerum divinarum [lib. . .] : « Etenim ut deos colere debet communitus civitas, sic singulæ familiæ debemus. »

BLANDITER, pro blande. Titinius Gemina :

Ut cum ea primum blanditer [nos] comparemus colloqui.

CELERE, pro celeriter. Novius . . . .

[Pacuvius] Paulo :

Nunc te obtestor, celere sancto subveni, censor, die.

1 *soluerin* CL. *soluer inferri* P. *soluerint* vulgo. *ferre* cj. Gul. — 2 *vivebo* (bis) H, cj. Lips., habet M. *videbo* (bis) Codd. pleriq., etiam C, vett. edd. *fidebo* cj. Bentin., habet J. *dapaticis* Codd., AJ marg. Ribb. *depaticis* vel *de paticis* omnes in v. *Dicebo*, p. 507. *de pathicis* Bentin. AJ. — 5 *venit deplor.* vulgo. *depl. venit* M, ut Plaut. — 6 *adquoquendum* P. *ad quoq.* W. — 7 *irenoc tum* P. — 8 *Macet pro macilento* HW, M. *pro macil.* omitt. PL. *pro macilentus est* AJ. — 9 *ac pellis* omnes. *atque* Plaut. *tenos ita macet* Codd., etiam C. *totu semita* ed. 1476. *totum ita m.* A. *totus est, ita cura* Bentin. JM, ut Plaut. — 11 *Incipit de ind.* Codd., M. *Incipit* omitt. D, AJ. — 12 *de Antio* H, Jmarg. M Gerl. *de antitio* P. *de anno* ed. pr. *animo* Edd. ante M. *Annio* cj. Bentin. J. *Antiocho* Priscian. p. 1010. — 14 *Idem* D; quod omitt. alii Codd. et Edd. *ad attium* HPLW. *Atticum* AJM. *Axium* Gerl. — 16 *afraniti auctore in diviortio* P. — 17 *factum aut* cj. Gul. — 18 *palam lucilio* Codd., A. *lucio* CD. *Titinio* Bentin. JM. — 20 *recte dissertim* P. — 22 *fuit dissertim* P. *verum id* JM. — 24 *commodis* cj. Bothe 2. — 25 *Lucilius* P. — 26 *tu quæ* HCD Gerl. *tuque* P, ed. 1476, M, et cj. Gul. *tumque* AJ. *desertim* P. — 27 *Pomponio auctore* vulgo. *auctoro* P. *Pomponius Auctorato* Prisc. p. 1010, prob. Both. Munk. — 28 *locari nescit* Mp. — 29 *Severiter* H et vulgo. *Sæveriter* Gerl. *titinius* recte D Mp. — 30 *prilia* HM Gerl. *preilia* P. *Praelia* A. *Proelia* J. *Prælio* ed. 1476, prob. Bothe 2. *Procilin* Ribb. (Cf. p. 72.)

1 *amita* CDMpL man. prim. *amica* ceteri. *metum* P. — 2 *Communitus* H (bis), Edd. *Commonitus* PW. *Conmonitus* L. — 3 *coleret* Codd., vett. edd. *colere* JM. — 5 *Titinius*, etc. Quod Noster plenius refert in v. *Comparare*, p. 256. — 6 *ut cum da* Codd. *cum daprimum* P. *jucunda* Bentin. J. *cum ea* ed. pr., M, ut p. 256. *comparamus* vulgo.

Ennius Satyrarum lib. I :

Dum, quicquid des, [des] celere.

Benigniter, pro benigne. Titinius Gemina :

Nimium te patrocinari censeo benigniter.

Festiviter, pro festive. Novius Geminis :

O domus parata pulchre a familia festiviter!

Avariter, pro avare. Plautus Curculione [I, 2, 35] :

Hoc vide,
Ut ingurgitat impura in se merum avariter.

Quadrigarius Annali lib. XXI : « Crudeliter ille, nos misericorditer; avariter ille, nos largiter. » Cato de Præda militum dividenda : « Fraudulenter atque avariter. »

Amiciter, pro amice. Plautus in Persa [II, 3, 3] :

Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam
Danunt.

Pacuvius Duloreste :

Nunc ne illum exspectes, quando amico amiciter
Fecisti.

Probiter [pro probe]. Varro Octogessi : « Postquam avida libido rapere ac concidere cœpit, seque opificio non probiter clepere. »

Munditer, pro munde. Plautus in Pœnulo [I, 2, 26] :

Nam quum sedulo munditer nos habemus,
Vix ægre[que] amatorculos invenimus.

Sæviter, pro sæve. Plautus in Pœnulo [I, 2, 122] :

Aha! tam sæviter!

Idem in Trinummo [IV, 4, 53] :

Ah! nimium, Stasime, sæviter!

comparemus M, ut p. 256. *colloqui* H. *conloqui* PC Gerl. *colloquia* ms. Palat., AJM, ut p. 256. — 7 *Norius* Codd., M. *Nævius* ed. pr. AJ. *Pacuvius* J marg. Scal. Herm. Neuk. Ribb. — 9 *celere facto* J. *censorie* H Gerl. *censoriæ* PL. *censore* ed. 1476. *censori* AJM Bothe. *censor, i* scriptum in marg. Jun. *sancta subv. Cæsarie* Ribb. *sancte subveni censor* cj. Herm. — 11 *quicquid* HP. *des* (semel scriptum) omnes. *des, da* cj. Gul. *quicq. des, des* ms. Palat., et cj. Passer.; in quod ipse incideram. — 13 *minimum te* P. *censeo* vulgo, etiam CD, Edd. ante M, Ribb. *sentio* M, quod non displicet. — 15 *pluchre* P. *pulchre* WM. *pulchræ* HL, Edd. ante M, Ribb. — 19 *annali lib.* HM Gerl. *annalium* P, vett. edd. — 20 *nos larginiur* Codd., etiam C, Edd. ante M. *nos* omitt. P. *largiter* Bentin. J marg. M. *militum* omnes. *militibus* cj. Meyer, ex Gell. XI, 18. (Vid. ad v. *Fite*, p. 475.) — 22 *in persona* P. — 23 *quam meo* vulgo, etiam C. *quum* M. *quia* Edd. Plaut. — 25 *doloreste* P. — 26 *nunc ne hilum* cj. Scriv. Bothe. *nunc nihilum* Bothe 2; quod non displicet. — 28 *Prohibiter* PL. *Probiter pro probe* ed. 1476. *Varro*, etc. Jam sup. in v. *Clepere*, p. 20. *octogens* P. *av. lido* P. — 29 *rapere aconcedere* (sed scripto *i* super primo *e*) P. *ac concedere* HC, ed. pr., Gerl. *concidere* Edd. *seque* vulgo. *sedque* P. *opifice* omnes. *opificé* J. *opifico* sup. p. 20; ubi vido. *prohibiter* P. *non prob. snpere* H, ed. pr. *fecere* P. *fepere* CLW. *strepere* Edd. ante M. *clepere* Steph. Passer. M, ut p. 20. — 32 *ut egre* vel *ægre* Codd., M. *vix ægreque* AJ, ut Plaut. *amator oculos* H. — 33 *Seviter pro seve* D. *Sæviter* HCLW. *Secuter* P.

1 *aha* C et vulgo. *ana* P. *nhn* omitt. H. *tam seviter* HP. — 3 *animum* HP, ed. 1476. *a, nimum* Gerl. *ah nimium* AJ. *a nim.* M. — 4 *astynacte* P. — 5 *contund. inperisit sævum sæv.* Codd., M. *cont. sæviter. Sævum pro sæviter. Ennius* vett. edd. *cont. sævum sæviter. Severiter pro sæviter* J. *cont. vi*

P. 511 M.

Attius Astyanacte :

Ferum feroci contundendum imperio est, sævum sæviter.

Ennius Phœnice :

Sæviter suspectionem ferre falsam, futilum est.

Afranius Simulante :

Sæviter ferre hæc te simula, et gnatam illo abducere.

Ennius Hectoris lytris :

Sæviter fortuna ferri cernunt de victoria.

MŒSTITER, pro mœste. Plautus in Rudente [I, 5, 7] :

Sed unde vos ire cum uvida
Veste dicam, obsecro, tam mœstiter vestitas?

PROPRITIM, pro proprie. Lucretius lib. II [v. 975] :

Quid? genus humanum propritim de quibus auctum est.

AMPLITER [pro ample]. Lucilius lib. XIII :

Nam sumptibu' magnis
Exstructam ampliter atque [unctam] cum accumbimu' mensam.

Pomponius Herede petitore :

Heus aptate, pueri, munde atque ampliter convivium.

Plautus in Sticho [V, 4, 10] :

Satiust servo homini modeste facere sumptum quam ampliter.

Attius Diomede :

Benigne et pro beneficio largi atque ampliter.

ALIQUANTISPER [et] TANTISPER. Quadrigarius Annali lib. VI : « Aliquantisper pugnato nihil promovet Pœnus. » Cæcilius Fallacia :

Nam si illi, postquam rem paternam amiserant,
Egestate aliquantisper jactati forent.

. . . .

permisit sæviter J marg. *cont. imperio* cj. M, prob. Düntz. *imperio est sæviter* cj. Voss. *est, sævum sæv.* Ribb. *imperio et* cj. Neuk. Bothe 2. — 6 *fonice* HLW. *fenice* P. *Phœnice* JM. — 7 *suspicionem* Codd., etiam D. *suspition.* CMp. *suspectionem* JM. *fere* P. *futtilum* HL. *furtilum* P. *futtulum* D. *futilium* Edd. ante M. *futilum* M. — 9 *sæviter fere* P. *ferre hoe* edd. 1476. *te simulet gnatam* P. *simulet et* ed. pr. *simul et* H Gerl., vett. edd. *simul ae* J. *simula ne* cj. Gul. *simula et* M. — 10 *hæctoris* H. *listris* P. *lystris* H Gerl. *lytris* AJM. — 11 *ferro* vulgo. *ferri* Columm. J, prob. M. — 12 *Maestiter* HM Gerl. *Mestiter* PC. *Mœstiter* Edd. ante M. *pro meste* PC Gerl. *maeste* M. — 13 *unde vorsire* HP. *vors ire* Gerl. *vorsise eum uiuda* C. *vos ire* JM, ut Plaut. — 14 *m. veste vestitus* Codd., vett. edd. *veste* omitt. ed. pr. JM, ut Plaut. *vestitas* JM. — 15 *Proprit in propriæ* P. — 16 *de quibus actus* Codd., etiam CD. *actusa amplit.* P. *aetum est* AJ. *auctum est* M, ut Lucr. — 19 *et structam* AJ. *exstructam* J marg. *atque cum accumbis* P. *atque cum accumbimus* C, et vulgo. *ad quem nunc* J marg. *ampliter exstr. simul atque* cj. M t et Jan. Dousa. *ampl. ex. conviviæ acc.* cj. Fr. Dousa. *mensa* Codd., et C. *mensam* Edd. — 20 *poponius herede pectore* P. — 21 *heus apparate* cj. Gul. *aptate* jam Noster in v. *Aptam*, p. 234. *mundatque* P. — 23 *sad est* P. *sat est* vulgo. *satin'st* cj. Guyet; quod ipse scripseram. *servi* Codd. *sa servi hom.* C. *servo* AJM, ut Plaut. *modeste facere* Codd., M. *mod. melius facere* Edd., ut Edd. Plaut. *melius* retinet Bothe, delent Guyet. Ritschl; in quod ipse incideram. — 24 *Attius*, etc. Jam in v. *Largi*, p. 470 : ubi vide. — 25 *diom. bigne* P. *ei pro* cj. Gul. — 26 *tantisper* exhibet unus P. — 27 *pugnato* vulgo, J marg. *pugnate* AJ. *pugnatum* ms. Fabri. *pugno* CDMp. — 28 *paterna* P. — 29 *igestate* W. — 31 Lemmata *Paulisper et quantisper* vulgo

[Paulisper et Quantisper.] Cæcilius Fallacia :

Velim paulisper te opperiri.
— Quantisper? — Non plus triduum.

Pomponius Dotata :

Possum exorare te ut recedas a me paulisper modo?
— Quantisper? Sat habes?

Duriter, pro dure. Terentius in Andria [I, 2, 47] :

Primo hæc pudice vitam, parce ac duriter
Agebat.

Novius Zona :

Duriter me habere, vigilasse.

Afranius Privigno :

Vivax vetus quam duriter! Nunc consulo tergo meo.

Ennius Phœnice :

Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit!

Cæcilius Fallacia :

Nam quam duriter
Vos educarit aspereque, non negat.

Cautim, pro caute. Attius Alphesibœa :

Sed tibi cautim est adeundum ad virum.

Idem Philocteta :

Contra est eundum cautim et captandum mihi.

Strictim. Cicero de Oratore lib. I [c. 35] : « Quasi per transennam prætereuntes strictim adspeximus. » Sallustius [Catil. c. 4] : « Strictim, ut quæque memoria digna videbantur, perscribere. »

Firmiter, pro firme. Lucilius Satyrarum lib. X :

Fluctibus a ventisque adversis firmiter essent.

Idem lib. XII :

Firmiter hoc pariterque tuo sit pectore fixum.

omittuntur; scripta sunt in marg. W, habet M. — 32 *operiri* vulgo, etiam DMp. *operari* C. *experiri* Edd. ante M. *opperiri* J marg. Ribb. — 34 *Novius Dotata* cj. J. — 35 *ut decedes* ms. Fabri. — 36 *sat est* ms. Fab.

2 *Primum* Terent. — 3 *agebat* vulgo, etiam C, ut Ter. *habebat* M. — 4 *Novius tona* P. — 7 *vivax vetus q. duriter nunc* Edd. ante M, Ribb. *vetus, quam* Gerl. *vivax, vetus, quam d. nunc* M. *bibax* cj. J. *evax* Rotb. *victus quam* Gebb. *consulto tergo* Codd., etiam C. *consulto terga* P. *consulo tergo* M. *consulito* AJ. *consulis* cj. J. — 9 *qua tibi* P. *dictis dedit ... quam duriter* omitt. P. — 11 *numquam d.* D. — 12 *educavi* P. *educavit* vulgo, prob. Ribb. *educarit* ipse jamdiu videram. *nam quin d. v. educarit* cj. aliquis ap. Gerl., prob. Speng. Bothe. *atque aspere* omnes. *asperiter* Both. Ribb. — 14 *seduli cautim* P. — 15 *filoctita* Codd. *captandum* HPL, Edd. ante M, prob. Scal. Düntz. *captando* W, J marg. M. — 17 *Strictum* P. — 18 *sallusti* P. — 19 *strictim* omnes. *carptim* Edd. Sallust., notante Passer. *perscriberem* HCDLWJ marg. *perscribere* P et M, ut Sall. — 21 *aventis quæ* P. *a venentisque* L (etiam superscr. *en* in W). *fl. ventisque* C. *aversis* Codd., M. *adversis* Edd. ante M. — 23 *pariterque* omnes. *probiter* cj. Gul. *hoc patris atque* cj. Dousa. *pariter questio sit* P. — 24 *Afran.* Hoc exemplum omitt. vett. edd. — 25 *hoc heret ut aut cl.* Codd., M Gerl. *hoc hæret* Bothe. *hic hæret ut (haut* Ribb.) *clam.* J Ribb. *hic hæret, utut cl.* cj. Neuk. Herm. *hoc erit, clamor ut* cj. Bothe 2. *spiritu'* cj. Neuk. Herm., prob. Ribb. *spiritu* J. *spiritus*

Afranius Augure :

Hoc heret ut aut clamor oritur, sed spiritum firmiter
Instat.

M. Tullius de Republica lib. VI : « Firmiter enim majores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt. »

Fidele, pro fideliter. Plautus Captivis [II, 3, 79] :

Fac fidele [sis fideli]; cave fidem fluxam geras.

Æquiter, pro æque. Pacuvius Atalanta :

Concertare ac dissentire partem, da cursum æquiter.

Attius Antenoridis :

Ad populum intelligo
Referendum, quoniam horum æquiter sententiæ
Fuere.

Livius Ægistho :

Nam ut Pergama
Accensa, et præda per participes æquiter
Partita est.

Publicitus, pro publice. Lucilius Satyrarum lib. XII :

Huic homini quæstore aliquo esse opus atque chorago,
Publicitus qui mi atque e fisco præbeat aurum.

Idem lib. XVI :

Publicitus vendis tamen, atque extrema ligurris.

Plautus in Amphitryone [I, 1, 8] :

Hospitio publicitus accipiar.

Cæcilius Plocio :

Ibo domum; ad plebem pergitur :
Publicitus defendendum est.

Pomponius Campanis :

Dantor Dossenno et fullonibu' publicitus cibaria.

Proterviter [pro proterve]. Ennius Pancratiaste :

Quis est qui nostris foribus tam proterviter?

sed firmiter forte leg. — 29 *cauplivis* H. — 30 *sis fideli* addit Passer. *feras* omnes. *geras* Edd. Plaut. — 32 *consentire ac d.* cj. Scriv. Voss. *ac dis disentire* P. *partem da cursum* M Gerl. *partim da cursim* Edd. ante M. *partem da cursu* J marg. *rursum* cj. Bothe. *purti ac da rursum* Ribb. *dare* vel *datur jus æquiter* cj. Voss. *diss. patrem da rursum æq.* cj. Guyet, sed hæsitans. — 35 *referunt dum* P. *referundum* vulgo. *referendum* C, ed. 1476. *refer. quorum* C. — 38 *ut pergam* HPC, Edd. ante M. *ut Pergam* Gerl. *ut Pergama* cj. J, habent M Both. Ribb. — 39 *prædam* vulgo, etiam C. *præda* cj. J, recep. M Both. Ribb. *per parucipes* P.

1 *Suplicitus pro suplice* P. — 2 *est opus* cj. Gul. *corago* Codd. — 3 *publicatus qui* P. *mihi* omnes. *mi* Dous. Corpet. *episco* HP, vett. edd. *e pisco* C Gerl. *Episco* J. *mihi qui* J. *e fisco* cj. Gul., recep. M. — 5 *vendit* vulgo, etiam D. *vendis* Bentin. J, Corpet. *liguris* PC, Edd. ante M. *ligurris* J marg. M Gerl. — 7 *Ita peregre* initio addunt AJ, ut est ap. Plaut. *veniens hosp.* AJ. *adveniens* J marg. *ita p. adv.* citat Charis. p. 190. *accipiat* Codd., etiam CD. *accipiar* AJM, ut Plaut. et Char. l. cit. — 9 *ibi demum* cj. Bothe, Speng. *pgitur* P. *pergitor* cj. Speng. — 10 *defendundum* AJM Gerl. *defendendum* HP. *deferendum* cj. Columna. — 12 *dalordosenno* HWM Gerl. *dat ordasenno* P. *dut ordo senio* Bentin. J. *senno* J marg. *dato*

IGNAVITER, pro ignave. Lucilius Satyrarum lib. XVI :

Cur tam ignaviter, hoc præsertim tempore, quæris?

Quadrigarius Annali lib. II : « Et qui ibi erant, non ignaviter potando, eum diem pro meliore habuerunt. »

MUTUITER, pro mutuo. Varro Octogessi, περὶ νομισμάτων : « Vive, meque ama mutuiter. »

PERSPICACE, pro perspicaciter. Afranius Divortio :

Quam perspicace, quam benigne, quam cito!
Quam blande! quam materno vivas pectore!

ASPERITER. Nævius Pullis :

Ubi tu nequaquam cubares asperiter.

CELERANTER, pro celeriter. Attius Antenoridis :

Sed qui hic est qui matutinum cursum huc celeranter rapit?

DAPSILE [pro dapsiliter]. Pomponius [Rectore] rustico :

Quid nunc vis fieri? — Verrem sume dapsile ac dilucide.

EXQUISITIM [pro exquisite]. Varro Ajace stramentitio : « Hac re æger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres. »

HILARE [pro hilariter]. M. Tullius de Oratore [III, 8] : « Quis unquam res, præter hunc, tragicas pæne comice, tristes remisse, severas hilare, [forenses scenica prope venustate tractavit]? » Afranius Privigno :

Et propter patruelem tuam
Constituit, hilare anhelans, dejecta coma.

FESTINATIM, pro festinanter. Pomponius Asinaria :

Exsilui de nocte ad molam fullonis festinatim.

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Prætor festinatim de castellis ad castra maxima pedites conducit. »

Dorsenno cj. M. *dato Dors. et full. Publicitus* Munk. *dato publicitus Dors.* Bothe. *dantor Dossenno* cj. Guyet. Ribb., quod jamdudum scripseram. *publiciter* Codd. Gerl. Ribb. *publicitus* Edd. — 13 *Propterviter* (bis) P. — 14 *qui est qui* W. — 17 *Quadrigarius*, etc. Sic Edd. ante M; hic autem, cum libris, repetito lemmate post *Pugaitus*, p. 514, exemplum exhibet. *annalium* PJ. — 18 *putondo* vulgo. *pugnando* cj. Lips. Ursin. *potnado* cj. Gul. Pontan., babet M. — 19 *octogesi tib.* 1 ll, M Gerl. *lib.* II (omisso græco titulo, sed spatio relicto) P. — 20 *omaaı mut.* P. — 21 *pro perspicatiter* P. *pro perspiciter* W. — 22 *benigne cito* P. — 23 *Quam blande*, etc. Hunc versum addunt Edd. aute M, ex p. 515, ubi idem lemma, sine expositione. *Qunm blando* vett. edd., Stepb. Bothe. *quam mater novias* P. *mnterno vins p.* Codd. et M, prob. Palmer. *via est* C. *viast* Bamb. *mnt. vivis* cj. J, prob. M Guyet Bothe. *visast* Ribb. *quaaı miti est pect.* AJ. *foveas* vel *fovi has pect.* forte leg. — 24 *aspiter* (item inf.) PC. *aspiciter* (deleto *ci*) W. *asperiter* HL, Edd. *veius pulis* Codd. pleriq. *ævius pulis* C. *Nævius Pullis* AJM. *Lævius* cj. M, improb. Weichert. — 26 *tenoridis* Codd. *Antenoridis* Edd. — 27 *quis hic* omnes. *qui* cj. Guyet; quod ipse videram. *cursum hunc* D Bamb. — 28 *Rectore* addidi ex v. *Puriter*, p. 516. — 30 *acre æger* Codd. AJM. *oc re* ed. 1476. *hnc re* cj. Turn. Gul., prob. Œhler. — 31 *convocabns* vulgo. *convocabat* cj. Turn. Gul. *convalesceret* vulgo. *convolesceres* ms. Fabri. Forte legendum : *Hnc re m. exq. convocobas, ut æger convalesceret.* — 32 Jam sup. in v. *Remissum*, p. 383. *quis uaqua* P. — 33 *truicas* P. *tristis* Codd., M. *tristeis* AJ. *seherns* HCL. *seberas* P Gerl. *serias* AJ. *severas* M, ut Cic.

2 *constitit* cj. Palm. *hanhelans* P. *delectn* vulgo, et J marg. *dejectn* AJM. *disjectn*

P. 514 M.

Pugnitus, pugnis. Cæcilius Fallacia :

Nisi quidem qui se[se] malit pugnitus pessumdari.

Futile, futiliter. Ennius Phœnice :

Ut, quod factum est futile, amici, vos feratis fortiter.

Humanitus. Turpilius Pædio :

Quare esse dicat quisquam, illum hominem haud quicquam facere humanitus?

Cassius Hemina Historiarum lib. IIII : « Qua fini omnes [res atque omnes] artes humanitus aguntur. » Afranius Repudiato :

Quanto facilius
Ego, qui ex æquo venio, adducor ferre humana humanitus!

Inimiciter [pro inimice]. Attius Didascalicorum lib. I : « Placare hostem ferocem inimiciterque accensum. »

Memore, pro memoriter. Pomponius Philosophia :

Ergo, mi Dossenne, quum isthæc memore meministi, indica
Qui illud aurum abstulerit. — Non didici hariolari gratiis.

Immortalitus. Turpilius Hetæra :

Satisne ut meum cor [se] voluptatibus dat?
Immortalitus se obtulit mi hæc facultas.

Largitus, pro large. Afranius Materteris :

Quid istuc est? quid fles? quid lacrimas largitus?
Proloquere.

Iracunditer [pro iracunde]. Cæcilius Subditivo :

Quæso ne temere hanc rem axis, ne iracunditer.

Bothe. *delectti* P. — 4 *futtone* omnes. *fullonis* ej. Laurenh. Gebh.; quod ipse videram. *festinamtim* P. — 5 *præter fest.* Codd., vett. edd. *prætor* Bentin. JM. *præfestinatim* cj. Roth. — 6 *peditis* Codd., etiam C. *pedites* Edd. — 7 *pro pugnis* vulgo. *pro pugnus* P. *Pignitus pro pignis* C. — 8 *nisi quidam* AJ, improb. Gul. *sese* Guyet. Bothe; quod ipse scripseram. Post *pessumdari*, in Codd. sequitur pars lemmatis *Ignaviter*, quod videas p. 513. — 9 *futtile* (bis), *futtiliter* HC Gerl. *futile* P, Edd. — 10 *vos fueratis* Codd. pleriq. *vos feratis* ed. princ. J marg., prob. M Guyet. Bothe. *nos feratis* M. *nos feramus* Edd. ante M. — 11 *Humaniter Turpil.* Codd., M. *Humanitus pro humaniter* Edd. ante M. — 12 *hominem aut* vulgo, et Both. Neuk. Ribb. *aut quicquam* P, ed. 1476. *haud q.* AJ. *fac. humaniter* Codd., M Bothe. *humanitus* Edd. ante M. Neuk. Ribb. — 13 *eminn* P. *quare fini* Codd., M. *quare si* AJ. *qua fini* cj. M. *qua fine* J marg. (Cf. v. *Finem*, p. 205, unde aliquot verba supplentur.) *omnis artis atque* Codd., M. *omnes artes* AJ, et Noster p. 205. *omnis res atque omnis artes* cj. M, ex l. cit. *humanitusque aguntur* Noster p. 205. — 16 *exequo* C. *exego* P. *ex equo* vulgo. *ex æquo* scriptum in marg. Jun., habet M. *fere* HC Gerl. *fore* P. *ferre* Edd. *humanitas* P. — 19 *philossophia* P. *Philosopha* cj. Bothe. *Philosopho* ej. Gebh. *de Philosophia* Prisc. p. 1014. — 20 *ergo nidos sed necum* (*sedne cum* PM) HPM. *ni dossedne* Gerl. (arbitratu suo dividens). *ergo nidos* omitt. Edd. ante M. *ergo, mi Dorsenne, quum* cj. M, prob. Munk Both. Ribb. Quod ipse conjeceram. *ista hæc* HPM. *istahæc* Gerl. *isthæc* J marg., prob. M. *ista ec* C. *meministi* omnes. *istæc m. meminit* Prisc. p. 1014. (Neutrum autem, me judice, patitur latinitas, et legerem : *q. istæc memineris memore, ind.*) *indicat* AM. — 21 *qui illum* P. *quid illud* W. *ariolari* H. *ariolari* W. *hariolari* LJM. *Non didici.* « Respondet alter, » scripsit aliquis in marg. Jun.; et sic Edd. post M. *gratis* omnes. *gratiis* ej. M, habent Guyet. Both. Ribb. — 22 *inmortalitus* (bis) HC Gerl. — 23 *satine ut* Codd., M Ribb. *satin'* J marg. *satisne* Bothe. *sat me* Edd. ante M. *mecum cor* P. *se meum cor* cj. Grautoff, prob. Ribb. *volupt. stat* ej. Lips. *vol. Abundat? immort. sese obt. Mihi hæc* ej. Gul. *mihi* omnes. *mi* Both. Ribb. Bacchios versus agnovit Bothe. — 26 *qui istuc est quid* Codd. *quid istuc* Edd.

1 *rem agas et ne* vulgo. *re magis et ne*

Minutim, pro minute. Lucilius lib. V :

Dic quam cogat vis ire minutim
Per commissuras rimarum, nocti' nigrore.

Parciter, pro parce. Pomponius Verre :

Salle, volo, parciter,
Tanquam frater mihi sies, medium abdomen quum dividam.

Superbiter [pro superbe]. Afranius Purgamento :

Illa imperat superbiter.

Nævius Belli Pœnici lib. VI :

Superbiter contemptim conterit legiones.

Longinque et Longiter, pro longe. Ennius Andromache æchmaloto :

Annos multos, longinque a domo,
Bellum gerentes summum summa industria.

Lucretius lib. III [v. 676] :

Non, ut opinor, id a leto jam longiter errat.

Perplexim, pro perplexe. Plautus in Sticho [I, 2, 18] :

Utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum.

Hemina Historiarum lib. I : « Prudens perplexim scribit. »

Saniter [pro sane]. Afranius Megalensibus :

Adesto : assentio
Te non amare, me adorare hanc saniter.

Rarenter. Cæcilius Pausimacho :

Edepol voluptas homini rarenter venit!

P. *rem agas me* ed. 1476. *et* omitt. Speng. Both. Ribb. — 3 *cogot* vulgo, et J marg. *cogitat* Bentin. J. *visire* H Gerl., Scal. Menrs. Salmas. *sis ire* AJM. *vis me* ed. pr. *jus ire* ed. 1476. *tus ire* ms. Paris. 7666. *tusire* C. *tussire* cj. Reuvens. *eogat ire* P. *dic, quæ eogat vis ire* (scit. murem urbanum) cj. Francken. — 4 *noctimgrore* P. *noctis* vulgo. *nigrere* C. — 5 *varres* L manu pr. *verres albeolo* HW, J marg. Gerl. *verre : salbeolo* PAJM. *salveolo* (*b* super *v* scripto) L. *sed alveolo pareitur* cj. J. *saveolum* cj. Lips. Munk. *Verre ægroto* cj. Roth. *salve! nolo p.* Bothe 1. *Verre salvo : Nolo parciter* Ribb. (In re perobscura, *sallere* porcum placuit.) — 7 *mihi sis* omnes. *abdomei* C. *abdomum* P. *tecum div.* Bothe 2, Ribb. — 8 *Superviter* (et in sqq.) HCLW. *superbiter* PMp, Edd. *Afr. Priviguo : Amanti illa* cj. Lips., prob. Bothe. — 9 *superb. imp.* omnes. — 11 *contentim* HW. *contemtim* PM. *contemptim* L, J. — 12 *Accius* omnes. *Ennius* cj. Columm. M Bothe, quod alibi fabula Eunio tribuitur. Sed forte Attii locus excidit. *Andromnche ei malo nnuos* Codd. et Edd. *maln* C. (Vid. ad v. *Exanclare*, p. 292.) — 16 *Lucilius* AJ. — 17 *a lecto* HW, Edd. ante M. *a leto* M, ut Charis. p. 183. *id leto* P. *longiter rati* HCLW, Edd. ante M. *long. irati* P. *acti* J marg. *errat* cj. Lips. Leop., ut Lucret. et Char. l. cit.; habet M. — 18 *pro plexe* P. — 19 *ego perplexit* P. *orationem* vulgo. *oratiue* P. *oratione* Edd. Plaut., prob. Ritschl. — 20 *perpl. seottino scrib.* Codd., AM. *scotino* J. *scottinos scrib.* P. σκοτεινῶς cj. Passer. Guyet. Quod verbum, tanquam glossema, omittendum censet vir doctus (Passer.) ap. M1, et Madvig. — 21 *Saniter* omnes. *Suaviter* (bis) cj. Palmer. Taubm. Barth. *negnlensibus ndsto* Codd. Gerl. *Megaleusibus* (ut nomen fabulæ) Edd. — 22 *adesto* omnes. *at esto* Neuk. *at st! sentio* cj. Palm. *assentio* HPW, Edd. *ad sentio* L Gerl. *asentio* C. *ah sentio* scriptum in marg. Jun., Ribb. *te non amare* vulgo, et J marg. *te nunc* cj. Bothe. *te amare* J. *amare me adorare* HWA. *amnre, me adorare* JM. *me adorate* CL Gerl. Ribb. *me atque orare* Nenk. *me ndoro te hac* P. *ac saniter* Codd., M Ribb. *ac* omitt. Edd. ante M. *at sniter* Bothe. *at ndornre snn.* J marg. — 25 *voluntas* omnes, et Ribb. *voluptas* cj. Palm., prob. Speng. — 26 *exeo-*

Novius Exodio :

Multum ames, paulum des crebro, venias rarenter.

Ennius Andromacha :

Sed, quasi ferrum aut lapis,
Durat, rarenter gemitum conatu trahens.

[Pomponius] Ergastulo :

Longe ab urbe villicari, quo herus rarenter venit.

Livius Terco :

Rarenter venito.

Contemptim, contemnenter. Nævius Belli Pœnici lib. VI :

Superbiter contemptim conterit legiones.

Temeriter [pro temere]. Attius Amphitryone :

Hoc in re est, quod tu tam temeriter
Meam benevolentiam interisse es ratus?

Restrictim, pro restricte. Afranius Thaide :

Ea firme sedere melius consultoribus,
Quæ restrictim cogitata atque omnibus rationibus.

Præclariter [pro præclare]. Quadrigarius Annali lib. III : « Et ita rebus præclariter gestis, Romam reverterunt. »

Torviter [pro torve]. Pomponius Auctorato :

Occidit taurum torviter; me amore sauciavit.

Ennius lib. I :

Ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti.

dio P. — 27 *paulum describo venias* (omisso *rarenter*) P. *venies* C. — 29 *quasi out ferrum* Codd. *aut* (prius) omitt. CW, Edd. — 30 *durat, rarenter* M. *durot rarenter gem.* AJ. *durat* prob. Guyet. *dura* cj. J, Columna, prob. M. *gemitum* (*gemitur* P) *conatur trobem* Codd. *gemitum conotur. Trabes Ergost.* M. *conntus* ed. pr., Bothe. *trobem* omitti vult J. *trohere* cj. Colum., prob. Fabric. *conotu trahens* cj. Delr. Lips. Voss. *conatur trahens* Ribb. *conatur. Trnhea Erg.* cj. Palm., prab. M in Emend. — 31 *Pompon. Erg.* cj. Bentin., prob. J, Voss. Both. Munk Ribb., ex eodem locn cit. p. 164 et 186. *ergastilo* P. *ergastelo* H. Gerl. *ergostulo* Edd. — 32 *vilicnri æquo* H. *vilicoriae quo* C Gerl. *vilicarie* P, ed. 1476. *villicarier* AJM. *villicori* sup. p. 164 et 186. *quorus* P. *quo rus* C. *erus* M, Gerl. *herus* ed. 1476. *rorentur* P. — 34 *venito* P. *vento* (superscr. *i*) L. *venio* vulgo. Post *venito*, sequitur in Codd. et M iteratum *Perspicace*, quod est p. 513. — 35 *Contemtim contemn.* HPM. *Contemptim, contempn.* Gerl. *Contemptim pro cont.* ed. 1476.

3 *hoc in re est* omnes. *in te est* ms. Dorvill. *hoccine est* cj. Delr. M, prob. Voss. Bothe, recep. Ribb. *hoc interest* cj. Gerl. *hoc jure est* cj. Reuvens. *quod tutam* H. *tu tam* WJM. *qua tu* CPL, ed. pr., Ribb. *interrisse* C. *interiisse ratus es* mss. Palat. et Darvill. *esse ratus* P. — 5 *Restrictum* Codd. *Restrictim* W marg., Edd. — 6 *eaquæ* HLW. *ea quæ* C, vett. edd. *eaque* PJM. (Delevi *quæ* tanquam var. lect. adverbii *quam* sequente versu.) *firme* HWL mau. sec., M. *ferme* PL mau. pr. A, et Gul. Both. Neuk. *sedere* omnes. *cedere vel succedere* scriptum in marg. Jun. *firmius sedere et metius* Ribb. *consultatoribus* cj. Gul. — 7 *quam* omnes. *quæ* cj. Gul. (Vide quæ modo dixi.) *utque* H Gerl. *utquæ* L. *ut* P. *otque* Edd., Gul. Ribb. — 9 *gestes* P. — 10 *Torbiter* (et in seqq.) Codd. *Tarviter* Edd. — 11 Excidisse ereda Pamponii locum, versumque ex Ennii *Medeo* esse, quadrante sensu. *Meo mores omovit* P. *me amores nm.* HC Gerl., Edd. ante M. *me amore snuciavit* cj. Lips., recep. M Ribb. — 12 *Ennius lupiastic quem* HP. *lupiast ic* C. *lupi : Ast ic* Gerl. *lupiosta : quem* vett. edd. *Lupiast. Quem* J. *Enn. lib.* I : *ost hic* cj. Scal., recep. M, Merul. Vahlen. — 14 *auruspice* P. *vel pectore rustico* Codd. *Aruspice : Vel pect. rustico bucco* Edd. antu Gerl. *Ar. vel Præcone* cj. Bothe, prob. Munk. Ritschl. *vel Petitore* Roth.

Puriter [pro pure]. Pomponius Aruspice vel Rectore rustico :

Bucco, puriter face tractes. — Lavi jamdudum manus.

Novius Virgine prægnante :

Sequere me!
Puriter volo facias; igni atque aqua hunc volo accipe.

Reverecunditer. Pomponius Macco Virgine :

Præteriens vidit Dossennum in ludo reverecunditer
Non docentem condiscipulum, verum scalpentem nates.

Certatim [pro certanter]. Virgilius Æneidos lib. III [v. 290] :

Certatim socii feriunt mare, et æquora verrunt.

Sisenna Historiarum lib. III : « Atque armis de vita certatim dimicare nitebantur. »

Abunde [pro abundanter]. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Profuse atque abunde semper usi magnum pondus auri argentique. »

Miseriter, pro misere. Laberius :

Mœreo : mens incorrupta miseriter corrumpitur.

Properiter [pro propere]. Catulus :

Animula miserula properiter abiit.

[LIBER XII.]

DE DOCTORUM INDAGINE.

Omnes Artem secuti negant adverbiis præpositionem addi oportere; sed auctoritas veterum præponi jubet.

Desubito. Titinius Prilia :

Sed, amabo, quid desubito tam repente ad me venisti?

Pexore Ribb. *fac puriter vel pect. rust.* vett. edd. *fac puriter, bucco, vel pect. rust. uti* J. — 15 *furiter* PC Bamb. *puriter fac uti tractes* HP Gerl. *tractis* WM. *ut [te]* cj. Bothe. *ut [rem]* Ribb. *uti* delevi ob metrum, et eleganter abest. *Lavi* novæ personæ tribuunt doctus in marg. Jun., Both. Gerl. Ribb. — 18 *puriter* omitt. P. *volo hunc* HP Gerl., vett. edd. Ribb. *hanc* M Bothe. *accipe* H Gerl., ed. pr. *accipere* P, Edd. *accipiter* Bamb. *accipier* Ribb. *accipere hanc volo* cj. Munk. — 19 *Reverecunditer* Codd., et est ap. Prisc. p. 1010. *Verecunditer* Edd. *maccho* P. *macco* Codd. pleriq. *virginem* Codd. *Macto : virginem.* Edd. *Macco virgine* cj. Bothe, prob. Munk. Ribb.; quod ipse conjeceram. — 20 *vidit duos* (*dos* C) *sensum* Codd. *duossensum* Gerl. *duos sensim* AJ. *duos senes* cj. J. *dominus senem* cj. Palmer. *vidi Dorsennum* cj. Bothe, prob. Munk Ribb. *reverecund.* Codd., ed. 1476, Ribb. *verecund.* AJM. *inludore verec.* C. — 21 *discipulum* AJ. *natis* Codd. pleriq., M. *nntes* P. *nateis* AJ. — 23 *equora* Gerl. — 24 *Sisenna.* Hoc deest in Edd. ante M. — 25 *nitebatur* Codd. *nitabatur* C. *nitebantur* M. — 26 *lib.* III C. *perfuse* omnes. *profuse* cj. Lips. Guyet. *habunde* PMp. *abunde* Edd. *semper usi magn.* Codd. *semper* omitt. D. *abunde sparsi magn.* ed. pr. *ab. sparsi usi* Edd. ante M. *semper* etiam J marg.

1 *pro* omitt. CD. *Lab. mereo mens* Codd. *Mereo* J marg. M (ut nomen fabulæ). *mareo* L man. pr. *Mnrco* ed. pr., Bothe. *Macco* Beutin. J. *Mario* Ribb. *miseritur* P. — 3 *Catullus* vulgo. *catulus* W man. pr. Versum autem Sereno tribuit Diom. p. 513. *abiit* omnes. *obiit* Diom. l. cit. — 6 *Incipit de doctorum* Codd. pleriq., M. *Incipit* omitt. D, Edd. ante M. — 7 *Omnes autem* P. — 8

P. 517-518 M.

Ennius Pancratiaste :

Quum desubito me orat mulier, lacrimansque ad genua accidit.

Afranius Emancipato :

Quam beatæ scenicæ
Videntur mi [esse] mulieres, quæ jurgio
Et benevolentia urunt desubito viros!

Cæcilius Asoto :

Nam ego, duabus vigiliis transactis, duco desubito domum.

Quadrigarius Annali lib. II : « His desubito utrisque nuntiatur ipsorum copias adesse. » Novius Tripertita :

Postquam se[se] heredem vidit, desubito divortium
Fecerunt.

Lucretius lib. II [v. 265] :

Vim cupidam tam desubito quam mens avet ipsa.

Attius Eurysace :

Tot tropæa transdes? summam gloriam everti sines
Tam desubito?

Pomponius Pappo agricola :

Volo scire ex te, cur urbanas res tam desubito deseris?

Idem Pistore :

Fit desubito hilarus, tristis; saltat ridens, ringitur.

Lucilius Satyrarum lib. X :

Quamvis desubito trinis deducere scalis.

M. Tullius de Republica lib. VI : « Nisi his, ut meministis, concursu levissimæ multitudinis et ære congesto funus desubito esset ornatum. » Nævius Danae :

Desubito famam tollunt, si quam solam vidêre in via.

Derepente. Turpilius Boethuntibus :

Eum derepente uxorem ducere audio.

Ennius Phœnice :

Ibi tum derepente ex alto in altum despexit mare.

pompani jubet P. — 9 *Prilia* Codd., M. *Prœlia* J. *Prœlio* vett. edd. — 10 *sede amabo* Codd., M. *sed amaba* Edd. ante M, Bath. Neuk. *sed [jam] amabo* Ribb. *tam repente* amitt. ms. Palat., ed. 1476, Neuk. — 11 *Pancrasiaste* H Gerl. — 12 *me erat ... geaual* P. — 14 *quam bene adtescente videntur* P. *beatæ sceulæ* L. *[O] quam beatæ* Ribb. *videatur mulieres mihi* Both. Ribb., ut metro succurrant. *quum jurgia* P. *et desubito benev.* Ribb. *benevolentia terrent* omnes, etiam Both. Ribb. (Sed versus claudicat.) — 20 *Nævius* AJ. *Novius* etiam J marg. *tripertita* Codd. *Tripartita* Edd. — 21 *si vidit* P. *se vidit her.* vulgo. *sese vidit* Bothe, e conj. *her. sese vid.* Neuk. *se vidit [esse] her.* Ribb. *divortio* P. — 24 *mens hnbet* HPW, Edd. *abet* (superscr. *h*) L. *avet* Lucr. — 25 *erisace* P. — 26 *tropæa transdesummam glaria* P. *evortis sines* Cadd. *eurotis* AJ. *everti* cj. Bentin. *evarti* J marg. M. — 29 *tam des.* vulgo. *tam* omitt. H Gerl. *deseres* P. — 31 *tristis, sallat ridens, ring.* Gerl. Ribb. *tristis saltat, ridens ring.* AJM Bothe. *saltat, ridet, ring.* cj. Munk. *Flet desub. hil.* scriptum in marg. Jun. — 33 *scalas* P. — 34 *lib.* v C. *in his* omnes. — 35 *congestu* Cadd., etiam C. *congesto* Edd. *oanatum* P.

1 *dane* P. — 4 *uxorem audio ducere*

Afranius Incendio :

Non usquequaque idoneum invenias locum,
Ubi derepente, quum velis, facias lutum.

Idem in Omine :

Atque ille derepente in jumentum exsilit.
. . . .
Contendit oculos : derepente abiit celox.

Attius Astyanacte :

Hic per matutinum lumen, tardo prorepens gradu,
Derepente adspicio ex nemore pavidum et properantem egredi.

Novius Macco :

Scalpis dentes derepente, in cœna si peccaveris.

Terentius Hecyra [IV, 1, 3] :

Ita corripuit derepente tacitus se[se] ad filiam.

Pomponius Præcone posteriore :

Vis facere ut noverca vetulum derepente deserat ?

Ennius Hectoris lytris :

Ecce autem caligo oborta, et omnem prospectum abstulit;
Derepente contulit sese in pedes.

Varro Sesquiulixe : « In Thespiadum oro derepente. »

Picumnus et avis est Marti dicata, quam *picum* vel *picam* vocant, et deus qui sacris Romanis adhibetur. Æmilius Macer Ornithogoniæ lib. I :

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Hyginus : « Est parra Vestæ, picus Martis. » Fabius Pictor Rerum gestarum lib. I : « Et simul videbant picum Martium. » Idem Juris pontificii lib. III : « Pilumno et Picumno. » Varro de Vita populi

omnes. *duc. ux. audio* Both. Ribb. — 5 *foenicae* Codd. — 8 *invenias iocum* PDLMp. — 9 *facies* P. *facias lucrum* cj. Lips., prob. M Bothe 2. — 11 *exillit* P. *exsilit, contendit* J. *exsilit.* * *Contendit* M ; et alterius versus auctorem desiderant Bentl. Ribb. *exsilit. Idem : contend.* cj. Lips., prob. M Neuk. — 13 *habit* HPL. *abit* CWAJM. *abiit* ed. 1476, Bentl. *colo* Codd., etiam C. *cœlo* Edd. ante M. *celox* cj. Lips. Bentl., habent M Both. Ribb. *colos* cj. Roth. — 15 *properantem gradu ... pavidum et* omitt. P. *prop. gradu* omnes, prob. Ribb. *prorepens gradu* cj. Bothe. — 16 *ægred. novius* P. — 17 *maccho* Codd. — 18 *scalpes* Both. Munk. *in scena* Codd., M Ribb. *cenam* vel *cœnam* Edd. ante M. *scenam* J marg. *cœna* Munk. *scheman* cj. Palmer. — 20 *se ad* vulgo. *sed ad* P. *sese ad* Edd. Ter. Notandum quod turbatur exemplorum ordo in Edd. ante M. — 23 *haectoris* H. *lystris* Codd. — 24 *aborta est* Codd. *oborta est* AJM. *ut* (pro *est*) *omnem* cj. Delr. *et* scripsi. — 25 *in pede* C. — 26 *sesqueulixe* Codd. *sesquiul.* M. *in sespia dum oro* H. *in thespin derep.* P. *in tespiadum* vel *Thespiad.* CM Gerl. *oro* Codd., Gerl. *aro* M. *ore* AJ. *ora* Popma. *ara* Guyet. *agro* cj. M. *choro* cj. Roth. — 27 *Picumnus et avis est* Codd., M. *Picumnus est* Edd. ante M. *vocant deus* L, ed. pr. — 28 *ramanis* P. *in Theogoniæ lib.* vulgo. *in Theogonia* A. *in Ornithogoniæ* cj. Bentin. J ; nempe *Ornithogonia* laudatur a Nostro p. 220 ; ubi vide. — 30 *agrestis* Codd., M. *agresteis* AJ. — 31 *hycinnus* P. *hycynus* L. *Higinus* M. *Higinius* Edd. ante M. *Hygiaus* Gerl. *est parra veste* HLW. *parra Vestæ* cj. Palmer., habent M Gerl. *para* ed. pr. *par* (omisso *est*) *veste* P. *Picumnus est parva veste* Edd. ante M. *parra* J marg. *varia veste* cj. Lips. *picta* cj. Chifflet. *est præneste* ms. Fab. *picus matis* P. *favius* HD Gerl. *favus* P. *Fabius* Mp,

Romani lib. III : « P. Ælius Pætus quum esset prætor urbanus, et sedens in sella curuli jus diceret populo, picus Martius advolavit, atque in capite ejus assedit. »

Veterum memorabilis scientia Paucorum numerum pro bonis ponebat; Multos contra malos appellabat. Terentius in Eunucho [Prol. 1] :

Si quisquam est qui placere se studeat bonis,
Quam plurimis.

Attius Tereo :

Video ego te, mulier, more multarum utier,
Ut vim contendas tuam ad majestatem viri.

Idem Epinausimache :

Probis probatus potius quam multis forem.

Lucilius Satyrarum lib. XIIII :

Nam paucis malle ac sapientibus esse probatum,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Idem lib. XIII :

Unu' modo de multis qui ingenio sit.

M. Tullius de Republica lib. IIII : « Nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed paucorum. » Idem de Republica lib. VI : « Et vero in dissensione civili, quum boni plus quam multi valent, expendendos cives, non numerandos puto. » Afranius Suspecta :

Noli ex stultitia multarum credere esse animum meum.

Censere et Arbitrari veteres cognatione quadam socia ac similia verba esse voluerunt. Varro Rerum humanarum lib. XX : « Quod verbum *censeo* et *arbitror* idem poterat ac valebat. » Plautus in Rudente [I, 2, 78] :

Non vidisse undas [me] majores censeo.

Edd. — 32 *rerum naturalium* J. *p. macrum* P. — 33 *Idem lib.* I *iuris* (*uris* Gerl.) *pontifex lib.* III Codd., vett. edd. *lib.* IIII C. *juris pontificii lib.* Bentin. J. *lib. juris pontificii* III M. *et picum* Codd., vett. edd. *et Picumno* Beatia. JM. — 34 *pelius petus* Codd., etiam D. *pepelius* Mp. *Pedius picus* Edd. ante M. *Ælius* (*Pætus*) cj. Ursin., cj. et habet M. *cum esset PR. urb.* Gerl. *esset pretor* P. *prætor* AJM. *picus maritus* P. — 36 *assedit* H. *adsedit* D Gerl.

1 *Ceterum memor.* W, ms. Fabri. *præ bonis* W. *pre* C. — 2 *appellabant* Codd., M. *appellabat* AJ. — 4 *se studeat* Codd. pleriq., etiam C, ut Ter. *se* omitt. WVM. — 7 *te mulierem* C. — 8 Jam p. 258. — 10 *probatum* omnes. *probatus* cj. Lips. *forem* Codd., JM. *fore* vett. edd., Botho. — 11 *lucilus* P. — 12 *non paucis* omnes. *nam p.* cj. Leopard. Fab. Dousa. *nunc p.* cj. M, Guyet. *me p.* Lips. *malle* HPL, cj. Lips. Leop. Fab. Dous. M. *male* W, Edd. *ac siasapientibus* H. *sasip.* L man. pr. *sisap.* CL man. sec. *ac si sap.* P. *a si a sap.* W, vett. edd. *ac si ac sap.* M. *ac sap.* cj. Steph. Leop. Dousa, prob. M. *abs sap.* cj. Lips. *male, sed sap.* J. *male se et sap.* cj. Fab. *probatus* cj. Dous. Guyet. — 13 Versum omitt. P, relicto spatio. Qui est Homeri, Od. XI, 491. — 17 *sed bonorum* omnes. *et viro* P. *enimvero* J. — 19 *expendos* P. *expendendos nbis* ed. pr. *ab his* Edd. ante M. *cibis* Codd. *civis* cj. Cujac. Faber; habet M, prob. Mai. — 19 *non* omitt. P. — 20 *extultitia* H. — 21 *cognitione* P. — 22 *de re rustica* P Gerl. *de rustica* WVM. *de repub.* AJ. *rerum humanarum* cj. Popm., M. *de vita populi Rom.* scriptum in marg. Junii. — 25 *censio* P. — 27 *hanc* omitt. Edd.

Idem in Menæchmis [III, 3, 32] :

Demam hanc coronam atque abjiciam ad lævam manum,
Ut, si sequentur me, hac abisse censeant.

Varro de Vita populi Romani lib. II : « Itaque quod hos arbitros instituerunt populi, *censores* appellaverunt : idem enim valet *censere* et *arbitrari.* »

Afficı *malis* tantum consuetudo præsumpsit, quum sit positum et *bonis*. M. Tullius de Officiis lib. I [c. 41] : « Si quos aliquo honore aut imperio affectos observare et colere debemus. » Varro Eumenidibus :

Coronam ex auro et gemmis fulgentem geril,
Luce locum afficiens.

Decuriones et Centuriones a numero, cui in militia præerant, dicebantur. Accensi, qui his accensebantur, id est attribuebantur. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Ii quidem adscriptivi, quum erant attributi decurionibus et centurionibus; qui eorum augerent numerum, *accensi* vocabantur. Eosdem etiam quidam vocabant *ferentarios,* qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quæ ferrentur, non quæ tenerentur. »

Lateres apud quosdam, ut *scrobes*, cujus generis habeantur, incertum est : sunt autem generis masculini. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Quum lateres argentei atque aurei primum conflati, atque in ærarium conditi. » Et in alio [loco] idem :

Later quod conquadravit regius.

Modestia, Moderatio, Modus, Modicum, Mediocre hunc habet ordinem, quod modestia fundamentum, soliditas, basis ipsa virtutis est; e qua gignitur *moderatio,* quæ temperat aurigatque *modos,* qui, ex supra memoratis disciplinis, in factis et in dictis et ceteris talibus, quæ agendi officia sunt, injunguntur. *Modicum* vero moderatum est; *mediocre* quod medium. Ita sæpe positum in magnis auctoribus au-

Plaut. *abiciam* Codd., M. *adjiciam* Edd. ante M. — 28 *sequuntur* Edd. Plaut., quod potius. *habisse* PW. *abiisse* Edd. ante M. — 30 *id enim* P Gerl., ed. pr. J marg. *idem enim* Edd. *appellarunt* vulgo. *appellaverunt* D. *censeri* P. — 32 *mu*[illegible] P. — 33 *si quo* Codd. pleriq., [illegible] *si quos* WJM. — 34 *et colere* omitt. P.

2 *Caron. et ex* H man. pr. P. Locum [illegible]gie concinnat Victor. (x, 10) cum vv. *Sapparum* et *Ostrinum*. — 4 *annumero* P. — 5 *accensibantur* Codd. — 6 *lib.* IIII P. *lib.* III vulgo. *qui de ascriptiris* Codd., et cj. JM. *quid ea scripti vis* AJM. *quid de ascriptivis?* cj. Bentin. Stewech. *qui de ascriptivis sunt; qui quum erant* Popma. — 7 *que eorum* P. *habent numerum* omnes. *haberent* Scal. Popma. — 9 *depugn. pugnis et* vulgo. *pugnis* omitt. P. *fundis et lapidibus* Paul. ex Festo, quod probant Passer. Popm. M. *arma quæ ferrentur, ut jaculum* Varr. L. L. VII, 57. — 10 *non ten.* vulgo. *non quae ten.* D. — 11 *ut scroberes cui. generis habeantur m. certum* P. — 13 *argente* P. — 14 *Et in alio idem* Codd., M. *In* (hoc omitt. J) *alio loco idem* AJ. Saliram *Hecatombe* iudicat Bentin. Cf. sup. p. 131. — 15 *later quem* Codd. *quod* JM, ut p. 131. *quadravit* P. *quem quo quadr.* C. — 17 *vasis* Codd. *basis* Edd. — 18 *auriatque* P. — 19 *disciplini infacti sunt et* P. *disciplinis* vulgo. *in factis sunt et* LA. *in facti sunt* C. *sunt* omitt.

P. 520-521 M.

cupavimus. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Omnia, inquam, in docendis pueris, quæ dempta non prohibent virum bonum fieri, mediocria sunt. »

PROVENTUM etiam malarum rerum dici veteres voluerunt. Lucilius lib. XXVI :

Denique adeo male me accipiunt decimæ, et proveniunt male.

IMBUERE consuetudo inducere vel inficere existimat, quum sit proprie maculare vel polluere. Attius Armorum judicio :

Inter quos sæpe et multo imbutos sanguine.

Idem Menalippo :

Credite me amici morte imbuturum manus.

Pacuvius Peribœa :

Nam si te regeret pudor,
Sive adeo cor sapientia imbutum foret.

M. Tullius de Republica lib. V : « Hæc quum Scipio dixisset, admodum probans Mummius : erat enim odio Græcorum rhetorum imbutus. » Varro Hecatombe, περὶ θυσιῶν :

At regis ensis sanguine imbutus nigro.

Sallustius Catilinæ bello [c. 11] : « Ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat. » Virgilius lib. VII [v. 554] :

Quæ fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma.

M. Tullius in Hortensio : « Ut hi qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam ; sic litteris talibusque doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præparari decet. » Varro Agathone : « Ideo quod majores nostri virginis acerbæ aures veneriis vocabulis imbui noluerunt. »

COMPOTEM bonæ rei solum dici existimatur, quum etiam [in] mala re positum sit. Attius Clytæmnestra :

Cur me miseram irridet magnis compotem et multis malis?

Edd. et Gerl. — 20 *junguntur* omnes. — 22 *auccuparimus* P. *omniam inquam* P. — 23 *quædem ta non* P. *quæ dempta* H. *demta* Gerl. *damta* W. *quæ damna* Edd. ante M. *quæ data* J marg. *quædam tamen* M. *verum bonum* vulgo. *virum* M. — 24 *mediocria*, *modica sunt* omnes. *mediocria* valet media, μέσα, ἀδιάφορα, et *modica* abundat.

2 *dein que* H Gerl., Corpet. *deinque* J, prob. Dübner. *denique* P, vett. edd. *deinde quæ* ed. 1476. *decime* P. — 4 *polluere* Mp. *polluere vel inficere* omnes ; hæc delevi, ut repetita. — 5 *sanguine imbutos* vett. edd. *imbutus* cj. Bothe. — 7 *credite me amici* vulgo. *me* omitt. W, ed. 1476. *mortem* Codd., A. *morte* J. *cred. amici morte me* M. *manu* CD. — 9 *te tegeret* Codd., vett. edd. *te regeret* Bentin. JM, Both. Ribb. — 12 *probat* cj. Pighius. *nummius* Codd. *Nummus* M. *nimis* AJ. *Mummius* ed. pr., J marg., et cj. Pighius. *enim erat* P. *hoc dio quoretorum* P. *odio quorum* vulgo. *quorum* omitt. AJ. *quodam eteorum* ms. Vatic. *quodam rhet.* J marg., cj. Pigh., prob. Mai. *reorum* ed. pr. *quorum reorum* tres mss. Vat. et ed. 1476. — 13 Ἑκατομπεδη Gerl. Vocem omittit, spatio relicto, P. — 15 *ea* omitt. P, vett. edd. — 16 *effeminavit* P. — 17 *quæque fors* P. *fors* vulgo. *sors* AJ, ut Edd. Virg. *sanguis novius* P. — 18 *utiqui* P. *uti qui* vulgo. *ut hi qui* Bentin. M, ut p. 386. *combibit* Codd. *combibi* M, ut l. cit. *cobibitur puram* C. — 19 *mendicamen quibus* P. — 22 *auris* Codd., M. *aureis* AJ.

MIRA et MIRACULA veteres pro monstris vel horrendis posuerunt. Lucilius Satyrarum lib. I :

Miracla cient elephantes.

Plautus in Amphitryone [II, 1, 69] :

Nimia memoras mira. Sed vidistin' uxorem meam?

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 441] :

Omnia commutat sese in miracula rerum.

DIEM volunt, quum feminino genere dicimus, tempus significare; masculino, diem ipsum. Nos contra invenimus. Turpilius Pædio :

Quando equidem amorem intercapedine ipse lenivit dies.

Id est, ipsum tempus. Pacuvius Duloreste :

Gnatam despondit : nuptiis hanc dat diem.

Virgilius Æneidos lib. II [v. 132] :

Jamque dies infanda aderat : mihi sacra parari.

VICTOREM altæ rei superatorem dici voluit Virgilius Georgicon lib. II [v. 307] :

Inde secutus
Per ramos victor perque alta cacumina regnat.

VER SACRUM quidam dictum putant, ut plerumque, vitabile et exsecrandum. Sed Sisenna religiosum dicit, Historiarum lib. IIII : « Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos. »

APUD, ad. Lucilius lib. XXX :

At quum iter est aliquo, et causam [quum] commentavit,
Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

Error consuetudinis *Apud,* pro in, utitur. Itaque vitiose dicimus, quum nos in foro fuisse dicamus, *apud forum fuisse,* quum *apud* juxta significet. Attius Eurysace :

Apud ipsum adsistas.

Veneris omnes, etiam Riosc. *venereis* cj. plures : vid. in v. *Acerbum,* p. 247. *veneriis* scriptum in marg. Jun. — 23 *existimat* PL. — 24 *Clytemestra* Gerl. — 25 *cur meæ* Codd., etiam C. *me* Edd. *magis comp.* vulgo. *magnis* cj. Lips., habet M. — 26 *Mira vel miracula* (superscr. *et*) L. *miremet vel mirac.* P. *mira et vel* C. *Mira et mir.* AJ. *Mira, mirae.* M Gerl. — 28 *miracula ciet telefantas* (*elefantas* C) HCL man. sec. W, Edd. auto M. *lib.* 1 *et elefantes* (reliquis omissis) P. *miracla ciet et elefantas* Gerl. *cient elefantes* cj. J, habet M. — 29 *in* omitt. Edd. — 30 *vidisti* Codd. pleriq. *vidistin* C. *vidistin'* AJM, ut Edd. Plaut. — 31 *Georg.* omitt. P.

1 *commutat* vulgo. *transformat* ed. 1476, ut Virg.— 4 *quanda equidem* HWJM. *etquidem* PCL. *quandoq.* Gul. Bothe. *lenibit* cj. Gebh.— 5 *doloreste* P.— 8 *Ergo dies* vulgo. *ego* C. *ergo* omitt. P. *Jamque dies* Virg. — 12 *atque alta* omnes. *perque* Virg. — 14 *exetrandum* P. — 15 *novisse* W, vett. edd. *vovisse tres communis* D. *si tres comm.* Mp. *constituisset* vulgo. *constituisse et se* DMp; unde conjicerem : *Si res communes m. l. constituissent, se.* — 16 *ver sacrum facturos. Quo voto damnati* (sup. p. 277) acute Faber jungenda monuit. — 18 *aut tum iter* P. *eum* vulgo. *at cum* cj. Gul. *ut cum* Lips. *aliquod* P. *aliquo causam, et* cj. Lips. *commentavi aut* HAJ. *commenta viant* Gerl. *commenta viavit aut* J marg. Palm. Gul. *et causam* (*causam et* M) *commenta viai* Lips. M. — 19 *aut apud* ed. pr., J marg. M. *ut apud* P, Edd. ante M. *matrem communem cogn.* vett. edd. — 20 *apud pro* H. *aput*

Turpilius Leucadia :

Utinam nunc apud ignem aliquem magnum assidam!

M. Tullius de Republica lib. III : « Cujus etiam focum Cato ille noster, quum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat; apud quem sedens ille Samnitium, quondam hostium, tum jam clientium suorum, dona relegaverat. » Attius Diomede :

Adsum apud te, genitor.

Sallustius in Jugurthino bello [c. 98] : « Ceterum apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare jubet. » || *Apud* etiam, pro in, dictum invenimus; ut Terentius in Andria [II, 1, 2] :

Apud forum modo de Davo audivi.

M. Tullius de Signis [c. 22 : « Is] cœnam isti dabat apud villam in Tyndaritano. »

Pro et ante significat. Virgilius lib. VIII [v. 653] :

Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat.

Operari est deos religiose et cum summa veneration sacrificiis litare, vel convivari. Pomponius Præcone posteriore :

Ad Veneris profectu'st mane vetulus, votum ut solveret;
Ibi nunc operatur.

Afranius Excepto :

Proficiscor : res, tempu', locus, simul hortabatur otium,
Ut operans illum Dianæ degerem sanctum diem.

Idem in eadem :

Jubeo hominem tolli,
Et collocari et confoveri; solvo operam Dianæ.

Virgilius Georgicorum lib. I [v. 339] :

Lætis operatus in herbis.

Lucilius lib. XXX :

Aut operata aliquo in celebri cum æqualibu' fano.

Sexagenarios *per pontem mittendos* male diu popularitas intellexit, quum Varro, de Vita populi Romani lib. II, honestam causam

Gerl. — 21 *apud aut ad forum fuisse* vulgo. *aut* omitt. L. *apud forum* AJ. *fuissese cum* Codd. *fuisse se* CA. *se* omitt. JM. *cum pud* P. — 23 *ipsum ad istas* PC. *adistas* H Gerl. *adstas* M. *adsistas* cj. Gerl.; quod ipse scripseram. *addiscas* Edd. ante M. — 28 *insedens* P. *sedens ille* Codd., ed. pr. *ille* omitt. Edd. *apud q. ille sedens* est sup. p. 68, ex Officiis. — 30 *assum* HPM. *adsum* Gerl. — 31 *belle* P. *sillam* P. *Syllam* vulgo.

3 *modo id dabo* Codd., etiam C. *modo de Davo* M, ut Ter. *e Dovo* Edd. ante M. *aut ibo* H. *autdibo* P. *autibo* L man. sec. W. *audibo* Gerl. *aut ibi* C. *audivi* Edd., ut Ter. — 4 *is* addidi ex Cic. — 9 *sacrif. literæ* P. *convivare* P. — 10 *veniris* C. *profectu est* H Gerl. *profectum est* P. *profectus est* Edd. *profectu'st* Guyet. Munk. — 11 *ibi non* P. *operatus est* omnes. *operatust* Bothe. — 13 *res templum* P. *tempus* vulgo. *otium hortab.* omnes; item Both. Herm. Ribb. — 14 *ut operam illum* P. *operatam* HC. *operatum* Gerl. M. *dierem* C, ed. pr. *digerem* Gerl. *degerem* H, Edd. — 17 *collorari* P. *conlocari* C. — 19 *lælus* HP. *letus* CW. *operatur* P. *operatus est* C. — 21 *aut operat* Codd. *operatu'* J. *operata* cj. Gul., habet M. *in celebri* Codd., AJ. *inlebri* C. *in* omitt. M.

religiosamque patefecerit : « Quum in quintum gradum pervenerant, atque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otiosi. Ideo in proverbium quidam putant venisse, ut diceretur *Sexagenarios de ponte dejici* oportere, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant. »

Stricturæ dictæ sunt quæ de ferro candenti micant, quum massa malleis cuditur : unde et *incus* est appellata. Dictæ autem quod aut strictius emittantur, aut quod oculos fulgore præstringant. Virgilius lib. VIII [v. 421] :

Stricturæ chalybum, et fornacibus ignis anhelat.

Proximum dicebant veteres non solum adhærens et adjunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium exstitisset. Virgilius Æneidos lib. V [v. 320] :

Proximus huic, longo sed proximus intervallo,
Insequitur Salius.

Ita et Sallustius, in situ Ponti, de promontoriis Paphlagonum, et quod Κριοῦ μέτωπον appellavit, posuit.

Memini *illam rem* difficilius dictu putant plurimi. Virgilius in Bucolicis [9, 45] :

Numeros memini, si verba tenerem.

Et [7, 19] :

Alternos Musæ meminisse volebant.

Cicero de Oratore lib. III [c. 56] : « Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tantopere ferretur ? »

Turbam et turbas diversam volunt habere significationem, ut sit *turba* populi conventus, *turbæ*, turbationes. Nos contra lectum invenimus, et indiscrete positum, et pro *turbis turbam*. Attius Athamante :

An dubito? Ah! quid agis? cave ne in turbam te implices.

Idem Stasiastis vel Tropæo :

Non vides quam turbam quosve fluctus concites?

— 22 *pro pontem* P. — 23 *divisa p. r.* (sic) *lib.* P. — 24 *patefacerit* P. — 25 *ernnt publicis* ed. 1476. — 26 *in proverbio* Codd. M. *in proverbium* Edd. aliæ. — 27 *oport. id est quod* CD. *deici* Codd., AJ. *deicio oportere* P. *dejici* ed. 1476, M. — 29 *quæ deferre* P.

1 *strictius* omnes. *stricte* sup. p. 21. *perstringant* vulgo. *præstringant* ed. 1476, J marg., prob. Guyet. — 3 *calibum* Codd. — 4 *Praximum* P. — 6 *estitisset sed Virg.* C. — 7 *proxumus huic* Codd. — 8 *inseq. Sallustius* (tribus vocibus omissis) PCA. — 9 *pronunturiis* P. *promunturiis* Codd. *promontoriis* Edd. *paflogonum* H. *paphiagonum* P. — 10 *irium et opon* (*etopon* PC) HPC, et sic sane LW ex Gerl. qui arbitratu suo dividit. κριοῦ μέτωπον AJM. — 11 *Mimmi illam ... putanti* P. — 17 *tu, Catule, melius* Edd. Cic. *tanto opere* Codd., M. *tantopere* Edd. ante M, ut Edd. Cic. *fereretur* P. — 19 *turbationem* HPCW. — 20 *et* (ante *pro*) omitt. ed. 1476. *actius adamante* Codd. — 21 *an dubito* vulgo. *ah dubito* Bentin. J. *at* vel *aut dub.* cj. Bothe. *aquid* P. *ha quid* Gerl. M. *ah quid* Edd. aliæ. *interbnm* P. *inplicis* Codd., etiam C. *implices* Edd. — 22 *Stasiastris* Codd. *Stasiastis* M. στασιασταῖς AJ. — 23 *quam turbam quantos vel* Codd., etiam C. *quantam turb. quantosve* Edd. ante M,

Turpilius Thrasyleone :

Nemo unquam vidit ebrium ire interdiu,
Neque turbam facere, neque fores exurere.

Terentius in Eunucho [IV, 1, 2] :

Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi.

M. Tullius de Senectute [c. 23] : « Quum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, quumque ex hac turba et colluvione discedam. » Plautus in Aulularia [II, 9, 9] :

Redeo intro, ne quid hic turbæ fiat.

Cæcilius in Imbriis :

Mirum adeo, nisi frater domi ebrius turbam aliquam dedit.

Demensum Terentius in Phormione [I, 1, 8] quasi deminutum posuit :

Quod ille uncialim vix [de] demenso suo,
Suum defrudans genium, compersit miser.

|| Cicero in Oratore [c. 12] æstimatum vel æquatum dicit : « [De industria]que non ex insidiis, sed aperte [ac] palam elaboratur ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant. »

Supervacuum non putat oportere dici Varro de Vita populi Romani lib. IIII, sed *supervacaneum* : « In quo est *supervacuum* pro *supervacaneo*. »

Cæcum veteres pro improvido dixerunt. Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Neque id cæci consules fecissent, quæ mandata arcana T. Ampio dedissent, audivi dicentem Cn. Magnum. »

Quotiens per accusativum casum Annos vel Dies loquimur, juges annos vel dies significamus; quotiens per ablativum, intervallum interjectis aliquibus annis vel diebus. Itaque qui, optantes, *multis annis* dicunt, *multos annos* melius dixerint. Virgilius Georgicorum lib. II [v. 293] :

Ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres
Convellunt : immota manet, multosque per annos
Multa virum volvens durando sæcula vincit.

Voss. *quam turb. quosve* M, Both. Ribb. — 26 *exurere* M. *exurere?* J Gerl. — 28 *faciat ausum* H Gerl. *f. causam* P. *aut vim* Edd. *tahidi* Codd. — 29 *in illum* Codd., etiam C, vett. edd. *in illud* JM. *ad illud* Cic. — 30 *cœtuque* P. *et conluvione discebam* C.
2 *Fugiam intro* Edd. Plaut. *quid hinc* P. — 3 *imbris* vel *Imbris* Codd., M. *Imbriis* Both. Ribb. *Umbris* AJ. — 7 *untilim* P. *vix demenso* vulgo. *de dem.* M, ut Ter. — 8 *defraudans* vett. edd. *comperssit* P. *comparsit* ed. 1476. (Vid. sup. p. 31.) — 9 *de oratore* vulgo. *in Orat.* M. *æquantum* C. — 10 *quæ non* omnes. *elaborat* vulgo. *elaboratur* M, ut Cic. — 11 *respondeat* PC. — 15 *pro invido* CL. — 16 *consulis* HPW. *neque mandata* cj. Lips. *qui mand.* cj. Laguna. — 17 *arcatam pio* P. *urcana tam pio* AJ. *T. Ampio* cj. Lips., habet M. *sedissent* omnes. *dedissent* cj. Lips. Laguna. *dedisset* Roth. *aut dividi centum* Codd., AJ. *audivi dicentem* cj. Popma. *ut discedentem* (scil. retineret) cj. Laguna. *Gn.* omnes. — 18 *Quoties* (bis) AJ. *per dativum* Codd., M. *per ablativum* Edd. aliæ. — 19 *per intervallum* omnes; sed *per* male repetitum. — 20 *obtuntes* C. *dixe-*

Plautus Trinummo [I, 2, 129] :

Quia, ruri dum sum ego unos sex dies,
Me absente atque insciente, inconsultu meo,
Ædes venales hasce inscribit litteris.

Turpilius Philopatro :

Ecce autem tuo more, ut soles, videre mi
Ægre [id] pati, quia hos dies complusculos
Intercapedo sumpti faciendi fuit.

Idem Hetæra :

Rus ad illas commigrat;
Habitamus hiemem totam cum mulierculis.

Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 507] :

Septem illum totos perhibent ex ordine menses,
[Rupe sub aeria, deserti ad Strymonis undam,]
Flevisse.

Cicero de Republica lib. I : « Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos sine consiliis et disciplina. » Idem de Republica lib. II : « Itaque illa præclara constitutio Romuli quum ducentos annos et viginti fere firma mansisset. » Sallustius Historiarum lib. I : « Et Olisiponem, validam urbem, multos dies restantem, pugnando vicit. » Lucilius lib. XXVI :

Qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum.

Invenimus et in Varrone *multis annis* continuis dici, περὶ γεγαμηκότων : « Cujus ubi annis multis masculini vestigium inventum est. »

[FORTUNA, FATUM.] Dubio potius quam difficili intellectu vates posuit Mantuanus [Æneid. IV, 697] :

Sed misera ante diem, subitoque accensa furore.

Quum huic sententiæ adversetur versus ejus, cum opinione sentiens plurimorum [Æneid. VIII, 334] :

Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum.

runt PL. *dixerint melius* CD. — 24 *multosque nepotes* Virg. var. lect. — 27 *rure* Edd. Plaut. *euno sex dies* P. *uno sex* AJ. — 28 *inconsulto me* Codd., J marg. *inconsultu meo* AJM. — 29 *ædis venalis* vulgo. *ædeis venales* A. *ædes* J. *inscripsit* Codd., etiam C, J marg. *inscribit* AJM. — 30 *filiopatro* P. — 31 *ecce ante* P. *mihi* omnes. — 32 *id pati* JM, ut sup. p. 484. *id* omitt. alii.

1 *faciundi* omnes. *faciendi* sup. p. 484. — 2 *etera* P. *hetera* Codd., A. *rus* omitt. P. — 6 *septem illum* H, M, ut Virg. *illos* PCLW, AJ. *et ordine* P. — 9 *Karthago* CD. — 10 *sescentos* HLM. *sescentum* D. *sexcentum* C. *sexcentos* PAJ. *conciliis* P. — 11 *ita quia præclara* C. *institutio* AJ. *constitutio* J marg. — 12 *et viginti* CD, J marg. *et* xx HPLWM. *et* xxx A. *triginta* ed. 1476, J. *et* xxxx cj. Mai, recep. Le Clerc. *ferre* P. — 13 *et diponem* Codd., M. *digonem* ms. J. *Hipponem* vel *Vizonem* cj. Putsch. *et ponere* Bentin. J. *et deponere* vett. edd. *Olyssiponem* cj. J. *Tigennam* cj. Coler. (Etiam alicujus urbis nomen requirit Ciaccon.) *vincit* PC. — 15 *septimum. Invenimus et in*, etc. JM. Sed hæc inf. leguntur, post lemma *Impotentiam*, in Codd., vett. edd. et Gerl. — 17 τετανηκοτων Codd. πετανηκότων A. γεγαμηκότων JM. Græca verba omittit, relicto spatio, P. (De titulo vid. p. 399.) *anui mnculi* P. *animi mustis masculi* C. *annis multis masculi* HA Gerl. *masculini* WJM. *Asculi* cj. Palmer. —

Verum sensibilitatis ejus non levis ratio est, quæ [a] prima sententia philosophica accipit intellectum, quæ ait : « Sui cuique mores fortunam fingunt, » omnipotens Fortuna esse desinit : quod Sallustius mire [Catil. 2] : « Fortuna simul cum moribus immutatur. » Ac per hoc ex ea similitudine jam fatum ineluctabile esse non poterit, quod ex una causa *fortuna* ferri videatur et *fatum*. Potest etiam fatum morum mutabilitate converti, ut ex his aut celer aut tardum, aut bonum fiat aut pessimum. Accensa enim furore Dido, amoris iniqua violentia, qui, ut ipse ait [Bucol. 10, 69] :

Omnia vincit Amor.

ante diem merito videtur occidere. Quod etiam Homeri ejusmodi est [Odyss. A, 34] : quem Virgilius noster omni æmulatione sectatur :

Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Quod est ὑπὲρ μόρον ultra decretum. Quod si admittitur ut ulterius protendatur, quoniam id ex moribus factum est, quod significat σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν, admittere poteritis de moribus properatam etiam fati celeritatem, ut intra diem possit admitti, quoniam recepit, ut Homerus ait, magnitudinem ultra vim fati.

Impotentiam etiam potentiam auctoritas dedit. Sisenna Historiarum lib. III : « Sublatus lætitia nimia, atque impotentia commotus animus. »

Dona consuetudine hæc habentur quæ aut propitiandis diis dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur; sed auctoritate pro ultione positum, manifestum est. Virgilius in Bucolicis [6, 78] :

Aut ut mutatos Terei narraverit artus,
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Quando pro quoniam dici potest. Virgilius lib. VI [v. 106] :

Unum oro, quando hic inferni janua regis
Dicitur.

Et rursus idem [Æn. I, 261] :

Hic tibi, fabor enim, quando hæc te cura remordet.

21 *accessa* C. *furorem* P. — 22 *quem huic* PLC. *sentiæ adv. versus ei. cuopinione* P. — 25 *vero sensib.* P. *qui prima* ed. pr. *quia si prima* cj. Roth. — 26 *philosofica* H. *philosophia* P. — 27 *fortunam* omitt. Codd., A. *fingunt* (scil. *fortunam hominibus*) cj. Roth, ex Nep. Att. XI, 6. *desivit* Codd. *desinit* Edd. — 28 *cum minoribus* P. — 29 *eam fatum* L, ed. pr. *eam factum* P. — 30 *quod una* P. *fieri vid.* Edd. ante M. *et faetum* P. — 31 *celere* Edd. ante M. — 33 *iniqui* P. *quin, ut ipse* Edd. ante M. — 34 *omniam vincit* P.

1 *ejusmodi diem quem* P. — 4 φεσιν αταcθαλιεσιν υ. μ. αλται εχουσιν Codd.; sed recte exhibent AJM. ὑπέρμορον Edd. Hom. Græcum versum omitt. P. — 5 [*in*] *quo est* legere malim. — 6 *quoniam moribus* C. — 7 *admittere poterit idem moribus properata* P.— 10 *Impotentiam enim* PCDL manu sec. AJ. *et* J marg. *etiam* Codd. alii, M. *nimiam* cj. Faber. — 11 *letitiæ* P. *impot. commotus animi invenimus et in Varrone multis annis,* etc. Codd., A. *animi. Invenimus et in Varr.* in locum suum (p. 526) reposuerunt JM. — 13 *quæ* omitt. P. — 15 *est* omitt. P. — 16

Vel pro etiam est. M. Tullius Epistola ad Brutum lib. VIII : « Et quod te tantum amat ut [vel] me audeat provocare. » Lucilius lib. XXVIII :

Hoc invenisse unum ad morbum illum homini vel bellissimum.

M. Tullius de Officiis lib. II [c. 7] : « Contraque benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem. » Idem in Hortensio : « Vidi in dolore podagræ nihilo illum vel omnium maximum stoicorum Posidonium, quam Nicomachum Tyrium hospitem meum, fortiorem. » Virgilius Georgicorum lib. III [v. 204] :

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Varro Eumenidibus : « Ex his atque ejusmodi institutis ac vita, vel ad Herculis athla athletæ facti erant. » Item Virgilius [Bucol. 8, 69] :

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

Terentius in Eunucho [III, 1, 7] :

Vel rex semper maximas
Mihi agebat.

De, pro ab. Lucilius lib. XXVI :

Solus Ajax vim de classe prohibuit Vulcaniam.

Pilumnus et **Picumnus** dii præsides auspiciis conjugalibus deputantur. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Natus si erat vitalis, ac sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, aut auspicaretur rectus esse; diis conjugalibus Pilumno et Picumno in ædibus lectus sternebatur. »

Caduceum pacis signum Varro pronuntiat, de Vita populi Romani lib. II : « Verbenatus ferebat caduceum, id est pacis signum; nam Mercurii virgam possumus æstimare. »

Qui liberi fiebant, ea causa **Calvi** erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati solent. Plautus in Amphitryone [I, 2, 306] :

Ut ego [hic] hodie raso capite calvus capiam pileum.

aut cum mutatos Codd. *aut ut mut.* Edd., ut Virg. — 19 *jan. regis* Codd. *Ditis* Edd., ut Virg. — 22 *curare mordet* P. — 24 *ut vel me* Edd. *vel* omitt. Codd. — 25 *lib.* XXVIIII omnes. — 26 *hoc invenisset* vulgo. *invenisse* Vahlen; quod ipse scripseram. — 27 *contraquæ* Codd. *contra quæ* J. *benevolentia* H. *benivolentia* M Gerl. *vel* omitt. P. *fid. est vel* Edd. Cic. — 29 *nihilo illum* Codd. *ipsum* AJM. *omni* P. *Possidonium* omnes.

2 *belgicam vel moli* P. — 3 *institutis ac cuta vel* P. — 4 *atla athletæ* Codd. pleriq. *athla* M. *athla* omitt. P, Edd. ante M. *fasti erant* P. *fati* C. *idem Virg.* P. — 5 *celo* P. *caelo* vulgo. — 6 *terentium in euncho* P. — 7 *vel rex. De pro ab* (mediis omissis) Codd. *vel rex. m. mag* (sic) P. *rex semper maxumas mihi agebat* JM. — 10 *solus jam* omnes. [*hic*] *jam* cj. Guyet. *solus Ajax* cj. Passer., prob. Dübn. *declaras se* H. *declarasse* PC, ed. 1476. *de clarasse* Gerl. *de classe* AJM, Passer. — 11 *picuminus* Codd. *picunnus dii præsidiis* W, ed. 1476. — 13 *hac sublatus* P. *aut ausp.* vulgo. *ut* J marg. M. — 14 *pelumno* P. — 16 *Caduceus* omnes. *signum Varro* Edd. ante M. *signum; Varro* M. *signum. Var.* Gerl. — 17 *verbrunatus* HCDMp, Gerl. *verbrut natus* P. *verbenatus* M. *verbenarius* Edd. ante M. *ferebat verbenam id erat caduceus pacis* omnes. *verbenatus verbenam* manifesta dittographia. — 18 *mercuri*

P. 528-529 M.

Luces, quod sunt dies. Varro Hebdomadum [VIII], sub imagine Demetrii :

> Hic Demetrius est [tot] aptu' [signa]
> Quot luces habet annus absolutus.

Quotiens genere neutro, plurali numero, Opera legerimus, significantur fabricæ. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 88] :

> Pendent opera interrupta, minæque
> Murorum ingentes.

Quum genere feminino, numero singulari, intelligendum aut opus vel labor pro mercede sumpta. Plautus in Asinaria [I, 3, 20] :

> Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia.

Vel occasio, et facultas, aut opportunitas. Plautus in Aulularia [II, 2, 22] :

> Da mi operam parumper : paucis, Euclio, est quod te volo.

Afranius Vopisco :

> Deinde aliquid dedita opera controversiæ
> Concinno.

Vile positum legimus pro frequenti. Varro Virgula divina :

> Ad quos quum volucres venit pusillos
> Usque ad limina nidica [esca] vilis.

Virgilius Georgicorum lib. I [v. 227] :

> Vilemque faselum.

Præter, pro ante vel per. Varro Eumenidibus : « En demum præter Matris deum ædem exaudio cymbalorum sonitum. » Cicero in Verrinis lib. III [de Re frumentaria, c. 25] : « Præter oculos Lollii [hæc omnia] ferebant. »

Fetiales apud veteres Romanos erant qui, sancto legatorum offi-

Codd. *num Mercurii ... æstimare* verba Nonii esse judicat Nic. Loensis. *existimare* AJ. — 22 *calvius capinm* P. *pilleum* Codd. — 23 *Lucis* (bis) Codd. plerique, M. *Luces* L, AJ Gerl. *plurali numero* omnes : quod glossema vocem *lucis* illustrat, barbare usurpatam. *quod sunt dies* Codd. *sunt quod dies* AJM. *quod ds* (*d* cum lineola, ut sit *dies*, et littera *s* pro *sunt*, sed sine compendio) *dies* P. *ebdomadum* Codd. *sub magine* P. *demetri* Codd. — 25 *Hic demetr. est cnutus* P. *est ratus* ed. 1476. *natus* AJ. *catus* HVLW, ms. Fabri, J marg. *est catus* * *Quot* M. *Hic Dem. æneas tot aptu'st Quot* cj. Scal., prob. M; probant et Schrad. Meyer Ritschl Riese, sed *æreas* præferunt. *iconas tot* cj. Rœper. *æneu'st Athenis* cj. Voss. — 26 *quod lucis* Codd. pleriq. *quod luces* Gerl. AJ. *quot lucis* M. *quot luces* vett. edd., J marg. — 27 *Quodtiens* P. — 29 *minæque vestrorum* P.

1 *vel labore* Codd. *labor* AJM. *labores* ed. pr. *aut labor est* ed. 1476. — 2 *parari host.* P. *hostim. datum opera* Codd. *datum est, opera* vett. edd., M. *datum hostim. est* J, ut sup. p. 3, et Plaut. — 3 *oportunita* P. — 5 *da mihi* omnes. *parumper* (*parum* AJ), *si opera est, Euclio, id quod* vulgo, prob. Gul. *parumper : paucis Euclio, est quod* Edd. Plaut. — 7 *id quod dedita* Codd., AJ. *deinde quod* C, ed. 1476. *aliquid ded.* M, ut in v. *Morata*, p. 433. — 10 Locus jam sup. in v. *Limen*, p. 336 : ubi vide. *atabos* HLAJ. *attabos* WH. *abtabos* C. *ad vos* p. 336. *volucres* vulgo. *volucris* cj. J, habet M. *venit apud illos* vulgo. *venit pusillos* Scal., quem omnino sequor. — 11 *nidica* Codd. *indica* Edd. — 13 *phaselum* HPA. — 14 *en domum* omnes. *demum* Popma. — 15 *matrem* omnes. *matris* J, Popm. Guyet. *sinitum* P. — 16 *libro* (omisso numero) P. *lib.* II vel *secundo* vulgo. *lib.* III M. *præter loculos* AJ. *oculos* J marg. *soli* Codd., Edd. ante M.

cio, ab his, qui adversum populum Romanum vi aut rapinis aut injuriis hostili mente commoverant, pignora facto fœdere jure repetebant; nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant, priusquam quid fuisset [a] fetialibus denuntiatum. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Itaque bella et tarde et magna licentia suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere : priusquam indicerent bellum his a quibus injurias factas sciebant, fetiales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos *oratores* vocabant. » Idem lib. III : « Si autem legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati, statuerunt; fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, judicarent et statuerent, constituerunt. »

Atque, particula, si diligentius intelligitur, multam habet significantiam; ut vel illud est Ennii :

Atque atque ascendit muros Romana juventus.

Quod est festine et intrepidanter ascendit. Significat etiam celeriter et statim; ut Virgilius in Georgicorum lib. I [v. 202] :

Si brachia forte remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Habet etiam hujusmodi intellectum, ut dicas : « Aliter ego feci vel locutus sum *atque* tu », hoc est, « Aliter ego ac tu, vel quam tu. »

Intra non solum id significat quod consuetudine persuasum est, ut *intra modum*, hoc est, a modo minus; sed etiam in ipso modo; ut *intra calendas* dies etiam ipsæ calendæ accipi debeant; ut *intra oppidum*, et *intra cubiculum* quum dicitur, in oppido et in cubiculo dictum esse videatur. Idque ita positum in multis veteribus et non ita claris scriptoribus invenitur.

Negativas duas negativam significantiam nove habere, Varro

solis P. *Lollii* J marg. *Lolli* M. — 18 *Faetioles* Codd. *Fetioles* M. *Fœciales* AJ. — 19 *pop. Rom. qui out* vulgo. *qui* omitt. D. *vi* M, e conj. — 20 *pignore* P. *focto fœdere* HWJM. *fœdera* PL. — 21 *plus quom quid fuisset* Codd., M. *f. quil* Edd. ante M. *id fuisset* cj. M. *quid f. a fec.* cj. Guyet; quod ipse scripseram. *faetialibus* Codd. *fecialibi* P. — 23 *et trade* P. *et magna liceatia* Codd., etiam V, M. *et magis lic.* ed. pr. *nec magna* Perott. *et nulla* AJ. *et magna diligentia* cj. Niebuhr. — 24 *oport. priusquam* HPCDLA. *et priusq.* Bentin. J. *prius ind.* W, M. *is* Codd. *us* AJM. *his* P, ed. 1476. — 25 *fecia-les* H. *quattuor* Codd. *quatuor* Edd. — 27 *si autem leg.* P. *si cujus* vulgo. *ligati* W. *si jus legati violatum esset* cj. Scal. *quid fecisseat* Codd. *qui id fecis.* Edd. — 28 *fecialesque* H. *fet.* vulgo. *fet. qui vig.* P. — 29 *stat, et constituereat* vulgo. *stoluerent, constituerunt* Perott. M.

1 *intellegitur* Codd. — 2 *enniatque* P. *enini atque* C. *Enni : otque* vulgo. — 3 *atque* alterum omitt. Codd.; iterant Bentin. AJM, ex Gell. 10, 29. *accendit* (itemque mox) Codd., M. *accedit* cj. M, ut Edd. Gell., habet Vahlen. *ascendit* vel *adscendit* Edd. ante M, prob. Merul. Guyet. — 4 *occeadit* vel *accedit* vel *asceadit*, ut sup. — 7 *proni* P. — 8 *alter ego* P. — 9 *tu* (in fine) omitt. P. — 10 *Intra non solum*, etc. Cf. Gell. 12, 13. — 11 *amo dominus* H. *amdo minus* P. *a modo minus* vulgo (et Gerl., profecto non cum LW). — 12 *ut in calendas* P. *kalendas ... kaleude* C. *accipiebant* P. — 13 *opp. etiam intro* vulgo. *et iatra* ed. 1476, M. — 14 *veter. sed non* AJ. — 16 *aobe* Codd. *aore* Edd. — 17 *Vnnarco* Codd., M. *Bimargo* A.

P. 530-531 M.

[monstravit] Bimarco, περὶ τρόπων : « Qui non modo ignorasse me clamat, sed omnino omnes heroas negat nescisse. »

Quod ludis pueri præsules essent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui Ludios appellabant, ut est in lib. I Varronis de Vita populi Romani, ideo Plautus in Aulularia [II, 9, 5] :

Tu istum gallum, si sapis,
Glabriorem reddes mihi quam vulsus ludiu 'st

Deinsuper. Sallustius Historiarum lib. I : « Sertorius, portis turbam morantibus, et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora ad medium evasit, [et] deinsuper stantium manibus in murum attollitur. »

Sifilare (quod nos, vilitatem verbi evitantes, *sibilare* dicimus : et est maledica vocis significatio vel contumeliosa popularium, quum sifilationibus quis exploditur), a græco ducere originem invenimus. Hujus rei auctor est venerabilis Homerus lib. XIIII Iliados [v. 142] :

Ἀλλ ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε.

Nubentes veteri lege Romana asses tres ad maritum venientes solere pervehere : atque unum, quem in manu tenerent, tanquam emendi causa, marito dare; alium, quem in pede haberent, in foco Larum familiarium ponere; tertium, quem in sacciperione condidissent, compito vicinali solere reserare. Inde Virgilius Georgicorum lib. I [v. 31] :

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Quos ritus Varro, lib. I de Vita populi Romani, diligentissime percucurrit.

Bimarco J. τρόπων τρόπους Codd., AJ. περὶ τρόπων M. Græca verba omitt. P. *qui non* HPCL, vett. edd., Riese. *quæ* JM. — 18 *omnis* vulgo. *omneis* AJ. — 19 *præsulis* Codd., L man. pr. *præsules* Edd. *depilis* Codd., L man. pr. *depiles* JM. *debiles* A.— 20 *ludios* H. *tydios* vulgo. *ludios* M. — 21 *plautur* P. — 22 *si satis* Codd. *sapis* Edd., ut Plaut. — 23 *reddis* Codd. *reddes* JM. *lydius* (omisso *est*) Codd. *ludius* AJ. *ludius st* M. *ludiu'st* Edd. Plaut. — 24 *partis* Codd. *parthis* AJ. *portis* M, ut in v. *Discrimen*, p. 282. *turbam orantibus* vulgo. *turba mor.* P, et cj. J. *turbam morant.* M, ut est p. 282. *nullo ut interiore semet* P, ed. 1476. *ut in terrore semet* Codd., A. *terrore solet* Bentin. JM, ut l. cit. — 26 *ad mediam* Codd. *medium* AJM, ut sup. *mediam quasi deinsuper* HPCLA. *quasi in deins.* VWJ. *med. evasit deinsuper* M, ut l. cit. *deinsuper* PCVWAM. *statum* P. *instantium* (inducto *in*) W. *adstantium* P Gerl. sup. p. 282. *dein* (idem alibi *inde*) *superstantium* cj. M. *ad mœnium evasit, deinde superst.* cj. Guyet.

2 *nos utilitatem* P. *evitantis* PCL. *evitaates* D. *vitantis* HWM. *vitantes* Edd. ante M. — 3 *cont. cum popularium sifil.* D. — 4 *invimus* P. *Homerus idem lib.* P. *id est* Codd. pleriq. *idem* vel *id est* omitt. Edd. — 7 ἀμ᾽ ὁ μὲν ὡς ἀρόλοιτο, θεὸς δὲ δὲ σειελώνσειε Gerl. ἀλλ᾽ ὁ ... ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε JM. Græcum omitt. PA, relicto spatio. — 9 *solere pervehere* Codd., J marg. M. *solebant ferre* Edd. ante M. *unum quam* P. — 10 *daret* (sed deleto *t*) L. *darent* W, ed. pr. J marg. *talium quem* P. *Larium* L man. sec., Edd. ante M. — 11 *fumiliarum* PW. *pone* P. *tertium in sacc.* L, Edd. ante M. *succiperio* cj. Beroald. Popma. *condidisset* Codd. *condidissent* A. *cum condidissent* J. — 12 *compito vicinalis onere* P. *resenure* Codd. pleriq., etiam C. *resonare* P, Edd. ante M. *rezomre* cj. Palm., habet M. *donare* cj. Lips. *donare* vel *resignare* Popma. *rese-*

Secundum non solum numeri est [et] ordinis, vel prosperum, quod plerumque positum legimus, sed etiam juxta. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Tullum Hostilium in Veliis, ubi nunc est ædis deum Penatium; Ancum in Palatio ad portam Mugionis, secundum viam sub sinistra. » Virgilius Georgicorum lib. III [v. 143] :

Saltibus in vacuis pascant et plena secundum
Flumina.

Furnum et Fornaces dicuntur a *forno*, quod est calido : inde *forcipes*, quod candens teneant ferrum; ut Virgilius lib. VIII [v. 453] :

Versantque tenaci forcipe massam.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Cocula quî coquebant panem, primum sub cinere, postea in forno : cujus utriusque vocabulum a forno ductum est, id est, a caldore. »

Ære diruti appellabantur milites quibus propter ignominiam stipendium, id est merces menstrualis aut annua, quæ esset in nummis æreis, subtrahebatur. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Stipendium appellabatur æs quod militi semenstre aut annuum dabatur; cui datum non sit propter ignominiam, *œre dirutus* esset. »

Negativas duas pro negativa una accipiendas Varro monstravit, de Vita populi Romani lib. II : « Qua abstinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere. »

Tabernas non vinarias solum, ut nunc dicimus, sed omnes quæ sunt popularis usus, auctoritas Romana patefecit. Varro de Vita populi Romani lib. II : « Hoc intervallo primum forensis dignitas crevit, atque ex tabernis larignis argentariæ factæ. »

Statilinum et Statanum et Fabulinum præsides deos Varro, Cato vel

rare cj. Roth; in quod ipse incideram. — 14 *tege sibi* P. *tecys* P. *Telys* Gerl. — 16 *percucurrit* Codd., J marg. M. *percurrit* C, Edd. ante M. — 17 *est ordinis* Codd. *et ord.* AJM. — 19 *in velis* vulgo. *in Velis* Gerl. *Velus* ed. pr., cj. Passer. Meurs. Schott. *ædes* AJ. — 20 *penatem* P. *paenatium* Codd. *penatum* ed. 1476. *ad porta* P. *mugiones* Codd. *mugionis* vel *Mugionis* ed. 1476, JM. — 21 *secundum uuia* P. *via* Codd. pleriq. *viam* Edd. *sinistro* P. *sinistrum* ed. pr. — 22 *lib.* III : *Pascuntur vero silvas et* omnes : hoc est ap. Virg. III, 314, sed non facit ad hunc locum. *Saltibus in vacuis pascant* J marg.; ita citat etiam Noster p. 387 et 389. *plana* Codd., J marg. *plena* Edd., ut sup. locis cit., et Virg. — 24 *a forno* omnes. *formo* cj. Putean. Passer. Meurs. Guyet, et Ribb. (Comic. p. XIII). — 25 *teneat* P. — 26 *versanque* P. — 27 *qui coquebat* Codd. plerip., M. *quæ coquebat* Edd. ante M. *qui coquebant* PCMp. *quî coquebant* cj. O. Müller; quod jamdiu scripseram. *partem* P. — 28 *sub cinerem* Codd. pleriq., etiam Mp, M. *cinere* C, Edd. ante M. *cujus* uncis includit J. — 29 *vocab. forno* PC. *ductum* vulgo. *dictum* D. *dicto* C. *calore* Edd. ante M. *caldore* et J marg. *a* omitt. L, ed. pr.

1 *Ærediruti* Edd. ante M. — 2 *idem merces* P. — 3 *ereis* P. — 4 *quod æs* vulgo. *æs quod* PD. *semenstre* Codd., M. *semestre* AJ. *annum* H Gerl. *annuum* P, Edd. — 5 *ignminiam, œre dirus* P. *æredirutus* Edd. ante M. — 6 *Neg. divas ... montravit* P. — 8 *fuerit ... noluerit neme* P. — 11 *populares* PDL. — 12 *furensis* W. — 13 *crevit* HAJM. *credit* PC Gerl. *lanignis* HVPW, M, prob. Turn. *lanienis* Gerl. (et L, superscr. *g*). *ligneis* AJ, improb. Turn. M. — 14 *Statillinum* H. *et statalum* P. *fabolinum* Codd.

de Liberis educandis, puerilitatis affirmat : « Ab Statano et Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. Sic, quum primum fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino. »

[LIBER XIII.]

DE GENERE NAVIGIORUM.

Celox est navigium breve : dictum a celeritudine. Plautus in Asinaria [II, 1, 10] :

> Unde sumam? quem intervortam? quo hanc celocem conferam?

Idem in Captivis [IV, 2, 94] :

> Vidi in publica celoce ibidem illum adolescentulum.

Idem in Pœnulo [III, 1, 40] :

> Obsecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date.

Turpilius Lemniis :

> Remulis sensim celox ab oppido processerat.

Varro, Hercules, tuam fidem! « Procella frigida alte obruat celocem. » Idem Bimarco :

> Nautæ remivagam movent celocem.

Corbita est genus navigii tardum et grande. Plautus in Pœnulo [III, 1, 4] :

> Tardiores quam corbitæ sunt in tranquillo mari.

Idem in eadem [III, 1, 40] :

> Obsecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date.

Lucilius Satyrarum lib. XV :

> Multa homines portenta in Homeri versificata
> Monstra putant : quorum in primis Polyphemu' ducentos
> Cyclops longu' pedes; et porro huic maju' bacillum
> Quam malus navi in corbita maximus ulla.

præsidis HLW. *præsidi* P. *præsides* W marg., Edd. *puerilis ætatis* cj. J. *affirmat ab statano* H, Edd. ante J. *affirmatalist atnna* P. *affirmnt : ali Statano* JM Gerl. — 16 *pontificis* Codd. *siccum* H. *sic tum* P. *primom* (deleto *m*) P. *primo* vulgo. — 19 *Incipit de gen. nav.* Codd. *Incipit* omitt. D, vett. edd., J. — 20 *dictu nc cel.* P.

1 *unde summm* PC. *intervortem* P. *quo intervortam* cj. Herm. — 3 *celocem* vulgo. *celoce* M. *ibidemque* male vulgo Edd. Plaut. *illum adol.* vel *adul.* PCAJ. *ullum ad.* H Gerl. *illum adol. Idem* omitt. W, M. — 5 *nec orbitam* H. *ne corbitam* JM, ul Edd. Plaut. *nec corb.* PC, Edd. ante J, ut mox in v. *Corbita.* — 6 *lemnis* Codd. *Lemniis* AJM. — 7 *sensum* P. — 8 *Hercles* HW, J marg. *arte obr.* vulgo. *ante* cj. Popma. *alte* Passer. Guyet. Vahl. Riese. *orta* Œhl. e conj. — 9 *Vimarco* vulgo. *Bimargo* AJ. — 10 *moven* P. — 11 *genus navii* C. *tradum* P. — 13 *tradiores* P. *sunt et in* HPCL. *sunt in* vulgo, ut Edd. Plaut. — 14 *idem iaedem* P. — 15 *nec carbitam* vulgo. *ne* JM. (Vid. in præced. lemm.) — 17 *Homero* Bentin. J, Dousa. *versifacta* P. *versificta* C. *versi ficta* L. *versus-*

Horia dicitur navicula piscatoria. Plautus in Rudente [IV, 2, 5]:

Salute horiæ, [quæ in] mari fluctuoso.

Idem in eadem [IV, 3, 81]:

Mea opera, labore, et rete, et horia.

Cercurus navis est Asiana pergrandis. Plautus in Sticho [II, 2, 42]:

Quum percunctor portitores, ecquæ navis venerit
Ex Asia: negant venisse. Conspicatus sum interim
Cercurum, quo ego me majorem non vidisse censeo.

Lucilius Satyrarum lib. VIII:

Verum flumine uti, atque ipso divortio [aquarum],
Ilignis pedibus cercurus curreret æquis.

Idem lib. XIIII:

Ad Regem legatu' Rhodum, Ecbatanam ac Babylonem
Ibo; cercurum sumam.

Plautus Mercatore [Prol. 86]:

Ædificat navem cercurum, et merces emit.

Lembus, navicula brevis piscatoria. Attius Deiphobo:

Ego autem nocte hesterna, retia ut prævehererm et statuerem,
Forte aliquanto, [quam] solitus, lembo sum progressus longius.

Turpilius Leucadia:

Hortari nostros cœpi illico
Ut celerent lembum.

ficata D. *versificnta* Codd. pleriq., AM. *versibus fata* cj. Fruter. *versibus ficta* cj. Roth, prob. Corpet. — 18 *pylofemus ducentos ordops loagos* P. *polyfemus cyclops d. longus p.* D. *cyclopes coclites et* AJ. *cyclops longus pedes* J marg. — 19 *bachillum* HP. *bacchillum* C Gerl. *bacillum* AJM. — 20 *quam ius navis* P. *malus navis* vulgo. *navi* cj. Dous. Voss. Guyet, recep. Corpet. — 21 *Hoci dicitur* P. *Horia* vulgo. *Oria* J marg. Palm. *navic. piscari* P. — 22 *salute* omitt. P. *solutn* D. *salvete* J. *horia* Codd., AJ. *horiæ* J marg. M. *fluctuosa* P. — 24 *meapperam* (omisso *lnborare*) *et* P. *me npperam laborare* C. *mea opera lab.* H Gerl., vett. edd. *laborntur* J. *labore* M, ut Plaut. *et recte* PCL. *rete* HLWJM. *et oria* C. — 25 *Cercyrus* Codd. *Cyrcerus* W marg. *Cercurus* (ubique) AJM. — 27 *dum perc.* Edd. Plaut. *percoator* J. *portitoris* D. *fortiores* P. *et quæ* HPD. *etquæ* Gerl. *ecquæ* AJM. — 29 *cyrterum quo* P. *cyrcerum* HC Gerl. *meiorem* P. — 31 *rerum flumea* AJ. *verum* J marg. *flumen* vulgo. *flumine* cj. Dous. Guyet, recep. Corpet. *fluaea ntque uti ipsa* C, AJ. *uti atque* J marg. *divortio igneis ped.* Codd., M. *ligneis* AJ. *divortio aquarum ilignis* J marg. (e conj., ut videtur), habent Dous. Guyet. Gerl. (ed. Lucil.), Francken. — 32 *cyrcerum concurret equis* vulgo. *æquis* AJ. *concinit æquis* J marg. Dousa. *dirigit* (vel aliquid simile) cj. Francken. *cercurus curreret* cj. Guyet. — 33 *idem* omitt. P. — 34 *et bathanam* P, ed. 1476. *Etbatannm* Gerl. *Ecbatanam* HJM, et cj. Johan. Pius. — 35 *cyrcerum* Codd. *summam* W. — 37 *naver* P. *navim* Edd. Plaut. *cercyrum* Codd. *cyrcerum* C.

1 *Lemnis navicule* P. *Lenibus* Mp. *Acc. deifæbo* Codd. *Deiphobo* Edd. *alphesibœa* P. — 2 *eo ante nocte* vulgo. *nocto* P. *noctem* vett. edd., Scriv. Both. Ribb. *externa* vulgo. *nocte extremn* J, Voss. *extremam* Bothe. *extenta* Bothe 2, Ribb. *hesternæ* cj. Scriv. *Ego autem nocte hesterna* cj. Bergk. *præveherem* Codd., M. *proveherem* Edd. ante M, Scriv. Both. Bergk Ribb. — 3 *aliquanto solitus* vulgo, prob. Bothe. *solito* cj. Gerl., recep. Ribb. *aliq. quam solitus* J, Steph. Scriv. Bergk. *lembosum* H. — 5 *hortnri n. c.* HPMp. *ortari* Gerl. *cœpi nostros* Both. Ribb. *cœpi dico* P. *ilico* vulgo. *illico* M. — 6 *celereat* HLW, J marg. M Ribb. *cedereat* D. *celorent* P. *celerarent* AJ, Bothe. — 7 *lemnis* Codd. *Lemaiis* AJM. — 9 *duæ* Codd. *duo* JM. *d. ad nos certam accel. ratem* vulgo. *duo certatim ad nostram accel.* Bothe. *duæ ad nostram* Ribb. *accelerarunt* vulgo.

Idem Lemniis :

Lembi, redeuntes domum,
Duo nostram certatim accelerarunt ad ratem.

Virgilius Georgicorum lib. I [v. 201] :

Quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit.

Sisenna Historiarum lib. III : « Otacilium legatum cum scaphis ac lembis. » Plautus Mercatore [I, 2, 81] :

Dum hæc aguntur, lembo advehitur tuus pater pauxillulo.

Myoparo est navicula piratarum. M. Tullius de Republica lib. III : « Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus, mare haberet infestum uno myoparone : Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. » Sallustius Historiarum lib. III : « Et forte in navigando cohors una, grandi phaselo vecta, a ceteris deerravit; marique placido a duobus prædonum myoparonibus circumventa. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Navesque triginta biremes, totidem myoparones. »

Phaselus, navigium Campanum. Varro Desultorio, περὶ τοῦ γράφειν : « Alius, domini delicias, phaselon, actum tonsillis, littore mobilem in fluctum solvit. » Sallustius Historiarum lib. III : « Et forte in navigando cohors una, grandi phaselo vecta, a ceteris deerravit. » Sisenna Historiarum lib. IIII : « Prores, actuariæ, tragi grandes ac phaseli primo. »

Lenunculus, navigium piscatorium. Sallustius Historiarum lib. II : « Primo incidit forte per noctem in lenunculum piscantis. »

Actuariæ, naviculæ celeres : dictæ quod cito agi possint. Sallustius Historiarum lib. II : « Ad hoc pauca piratica actuaria navigia. » Sisenna Historiarum lib. III : « Quibus occisis, actuarias ad viginti naves, item complures onerarias incendunt. »

acceleraverunt Bothe. — 11 *adverso* HL, Edd. *adversos* P. — 12 *remigis* Codd. *remigiis* Edd. — 13 *scaphis* H. *scafis* Gerl. — 15 *paxillulo* Codd. *pauxillulo* AIM. — 16 *M. Tullius.* Jam sup. p. 125 et 318. — 17 *quereretur ... quod scelere* P. — 18 *infestum viro* P. *quo tu orbem terræ* omitt. P. — 19 *fortem navig.* P. — 20 *vecta acteris* P. — 22 *navis quæ* H. Gerl. *navisque* PC Mp, Edd. *navesque* J. *biremis* vulgo. *biremes* J. *myoporonas* Codd., J marg. *myoparonis* P. *myoparones* Edd. — 23 *Faselus* (ubique) vulgo. περιτυραςε *in alius* Codd., M. περὶ τοῦ γράφειν : *alius* J marg., prob. M. περὶ τρυφῆς AJ. Græca desunt in P. *in aliis* Edd. ante M. — 24 *faselo nuctum tonsillitorem ovilem* H. *nactum* et Mp. *natum* P. *faselon actum tonsillitoremovilem* Gerl. *faselum actum* cj. Popma. *faselo nactum tonsili remo vilem* Edd. ante M. *faselo nactum tonsillitore movilem* M. *nactus tonsillas littore movit* J marg. *faselon aptum tonsilla* cj. Gerl., prob. Œhler. *aptum tonsillæ* Riese. — 25 *flictnm solvit* vulgo. *flicitem* P. *conflictum* J marg. *fluctum secat* ms. Palat., prob. Gebh. *in fluctum* Œhler. *mobile in fluentum* Rœp. Riese. — 26 *gradi* W. — 27 *prores* Codd., M. *proræ* Edd. ante M. Vera autem vox latet : forte *mioparones*, capite truncato ob præced. numerum. *trogigrandes* H. *trngi* PJ marg. M Gerl. *trahi* Edd. ante M. *gantes* P. *fnselo* vett. edd. *primo* ultro delerem, quod sequentis exempli initium est. — 29 *piscatorum* P, ed. 1476. — 30 *primo indicit* vulgo. *incidit* M. *super noctem* AJ, improb. Bentin. *per* J marg. *piscandis* Codd., ed. pr. *piscandi* D. *piscantis* Edd. — 31 *possent* vulgo. *possint* CD.

Lintres, naves fluminales. Virgilius Georgicorum lib. I [v. 262]:

Cavat arbore lintres.

Scaphæ sunt naviculæ quæ majores naves consequuntur. Sallustius Historiarum lib. IIII: « Eum atque Metrophanen senatus magna industria perquirebat, quum per tot scaphas, quas ad ostia [fluminis] cum paucis fidis percunctatum miserat. »

Codicarias naves etiam nunc consuetudo appellat, eo quod in fluminibus sint usui. Sallustius Historiarum lib. IIII: « Quam maximis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit ad flumen Euphraten, qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur; et quanquam ad id naves codicariæ, occulte per hiemem fabricatæ, aderant. » Varro de Vita populi Romani lib. III: « Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant: a quo in Tiberi naves *codicarias* appellamus. »

Pristis, navigii genus: a forma pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. Claudius Rerum Romanarum lib. XII: « Quinque pristes: navigium ea forma a marina bellua dictum est. » Virgilius lib. V [v. 116]:

Velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

Et [X, 211]:

Frons hominem præfert; in pristim desinit alvus.

Cymba ..... Afranius Excepto:

Tum conscendo cymbam interibi luci piscatoriam;
Venio; jacitur ancora; inhibent leniter.

M. Tullius de Officiis lib. III [c. 14]: « Cymbarum ante oculos multitudo. Pro se quisque, quod ceperat, afferebat. »

Onerarias, de oneribus tardas. Sisenna Historiarum lib. III:

1 *piratice* PC. *piraticne* HCLWA. *piratica* JM. — 2 *auctuarias* H. *vig. malis* Codd. *navis* vel *naves* Bentin. JM, ut p. 536. *ad viginti, naves* JM. *ad vig. naves, item* A. *idem* Codd. *item* AJM, ut p. 536. *honernrias* Codd. *onerar.* Edd. — 4 *fluminales* vulgo. *fluminares* P, ed. 1476. *lib.* II vel *secundo* LAJ. *lib.* I PM. — 5 *cavatas haberent res* P. *cavo nrb.* CD. — 6 *scaphæ* (ubique) HPJM. *scafæ* Gerl. *consecuntur* Codd. — 8 *hostin* HPW. — 9 *fides* Codd. *fidis* JM. *percunctatur* Codd. *percunctatum* Edd. *miserant* vulgo. *misserant* P. — 10 *nunc* omitt. P, ed. 1476. — 12 *ariobartanis* P. *Ariobarzani* AJ. *Euphratem* Edd. *quam parte* P. — 13 *disjungitur* PD, Edd. ante M. *dijungitur* M Gerl. — 14 *id* omitt. P Gerl. *ad* omitt. CD, ed. pr. *navis* D. — 15 *pluris* Codd., M. *plureis* AJ. *conjunctes* P. *a qua itiberi* P. *navis* Codd. *naves* Edd. — 20 *quinq. pristis* vulgo. *pristes* J. *belua* vulgo. *bellua* AJ. *dicta est* vulgo. *dictum est* JM. — 22 *pristin* pleræq. edd. Virg. — 24 *pristin* L man. pr. — 25 *Cumba* (ubique) Codd. *Cymba* Edd. *afranus* P. *exceptn* Codd., M. *excepto* ed. 1476, AJ (M in emendandis). — 26 *interibus lucilius piscatori venia* P. *lucis* Edd. ante M. Neuk. *luci* etiam J marg. Ribb. *loci* cj. Gronov. — 27 *invenio* scriptum in marg. Junii. *anchora* vulgo. *inibent* HPL. *leviter* omnes. *leniter* Both. Neuk. Ribb. — 28 *lib.* I C. *lib.* II Codd., A. III JM. *nnte pedes* omnes. *oculos* J marg. *ante oculos multitudo: pro se q. q. c. afferebat; ante pedes Pythii pisces abjiciebantur* Cic.

1 *cæperat* Codd. pleriq. *ceperat* C, Edd. — 2 *lib.* IIII AM. — 3 *naves* omnes. — 5 *Anchoræ* (item inf.) omnes. *anquinæ* cj. J (ex Isid. 19, 4), Dous. Gothof.; et sic vulgo hodie. *vincla* Codd., M. *vincula* P, Edd. ante

P. 536 M.

« Quibus occisis, actuarias ad viginti naves, item complures onerarias incendunt. »

Ančuinæ, vincula quibus antennæ tenentur. Lucilius :

Armamenta tamen, malum, vela omnia servo :
Funis enim præcisu' cito, atque anquina soluta.

Prosumia, navigii genus. Cæcilius Meretrice :

Cum progubernator propere vertit prosumiam.

Idem Æthrione :

De nocte ad portum sum provectus prosumia.

[LIBER XIV.]

DE GENERE VESTIMENTORUM.

Tunica est vestimentum sine manicis. Titinius Veliterna :

Tunica et togula obuncula
Adimetur; pannos possidebit fœtidos.

Cicero in Catilinam [II, c. 10] : « Manicatis ac talaribus tunicis. » Virgilius [Æneid. IX, 616] :

Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ.

Titinius Quinto :

[To]gis cum candidis,
Tunicis sordidis syntheticis.

Plautus Pseudolo [II, 4, 48] :

Manuleatam tunicam habere hominem addecet.

Et idcirco *manuleatam* addidit ne improprie uteretur. Lucilius Satyrarum lib. I :

Prætextæ ac tunicæ, Lydorum opu' sordidum omne.

M. *antempnæ* C. — 6 *vel omnia* vulgo. *vela* J marg. M. — 7 *atq. ancora* omnes. Vid. sup. — 8 *metrice* P. — 9 *cui progub.* vulgo, etiam J marg. *qui* Basil. *qui pro gub.* J. *cum progub.* Both. Ribb. *cui gubern.* DMp. *cum gub.* cj. Ribb. *propere* vulgo, et J marg. *prope* ed. 1476, J. *ver* P. *vertit* vulgo. *qui pro gubernatore se gerens prope evertit* cj. Beutin. *prosumiam id est de nocte* (omisso, ut semper, operis titulo) Mp. — 10 *æthrione* LM. *antrione* HW. *Amphitryone* Edd. ante M, prob. Osann. *amfitrionem* P. — 11 *sum profectus* Codd. pleriq., J marg. M. *provectus* Mp CD Bamb., Edd. ante M. *a portu* forte legendum. — 13 *Incipit de genere* Codd. pleriq., M. *Incipit* omitt. D, Edd. ante M. — 15 *et cogula* Codd., etiam Mp. *cingula* AJ. *et togula* J marg. M, Both. Ribb. *obuntula* Codd. *obucula* ms. Passerat. *obuncula* Edd., Bothe. *obunctula* J marg. Ribb. *et singula subucula* cj. Passer. — 17 *manicatis ac tatis* (expunctis *ta*) *ac talaribus* P. *et talaribus* Edd. Cic. — 20 *Titinius: quin togis cum* omnes, prob. Palm. Both. Ribb. *Tit. Quinto : togis* cj. Neuk; in quod ipse incideram. *Quinto* scripsit etiam M in marg. Junii; sed in notis silet. *sordidissint* H. *sintetdicis* Gerl. *et dicis* vulgo. *ut dicis* J marg. *syntheticis* cj. Palmer., prob. Both. Neuk. Ribb. *synthesibus* forte cum epitheto. — 24 *manuleata* P. *decet* Edd. Plaut. — 25 *addit* HW, M Gerl. *addidit* Edd. ante M. *adde* PL. — 27 *sordidum id omne* J. *sordidulum omne* cj. Dous. Guyot. — 29 *scit poe-*

Idem lib. XV :

Scit ποιητικὸν esse, videt tunica et toga quid sit.

Varro Meleagris : « Quum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat ad talos. » Ennius, probro Carthaginiensium, *tunicatam juventutem* voluit dicere. Varro Modio : « Quam istorum quorum vitreæ togæ ostentant tunicæ clavos. »

Calantica est tegmen muliebre quod capiti innectitur. M. Tullius in Clodium : « Tune, quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares? »

Pænula est vestis quam supra tunicam accipimus. Pomponius Pannuceatis :

Pænulam in caput
Induce, ne te noscat.

Lucilius Satyrarum lib. XV :

Pænula, si quæris, cantheriu', servu', segestre,
Utilior mihi quam sapiens.

Varro Virgula divina : « Non quærenda est homini, qui habet virtutem, pænula in imbri. »

Aulæa, genus vestimenti peregrinum. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Quod, ex hereditate Attalica, aulæa, chlamydes, pallæ aureæ. » Virgilius Georgicorum lib. III [v. 25] :

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Et est tanquam paludamentum barbarici habitus militaris.

Plagæ, grande linteum, tegmen quod nunc *torale* vel *lectuariam sindonem* dicimus : quarum diminutivum est *plagula*. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Chlamydes, plagæ, vasa aurea. »

Stolam veteres non honestam vestem solum, sed etiam omnem quæ corpus tegeret. Ennius Telepho :

Cedo extraneo vestitu, squalida sæptus stola.

ticoa vulgo. *sicit* P. ποιητικὸν J marg. Corpet. *tunicam* Codd., vett. edd. *tunica* JM. — 30 *etiam alis Menandri* Codd. pleriq., AJ. *aliis* P, ed. 1476. *Thais* Bentin. J marg. Gul. M, ut sup. p. 286. *dimissam* Codd., M. *demissam* AJ. *dimissam ... tunicatam* omitt. P. — 31 *habet* Codd., vett. edd. *habeat* Bentin. JM, ut p. 286. — 32 *quam storum* H Gerl., ut sup. p. 448. *istorum* P, Edd. *quorum* omitt. P. *quorumdam* J. *vitiæ etogæ astaat tunicæ* P.

2 *calautica* (bis) Codd. pleriq., M Ribb. Orel. (fragm. Cic.). *calautice* D. *clautice* P. *calantica* Edd., etiam M1, prob. Bartholin. Stewech. Guyet. Lion (ed. Serv.). *calvaria* Le Clerc, ex Cic. ms. Taurin. *clavatice* C. — 3 *tunicum vinc.* P. *vincerentur* Codd. *fasceis* omnes. *cum calautica* CD. *caulatica* P. — 5 *pænula* (ubique) H Gerl. *penula* PCDMp, Edd. — 7 *capud* P. — 8 *te nocat* P. — 10 *pænulam si* vulgo. *penula, si* JM. — 12 *virgna* P. *si quærenda* P. *non q.* vulgo. *qui habebit* C. — 14 *aulea* (ubique) Codd. *aulæa* Edd. — 15 *lib.* IIII P. *quot* J marg., prob. Gothof.; nec spernendum. *Attali Attalica* cj. Passer. ad Catul. p. 382. *clamides* Codd. *chlamydes* Edd. — 16 *palle pall enulea Virg.* P. *pelle palle aurea* C. *palle* (omisso *aureæ*) D. *lib.* IIII P. — 17 *intexit ... britannia* P. — 19 *plage* CD. *linteum tegmen* Edd. *toralem* PL. *lecticariam* J marg. — 20 *symdonem* H. *syndonem* P Gerl. A. *est plagæ* Codd. pleriq. *plagula* H. *plagulæ* Edd. — 21 *clamydes* Codd. *plage* Codd. *vela aurea* Edd. ante M. *vasa* J marg. — 22 *sitolam* P. *honestem ... omne ... teget* P. — 24 *cedo et*

P. 537-538 M.

Idem in eadem :

Regnum reliqui, sæptus mendici stola.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου : « Mulieres, aliam cerneres cum stola holoporphyro. » Idem in Eumenidibus :

Partim venusta muliebri ornat[us] stola.

Palla est honestæ mulieris vestimentum, hoc est, tunicæ pallium. Plautus in Menæchmis [III, 2, 4] :

Pallam ad phrygionem fert confecto prandio.

Lucilius Satyrarum lib. XV :

Quum tecum est, quidvis satis est; visuri alieni
Sint homines, spiram, pallas, redimicula promit.

Virgilius Æneidos lib. I [v. 648] :

Pallam signis auroque rigentem.

Strophium est fascia brevis quæ virginalem horrorem cohibet papillarum. Turpilius Philopatro :

Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi :
Infelix inter tuniculam ac strophium [quam] collocaveram.

M. Tullius in Clodium : « Quum strophio accurate præcingerere. » Plautus in Aulularia :

Pro illis crocotis, strophiis, sumptu uxorio.

Varro Sesquiulixe :

Suspendit Laribus mânias, molles pilas,
Reticula ac strophia.

Abolla, vestis militaris. Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου : « Toga [de]tracta est, et abolla data est ad tubam, uti *fera militiai munera* præstarem. »

caveo omnes. *cædem caveo vestitu* (*cum vest.* Ribb.) cj. Geelius, prob. Ribb. *cum vestitus* vulgo. *cumvestitus* Mp, Gerl. *convestitus* Colum. Scriv. M, Bothe. *vestitus* (sine *cum*) J. *septus* HCAJ. *sæptus* PM Gerl. *cedo et quem vel ecquem video squalida septum stola?* cj. Passer. — 26 *septus* vulgo. *sæptus* M. *medici* vulgo. *mendici* cj. Leopard. J Columm. Passer., habet M. — 27 *cosmorenæ* H Gerl. *cosmoterine* A. *cosmotorine* P. *Cosmotoryne* M. *cosmo* (nihil amplius) C. Græcum titulum, relicto spatio, omitt. P. — 28 *cernes* P. *olorfyro* P Gerl. *olorfiro* C. *holoporphyro* J marg. M. *oloserica* A. *holoserica* J. *in* omitt. PAJ. — 29 *partum* H (ap. Riese), Edd. *partum* (sed *u* mutato in *i*) W. *partim* CDJ marg. Gerl. *venustam* P. *ornat* omnes. *ornatus* cj. Vahlen. *ornati* Riese. — 30 *honesti* PL. *honestum* D. *est tum ce pallium* P.

1 *palam* P. *frigionem* Codd. — 3 *cum tectum* Edd. ante M. *cum tectum est* (*quid vis?*) *satis est* Gul. *tecum* cj. Steph., J marg. *spiras, pallam* cj. Dousa. — 7 *strofium* (ubique) Codd. *strophium* Edd. *fascea* vulgo. *fascia* D, Edd. ante M. *horrorem* HM. *orrorem* Gerl. *tumorem* AJ. *cobibet* P. — 9 *epistola* H. *epistula* Gerl. *vias sepistola* P. — 10 *coulocaram* vel *collocaram* HCDLA. *collocaveram* PM Gerl. *quam collocaveram* J. *quam* omitt. et Bothe. — 11 *cum strofium* P. *præcingere* PCD, Edd. ante M. — 12 *in* omitt. M. — 13 *cortis* P. *corcotis* Codd. pleriq. *crocotis* Edd. *strofis* Codd. *sumtum* P. — 15 *Laribus marinas* omnes, ut in v. *Reticulum*, p. 542. *manias marinis* cj. Turn. *manias* recte cj. Meurs., habet Riese. (Quid sint *maniæ* docet Fest.) *mollis pisar* Codd. *pisarum* ed. 1476. *pilas* Edd., ut p. 542. (Senarios agnoscuut Rœper. Riese.) — 17 *cosmotorene* H Gerl. *cosmoterine* A. *cosmotorine* P. *cosmo* (nihil amplius) C. — 18 *tractn* vulgo, prob. Œhl., Riese. *tractata* P. *detracta* cj. Palm. Guyet. Voss. *ad turba* P. *ad turbam ubi* vulgo. *ivi* Œhl. Riese. *abii* Vahlen. *ad tubam* cj. Palm. Pitisc. Voss. *ubi sera* vulgo. *mihi* vel *ibi fera* cj. Palm. Voss. *militia in*

Sagum, vestimentum militare. Sallustius Historiarum lib. II : « Occurrere duci, et prœlium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hyrtuleio in brachium tela venirent. » Virgilius lib. VIII [v. 660] :

Virgatis lucent sagulis.

M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. I : « Pridie nonas februarias quum ad te litteras mane dedissem, descendi ad forum togatus, quum reliqui consulares sagati vellent descendere. » Varro Virgula divina :

Quum neque aptam mollis humeris fibulam ferret sagus.

Sisenna Historiarum lib. III : « Senatus auctoritate, saga renuunt. »

Paludamentum est vestis quæ nunc chlamys dicitur. Sallustius Historiarum lib. III : « Et eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensans, postquam ex sarcinis paludamenta astare et delectæ cohortes intelligi cœpere. » M. Tullius ad Cæsarem juniorem lib. II : « Antonius demens, ante lucem paludatus. »

Chlamys, quod supra. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 137] :

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Varro Hercule Socratico : « Cubo in Sardianis tapetibus; chlamydas et purpurea amicula. »

Regilla vestis diminutive a regia dicta, ut et *basilica*. [Plautus Epidico, II, 2, 39] :

An regillam tuniculam, an mendiculam?

Varro Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων :

Collum procêrum, fictum lævi marmore,
Regillam tunicam diffingitur purpura.

munera vulgo. *m. est in munera* P. *in* omitt. Popma. *militiai mun.* cj. Palm. Voss. *mun. velli ut præstarem* omnes. *belli* cj. J Palm. Popm. Voss. Œhl. Riese : quod omisi, ut glossema vocis *militiai*. Ceterum *fera mœnera militiai* Lucretianum est, I, 30. *præstarent* fortasse. — 22 *hyrtuleio* Codd. pleriq. *hirtulegio* C. *Hirtuleio* M. *hirculeio* ed. 1476. *Herculeio* AJ. — 25 *ad forum sagatus* cj. Abeken, prob. Roth. — 26 *consularis* vulgo. *consulatis* C. *consultoris* P. *consulares* Edd. ante M. *togati* HPC Gerl., prob. Abek. Roth. *sagati* AJM. *Varro*, etc. Jam sup. p. 223. — 28 *fibula* P. *sagus ferret* omnes. Sed mutato ordine trochaicus optime procedit. — 29 *sagaria nunc* vulgo. *segaria* A. *sagari nunc* P. *saga induunt* cj. Schott. Coler. Voss. — 30 *nunc clames* Codd. *chlamys* Edd. *dicitur* omitt. P. — 31 *duplici æ* (superposita nota compendii) P. *acia* C. *longum* Codd., vett. edd. *locum* Bentin. JM.

1 *mul* (*to* omisso in fine lineæ) P. *ex arcinis* P. *defensus* omnes. *defendens* Edd. fragm. Sall. — 2 *ostari* HW. *hostari* M. *astari* PA Gerl. *adstari* J. *obstari* ms. Palat., ed. 1476. *obstare* ms. Basil., proh. Gehh. *hastati* Edd. fragm. Sall. *et* omitt. ed. 1476. *delecte* P. — 3 *juniorem* omitt. P. — 5 *clames qs* (superscr. nota compendii) P. *clames quasi* C. *chlames. q. s. Virg.* Gerl. ex suis libb. *clamys* W marg. *chlamys* (omisso *q. s.*) Edd. *quod supra* cj. Roth; recte, nempe in v. præced. — 6 *sydoninm* Codd., A. *synodiam* P. *clamidem* H. *clnmydem* Gerl. — 7 *sacratico* Codd. *Socratico* Edd., ut p. 542. *in Sardinia ista pedibus* vulgo. *Sardinianis* cj. J, recep. M. *Sardianis* cj. Guyet. Ruhnken, proh. Osann. *tapedibus* Codd. *tapetibus* cj. J, habet M. — 8 *clamida* vel *chlamyda sed* HW, Edd. *clamides et* P. *clamidas et* C, J marg. Gerl. — 9 *vasilica : an regillam* Codd. *basilica. Plautus Epid.* Bentin. JM. — 11 *tunicułam indutam* PAM. *indutam* HC Gerl. *induam* J. *inducułam* cj. Bentin. J marg.

Ralla vestis dicta a raritate. Plautus in Epidico [II, 2, 46] :

Tunicam rallam, tunicam spissam.

Rica est quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico [II, 2, 48] :

Ricam, basilicum, aut exoticum.

Serenus Opusculo[rum] lib. I :

Aut zonulam, aut acum, aut ricam.

Novius Pædio :

Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, ricinium.

Lucilius Satyrarum lib. II :

Chirodeti aurati, ricæ, thoracia, mitræ.

Turpilius Hetæra :

Ducit me secum : postquam ad ædem vênimus,
Veneratur deos. Interea aspexit virginem
Astantem, injectam in capite ostrinam riculam.

Varro Prometheo lib. I : « Alia emit aut ricinium, aut mitram Melitensem. »

Cæsicium linteolum dicitur purum et candidum : a cædendo, quod ita ad candorem perveniat, vel quod oras circumcisas habeat. Plautus in Epidico [II, 2, 46] :

Linteolum cæsicium.

Indusium est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi *intusium*. Plautus in Epidico [II, 2, 47] :

Indusiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam.

tuniculam (altero v. deleto) cj. Düntzer. *quid erat induta? an regillam induculam* Edd. Plaut. *amendiculam* P. — 12 Græcum titulum omitt. P. — 13 *levi* omnes. — 14 Qui versus nec sensum, nec metrum exhibet. *diffiagitur* omnes. *defiagitur* ed. 1476. *diffungitur* ed. pr. *diffinitur* cj. Scal. *purpura discingitur* cj. J. *purpura distinguitur* scriptum in marg. Jun.; in quod ipse incideram. *regillæ tunicæ defin.* Riese. — 17 *quod nos* vulgo, et J marg. *quod nunc* AJ. *sudarius* P. *in* omitt. P. — 19 *rica* Codd., vett. edd. *ricam* Bentin. JM, ut Plaut. — 20 *opusculo* omoes. — 21 *zonula* Codd. *zonulam* Edd. *aut arum nut aricam* P. — 23 *molucinam* Bamb. *molochiaam* cj. Guyet. *corcatau* P. *croatam* C. *crocatam* HDMp Gerl. *crocotam* AJM. (Cf. p. 540 et 548.) *ceridotam* Codd. *chiridotnm* AJM, Ribb. *ricam. Riciaum* tanquam novum lemma, dant HPCD, Edd. ante M, improb. Carrione et Merc. (Cf. *Mollicinn*, p. 540.) *ricam, ricinum* Gerl. *ricam, riciaium* M. — 25 *herodyty* P. *hrodyty* HL Gerl. *hyodyty* W. *hyodyti* M. *hyodeti* C. χειροδύται cj. Gerl. *hypodyti* (ὑποδύται) cj. Ferd. Schmidt, recep. Corpet. *roditi* ms. Basil. *ricini* AJ. *auraticice et oracia* H. *ciceetoracia* Gerl. *cice et oracia* C. *cice et oraria* A. *auratice et oratio* P. *auraticæ* W marg. *ricæ et oraria* cj. Carrio, prob. Dousa, recep. M. *atque oraria* cj. Lips. *boracin* ms. Basil. *ricæ, thoracia* cj. Roth, recep. Corp. Gerl. — 26 *Turp. Veliterna* omnes. *Hetæra* cj. Carrio, prob. M; nempe idem citatur ex *Hetærn*, v. *Ostrinam*, p. 549. — 28 *veneruti* (sed altero *r* expuucto) P. *venerat* ed. 1476. *aspexit* omnes, ut p. 549. *aspexi* cj. Scal. — 29 *iastantem in capite riculam induta moastrinam* HP. *in* omitt. Mp. *indutam oastrinam* CDMp Gerl. *iadutam ostrinam riculam* Ribb. *gestaatem in cap. riculam indutam ostrinam* AJ. *astantem, in capite ostrinam indutum riculam* cj. Carrio. *injectam in c. riculam indutum ostriania* M, ut p. 549. *injectn in caput ostrina indutam ricula* Bothe. *cap. indutnm ostrina ricula* Gautoff. — 30 *aliæ mitraat* Codd. *mitrnm* H man. sec., Edd. *tricenam* Codd. *mitram ricinam aut* JM. *alia emit mitram ricinam* cj. Œhl. Riese. *melletensem* P. *mellitensem* Codd. pleriq., A. *Melitensem* JM. — 33 *a candore perveniat* P. *quod horas* HP. — 36 *inter* P.

2 *indusiata, patagiata* Codd., A. *indusia-*

Patagium, aureus clavus qui pretiosis vestibus immitti solet. Plautus Epidico [II, 2, 47]:

Indusiatam, patagiatam.

Nævius Lycurgo:

Pallis, patagiis, crocotis, malacis, mortualibus.

Supparum est linteum femorale, usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat. Plautus in Epidico [II, 2, 48]:

Supparum, aut subnimium, ricam, basilicum aut exoticum.

Novius Pædio:

Supparum purum, Veliense linteum, escam meram.

Afranius Epistola:

Tace:
Puella non sum, supparo si induta sum.

Varro Eumenidibus:

Hic, indutus supparum,
Coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit.

Exoticum dicitur peregrinum. Plautus in Epidico [II, 2, 48]:

Basilicum aut exoticum.

Plumatile, aut clavatum aut ex plumis factum. Plautus in Epidico [II, 2, 49]:

Cumatile aut plumatile.

Mollicina vestis a mollitie dicta. Novius Pædio:

Mollicinam, crocotam, chiridotam, [ricam,] ricinium.

Amphitapæ vestes dicuntur utrinque habentes villos. Lucilius Satyrarum lib. I:

Psilæ atque amphitapæ, villis ingentibu' molles.

tam, patagiatam Bentin. JM. *intusiatam* Varr. L. L. 5, 131. *catulam* HCD. *cntula* P, Gerl. *caltulam* AJM, ut Varr. l. cit. et Plaut. *aut proputulam* Codd. *propu tulit* (cum nota compendii in fine, super *t*) P. *crocotulam* AJM, ut Plaut. *ac crocotulam* Varr. l. cit. — 3 *clavis* PC. *clucus* Codd. pleriq., J marg. M. *aurea chlamys quæ* Edd. ante M. — 5 *indusiata, patagiata* PCA Gerl. *indusiatam, patagiatam* Bentin. JM, ut Plaut. — 6 *lygurgo* P. — 7 *patagis* Codd. *patagiis* Edd. *crotolis* P. *malicis* HP, M. *malocis* L Gerl., et cj. Voss. *malaciis* J marg. *manicis* AJ. *malatiis* Codd. in v. *Caltulam*, p. 548. *malitiis* P, p. 548. *mortualibus* vulgo. *mortulibus* C. *mortalibus* J marg., et Gerl. p. 548. — 8 *Subparum* PC. *supparum* vulgo. — 10 *aut subn.* vulgo, et J marg. *autem subn.* Edd. ante M. *subnimium* omnes. *subminium* cj. Bentin. J marg. *subminium* Both. ed. Plaut. *est ricnm* HCAJ. *est ritam* PLW, ed. 1476. *ricam* M. *est* omitt. Bentin. M. *vasilicam* Codd. *basilicam* CA. *basilicum* D, Bentin. JM, ut p. 539. — 11 *nnevius* Codd. pleriq., A. *nevius* P. *Novius* JM. *Pedio* vulgo. — 12 *belliensem* vulgo. *belli* (in fine lineæ) *ensem* P. *polliensem* C. *Veliensem* cj. Lips., prob. Both. Munk. Ribb. *Velenense* cj. etiam Lips. (qui laudat *Velenensis tunica* ex Isid. 19, 22), prob. Œhl. p. 199. *Melitensem* scriptum in marg. Jun. *interim* omnes. *linteum* cj. Munk, recep. Ribb. *escam* vulgo. *æscam* W. *Oscam* cj. Lips. [*mi*] *escam* Ribb. *escam eam* C. *omnem escam meam* cj. Munk. — 14 *te* (pro *tace*) P. — 15 *supparosi* H. *subpario indutisum* P. — 17 *hinc ind.* P. — 18 *flugentem* P. — 21 *Plumatile clavatum* P. — 24 *Novius Epidica* PW. *Nevius* vel *Nævius* vett. edd. — 25 Jam sup. in v. *Rica*, p. 539. *crocatam* P. *ceridotam* Codd. *chiridotam* AJM. *ricam* omitt. Codd. *ricam, ricinium* JM, ut p. 539. *ricinum* Munk. *ricinium* omitt. A. — 26 *amfytnpæ* H Gerl. *amfitape* PMp. *villos* HW, Edd. *bilos* P. *billos* LC. — 28

Idem lib. VI :

Pluma atque amphitapæ, et si aliud quid deliciarum.

Varro Manio : « Alterum bene acceptum, dormire super amphitapo bene molli. »

Toga non solum viri, sed etiam feminæ utebantur. Afranius Fratriis :

Et quidem prandere stantem nobiscum, incinctam toga.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Præterea quod in lecto togas ante habebant : ante enim olim toga fuit commune vestimentum et diurnum et nocturnum, et muliebre et virile. »

Læna, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virgilius Æneidos lib. IIII [v. 262] :

Tyrioque ardebat murice læna.

Meretrices apud veteres succinctiore veste utebantur. Afranius Excepto :

Meretrix cum veste longa? — Peregrino in loco
Soleni, tutandi causa sese, sumere.

Carbasus, pallium quo Fluvii amiciuntur, vel opulentiæ causa, aut sericum, aut lino tenui. Virgilius lib. VIII [v. 33] :

Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus.

Idem lib. XI [v. 775] :

Tum croceam chlamydemque sinusque crepantes
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

M. Tullius in Verrem de Suppliciis [c. 12] : « Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. » Varro de Vita populi Romani lib. IIII : « Eadem postea carbasineo magis, ut pellibus tegerentur. »

[Toga] prætexta, insigne Romanorum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. M. Tullius de Suppliciis [c. 14] : « Sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam. »

amfytape HP. *amfitapoe* Gerl. *cum illo ingentibus* P. —30 *plumæ* cj. Dousa. *amfytabo* H. *amfitapoe* Gerl. *amfytnpoe* C. *quod deliarum* P. — 31 *amfitabo* HMp Gerl. *amfytabo* PCD. *amphitapo* ed. 1476, prob. Vahlen. *amphitapo* AJM, Both. Riese. — 33 *tognm* P.— 34 *fratris* Codd. — 35 *Equidem* vulgo, prob. Ribb. *quidem* ed. 1476. *etquidem* P, ut bene cj. Bothe, prob. Neuk. *incincta* A. *togom* vulgo. *toga* Both. Neuk. Ribb.

1 *prætereo* cj. J. *in lecto* H, Perott., cj. J, habet M. *intellecto* PCLW, Edd. ante M. *endo lecto* cj. Lips. Faber. — 2 *ante enim olim* omnes. *olim* glossema delendum. *toga* recte exhibet unus Mp. — 7 *subcintiore* Codd. *subcinciore* C. *subcintiores vestes* P. — 9 Personas distinxit Bothe, prob. Ribb. *peregrinam loco* P. — 10 *solent* Codd., A Bothe 2. *solont* P. *solet* ed. 1476, JM. — 11 *fluvii* H. *fluri* Codd. pleriq. *fluii* P. *fluxi* cj. Lindenbroch. *enus ut* P. *ut seric.* vulgo. *aut* cj. Cramer. Unger. — 13 *temis* P. — 16 *tunc* vulgo. *tum* M, ut Virg. *crepantis* omnes. — 20 *carbasineo* vulgo. *carbasi in eo* P. *carbasinea* J. — 21 *Prætexta* omnes. *Toga præt.* cj. Popma : cui adstipulor quia *toga* est in exemplo. *insig. romanorum* P. *romanum* vulgo. *onerati* P. — 24 *prodendam*

Limbus, ut adnotatum invenimus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus in Aulularia [III, 5, 45] :

Textores limbolarii, arcularii.

Flammeum, vestis vel tegmen quo capita matronæ tegunt. Plautus in Aulularia [III, 5, 36] :

Flammearii, violarii, carinarii.

Ricinium, quod nunc *mafortium* dicitur, palliolum femineum breve. Varro Ταφῇ Μενίππου : « Nihilo magis decere mulierem, quam de muliebri ricinio pallium simplex. » Idem de Vita populi Romani lib. I : « Et quod mulieres in adversis rebus et luctibus, quum omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt. »

Reticulum, tegmen capitis muliebre. Varro Sesquiulixe :

Suspendit Laribus mânias, molles pilas,
Reticula ac strophia.

Tapete, tegmen unite pictum de coloribus variis. Varro Hercule Socratico : « In omnibus rebus bonis quotidianis : cubo in Sardianis tapetibus. » Virgilius lib. VIIII [v. 325] :

Qui forte tapetibus altis
Exstructus, toto proflabat pectore somnum.

Turpilius :

Glabrum tapete.

Culcita. . . . . Cicero Tusculanarum lib. III [c. 19] : « Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo ? Collocemus in culcita plumea ; psaltriam adducamus. »

Subucula. . . . . . . Varro de Vita populi Romani lib. I : « Posteaquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare *subuculam* et *indusium*. »

vulgo, ut p. 363. *prudenda* P. *prodendæ* Edd. Cic. — 27 *limbo larialcularii* H. *limbolari alc.* P. *limbolarii* M Gerl. *limborarii* Edd. ante M. *alcularii* vulgo. *arcularii* C, Edd. ante M. — 28 *Flammeus* vulgo. *Flammeum* ed. 1476. Ita quidem recte Lexica ; sed masc. *flammeus* lingua senescente dictum est (apud Ambros. de Virg. 1, legi *talis flammeus*), quod hic librariis debetur. — 29 *Plautus*, etc. Iterum in v. *Violacia*, p. 549. *in* omitt. AJM. — 30 *flammarii* Codd. *flammearii* Edd., ut Plaut. *flamearii* Edd. Festi. *volarii* Codd., vett. edd. *violarii* Bentin. JM, ut Plaut. *cariari* HC Gerl. *cariarii* P, M. *carinnrii* AJ, ut Plaut. *cerinarii* cj. J.

1 *Ricinum* HPDLW. *Rinum* C. *Ricinium* Edd. *mafortium* P. *mnfurtium* vulgo. (Quod glossema in contextum irrepsisse scribit doctus aliquis in marg. Jun., et ipse conjeceram.) *palleolum* Codd. *palliolum* Edd. — 2 *tafeminippu* H. *tafe menippu* P Gerl. *dicere* omnes. *decere* cj. Bentin. J. *decere mulierem* scriptum in marg. Jun. *quando muliebre* P. — 3 *ricinio* omnes. *palleum* Codd. *pallium* M. *palliolum* AJ. — 4 *et quo* vulgo. *et quod* P. *ex quo* cj. J. *in* omitt. P. *et cum omn.* cj. Turn. *cu omne vestimentum* P. *institum* P. — 7 *Reticulum* ante lemma *Ricinium* exhibent AJ. *Reciculum* P. *sesqueulixe* H. — 8 *Laribus marinas* vulgo. *manias* Meurs. (Vid. ad v. *Strophium*, 538.) *mollis* vulgo. *mollius* C. *molleis* J. — 10 *unite* etiam J marg. *unice* Edd. ante M. — 11 *rebus* omitt. CD. *cottidianis* HD Gerl. *cotidianis* PCM. *quotid.* Edd. ante M. *quotidianus* cj. J. *quotidinno* cj. Ruhnkenius, prob. Osann. *in sardiniauibus* HPCDMp Gerl. *Sardininnis* JM. (Vid. in v. *Chlamys*, p. 539.) — 17 *Culcitra*

Capitia, capitum tegmina. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Tunicas, neque capitia, neque strophia, neque zonas. » Idem in eodem : « Neque id ad orbitam matrumfamilias institutæ, quod eæ pectore et lacertis erant apertis, nec capitia habebant. » Hæc etiam *capitula* appellant.

Encombomata et Parnacides, genera vestium puellarium. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Ut puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata ac parnacidas, quam togas. »

[LIBER XV.]

DE GENERE VASORUM VEL POCULORUM.

Aula, quam nos *ollam* dicimus, est capacissimum vas. Plautus in Amphitryone :

Optimo jure infringatur aula cineris in caput.

Varro Gerontodidascalo : « Sed simul manibus trahere lanam, nec non simul oculis observare ollam pultis ne aduratur. » Idem Bimarco : « Vulcanum nec quum novæ lagenæ ollarum figura [finguntur], ter precantur. »

Matella, aquarium vas. Plautus in Amphitryone :

Ne tu postules matulam unam tibi aquai infundi in caput.

Varro Endymionibus : « Divitum amphoras Chias ad communem

vett. edd. *lib.* IIII omnes. — 18 *in culcitia* P. — 22 *indusam* P. *indussnm* HCD Gerl. *indusiam* W marg. *indusium* AJM. — 23 *lib.* II HW Gerl. IIII vel *quarta* Edd. ante M. *lib.* I P, et cj. Popma. Numerum omittit L. — 25 *in* omitt. PAJ. *ob orbito* vulgo. *ndorbita* P. *instituti* vulgo. *institutia* PL man. sec. *instituto* L man. pr. *quod hæ* DJ marg. — 26 *hæc et* vulgo. *hæc eta* P. *appellavit* omnes. *appellant* J marg. et Meurs., qui monet ultima verba Nonii esse. Sic edidit Gerl. — 28 *Eacambonata* P. *Cambomata* L man. pr. W marg. *parnacidis* Codd., A. *pornacides* JM. *barnacidæ* D. *parnacidos* ed. 1476. *arnocides* cj. J, et Freund. *vest. puellarum* Edd. ante M.

1 *in vestitum* P. — 2 *permacidias* P. *pernacidas* W. *parnacidas* vulgo. *barnacidos* D Mp. *arnocidas* cj. J. *atque arnacides* Freund. — 4 In solo cod. Mp sequitur : *De genere vel colare vestim.*, duobus libris transpositis : quod nemo non judicet optimum. *Incipit de genere vasorum* HC Gerl. *De genere* PD. *Incipit de generibus* M. *De generibus* Edd. ante M. *et poc.* Edd. ante M. — 5 *Aula vel olla* vulgo. *vel ollo* C. *vel ola* cj. Roth. *vel olla* omnino delevi tanquam dittograph. *et est cap.* H, ed. 1476. *sed est* vulgo. — 7 *optnmo* Codd., M. *obtimo* D. *optimo* Edd. ante M. — 8 γεροντοδιδ. AJ. — 10 *Vimarco* Codd. *Bimarco* M. *Bimargo* AJ. *neccum* vel *nec cum* vel *quum* omnes. *nec non cum* cj. Gebh. *Vulcanum eccum* Œhler. *Vulconumne cum* Vahl. Riese. *nove lagorne* Codd. *novæ lagoeæ* vel *lagenæ* Edd., Œhl. Riese. *novem* ed. pr. *ollarum* omnes. *ollæve* cj. Schneider, prob. Riese. *figuratur prec.* H man. sec. *figurnntur, prec.* ms. Fabri, cj. aliquis in marg. Jun., et Schneid. *figurantur ter* ms. Palat., prob. Gebb. Riese. *figurator* Bamb. *figurater* H man. pr. P. *fringontur : prec.* ed. 1476. *frangaatur, ter* AJ. *figura* J marg. *figuro, ter* M. *ollarum figura finguntur* cj. Vahlen. *præcantur* vel *precantur* Codd. *precatur* Edd. *ter precamur* C. — 12 *in Amph.* vulgo. *in* omitt. PAJ. — 13 *matula* P. *aquam* Codd. *aquæ* AJM. *aquai* Bothe. *capud* P. — 14 *Eumenidibus* (quod mox in

revocat matellam. » Idem Manio : « Lecto strato, matellam, lucernam, ceteras res hujus[modi] ubique præ se portant. »

Mortarium in quo teruntur quæ solvenda sunt. Plautus in Aularia [I, 2, 17] :

Cultrum, securim, pistillum, mortarium.

Pelvis, sinus aquarius in quo varia pelluuntur : unde ei nomen est. Laberius Virgine :

Amore cecidi, tanquam blatta in pelvim.

Cæcilius in Fœneratore :

Pelvim sibi poposcit.

Fidelia, Samium vas ad usus plurimos. Plautus Aulularia [IV, 2, 15] :

Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Patella. . . . . . Varro Eumenidibus : « Patella esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas. » Idem Manio : « Quocirca oportet bonum civem legibus parere, et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. »

Cupas et Tinas. . . . . Varro de Vita populi Romani lib. I : « Antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant ac cupas, tertio amphoras. »

Urnula est vas aquarium. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Item ex ære, ut urnulas, aquales, matulas ac creterras. »

Cadi, vasa quibus vina conduntur. Lucilius lib. XVIII :

Millia tu centum frumenti tolli' medimnûm,
Vini mille cadûm.

Virgilius Æneidos lib. I [v. 195] :

Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

Varro de Vita populi Romani lib. III : « Hortensius supra decem millia cadûm heredi reliquit. »

v. *Patella*) cj. vir doctus in marg. Jun. *aphochaschias* vulgo. *aphocas Chias* Gerl. *apothecas chias* cj. Turn. Lips. Popma, improb. Merc. *amphoras* cj. M, recep. Riese. — 15 *rev. metella* P. *lec* (et spatium trium litterarum) *strato metella lucerna* P. *matella lucerna* vulgo. *matellam, lucernam* J. — 16 *hujus vique* Codd. *h. ubique* AJM. — 20 *pertuuntur* vulgo. *pelluuntur* C.—21 *laverius* Codd. — 22 *amore cendi t. blacta* P. *ceci t. blnta* C. *cæcidi* H. — 23 *cetius* Mp.

1 *et eos* Codd. *et deos* AJM. μιχρον Ηρεας Codd. κρέας AJM. Græca verba omitt. P. —4 *inconvivis* H, ed. 1476. — 5 *ponebant idem in mori longi* P. *idem mori* L man. sec. *id est mori longi* vulgo, L man. pr. *cum operculo ad cupas* omnes. *ponebant* (*id est mori longi c. o.*) *ad* Gerl. *id est oris longi*, tanquam frigidum glossema, delevi. *terno amph.* P. *amphoras* H. *amforas* Gerl. — 6 *aquarum* PCD. *de vita prisciano* P. — 7 *urnulæ* omnes. *aq. mutule* P. *mutulæ* HLW man. sec. *mutalæ* C. *siceteras* P. *sic ceteras* vulgo. *ceteræ* Popma. *sic crateras* scriptum in marg. Jun. *e terra, ut situlæ* cj. J. — 8 *tib.* XVIIII P. XVII C. — 9 *milia* Codd. *millia* AJM. *ducentum* omnes; etiam Gerl. ed. Lucil. *tu centum* cj. Sciop.; quod jamdiu scripseram. *formenti* HPCL. *tolles* Codd., A. *tollis* M, ut p. 495. *tolle* J. — 12 *quæ deinde* P, Edd. *inde* Codd. pleriq. *acestis* Codd. *incestis* P. *Acestes* Edd.— 13 *hortensios* P. *orcensios* C. *hortensio* Mp et Codd. pleriq., AJ. *Hortensius* Passer. M. — 14 *milia* Codd. *millia*

P. 544-545 M.

Urnarium. . . . . . Varro Ταφῇ Μενίππου : « Sed quæ necessitas te jubet aquam effundere domi tuæ ? Si vasa habes pertusa, plumbum non habes ? Ad quam rem nobis est confluvium ? ad quam rem urnarium ? »

Pollubrum, quod Græci χέρνιβα, nos trulleum vocamus. Livius :

Argenteo pollubro, et aureo gutto.

Fabius Pictor lib. XVI : « Aquam manibus pedibusque dato, pollubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua. »

Simpuvium. . . . . . Varro, Est modus matulæ, περὶ μέθης : « Non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana, et tamen tum ipsi libero simpuvio invitari ? »

Lenis, vasi genus. Afranius Fratriis :

Labella, lenes.

Laberius in Cophino :

Quum provincias dispoliavit, columnas monolithas,
Labella, lenes.

Obba, poculi genus vel ligneum vel ex sparto. Varro, Est modus matulæ : « Dolia atque apothecas, tricliniares melicas, Calenas obbas et Cumanos calices. » Idem Epistola ad Marullum : « Utrum meridie, an vesperi, libentius ad obbam accedas, locus, actus, adventus declarabit. »

Cantharus. . . . . . . Virgilius in Bucolicis [6, 17] :

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Dolia, vasa grandia quibus vinum reconditur. Varro, Est modus matulæ : « Dolia atque apothecas, tricliniares melicas, Calenas [obbas]. » Idem Manio : « Hæc adventoribus accedunt, cellæ, claves, claustra, carnaria, dolia. »

AJM. — 15 *lafe minippu* Codd. — 16 *te juvet* vulgo. *jubet* cj. Scal. Lips., recep. M. — 17 *plumbum* omnes. *polubrum* cj. Lips., improb. Merc. ined. *habet* Codd. *habent* Edd. *habes* cj. Scal. Lips., recep. M. *nobis est confluvium confugium ad quam* P. — 19 *polybrum* (ubique) Codd. pleriq. *polibrum* W marg. *polubrum* Mp, AJM. *trullum* vulgo. *trulleum* J. — 20 *pol. aureo et* vulgo. *pol. et aureo g.* Bentin. J, Herm. Bothe. *glutro* vulgo. *gutto* J, Guyet. Herm. Bothe. — 21 *pictosr* P. — 22 *manu cencto* P. *vas cum* ms. Dorvill. — 23 *Simpuum* P. *Simpuium* Codd. pleriq. *Simpuvium* AJM. *peri methes* Codd. *perimetes* C. — 24 *deripere* Codd., AJ. *direpere* ed. pr. *derepere* edd. 1480 et 1500, cj. Lips., habet M, prob. Vahlen. — 25 *et tamen tum ipsi illi libero* HLW. *tum ipsi lib.* DMp. *tum ipsum lib.* P. *libero* vulgo. *Libero* Gerl. *sinpuio* PC. *simpuio* H Gerl. *simpuvio* AJM. *simpulo* cj. Hermol. Barb. et Lips. *vinitari* vulgo. *invitari* ms. Fabri, ed. 1476, J marg., prob. Bentin. Vahlen. — 26 *Lineas* Codd. (Sed vid. inf.) *Lenas* A. *Lenis* JM. *vasi* Codd., M. *vasis* M (in Emendandis), ms. Dorvill., Bentin. J. *fratribus* Codd. *Fratriis* AJM. — 29 *quoniam prov.* cj. Bothe; quod non spernendum. — 30 *lenis* omnes.

1 *ex parto* CW. *est mo mat.* P. — 2 *apotecas* Codd. *tricliniares, melicas, calenas, obbas* vulgo, ut mox in v. *Dolia*, et sup. p. 146. *triclinia res* P. *calenas obbas* J. — 3 *caticis* Codd., M. *calicas* CL man. sec. *calicias* P. *calices* CAJ, ut omnes p. 146. *Marullium* omnes. *Marullum* cj. Roth. *M. Tullium* cj. Riccob. — 4 *obbam aciedas* P. — 5 *adventus* omitt. P. *declaravit* vulgo. *declarabit* J. — 6 *canthnrus* P. *cantarus* Gerl. — 7 *et gravi* PL. — 9 *apotecas triclinias me-*

Alabaster. . . . . . . Cicero Academicorum lib. II : « Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videatur. »

Scyphus. . . . . Virgilius [Æneid. VIII, 278] :

Et sacer implevit dextram scyphus.

Batiola. . . . . Plautus Colace :

Batiolam auream octo pondo habebam; accipere noluit.

Calices. . . . . Varro, Est modus matulæ : « Apothecas, tricliniares melicas, Calenas obbas et Cumanos calices. » Cicero Tusculanarum lib. III [c. 19] : « Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat? »

Cymbia. . . . . Virgilius lib. V [v. 267] :

Cymbiaque argento [perfecta], atque aspera signis.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Item erant vasa vinaria : sini, cymbia, culignæ, pateræ, gutti, sextarii, simpuvium. »

Cratera, majus vas vini. Virgilius Æneidos lib. I [v. 724] :

Crateras læti statuunt, et vina coronant.

Crateres, vasa olearia. Virgilius in Bucolicis [5, 68] :

Craterasque duos statuam tibi pinguis olivi.

Et Æneidos lib. VI [v. 225] :

Fuso crateres olivo.

Orcæ. . . . . Varro de Re rustica lib. I [c. 13] : « Sæpe, ubi conditum vinum novum, orcæ in Hispania fervore musti ruptæ. »

Nasiterna, vas aquale. Varro de Re rustica lib. I [c. 22] : « Ut ex ære ahenea, urceos, nasiternam, item alia. »

Catinus. . . . . Varro de Re rustica lib. I [c. 63] : « Promendum id frumentum quod curculiones exesse incipiunt : id enim quum promptum est, in sole ponere oportet, atque [aquæ] catinos,

lias P. Locus paulo sup. in v. *Obba*. — 10 *hæc adeo emtoribus* cj. J. *ædium emtoribus* cj. Popma. *celle* HPW. *cellæ, claves* AJM. *cellæ claves* Gerl. *sellæ* cj. Gesner, recep. Œhler. — 13 *putre esse* vulgo. *putret esse* C. *putris* cj. Gerl. *putere* AJ. — 15 *scyfus* Codd. — 16 *bacyola* P. *bnciola* C. *batiola* HDLW. — 17 *poad* P. *habebat* omnes (sine sensu et metro). *habebat o. pondo* Bothe, ut versus constet. *voluit* J. *aoluit* J marg. — 19 *tricliniares*, etc. Vid. in v. *Obba*, paulo sup. *triclinia res* P. — 20 Versus « septenar. ex aliquo poeta vetere, an casu? » Guyet. Ipse idem videram : *quid* extra versum est. *quid huic* P. *inpinguendus* PW. — 21 *plorare se des.* vulgo. *se* omitt. J Guyet, ut Cic. — 22 *cimbia* (sed mox *cymbia*) P. — 23 *perfecta* omitt. Codd., habent Edd. *atque* omitt. W. — 24 *de vita prisciano* P. *d. v. patrum* ed. 1476. — 25 *sincymbia* (pro *sini cymb.*) P. *nquiline* P. *aquilinæ* Edd. *patere* PLW. *pateræ* H, Edd. *culignæ, pat.* cj. Lips. *guti* Codd. *gutti* P man. sec., Edd. — 26 *Crnteras maius vini* HC (item P, sed spatio post mnius relicto). *maiuus* L. *majus vas virg.* D. *Crateras, vnsa vini* ed. 1476, Gerl. *Crateræ vasa vini* AJM. — 27 *crateras* omitt. P. *læti* omnes. *magnos* Virg. *statuit* P. *stutuunt* W. — 28 *Crateres* vulgo. *Crateras* P. *Crater vasa* C. *Crater, vas olearium* D. — 29 *crateresque* Edd. ante M. *duos tantum* H. *duo stantura* Gerl. *duo statuam* CD. *duos statua* P. *duos statuam* Edd.

1 *æneidus* P. — 3 *Orcas* vulgo. *Arcas* P. *Horce* (deleto *h*) W. — 4 *viniam novum* P. *orcæ, ut in* A, Edd. Varr. — 5 *aassiterna* Codd. pleriq., vett. edd. *nnssitterna* C. *nnsiterna* DJM. *nquale* Codd., etiam CD. *aquatile* Edd. — 6 *aenea* omnes. *ahenea* Edd. Varr. *ahena* AJ, ut pauci codd. Varr. — 8

quod eo conveniunt, ut ipsi se necent. » Idem de Vita populi Romani lib. I : « Dicuntur enim patellæ, salina, acetabula, catini, patenæ. »

Carchesia, genera poculorum. Virgilius Æneidos lib. V [v. 77] :

Hic duo rite mero libans carchesia baccho.

Et Georgicorum lib. IIII [v. 380] :

[Et] mater : Cape Mæonii carchesia bacchi.

Alias summa pars mali, id est, foramina quæ, summo mali, funes recipiunt. Lucilius :

Tertius hic mali superat carchesia summa.

C. Catullus Veronensis [64, 236] :

Lucida qua splendent [summi] carchesia mali.

Hirnea, vas vinarium. Plautus in Amphitryone [I, 1, 273] :

Cadus erat vini : inde implevi hirneam.

Mixtarium, quo miscemus. Lucilius lib. V :

Urceus, aut longo geminus mixtariu' palo.

Calpar nomine antiquo dolium. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Quod antequam nomen dolii prolatum, quum etiam id genus vasorum *calpar* diceretur, id vinum *calpar* appellatum. »

Trulleum quo manus perluuntur. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Itaque ea sibi modo ponere ac suspendere quæ utilitas postularet : trulleum, matellionem, pelvim, nasiternam, non quæ luxuriæ causa essent parata. Ejus urceolum *aquæmanalem* vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. Unde *manalis lapis* appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur quum pluviæ exoptantur; ita apud antiquissimos *manalem* sacrum vocari quis non noverit? Unde nomen illius. »

ia frumentum Codd. pleriq. *in frutum* W. *enim frum.* AJ. *id frum.* M, ut Edd. Varr. *cxsese* PC. *ex sese* ed. 1476. *exsesse* H Gerl. *exesse* AJM. — 9 *cum in promtum est* P. *oportet atque cat.* Codd. *oportet aquæ cat.* AJM. — 11 *enim ptellæ* P. *salini* vulgo, nempe ex lingua librarii. *salinia* Mp. *patenæ* HPLW, Edd. *patinæ* CDL man. sec. *pateræ* Popma. Post vocem *patenæ*, vulgo sequitur lemma *Calamistrum*, quod sup. dedi p. 94. — 13 *lib.* I Codd., AJ. *lib. quinto* M. — 14 *carthesiam* P. — 15 *lib.* III W, ed. 1476. — 16 *meoni* Codd. pleriq. *Mæonii* AJM. *cartheria* P. *bacchi. Lias* W, ed. 1476. *Alia summa* D. — 18 *Lucil. tertio* vel *in* III ms. Basil., ed. 1476. — 19 *hic malis* H. *carthesia* P. — 20 *cacatulus virenensis* P. *Catullus* (omisso C.) *Veronensis* vulgo. — 21 *splendet carthesa* P. *splendet carchesia* Codd. *splendent summi carch.* Edd. Qui versus Catullo additus ex Nonio, improb. Carrione. — 22 *Cyrnea* Codd. pleriq., Edd., improb. Meurs. *Cinea* P. *Cirnea* ed. 1476. — 23 *cyrneam* vulgo. *cyneam* P. *hirneam* pars edd. Plaut., prob. Meurs., habet Bothe. — 25 *longe* vulgo. *loge* P. *longo* ms. Basil., ed. 1476. *gemino* vulgo. *geminos* C. *mixtarius paulo* vulgo. *panlo* P. *longa geminus m. ansa* Bentin. J. *longus gemina m. ansa* cj. Dousa, et vir doctus in marg. Jun., recep. Corpet. *mixt. aure* cj. etiam Dousa.

3 *Trulleam* CD. — 4 *lib.* II P. *ea susp.* P. — 5 *matelliorem* Codd., A. *matellionem* JM. *pelum masiternam* P. *manssiternam* L man. sec. W. *nassiternam* HD Gerl. — 6 *luxoriæ* H. *nonque luxurie* P. *esse par.* omnes. *essent* cj. Scal. Popm. Stew. Guyet. *ejus* vulgo. *jus* P. *et lib.* II : *urc.* cj. Scal. *aquæ manale* P, et cj. Scal. *aqua manalem* CD. — 7 *in trulleum* etiam D.

Armillum, urceoli genus vinarii. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Etiamnunc pocula quæ vocant *capulas* ac *capides*, quod est poculi genus ; item *armillum*, quod est urceoli genus vinarii. »

Sinum et Galeolas, vasa sinuosa. Virgilius in Bucolicis [7, 33] :

Sinum lactis, et hæc te liba, Priape, quotannis
Exspectare sat est.

Varro de Vita populi Romani lib. I : « Ubi erat vinum in mensa positum aut galeola aut sino. »

Lepistæ, vas aeneum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Ut fere habent aheneum, alii qui venditant oleum. Lepistæ etiamnunc Sabinorum fanis paupcrioribus plerisque aut fictiles sunt, aut ahenæ. »

Creterra est quam nunc situlam vocant. Nævius Lycurgo :

Nam ut ludere lætantes inter se vidimus
Præter amnem creterris sumere aquam ex ponte.

Varro de Vita populi Romani lib. III : « Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes, creterræ, anancæa, [a] populo nobilium toreutarum. » Cicero de Deorum natura lib. II [c. 44] :

In medioque sinu fulgens Creterra relucet.

[LIBER XVI.]

DE GENERE CALCIAMENTORUM.

(*Deest.*)

— 8 *lapis... qui tunc* P. — 9 *manale sacrum vocare* P. — 11 *urceoligneus* P. *vinari* Codd. *vinarii* L man. pr., Edd. — 12 *cappulas* P. *capullas* HCD Gerl. *capulas* Edd. — 13 *pocula genus* P. *vinari* Codd. *sin. et galeolas* Codd. *galeola* AJM. *buculicis* P. — 16 *quod expectare annis* (sed verba *expect.* et *annis* transponi debere monemur) P. — 17 *in mensam* Codd. *mensa* Edd. *sinu* vulgo. *sinum* Bentin. J. *sino* J marg., prob. Freund. — 19 *vas aeneum* legitur in solo D. Forte, *Lepista est vas*. — 20 *ut fer habent* P. *id fere* Popma. *vas fere* cj. M1. *aeneum* vel *æneum* vulgo. *aeneam* C. *aliqui venditant* omnes. *alii qui vend.* Popma. *aen. qui vend.* cj. M1, et vir doctus in marg. Jun. — 21 *sabinarum finis pauperibus que aut* P. *files* PCL. — 22 *aut hæneæ* H. *aenae* vel *aenæ* vel *ænæ* Codd., M. *æneæ* Edd. ante M. — 23 *Creterra* Codd. pleriq., J marg. M. *Crætera* D. *Craterra* AJ. *Cartera* P. *ligurca* P. — 24 *nam* omnes. *namque* cj. Voss. Ribb. *nam vel* C. *n. ve* Bamb. *lætantis* vulgo. *lætanteis* AJ. *in se* P. *Namque ludere ut læt. inter sese vid.* cj. Voss. *inter se lætantis* Ribb. — 25 *vidimus p s* (superductis lineolis) P. *præter* vulgo. *propter* J, recep. Voss. Both. Ribb. *summere* P. *ex ponte* vulgo. *ex sponte* L man. pr. *ex fonte* P, et cj. J, prob. Both. Ribb. *crateris aq. de ponte sum.* Voss. *aq. creter. sum. ex f.* Ribb. Versus non refingo.— 26 *scybaritanam* HD Gerl. *sibaritanam* A.— 27 *in quo... creterre* P. *creteræ* D. *anancea* Codd. *anaucea* Edd. ante M. *anancæa* Turn. Scal. *en hanc ea* C. *anancæa pocula* cj. Canter., improb. M. *anancæ a populo* J marg. Popm. M. *nobiliumtare uturum* HP. *tareutarum* Gerl. *tarentarum* ed. 1476. *tartuiarum* C. *Tarentinarum* AJM. *anancæa pocula nobilium Tarentinorum* scriptum in marg. Jun. *toreutarum* cj. Roth.

2 *media quæ* P. *mediaque* Codd. *medioque*

[LIBER XVII, vulgo XVI.]

DE COLORE VESTIMENTORUM.

Cumatilis, aut marinus aut cæruleus : a græco tractum, quasi fluctuum similis; fluctus enim græce κύματα dicuntur. Titinius Setina :

Et quem colos cumatilis deceat.

Plautus in Epidico [II, 2, 49] :

Cumatile aut plumatile.

Molochinum, a græco, color flori similis malvæ. Cæcilius Pausimacho :

Carbasina, molochina, ampelina.

Plautus in Aulularia [III, 5, 40] institores molochini coloris *molochinarios* appellavit.

Impluviatus color, quasi fumato stellicidio implutus, qui est Mutinensis quem nos dicimus. Plautus in Epidico [II, 2, 40] :

Impluviatam? ut istæ faciunt vestimentis nomina.

Caltulam et Crocotulam, utrumque a generibus florum translatum, a caltha et a croco. Virgilius in Bucolicis [2, 50] :

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Plautus in Epidico [II, 2, 47] :

Indusiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam.

Novius Pædio :

Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, ricinium.

Nævius Lycurgo :

Pallis, patagiis, crocotis, malacis, mortualibus.

AJM, ut Cic. *creterra* (*cretera* C Gerl.) *relucis* HC Gerl. *creter relucis* P. *creterræ lucis* L man. sec. W. *creterra relucet* AJM. — 4 *De genere calciamentorum.* Qui liber in omnibus Codd. et Edd. desideratur : titulum in præmisso Indice exhibent PW, de quo tamen nulla hactenus fuit mentio. — 7 *Incipit de genere vel colore vest.* LWM Gerl. *Incipit* omitt. HPD, J. *de genere*, temere additum, delevi : de quo sup. egit Noster in lib. XIV. Adde quod in Indice libri P legitur : *De coloribus.* — 8 *Cumatilis* vulgo. *Pumatilis* W. *Plumatilis* W marg., ed. 1476. — 9 *cymata* Codd. κύματα AJM. — 10 *ecquem* Bothe. *colos cumatius* Codd., vett. edd. *cumatilis* Bentin. JM. — 15 *molichina* H. *anperinta* P. *amperita* L man. pr. *amperina* HC Gerl., vett. edd. *ampetina* Bentin. JM. — 16 *institutores* PL. *institores* J marg. *infectores* AJ. *colores* PL. — 17 *molochinarios* H, Edd. *molocinarios* PC Gerl. *molicinarios* W. — 18 *still. impletus* Edd. ante M. *implutus* J marg. *qui est munensis* P. — 20 *impluviata* Codd. pleriq. *impluiata* W. *impluviatas* AJ. *impluviatam* M, ut Plaut. *ut iste* P. *istæ* vulgo. *isthæc* M. — 21 *Caltulam* vulgo. *Catulnn* P. *Cautulam* CD. *a generibus* vulgo, etiam M in Emend. *a* omitt. WM. — 22 *a calta* omnes. — 23 *lucteola* P. *vacchinia* P. *vacchinia* HC Gerl. *vacinia* Edd. ante M. *vaccinia* DM. *cata* P. — 25 *illusiatam* Codd. pleriq. *inlusiatam* C. *indusiatam* AJM, ut p. 540. *catulam* P. — 26 *pedico* P. — 27 *mollicinam* HP, Edd. *molicinam* Gerl. *crocatam* Codd. *crocotam* AJM. *uridotam* Codd. pleriq. *uridota* P. *viridotam* ed. 1476. *chiridotam* AJM, ut fere p. 539 et 540. *richam* Codd. vulgo. *ricam* C. — 28 *ligurco* P. — 29 *malatiis* Codd. pleriq., Edd. *malaciis* CJ marg. *malitiis* P. (Cf. v. *Patagium*, p. 540.)

Sed *caltulam* Varro de Vita populi Romani lib. I, palliolum breve voluit haberi : « Caltula est palliolum præcinctui, quo nudæ infra papillas præcinguntur : quo mulieres nunc et eo magis utuntur postquam subuculis desierunt. »

CERINUM, a ceræ colore. Plautus in Epidico [II, 2, 49] :

Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum.

FERRUGINEUM colorem ferri similem esse volunt; vere autem ferrugineus color cæruleus est. Virgilius Georgicorum lib. IIII [v. 183] :

Et ferrugineos hyacinthos.

Plautus in Milite [IV, 4, 43] :

Palliolum habeas ferrugineum : nam is colos thalassicu 'st.

OSTRINAM, ad ostri colorem, qui est subrubeus. Turpilius Hetæra :

Interea aspexit virginem
[Astantem,] injectam in capite ostrinam riculam.

Varro Eumenidibus :

Auroræ ut ostrinum hic indutus supparum.

MUREX, color purpureus. Virgilius in Bucolicis [4, 43] :

Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice.

Et Æneidos lib. IIII [v. 262] :

Tyrioque ardebat murice læna.

LUTEUS color proprie crocinus est. Virgilius in Bucolicis [4, 44] :

Jam croceo mutabit vellera luto.

Et Æneidos lib. VII [v. 26] :

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Varro Eumenidibus : « Nam ut arquatis et lutea quæ non sunt, et quæ sunt, lutea videntur; sic insanis sani et furiosi videntur esse insani. » Idem Modio : « Sed cynicis involucrum et pallium luteum non est. »

mortalibus Codd., vett. edd., J marg. *mortualibus* AJM. — 30 *sed castulam* vulgo, etiam J marg. *caltulam* Edd. ante M. — 31 *castula est* omnes : quod Nonio tribuunt, et tanquam novum lemma exhibent PD, Edd. ante M. *quod* vulgo. *quo* vett. edd.

1 *Cærinum* Codd. *cæræ* Codd. pleriq. *cære* P. *cere* D. *colere* H. — 2 *cerinum* omnes. *aut gelinum* Codd., ed. 1476. *getum* P. *melinum* AJM, ut Plaut. — 3 *Terrugineum* P. *colore ferri simile* CL. *fere autem* P. — 4 *color* omitt. WM. — 5 *et ferrugineus* HPCW. *ferrugineos* L, Edd. *iacinctus* P. *hiacinctus* W. *hyacinctus* H. *hincintus* C. *hyacintos* L Gerl. *hyacynthos* M. *hyncinthos* AJ. — 7 *palleolum* W. *habes* P. *nam his* P, ed. 1476. *th. est* omnes. *thalas sicut est* P. *thalassicu' st* Guyet. — 8 *ad ostri colorem* HPDLW, J marg. *ab ostri colore* M. *ab ostro colore* AJ. — 10 Jam sup. et plenius in v. *Rica*, p. 539. *virgin. injectam in capite* vulgo, etiam J marg. *gestantem in cap.* AJ, ob var. lect. in v. *Rica*, p. 539 : ubi vide. *in capite riculam indutam ostrinam* vulgo. *ricula inductam ostr.* P. *riculam induta ostrina* C. — 12 *aurora tonstrinam* HPL manu sec. W. *aurorat ostrinam* L man. pr. Bamb., M Gerl. *aurorat ostrinum* ms. Jac. Susii ap. Jun. *aurora ostrinum* Edd. ante M. *auroræ ostr.* cj. Scal. Popma. *aur. at ostr.* Œhl. Riese. *aurorai ostr. hicce* Wakef. *aurora ut, ost.* Heins. — 17 *ardebant* P. *lene* PCL. — 18 *croceus* AJ. *crocinus* J marg. — 19 *mutavit* Codd. *mutabit* JM, ut Virg. — 21 *lute abigis* H. *lutæ ab igis* P. — 22 Jam sup. v. *Arquatus*, p. 35.

Crocota, crocei coloris vestis. Plautus in Aulularia [III, 5, 47] :

Quum incedunt infectores crocotarii.

Violacia, a violæ colore. Plautus in Aulularia [III, 5, 36] :

Flammearii, violarii, carinarii.

30 Pullus color est quem nunc Spanum vel nativum dicimus. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Ut dum supra terram esset, riciniis lugerent ; funere ipso, ut pullis pallis amictæ. »

1 Anthracinus color, niger, a græco : ἄνθρακες enim græce, carbones latine appellantur. Et est lugentium vestis. Varro de Vita populi Romani lib. III : « Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum. »

[LIBER XVIII, vulgo XVII.]

DE GENERE CIBORUM ET POTUUM.

7 [A]sparagos. . . . . Varro Virgula divina : « Oleum in lucubrationem servabimus, quam in asparagos totum lecythum invertamus. »

10 Blitum, olus lene. Varro Eumenidibus : « Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum. »

manu tarquatis et lutea P. *æque ut lutea* vulgo. *et quæ sunt, lutea* Cujac., ut est p. 35, recep. M Riese. — 23 *ac furiosi* P. *et furiosis* Edd. ante M. *esse videntur* vulgo. *videntur esse* M, ut p. 35. — 24 *sed cinis* P. *cynis* C. *palleum* Codd. *pallium* Edd. — 26 *Crocuta* Codd. *Crocota* AJM. *Crocata* ed. 1476. — 27 *incendunt* Codd. *incedunt* AJM, ut Plaut. — 28 *Violatia* HPL manu sec., et Edd. *Violacia* C Gerl. — 29 Jam in v. *Flammeum*, p. 541. *fluminari* P. *flammari* Codd. *flammeari* A. *flammearii* JM. *violari* Codd. *violorii* L. *violarii* CJM. *cariari* Codd. *cariarii* M. *coriari* vett. edd. *corinrii* Bentin. J. *carinarii* (aut potius *cerinarii* J) cj. Turn. J. — 30 *Pullus fuscus ut Virg. infuscet vellera pullis* W marg. *Hispanum* AJ. *spanum* J marg. *vel natium* P. — 31 *de vita prisciano* P. *essent* omnes. *esset* cj. Scal. Popma. *essent ricin.* M. *essent, ric.* J Gerl. — 32 *ricinis* vulgo. *riciniis* Turn. Scal. *lugerent funere* Edd. ante M. *lugerent ; funere* M. *in funere* scriptum in marg. Jun. *ut* omitt. vett. edd., Turn. Scal. *palliis* cj. Scal.

1 *Antracinus colar* D. *color* omitt. vulgo, sed perperam. *anthraces enim* Codd. pleriq. *anthrates* D. *anthratis* C. ἄνθρακες AJM. — 2 *appellantur et* Gerl. *app., et* AM. *app.; et* J. — 3 *proxume* P. *proxumo* Codd. pleriq., Edd. ante M. *proximæ* cj. J, habet M. — 4 *dimisso* vulgo. *demisso* AJ, et Freund. — 6 *Incipit de* Codd. pleriq., M. *Incipit* omitt. D, Edd. ante M. *de genere* vulgo. *generibus* PCD. *ciborum vel pomorum* Codd. *ciborum et potuum* Edd. *ciborum pomorum et olerum vel herbarum* ms. Basil. — 7 *Sparagos* (bis) vulgo. *paragos* ms. 7577 (XV sæc.). *Asparagos* ms. Arnaldi (XV sæc.), cj. J, prob. Freund. *asparagos* exhibet Noster in v. *Cyma*, p. 195. Non satis mirari possum *sparagos* in Edd. permansisse, quum in libris et vett. edd. prima littera major initio capituli sæpe desit. Etiam in Codd. Non., ut puta in P : *e* (*De*) *proprietate* p. 1; *drorsum* (*Advorsum*) p. 232; *rave* (*Grave*) p. 313. — 8 *lugubrationem* C. *servianus* WM. *servavimus* vulgo; sed vox *invertamus* alterum postulat. *quam in* Codd., M. *quem* ed. pr. *quod* Edd. vulgo. (*potius*) *quàm* suspicor. *spargos* D. *legitume vertamus* HPM. *verinmus* C. *legitum evertamus* Gerl. *legitime vertamus* AJ. *variamus* DMp. *lecythum evertamus* cj. Roth. — 10 *lene* HPCD, AJ. *leve* W, M. — 11 *terra an* P. — 12 *lapadium* Codd. *lapatium* W marg. *lapathium*

Lapathium. . . . . . . Varro Modio : « Hanc eamdem voluptatem tacitulus taxim consequi lapathio et ptisana possum. »

Menæ. . . . . M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. II [c. 28] : « Qui enim voluptates ipsas contemnunt, eis licet dicere se acipenserem menæ non anteponere. »

Acipenser, piscis genus. Cicero Tusculanarum lib. III [c. 18] : « Et, si quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis? »

Nasturtium. . . . . . Cicero Tusculanarum lib. V [c. 34] : « Quos negat ad panem adhibere quicquam, præter nasturtium. »

Mariscæ. . . . . Varro de Re rustica lib. I [c. 6] : « Ut nuces græcæ ac mariscæ fici. »

Ocinum, quod *ocimum* dicimus. Varro de Re rustica lib. I [c. 31] : « Primum ocinum, farraginem, viciam, novissime fœnum secari. Ocinum dictum a græco verbo ὠκέως, quod ve[nit] cito : similiter quod ocinum in horto. »

Lopades, genus conchæ marinæ. Plautus Parasito medico :

Addite lopades, echinos, ostreas.

Murrhina, potio confecta. Varro Anthropopoli : « Non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, murrhinam, passum, defrutum. » Varro de Vita populi Romani lib. I : « Tum autem *murrhina;* loram dicebant, in vindemia quum expressissent [ex] acinis mustum, et folliculos in dolium conjecissent. »

Edd. — 13 *tacitulus* etiam D. *tacitus* C. *lapatio* Codd. *lapathio* C (loco iterum scripto). *tisana* Codd. *ptisana* Edd. *possim* CD. — 14 *mæne* P. — 15 *voluntutes ipsas* Codd. *voluptates* Edd. *voluptatem ipsam* Edd. Cic. *contemnunt* H. *contempnunt* PC Gerl. — 16 *acipiens erem* P. *accipienserem* HC Gerl. *accipenserem* vett. edd. *acipenserem* JM. — 17 *accipienser* HCD Gerl. *accipenser* vett. edd. *acipienser* P. *acipenser* JM. *lib.* I CL man. sec. W. — 18 *merore* Codd. *mærore* M. *mœrore* Edd. ante M. *uic* C. *huic nccipicnserem* Codd. pleriq. *huit accipiens serem* P. — 19 *socratium* P. — 20 *Nasturcium* Codd. pleriq., M. *nasturtium* DW man. sec., Edd. ante M. — 22 *marriscæ* P. *marisce* D. *græce ac mnrisce* Codd. pleriq. *a marisce* D. *græcæ nc* P. *grœcæ amariscæ* Mp. *ac mariscæ* Edd. — 24 *Ocinum* (ubique) Codd. pleriq., vett. edd. *Ocynum* J marg. *Ocymum* J. *quod ocimum* vulgo. *quod ocimum* CD. *Ocymum quod ocinum dic.* cj. Guyet.

1 *ocinum farracinum* Codd. pleriq. *farra cinam* P. *furn oinnm* C. *ferracinum* A. *farracinum* omitt. W, edd. 1476. M. *farraginem* Bentin. J, ut Varr. — 2 *frenum vocari* Codd. *fœnum voc.* Edd. ante M. *fœnum secari* M, ut Varr. *ocymum dictum* J. *verbo cæcos quod* P. *ocæos* H Gerl. *oceos* C. ὠκέως M. ὠκύς Bentin. AJ, ut Edd. Varr. *quod vecitos simil.* P. *quod vne citos* H Gerl. *quo duæ citos* C. *quod veticos* ed. 1476. *væticos* A. *quod venit cito* J, ut Edd. Varr. *quod valet cito* ej. Bentin., recep. M. — 3 *cito. Simil.* ed. Varr. Schneid. *ocinum* P, Edd. ante M. *ocynum* M. *ocimum* H Gerl., ed. Schneid. *xccimum* D. *in cortho* H Gerl. *chorcho* P. *corcho* J marg. *chorto* vett. edd. *chortho* C. *in horto* Bentin. JM, ut Varr. — 4 *Lupades g. conee* P. *paracito* Codd. — 5 *lopades* HPL man. sec., Edd. *lopaces* C. *lopadas* L manu pr. W. *ecinos* Codd. *cecinos* C. — 6 *Murruna* Codd. *Murrhinn* AJM. *confestn* P. *antropopuh* Codd. *antro populi* A. *Anthropopoh* JM. *no modo vinum sedare* P. — 7 *murmurena* Codd. *murmurina* ed. 1476. *murrhina* AJM. *murrhinam* Popm. Guyet, ut Plaut. *defritum* Codd. *defrutum* Edd. — 8 *Varro* omitt. P. *tu autem* Codd., A. *tum autem* JM. *murrhina* AJM. *murmurina* Codd. *murmurina.* *Loram* P, ed. 1476. *Loram* tanquam novum lemma exhibent PD, Edd. ante M; Varroni tribuunt HM Gerl. *murrhina; loram* M Gerl. — 9 *expr. achinis* P. — 11 *Parculaca* P.

Portulaca. . . . . . Varro Disciplinarum lib. VIII : « Manducata portulaca cito tollit. »

Lora, confectæ potionis genus, grandævis aptum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam *murrhinam* quidam Plautum [Pseud. II, 4, 51] appellare putant. »

Sapa, quod nunc *mellacium* dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « *Sapam* appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant; *defrutum*, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo. »

Passum. Varro de Vita populi Romani lib. I : « *Passum* nominabant si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri. »

Moriolam. Varro de Vita populi Romani lib. I : « Vino addito loram passi vocitare cœperunt; *moriolam* nominabant quod ex uvis expressum erat passum, et ad folliculos reliquos, et vinacia ea dicebant sapam. »

Turundam, ut libum sacrum quoddam ex farre, genus panificii. Varro, Cato vel de Liberis educandis : « Alii afferunt libum ac turundam. »

[LIBER XIX, vulgo XVIII.]

DE GENERE ARMORUM.

Catapulta, jaculum celer vel sagitta. Plautus in Curculione [V, 3, 12] :

9 Atque ita te nervo torquebo [itidem] ut catapultæ solent.

Portulata ed. 1476. *disciplinæ* omnes. *disciplinarum* Noster in v. *Quartum*, p. 435. — 12 *inlo lollit* P. *sitim tollit* cj. Lips., improb. Chifflet, qui *tollere* veneno intelligit. — 13 *lora vinacia aqua diluta* W marg. *Item lora conf.* D. *potiones* L. — 14 *antiquitus* cj. Stewech. — 15 *bibant lauram* P. *aut samiam* P. *aut* (*au* C) *samiam* Codd. *aut sapam* AJM. *defritum* HW Gerl. *defretum* PCDL. *defrutum* Edd. *Defrutum* (ut novum lemma sit) Edd. ante M. *murmurinam* Codd. pleriq. *murrinam* D. *murrhinam* AJM. *quidem* HCLW man. sec. *quidum* W man. pr., Edd. — 16 *plautus* PCDL. *putat* Codd., M. *putant* AJ. *app. prote* C. *solet* D. — 18 *decoctum* usque ad v. *decoxerant* omitt. P. — 19 *defretum* Codd. *defrutum* Edd. — 20 *redigerant* P. — 22 *vindemiam* HPCD Gerl. *vindemia* JM. — 24 *Loriolam* Popm. e conj. *lib.* (omisso numero) *vino* P. *addito lora passivo ita receperunt* P. *lora passi vocare cœperunt* HCLWM. *loram passi* J. *muriolam* Gerl. *nuriolam* PDM. *loriolam* Popma. — 25 *ex uvi* P. — 26 *et ad foll.* vulgo. *ad* omitt. P. *rei quos* HP. *reiquos* Gerl. *rei, quos* AJM. *reliquos* ms. Fabri, et cj. Bentin. J. *quod ex uvis passis expressum quod* D. *et vinacia* vulgo. *vinalia* C. *vinacea* AJ. *ea* dittographia videtur. *eam* P, vett. edd. *adjiciebant* cj. J. *adjiciebant aquam* Popma.

2 *librum sacr.* Codd. *libum* Edd. *quod da et farre* P. *quoddam et f.* Gerl. J. *quoddam ex arre* C. *quoddam, et ex f.* vett. edd. *quoddam, ex f.* M. — 3 *ali* H Gerl. *alii* PCD, JM. *afferunt* H. *adferunt* CD Gerl. *librum* Codd. *libum* Edd. — 4 *acturundam*

Titinius in Setina :

Quem procul aspexit in[tro]mittier,
Revortit quam catapulta volat.

Plautus in Captivis [IV, 2, 16] :

Nam meus est balista pugnus; cubitus catapulta est mihi.

Novius Pacevo :

Ut sol coruscat æthrâ, castra crebro catapulta impulit.

Lucilius Satyrarum lib. V :

Custodem classis catapultas, tela, sarissas.

Sisenna Historiarum lib. III : « Præterea catapultas sedecim, quatuor balistas, viginti plaustra scorpiis ac minoribus sagittis onusta. » Varro de Vita populi Romani lib. III : « Nam postea C. Lutatio consule, apud Ægates insulas, quum ipse catapulta ictus esset. »

Veles, [miles] levis armaturæ. Titinius Barbato :

. . . .

[Sisenna ?] « Ita Spurius : animatur in prœlium veles; eques recipit se, neque ferit quemquam hostem. » Sallustius in Jugurthæ bello [c. 46] : « Cum his permixti velites. » Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας :

Quem sequuntur cum rotundis velites parmis leves.

H. — 6 *Incipit de genere* Codd. pleriq., M. *Incipit* omitt. D, Edd. ante M. — 7 *jaculum*, etc. Expositionem quis Nonio tribuat? *jaculam* P. — 9 *tenervo* H. *uti* Edd. Plaut. perperam. *catapulæ* P. — 11 *quem procul* vulgo. *quom* cj. Palm. Sciop., prob. Neuk. *quem cum* Bothe. *inmitter* Codd., M. *inmittier* P, Bothe e conj. *immittere* J. *mittere* A. *illum mittere* cj. Neuk. *imbitere*, *volat* cj. Palm. Sciop. — 12 *volut revortit* omnes. *er* seu *re volut* pro dittographia sequentis v. habui. *quam cat.* H, et cj. Palm. Sciop. J, prob. M1, Guyet. *quoanm* PM Gerl., Ribb. *quam jam cat. avolat* cj. Neuk. *quasi cum c. evolat* Bothe. — 14 *nam meos est balistia* P. *ballista* L man. pr. — 15 *Novius* HPD Gerl., ed. 1476, Ribb. *nævius* L, AJM, Bothe. *pacevo* HP Gerl., AJM. *pacetio* ms. Basil., ed. 147.6 *pacie* J marg. *Pacilio* Both. Ribb. *Bacillo* vel *Racemo* etiam cj. Bothe. — 16 *utsole horrescit* H. *ut sole hor.* P, Edd. ante M. *ut soleorescit* Gerl. *soleo rescit* J marg. *sol arescit* Ribb. *sole crescit* M. *ut sol coruscat* cj. J, prob. Gerl. *cerea castra* HPM Gerl. Ribb. *cera* Edd. ante M. *sern* Steph. *cæra* ed. 1476. *ærea* cj. J. *cebro cat.* PL. — 18 *catapulta istila* HW, ed. pr., M. *catap. stilla* P. *stila* CD Gerl. *instila* AJ. *hastile* cj. J. *catapultas, pila* cj. Guyet. *catapultas, tela* cj. Roth, recep. Corpet; quod ipse scripseram. *sarisas* Codd. *sarissas* AJM. — 20 *quatuor ballistas* Codd. *vigisti* C. *jugisti* P. *plantra scoriis* H Gerl. *plautras corris* PC. *plauta* L man. pr. *scorris* L. *plaustra scoriis* ed. 1476. *coriis* AJM. *corytis* cj. Lips. *coricis* cj. Scal., prob. Haverc. *scorpiis* cj. Roth. *minonibus* P. — 21 *honusta* Codd. — 22 *G. Lut.* Codd. M. *C. Lut.* CJ. *postea est. C. Lut.* A. *consuli* omnes. *degatis insulas* P. *adegatis* C. *ad egatis* H. *Egatis* Gerl. *Ægatis* ed. 1476, M. *Ægades* J. *Ægates* J marg. *ipsa* Codd. *ipse* Edd. — 24 *armatura* omnes. — 26 *ita Spurius* Titinio vulgo tribuunt; Attii vel Pacuvii esse cj. Herm. *ita spurius animatur in p.* M. *ita Spurius* Edd. ante M, Gerl. *animat iram in* cj. Herm. *equis recepit* AJ. — 27 *nec* Edd. ante M, Herm. *quemqua* P. *hastium* cj. Herm. — 28 *cumque his* omnes. *uti cum his... propulsarent* Sall. *permixiti* P. *velitis* HPM Gerl. *velites* HD, Edd. ante M. *Varro* (omisso græco titulo et relicta lacuna) P. Locus iterum citatur p. 553. αμουμενεισε Codd., M. ἄσμου μενεῖσε A. ἄμμον μετρεῖς J, prob. Œhl. Riese. ἀλλ' οὔ μοι ἔνευσε cj. Turn. ἀμοῦ μενεῖς ἢ περὶ cj. Roth. — 29 περὶ μαρτυρίας Codd., AM Gerl. φιλαργυρίας J. (Cf. p. 553.) — 30 *secuntur* Codd. *sequuntur* Edd. *rutundis* HPM Gerl. *rotundis* C, Edd. ante M. *velitis* Codd. *velites* AJM. *leves pareans* HC. *parens* P. *parens* (*n* super *e* scripto) L. *parcaas* (*e* super *c* scripto) W. *leves parmis* Edd. vulgo, ut p.

Rorarii appellabantur milites qui, antequam congressæ essent acies, primo non multis jaculis inibant prœlium : tractum quod ante maximas pluvias cœlum rorare incipiat. Lucilius Satyrarum lib. VII :

Quinque hastæ, aureolo cinctu rorariu' veles.

Idem lib. X :

Pone paludatus stabat rorariu' velox.

Varro de Vita populi Romani lib. III : « *Rorarii* appellati quod imbribus fere primum rorare incipit. »

Antesignanorum proprietas aperta est. Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας :

Quem sequuntur cum rotundis velites parmis leves,
Antesignani quadratis, multis tecti insignibus.

Funditores sunt qui fundis magnis dimicant. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 46] : « Ipse cum expeditis cohortibus, dehinc funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat. » Sisenna Historiarum lib. III : « Ac post armatos, funditores et sagittarios ponit. »

Glandis est plumbum in modum glandis informatum. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 57] : « Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. » Virgilius lib. VII [v. 686] :

Pars maxima glandes
Liventis plumbi spargit.

Scorpio est genus teli. Sallustius Historiarum lib. III : « Quorum unam epistolam forte cum servo nacti, prædatores Valeriani scorpionem in castra misere. » Sisenna Historiarum lib. III : « Longius scorpiones catapulta concitos. »

553. Sepleuarium esse vidil Guyel, ul ipse agnoveram ex v. *Antesiguanus*, p. 553 ; sed *parmis leves* uterque legimus. Vid. iuf. — 31 *Rori* CDMp. *Rorari* HP Gerl. *Rorarii* JM. *congressi* Codd., A. *congressæ* JM. — 32 *prælium* Edd. *tractum* [*ex eo*] *quod* cj. Guyet.

3 *hastæ aur.* Edd. *hastæ, aur.* Gerl. *cintu* P. *rorarius velis* Codd., M. *rorius velis* C. *rorar. velox* Edd. ante M. *veles* J marg. Guyet. — 8 *aperta* omitt. P. *Varro*, etc. Quod jam laudatum p. 552. αμουμενεις περι Codd., M. αμουμενεισσ A. αμου μενει ε περι L man. sec. Græcum titulum, relicto spatio, omitt. P. — 10 *secuntur* HD Gerl. *sequuntur* P, Edd. *rutundis* H Gerl. *retundis* C. *rotuadis* PD, Edd. *velitis* vulgo. *velites* DJ, ut etiam AM, p. 553. *leves parmis* omnes. Versus agnoscunt Lachm. Meiuek. Œhl. Riese, non autem uisi mutatis aliquot verbis. Equidem seplenarios instilui transpositis duobus verbis. — 11 *quadratis iaultis* Edd. sine distinctioue. *iasigaibus tecti* vulgo. *tectis* P. *multisigaibus* (quæ vox ignota) Lachm. Riese. — 12 *Fundite res* P. *qui fundis magis* PCDL. — 13 *in iurte b... chaartibus* P. *dehiac* omnes. *item* Edd. Sall. — 14 *sagittariorum* (sequentibus omissis) *ponit* P. — 17 *ia modum infornatum* HM Gerl. *inmodum formatum* P. *ia farmam glandis* W marg. *ia modum glandis formatum* D. *glaadis inform.* Edd. ante M. — 18 *in iurchæ b.* P. — 20 *glandes* (præter morem) omnes. — 22 *teli* H. *steli* P. *taeli* Gerl. *lib.* II C. *quarum* omnes. — 23 *unn epistolo* HM. *epistulo* Gerl. *q. ia epistola* P. *epistnla* omilt. C. *unam epistolam* cj. J. *nancti* H Gerl. *nacti* P, et vulgo. *valerianis* P. *scorpionem* Codd., vetl. edd. *scorpione* JM. — 24 *longuius* P. — 25 *scorpios* vulgo. *scorpius* W man. pr. *scorpio* ed. 1476. *catapulta* Codd., J marg. *catapultas* Edd. *concitat* Edd. ante M. *con-*

Tragula est hasta. Sallustius Historiarum lib. III : « Avidissimis atque [ita] promptis ducibus, ut Metellus ictu tragulæ sauciaretur. » Varro Meleagris :

Aut ille, cervum qui, currens volabile,
Sparo secutus tragulave trajicit.

Pugio est gladius brevis. Sallustius Historiarum lib. III : « At Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vulscioque impeditur. »

Aclydes, jacula brevia. Virgilius lib. VII [v. 730] :

Teretes sunt aclydes illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.

Ancile, scutum grande : unde etiamnunc [p]arma et ancile appellatur. Virgilius lib. VII [v. 188] :

Lævaque ancile gerebat.

Lanceæ tela sunt non bellica. Sallustius in Catilinæ bello [c. 56] : « Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii præacutas sudes portabant. »

Phaleræ sunt belli[ca] ornamenta. Sallustius in Jugurthæ bello [c. 85] : « At, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona. » Virgilius lib. VIIII [v. 359] :

Euryalus phaleras Rhamnetis et aurea bullis
Cingula.

Parma est scutum breve. Sallustius Historiarum lib. IIII : « Hi, locorum pergnari, et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ea arte se quisque in formam parmæ equestris armabat. » Virgilius lib. VIIII [v. 548] :

Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.

citos etiam J marg. — 26 *lib.* III Codd. pleriq., recte quidem. IIII P. *lib.* II in v. *Saucii*, p. 398. — 27 *avidissimis* etiam CD. *avidis atque ita pr.* Codd. l. cit. *hictu* PW. — 29 *volabile currens* omnes, ut etiam in v. *Sparus*, p. 555. *volabili* ms. Fabri. *volatili* cj. Passer. (et Guyet p. 555). *volatilem* J marg. Laurenb. *volabilem* c. Gothof. Riese. *curreas volatilem* cj. Guyet. *currens volabile* Œhler; et ipse jamdiu scripseram. — 30 *tragailave* P. *traguleue* C. *traicit* Codd., ut p. 555. *trajicit* Edd. *trajecit* J marg. Passer. Riese. — 32 *ad oppins* PC. *at* D, et vulgo. *tumuda veste* D.

2 *Aclydes* Codd. pleriq. *achydes* C. *aclylides* P. *aclides* Edd. — 4 *sed* H. *sel* Gerl. — 5 *Aacille* (ter) P. *arma et* omnes; sed hoc erat sine sensu. — 6 *uppellantur* Edd. ante J. — 7 *levatque* P. — 8 *Sparos lanceæ tela* HPLWJM. *Sparos* deleri volunt M Guyet, delevit Gerl. *Sparos lineæ* C. *lignea* D. — 10 *ut queque* Codd. *yacmque* M. *quosque* Edd. ante M. — 11 *sedes proortabant* P. — 12 *Faleræ* Codd. *falere* P. *bello* Codd. *belli* Edd. *bellica* W marg. (quod recepi ob similia quæ propius *tela bellica*). — 13 *ac* (*hac* P) *si restitui et hastas* P, vett. edd. *ac sibi restitui et* J. *ac si res tui et bastas* HC. *tuiet, b.* Gerl. *at si res postulaat* ed. pr. *res postulet* M, ut Edd. Sall. *faleras* (bis) Codd. — 15 *ramnetis* Codd., Edd. ante M. — 18 *perignari* Codd., AJ. *pergnari* cj. Dousa, et aliquis in marg. Junii; habet M. *ex vimiaidi vasa egrestia* P. — 19 *fuerat ea arte* HM. *aut ea arte* J. *ab ea a.* cj. Ursin. *fuere ad* (*fueread* Gerl.) *ea arte* P Gerl. *ea arce* ed. pr. *fuere ad eam arcem* vett. edd. *ad eam artem* ms. Fabri. — 20 *in forma parma æquestri* P. *in*

Ferentarii, levis armatura, qui quid opus esset, auxilio ferrent excursu levi, armis gravibus non impediti. Cato de Re militari : « Inde partem equitatus atque ferentarios prædatum misit. » Sallustius in Catilinæ bello [c. 60] : « Postquam eo ventum est unde a ferentariis prœlium committi posset. »

Verutum est telum breve et angustum. Sallustius Historiarum lib. III : « Saxaque ingentia et orbes axe juncti per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta binûm pedum. » Varro Ὄνος λύρας :

Aut cervos, qui tibi mali nihil fecerunt,
Verutis. Ah! artem præclaram!

Cetra, scutum breve. Virgilius lib. VII [v. 732] :

Lævas cetra tegit.

Peltæ, scuta Amazonica. Virgilius lib. I [v. 490] :

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Gæsa, telum Galliarum tenerum. Virgilius lib. VIII [v. 661] :

Alpina coruscant
Gæsa manu.

Varro de Vita populi Romani lib. III : « Qui gladiis cincti, sine scuto, cum binis gæsis essent. »

Falarica, telum maximum. Virgilius lib. VIIII [v. 705] :

Sed magnum stridens contorta falarica venit,
Fulminis acta modo.

Ennius :

Quæ valido veniunt [contorta] falarica missu.

formam Codd. pleriq. *parme equestri* Gerl. *parmæ equestris* HAJM. *lib.* VIII LAJ. — 21 *levi* vulgo. *levis* M, ut Virg. — 22 *Ferentari* Codd. *arm. quicquid opus* Codd., M. *quod quicquid* AJ. *qui quod opus esset* cj. M. *esset* vulgo. *essent* M. — 23 *impedit* P. *Kato* H Gerl. *Cato* P, Edd. *ad rem militarem* Codd. *de re militari* Edd. *atque ferrent aria* P. — 24 *prædatos* Codd. et M. *prædatum* Edd. ante M, prob. M Guyet. — 25 *est* omitt. Edd. Sall. *afferentariis* P. *prælia com. possent* HP Gerl. AJ. *prælium com. posset* ed. 1476, J marg., M, ut Sall. — 27 *Verutum* H Gerl., Edd. *Verrutum* PDL. *est laetum* L. *est celum* P. *et acutum* AJ. — 28 *ingentia turbæ saxeæ iuncti* H. *turbæsaxeæ* Gerl. *turbe saxæ elicti* P. *turbe saxa e iuncti* V. *evicti trabe* ed. pr. *evincti trabe* ed. 1476. *orb. trabe vincti* ms. Fabri. *revincta trabe* cj. Dionys. Voss. *et axe junctæ trabes* AJ. *et axe vinctæ trabes* Sall. fragm. *orbes axe vincti* cj. Turn., recep. M. *per* omitt. P.

1 *incibantur axibus quæ* P. *eminebant* PAJM. *minebant* H Gerl. *inmodum* P. *hirci* H. *erigi* PL. *ehirci* W. *erici* Gerl. *ericii* AJM. *verruta* PD Gerl. — 2 *honos lyras* H. *unus lyr.* P. Ὄνος Edd. — 3 Vide pleniorem locum paulo inf. in *Venab.*, et quæ ibi notemus. *acerbos* Codd. *acerbus* AJ. *ac cervos* cj. Gul., habet M. *aut cervos* (in *Venab.*). *fecerunt* Codd., J marg. M. *fecit* Edd. ante M. — 4 *verrutus* Codd. *verutus* AJ. *verutis* J marg., et cj. Gul., habet M. *verutis* (scil. *sectaris*), ut videre est l. cit. *ad arcam* P. *verrutis : ab artem* Gerl. *ob artem* AJ. *oh artem* cj. Gul. *ohartem* M. *ah artem* cj. Roth, habent Œhl. Riese. *præclaram artem* malim. — 5 *Ceteras* P. — 6 *levus cetera* P. — 9 *Cesa* H Gerl. *Cæsa* PD. *Gesa* Mp, Edd. *tela* A. *telum Galliarum* omnes. *Gallicanum* cj. Guyet, nec male. *tenecum* Codd., J marg. M Gerl. *tenerum* omitt. D, Edd. ante M. *ferreum* forte leg. *lib.* VIII PLAJ. — 10 *coruscat* omnes. *coruscant* Virg. — 11 *cæsa* Codd. *gesa* Edd. — 13 *binis cesis* HP. *cæsis* DW. *gesis* (*e* script. super *y*) L. *gesis* Edd. *esset* P, ed. 1476. — 16 *fluminis* PW. *ucto* P. — 18 *quæ valide v falarica*

Et dictum hoc genus teli a *falis*, id est, turribus ligneis.

Sparus, telum agreste. Virgilius lib. XI [v. 682] :

Agrestisque manus armat sparus.

Varro Meleagris :

Aut ille, cervum qui, currens volabile,
Sparo secutus tragulave trajicit.

Sisenna Historiarum lib. III : « Sparis ac lanceis eminus peterent hostes. »

Balistæ, quibus saxa majora et gravia jaciuntur. Lucilius lib. XXVIIII :

Quid fit? balistas jactas centenarias !

Sisenna Historiarum lib. IIII : « Balistas quatuor talentarias. »

Venabulum, venantium telum latissimum a ceteris, aciei longissimæ. Virgilius lib. VIIII [v. 553] :

Supra venabula fertur.

Varro Ὄνος λύρας :

Nempe [aut] sues venaticos in montibus sectaris
Venabulo, aut cervos.

Conti, hastæ longiores et robustæ. Virgilius lib. VIIII [v. 510] :

Ac duris detrudere contis.

Manipuli sunt manus militum, vel collecti viri. Sisenna Historiarum lib. III : « Commotus, tamen ex tempore singula constituit, et, sicut steterant, manipulos obverti jussit. » Idem lib. IIII. . . .

Materæ, tela gravia bellica. Sisenna Historiarum lib. III : « Galli materibus, Spani lanceis configunt. » Idem lib. IIII : « Alii materibus aut lanceis tamen medium perturbant agmen. »

missn vulgo. *qua valida* DMp. *quæ valido* P. *contorta f. missu* J marg. Columu. Merul. — 20 *Sparum* vulgo. *Sparus* W marg., AJ. *sparos* sup. scriptum in v. *Lanceas* vidimus. — 21 *agrestes* D. *agresteis* A. — 23 Jam in v. *Tragula*, p. 553 : illuc adi. *volabile currens* omnes. — 24 *secutus est* Codd., vett. edd. *est* omitt. JM, et abest p. 553. *traicit* Codd. — 26 *hostis* Codd., M. *hosteis* AJ. — 27 *Balistæ* (item in seqq.) HDW, Edd. *Ballistæ* L Gerl. *Bellistæ* P. *Balistas* Mp. *Bal. sana m. et gr. quibus jac.* vulgo. *quæ jaciuntur* D. *majore... quibas jeciuntur tur* P. — 28 *lib.* XXVIII vulgo. *in* XIX ed. 1476. — 29 *jactans* Codd., M. *jactas* ed. 1480, AJ. *quid sic b. jactas* cj. Turn. Dousa. — 30 *quattuor* Codd. — 31 *aceteris* P. *a ceteris acies longitudines* Codd. *ac teres* cj. Canter. *aciei longissimæ* Edd. ante M. — 33 *venab. ferair* P. — 34 *onos* Codd. *oaus* P. — 35 Jam sup. in v. *Verutum*, ibid. Quæ fragmenta jungenda Gul. monuit. Septenarios iamb. agnoscunt Vahl. Riese. *Nempe suis* Codd. *sues* Bentin. JM. [*aut*] *suis* Riese. — 36 *vennbula* Codd. *venabulo* Bentin. JM. *cervos... verutis*, ut videre est paulo sup. — 37 *lib.* IIII P.

1 *aciduris* P. — 2 *manipulister* Mp. — 3 *commutus* HM Gerl. *commotus* P. *convictus* Edd. ante M. *connixus* cj. Lips., prob. M. *et tempora* omnes. *et temporne* L man. pr. *ex tempore* cj. Lips., prob. M..*tempori* cj. Gul. *signa constituit* cj. Lips. Gul. — 4 *steterat* vulgo. *staterat* P. *steterant* cj. Gul. — 5 *lib.* IIII *mater* (non interjecto spatio) PW, Edd. ante M ; lacunam post *lib.* IIII innuunt, seu novum lemma instituunt HDLM. *materetn gravia* HAJ. *matere ta* Gerl. *mnter etagr.* P. *mater et* (superscr. *a*) *gr.* W. *matera telu* Mp. *matera gr.* D. *grav. bell. manipulorum. Lancea. Sisenna.* Edd. ante M. *Gallin* vulgo. *Galli* PDMp. — 6 *materibus.* (Nam *materæ* et *materes.*) *sani* vulgo. *san* P. *Hispani* cj. Nicol. Loensis. *Spani* cj. M, prob. Pontan. Wesseling. *Suevi* Bentin. J.

Malleoli, manipuli spartei pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines jaciuntur. Sisenna Historiarum lib. IIII : « De quibus partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum frequentes [detrudunt]. »

Cataphracti. . . . . . . Sisenna Historiarum lib. IIII : « Custodiæ in muro statuuntur cataphractorum. » Sallustius Historiarum lib. IIII : « Qui prægrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. »

Falces et **Harpagæ**, armorum genera murorum oppugnationi apta. Sisenna Historiarum lib. IIII : « Falces injectas comminuunt; pluteos, propius collocatis harpagis, dejiciunt. »

Ansatæ, jaculamenta cum ansis. Ennius lib. V :

Ansatas mittunt de turribus.

Coryti, leve missile in modum sagittarum. Virgilius [Æneid. X, 169] :

Corytique leves humeris, et letifer arcus.

[LIBER XX, vulgo XIX.]

DE PROPINQUITATE.

Cæsares dicti qui cæsa matre nascuntur.

Agrippæ, qui cum labore matris eduntur, hoc est, per pedes contra naturam, non per caput, quasi ab ægro partu.

Vopiscus, qui ex duobus conceptis, uno abortu excluso, ad partum legitimum deducitur.

Glos appellatur mariti soror, atque item fratris uxor.

Levir dicitur frater mariti, quasi lævus vir.

Fratriæ appellantur fratrum inter se uxores.

uli Codd. *alii* Edd. *Galli* cj. Roth. *aut l.* vulgo. *ar* Mp. — 8 *maleoli* P, ed. 1476. *sparte* PDL. *contacti* Codd. pleriq., M. *contecti* DAJ. — 11 *vallium* Codd. *vallum* AJM. — 12 *Catafractæ* Codd. pleriq. *Catafracte* P. *Cataphrattæ* velt. edd. *Cutafracta* Mp. *Cataphratti* J. *Cataphracti* M. *cust. imuro* P. — 13 *catafractarum* Codd., etiam Mp. *cataphrattorum* J. *cataphractorum* M. — 14 *prætergrediebantur* ms. Basil., ed. 1476, prob. Bentin. *catafracti* P Gerl. *catafracta* D. *cataphratti* Edd. ante M. — 16 *arpage* PD. *arpagæ* H Gerl. *harpagæ* Edd. — 18 *pluteos* Codd., J marg. M. *puteos* Edd. ante M. *coalocatis* D. *arpagiis* HPCD Gerl. *harpagiis* J marg. *harpagis* AJM. *deiciunt* Codd. — 19 *jaculameate* P. — 20 *turribus hastas* cj. Columna. *altis* malim. — 21 *Corici* (bis) vulgo, etiam J marg. *Corisci* AJ. *Coryti* Edd. Virg. Expositionem nemo probabit, et scribit Guyet : « Hallucinatur. » Eam etiam fusius revincit Erythræus (Ind. Virg.). Quis autem Nonio, viro sane docto, hoc tribuat? — 25 *Incipit de* Codd., M. *Incipit* omitt. AJ. Titulum omitt. D, ed. 1476. — 26 *Cæsaris* Mp.

1 *capud... egro* P. — 2 *apartum* P. *alter ad p.* solus D. — 4 *atque idem* Codd., M. *adque* C. *atque eadem* AJ. *item* cj. Roth. — 5 *quasi leb vir* P. *lebus vir* Codd. *levus* Edd. ante M. *lævus* M. — 6 *Fratriæ* P, Edd.

AMITINI, fratrum maris et feminæ filii.

PATRUELES, marium fratrum filii.

[CONSOBRINI, quasi] consororini, ex duabus editi sororibus.

De quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus, et maxime in Afranio, et juris vetustissimis scriptoribus.

Fatriæ Codd. pleriq. — 7 *fratrum matris* C. — 8 *patruelis* HP Gerl. *patrueles* L man. sec., Edd. — 9 *Consororini ex* Codd. *Consobrini ex* Edd. *sororibus, quasi consororini* AJ. — 11 *in Afranio* omnes, prob. M ex ejus comœdiarum titulis. *Africano* cj. aliquis in marg. Jun. Post v. *scriptoribus* addit D, quatuor lineis: *Pater Mater, Frater Soror, Patruus Amita, Avunculus Matertera.* — 12 *Explicit* in fine exhibet L.

FINIS.

INDEX NOTARUM NONII.

(Merceri editionem paginarum numeri designant.)

A

D

E

F

G

H

Q

R

T

U

V

INDEX AUCTORUM ET LOCORUM.

(Merceri editionem paginarum numeri designant.)

CORRIGENDA, ANIMADVERTENDA ET ADDENDA.

(Hujus editionis paginæ indicantur.)

[LECTORI BENEVOLO.— Contextum Nonii integrum quum manu scribere, ut omnes intelligunt, necesse mihi fuerit, in pejore positus sum conditione quam ii qui imprimendam editionem typothetis tradunt. Quam difficile sit aliquid fideliter exscribere, quantamlibet sedulitatem adhibeamus, norunt longo usu edocti; nam unum vocabulum loco movere, seu eum alio, affini quidem, mutare, seu etiam, quum parvi momenti est, præterire, in proclivi est (ut puta scribere *genere feminino* pro *feminino genere*, *vel* pro *aut*, verbum *est* omittere). Sed talia menda, quibus initio operis non satis diffidi, in reliquam partem non irrepsere, et alioquin perlevia judicabuntur, siquidem hæc plerumque non auctorum citatorum fragmenta, quæ magni pretii sunt, sed tantummodo Nonii enarrationes vitiant.]

CORRIGENDA. — Legendum, p. 2, not. b, lin. 9. *operæ, quæ* M. *operæque* cj. Ribb. — 3, not. b, 4. *Phrygiones * hoc* M. — Ibid. 7. Roth. In fine præced. — 4, 26. diei veteres volunt. — 5, 27. Lucil. lib. I (etsi J. Gothof. Corpet habent II). — 6, 22. vocabulo significantiam. — 8, not. b, 9. *tellenas* Codd, J marg. *Tellanas* M. — 9, not. a, l. ult. *adsumas* vulgo. *assumes* M. — Ibid. b, 1. (ĕ super o scripto) H. — 13, not. b, 11. *atque unam* Codd., M. *atque una* J, ut Plaut. — 16, not. a, 10. *lætans* reponit Murct. — 17, 24. contra agros tuendos ducitur, et in quam uligo terræ dec. — Ibid. not. a, 7. *camelus* cj. M. — 18, 14. Lucilius Satyrarum lib. — 21, 1. dicimus et venenum. — 29, 26. a calcando, quod est nitendo, dictæ sunt, non a calcitrando. — 31, 14. difficillimum autem est in. — 32, 8. suda secundent. — Ibid. 28. quæ in arcis. — 36, 22. dictum est pedem. — 41, 17. Nigid. lib. XVIII. — 43, 17. vivendi est finis. — 44, 15. *cinnus* potionis genus. — 46, 24. recte potest dici. — 51, 12. turbine ac vert. — Ibid. 19. a plurimis declinatum est. — Ibid. 23. veteres putant quasi. — 57, 4. Varro ... lib. II. — Ib. 18. ex hoc dietæ. — 62, 3. proprietas hæc habetur. — 64, 6. discordia excrescebat. — 75, not. a, 19. W, Edd. ante M. *ego* omitt. PLM. — 79, 32. manif. est id dici. — Ib. not. b, 8. *silvæque* H. — 81, 27. conari adversarios contra. — 83, 19. habenas dedi unquam, neque. — 84, 11. Caries est vetustas. — Ib. not. a, 19. *plauda* Codd. — 94, 23. Sed homo catus. — 95, 23. ac secundum. — 111, 1. nat. muliebria. — 112, not. b, 2. *et s. voluptati*. — 114, 1. vel fulmine afflavit. — 119, 3. Rerum divinarum. — 127, 21. Claudius Annalibus lib. — 131, 8. pro maro latrocin. — 133, 26. latina lib. XVIII. — 134, 7. de Officiis lib. — Ib. 8. vitam hominum tuendam. — 135, not. b, 17. *inermi* Gell. — 141, 17. fuisti, stipendium acceptitasti. — 146, 9. (*subducimus* dedi non imprudens, scil. subducimus rationem, quod et absolute dicitur. Monere autem debebam hic vulgo exhiberi *subducimur*, ut etiam in v. *Moliri*.) — 152, 24. Nepam quidam cancrum. — 155, 9. decerneretur, aut ne iterum fieret consul. — 157, 8. mille octingentum (*bis*). — 158, 27. nugalia, vel puerilia. — 159, 9. omasum, pernam, callum. — 160, 1. proprie est hortator. — Ib. 15. ea dici voluit. — 169, 26. hoc corpus putret. — 172, 5. m. rerum brevi tempore percursionem. (*Percursiones* vulgo, *percursionem* Cic.) — 178, 5. Matius. — 182, 21. hoc est. — 185, 24. aut Decio. — 190, 22. esse videantur servi. — 193, 17. Tenta dictum pro. — 200, 20. Pyrrhusne rex an. — 205, 27. visæque volantes. — 209, 12. Georg. lib. II. — Ib. 23. quænam consortio. — 211, 19. Ego vero confiteor. — 214, 23. Accipite, si vultis, hoc onus. — 215, 11. allium ac cæpe. — Ib. 25. Lucil. lib. XX. — 221, not. a, 1. *salsi fretus*. — 227, 12. generis sunt n. — Ib. 21. et feminino genere. — 228, 1. Quum hi vero. — 229, 8. habebant, ibi nunc. — 233, 27. Rerum humanarum. — 239, 11. pedis unus ingens. — 247, 20. masculini est gen. — 249, 9. tanta torpedo animos. — 251, 32. cuneis ipso. Virgilius [VII, 609]: Centum ærei claudunt vectes. — 253, 5. Persecutus Aristot. — 254, 6. Anima est, secundum. — 259, 7. Romani lib. I. — Ib. 29. magnum vel gloriosum. — 263, 7. ejus facinus nobile. — 286, not. a, l. 9. ab ipso Nonio, p. 29. — 288, not. b, 12. W manu sec. — 297, 14. castaque poesi. — 312, 9. de Offic. II, c. 1. — 465, 8. (Vulgatam lectionem *de Oratore* emendare debui: est enim *in Orat.*) — 481, not. a, 7. H Genev. — 501, 28. Repub. lib. IIII. — 563, 5. Capt. IV. — Ib. 15. Romani

lib. I. — 566, 4. Credo ego istuc. — 569, 24. Vulcanaliorum die. — 574, 3. Largitas pro largitio. — 577, 24. Lucil. Satyrarum. — 589, 15. succidere artus. — 629, not. b, 20. Grautoff.

ANIMADVERTENDA ET ADDENDA. — P. 5, l. 27. Lucil. lib. II, Jun. et Gothof., sed alii melius lib. 1. — 7, l. 18 et 26. in Casina, vulgo. *in* omitt. AJ. — 8, 3. *Sartor satorque* omnes, item apud Plaut. Quod rusticorum operum ordinem intervertit. — 10, 9. tandem *equidem* vulgo. *me quidem* Edd. Plaut. — 36, 28. Monere debui *Conjugere*, superscr. *n*, in P scriptum : unde certissima conjectura *Conjugare* confirmatur. — 37, 20. Lucil. lib. XXVIII. Sic omnes, sed lege XXVIIII, qui liber senariis scriptus. — 49, 5. nam *lixam* aquam, vulgo. (Sed *lixem* a nominativo *lix*.) — 53, 22. et hoc quidem *et* genus. (Alterum *et* delevi, sed monere debui.) — Ib., 23. in Atellana. Dramatis genus indicatur, non nomen. Hæc Atellana vocabatur *Galli Transalpini*, ut notavi. — 58, 22. ut est in *hisdem* Codd., M. — 60, 27. *opportuno* omnes. Sed *peropportuno* Cic. — 66, not. b, 11. *collaudnt, ab se vero* Edd. Plaut. *coll., eamse vero* cj. M. — 88, 17. *paucius atque* Codd. M. *parcus* Edd. ante M. — 69, 17. *dicitur admissum* omnes. — 73, not. b, l. 11. Quæ in nota scripsi retracto, non tamen ut Ribbeckii conjecturam probem. — 74, 14. Lucil. lib. XXVIIII, vulgo. Sed perperam : equidem dedi XXVIII, cui convenit trochaicus. — 91, 27. de deorum natura, vulgo. — 98, 9. Quum *Domitio*, sincera lectio, quam ipse conjeceram, et proposueram in Thesauro poetico meo (1836), sufficiatur ab optimo codice P, locus sic instituendus, ut deperditum lemma suppleatur. « *Domitionem*, domum itionem. » Interpretatio est lectio vulgata *domuitionem*; excidit *m* verbi *domum*, unde error et lacuna. — 102, 21. quæ *cadant*, vulgo. Quod non quadrat. — 108, not. a, l. 3. adverbiorum adverbii motu, vulgo. — 109, 4. Varronis locus Marcip. iterum citatur p. 522 (451 M), sed cum vocabulo hic omisso : per viam *æquam* ducerent (Codd. *quam*). — 111, 23, et not. b, 13. Quum *primo* cibo (vel *primore*, ut cj. Lips.), nunc potius duco. *Primoribus* exhibent Codd. in v. *Sacrificantur* (p. 480 M.), unde *primores* J. Ipsum *primoribus* servari possit cum duobus nominibus. — 137, 2. ac vituperari, [sine vitiorum cognitione] satis insignite [atque aspere] posse. (Hæc Tullius.) — 153, not. b, 11. *optimitas et gaudio* codicum valet *opimitates*. — 165, not. b, 4. *id est puritas* Edd. *id est* omitt. Codd. — 167, 4. *et id æstate videas* vulgo. *ecquid restet, videas* Vahlen Riese. — 178, 22. *sæpe enim unus* omnes. (Sed vox *enim* non facit ad comparationem.) — 183, 16. lib. XXVIIII, vulgo. (Qui liber senariis scriptus, versus autem trochaicus est.) — 218, 5. *generis est, ut manifestum est* omnes. (Alterum *est* delevi.) — 221, 21. Hæc plenius citat Pompeius, p. 151 : « Illum raptis (forte raptim) forum et castra nautica Sertorius mutaverat. » — 236, 18. *de deorum natura* vulgo. — 241, 4. *Rastros* Virg. Ecl. 4, 40; Georg. II, 421 ; Terent. Heaut. I, 1, 36, et V, 1, 58. — 273, 14. Diserte dixisse vellem, me nomen *gloria* delevisse tanquam glossema. — 296, 12. *mage te in altum* nunc malim, ut est p. 381 (M) in *Referre*. Sic etiam versus constat. — 365, 15. actione III. (In quo erravi cum omnibus : est enim, actione II.) — 530, 8. *Irate* conjeci ; sed nunc mallem *iratæ* (forte *Tigridis iratæ*). — 555, 13. Idem (Varro) Virgula, etc. In bis serius trimetros agnovi, et nunc nullus dubito, quum Luc. Müllerum idem sentire videam, p. 422. Malim tamen, ut senarius melius procedat : Præsertim ventrem quum meum. Nam Varronis versus sunt modulati. — 589, 14. Lucret. lib. I. (Sic equidem cum omnibus ; sed est lib. III.) — 598, 13. Rotbii conjectura placet, et intelligo : Evax ! vetus quam duriter (verberat)! — 615, 19. *recepit ... ægritudinem* legendum. Id, quod mihi novissimas plagulas prælis tradenti succurrit, in textum inserere non dubitassem, si tempestive conjecissem. *Magnitudinem* nullum sensum exhibet, *ægritudinem* vero Homericum ἄλγεα refert. — 617, 1. Hebdomad[on] VIII cj. Chappuis. Inde numerum desumpsi. Numerus etiam exhibetur in v. *Nidulatur*, p. 145 M (Hebdomadon primo). — 833, 8. Vulgatam *parnacides* retinui, sed Junii *urnacides* probo. Nempe ἀρνακίς, pellis lanata, et in Gloss. Cyril. — 652, col. 1, ad fin., lemma *arnacides* addere conveuit, ex iis quæ modo dixi.

INDEX LIBRORUM NONII.

PARISIIS. — EXCUDEBAT PILLET FILIUS MAJOR.